

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29



7 809 40 **SEITA** MADE IN SPAIN

Del colegio de la Compañia de Jesus de Granada 1520

CONTROVERSIARVM
SAPIENTISS. M. D. D. IOANNIS
ALPHONSI CVRIEL, PRIMARII APVD
THEOLOGOS SALMANTICENSES
PROFESSORIS.

*By Henry arg
Henry*

LIBRIDVO.



SALMANTICA.

Excudebat FRANCISCVS DE CEA TESA.

Anno clō. 1520. XI.

T A S S A .

NO Geronimo Nuñez de Leon, escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, de los que en su Consejo residen, doy fee, que auindose visto por los Señores del vn libro intitulado, *Tractatus Controuersiarum in diuersa loca sacra Scriptura*, compuesto por el Maestro Curiel, Cathedratico q̄ fue de Prima de Theologia en la Vniuersidad de Salamanca, que con licencia de los dichos Señores fue impresso; tassaron cada pliego de los del dicho libro à quatro marauedis: y parece tener sin principios ni tablas ciento y cincuenta y siete pliegos, que al dicho respeto montan seytcientos y veynete y ocho marauedis. Y à este respeto mandaró se vendiesse, y no amas, y que esta tassa se ponga al principio de cada libro de los que se imprimieren. Y para que de ello conste, de mandamiento de los dichos Señores del Consejo, y de pedimiento del Monasterio de san Vicente de la dicha ciudad de Salamanca, de la orden de san Benito, heredero que se dize ser del dicho Maestro Curiel, doy esta fee en Madrid à veynete de Deziembre de mil y seytcientos y diez años.

Geronimo Nuñez de Leon.

Tiene este libro con tablas y principios ciento y setenta y cinco pliegos, que al dicho precio montan setecientos marauedis.

A P P R O B A T I O.

X commissione domini Licēciati Ioannis de Salzedo, Vicarij Generalis illustrissimi domini Don Ludouici de Cordoua Episcopi Salmantini, legi, aut potius vidi peregregium tractatum Controversiarum super diuersa loca sacrae Scripturae, à grauissimo, & sapientissimo Magistro D. Ioanne Alphonso de Curiel, in hac Salmanticensi Vniuersitate cathedrae Theologiae Primariae professore, & in ea iam rudi donato cōpositum: (fat enim fuit vidisse, propriamq; eius manum in toto illo agnouisse) opus quidem laudatore eloquentissimo potius indigens, quam examinatore, nam praeter doctrinam, quam continet solidam, orthodoxae fidei, bonisq; moribus maximè cōsentaneam, proprietate, & venustate sermonis connexas maximèq; copulatas continet, & sacrae Scripturae veram intelligentiam, & Theologiae scholasticae subtilissimam indagationem, insignem resolutionem, mirabilem in dicendo consequentiam, innitentem maximè Conciliorum decretis, & sanctorum Patrum, atque Doctorum dictis. Vnde dignissimum mihi videtur, quòd typis committatur, & in vsum, fructumq; plurimorum, quamprimùm publicè appareat. Salmanticae octauo idus Martij, anni 1610.


M^r. Sagredo de Porres.

A P P R O B A T I O.

X *supremi Senatus mandato, Controversias has super diuersa sacra Scripturae loca, perquam doctissimi Magistri Domini Ioannis Alphonso Curiel, apud Salmanticenses principis sacrorum Librorum primo interpreti, ac demum Scholasticae Theologiae, Primariae cathedrae proprietario emerito, tam accuratè, quam suaviter perlegi. In eis enim, non solum nihil vel orthodoxae fidei dissonum, vel quauis censura dignum, sed potius in vniuersum omnia sacra Scripturae, Romanae Ecclesiae, sacrorum Conciliorum, sanctorumq; Patrum dogmatibus adèdè mirificè consona reperi; vt ex ipsis, veluti ab ungue Leonem, nunquam Autoris satis commendatam insignem pietatem, vitæ candorem, eximiam eruditionem, ac denique sacrarum omnium literarum admirabilem, consummatamq; peritiā possimus dignoscere. Quapropter vt suo Autore, ita vt & in commune ac maximum Ecclesiae Catholicae commodum in lucem edantur dignas iudico. Matriti apud D. Philippum, Ordinis sancti patris nostri Augustini, Idibus Aprilis, Anni Domini 1610.*

F. Christoual de
Fonseca.

E L R E Y.



OR quanto por parte de vos el Abbad y Conuento de S. Vicente de la orden de S. Benito de la ciudad de Salamanca nos fue fecha relacion, que quando auia muerto el Maestro don Iuan Alonso de Curiel, Cathedratico de Prima de Theologia en la Vniuersidad desta dicha ciudad, auia dexado a esse dicho Conuento, dode se auia mandado enterrar, todos sus papeles y lecturas, para que enprimendolas se aprouechasse de ellas, porque tuuiesse cuydado los Religiosos del dicho Conuento de encomendalle a nuestro Senor: entre los quales papeles auia vn libro intitulado, *Tractatus Controuersiarum in diuersa loca sacra Scriptura*, q ante los del nuestro Consejo fue hecha presentacion, y nos fue pedido, y suplicado os mandassemos dar licencia, y priuilegio para poder imprimir el dicho libro por tiempo de diez años, y que en ellos ninguna otra persona lo puuiesse hazer, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por tu mandado se hizieron las diligencias, que la prematia por nos ultimamente fecha sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado, que demamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuinoslo por bien. Por lo qual por os hazer bien y merced os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha della, vos el dicho Conuento, o la persona que vuestro poder uuiere, y no otro alguno, podays imprimir y vender el dicho libro que de suso va fecho mencion, por el original que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado, y firmado al fin del de Christoual Nuñez de Leon nuestro Escrivano de Camara, de los que en el residen: cõ que antes que se venda lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion està conforme a el, o traygays fee en publica forma, en como por Corrector por nos nombrado se vio y corrigio la dicha impresion por su original. Y mandamos al impressor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn libro con el original al Autor, o persona a cuya costa se imprimiere, y no otro alguno para efecto de la dicha correccion, y tassa, hasta que el dicho libro estè corregido, y tassado por los del nuestro Consejo. Y estando assi, y no de otra manera pueda imprimir el dicho libro, principio, y primer pliego, en el qual seguidamente ponga esta nuestra licencia, y priuilegio, y las aprobaciones, tassa, y erratas, sope na de caer, e incurrir en las penas contenidas en la prematia, y leyes de nuestros Reynos, que sobre ello disponen. Y mandamos, que durante el tiempo de los dichos diez años persona alguna sin vuestra licencia no le pueda imprimir ni vender, sope na que el que lo imprimiere aya perdido, y pierda todos, y qualesquier libros, moldes, y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis, la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercera parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercera parte para la persona que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra Casa, y Corte, y Chancilleria, y a todos los Corregidores, Asistente, Governadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos, y Señorios, assi a los que agora son, como a los que seràn de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula, y contra su tenor, y forma, y de lo en ella contenido no vayan, ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para nuestra Camara. Dada en Lerma a ve ynte y ocho dias del mes de Mayo, de mil y seyscientos y diez años.

Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Jorge de Touar.

A V T O R I S V I T A.

PER R^{MVM} P. M. F. ANTONIVM
Perez, Familæ Benedictinæ olim Gene-
ralem dignissimum, & à censuris
hæreticæ prauitatis
Ministram.



MAGISTER sapientissimus Ioannes Alphonfus Curiel, Theologiæ auscultationis non secundum, sed alterum decus, natus fuit editissimo, atque vetustissimo oppido Burgensis Diocesis, propè ciuitatem Palantiæ, nomine Palençuela, in Hispania.

Hæc patria illius. *Par enim est (ait. Plato) matrem ipsam ante omnia honorare. Mater autem (inquit Artemidorus) patriam significat.*

Parentes habuit non solum honestate natalium, sed & diuitiarum opulentia conspicuos; & proinde vndiq; præclaros: siquidem, vt vult Aristot. *Nobiles, & diuites honore digni habentur: & vt habet Seneca, Censuræ senatorium gradum ascendunt: census in castris ordinem promouet, iudices in fora legit.* Vnde Lucillus satyricè.

*Aurum atque ambitio specimen virtutis vtriq; est
Tantum habeas, tantum ipse scies, tantiq; habearis.*

Hæc natalia autoris: *Natalibus enim (inquit Apollinarius) seruanda reuerentia est. Vtique exemplo Luce, qui (vt notauit Ambrosius) Baptista beati meritum ab originis claritate detexuit.* Vnde D. Petrus Chrysologus: *Oratores magni, & excellenti ingenij quoties illustrium virorum parant narrare virtutes, auos at auosq; commemorant, vt ad honorem presentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrum filiorum redundet ad gloriam.* D. item Hyllarius: *Illud notum est omnibus oratoria disciplina, quorum laudandam receperunt vitam, patriam prius, & originem predicare. Quare patriæ, & parentum præmissa commendatio prætermitti non debuit.*

Patria Autoris.

Parentes.

Plat. dialo. Menexe. id est, Epitaphium. Artem. lib. 1. capit. 82.

Arist. lib. 3. Ethi. cap. 3. Seneca. lib. 2. contro. 1. Lucillus.

Sydo. Apoll. li. lib. 8. epi. sto. 9. in con. tione. Luca 1. Ambro. lib. 1. in Luc. Petr. Chry. so. serm. 89.

Hylla. Are. laten. de vi. ta sancti Ho. norati.

Nec solum generis nobilitate, rerumque affluentia efful-
sere felicissimi parentes isti: verum & sedulitate ac studio
salubriter instituendi, optimisque artibus imbuendi filium,
quem ab incunabilis cōtemplabantur virtutum atque litera-
rum ardore flagrantem. Et licet (vt notavit Plutarchus) *Ni-
hil parentibus sit filiorum educatione propensius, nihilque conducibili-
us filiis*: hæc tamen propensio non parentum omnium
passio est: aliàs Solonis lege non promulgarentur immunes
a parentum obsequio filij, qui congruentem a patribus edu-
cationem non suscepissent. Quare inter præcipua, & opti-
ma progenitorum istorum reponi debet, eximia, qua emicue-
re in filij disciplinam, sedulitas.

Maximè quod non tantum congruè, sed maturè etià il-
lius educationi consulerunt: expoliendo utique, a tenera ætate
eum: *Novella enim ætas* (ait Plutarchus) *ad fingendum facilis,
& tenera est: & ipsorum animis, dum molles adhuc extant, disci-
plina melius instillantur: difficilius autem, quæ dura sunt, molliun-
tur*. Unde à primis vngulis Vallisoletum (magnificentissimam
veteris Castellæ urbem, in qua tum Regum Hispaniæ sub
Imperatore Carolo V. Curia vigeat) veluti in parentum
vlnis delatus est: ubi rudimenta priora, legendi utique, scribē-
di, & summis labijs Grammaticam degustandi breui annorum,
imò mensium spatio percussit. Et inde sub nonum ætatis
suarum annum Salmanticam (scientiarum omnium principem)
translatus, literis, quarum innato tenebatur amore (nimirum
Philosophicis, Theologicis, Græcis atque Hebraicis) impen-
sius operam dedit: omnem planè suam insumens operam
in exercitio illarum, omni alio (quod mirabantur omnes) ob-
lectamēto repulso. Et ideò tales in literis progressus habuit,
vt de quacunque re illi differendum libitum esset in ea solum
videretur exercitatus. Adeò vel à puero, multiplici rerum
scientia instructus evasit.

Absoluto autem illustrium disciplinarum orbe, expletisque
atque exactis ad Baccalaureatum culmen explendis curri-
culis, tamque in Philosophia, quam in sacra Theologia ini-
tiatus penès Salmantinam matrem: quinimò & promotus
ad Licentiatus, Magistratusque in Philosophia laureas, penès
Complutensium scholam subtilissimam, tantique boni, &

Parentum
concomita.

Autoris e-
ducatio.

Autoris ex-
cellentia in
literis.

Autoris
prudentia.

æqui

æqui amantissimam, vt in Licentiatorum cathedra cum,
licet alumnus Academiæ extraneæ, proprijs præculerit
vnicè sibi dilectis, atque literatissimis filijs, qui cum eo a-
pud proprios parentes, & iudices de sede, & gradu decer-
tabant: quoniam illos longè impares tanti Philosophi in-
trosperit: & ideò eum in supremo culmine, ad caputque col-
locavit, promulgavitque summam.

His igitur absolutis, de recipiendo se in aliquo Salman-
ticensium Collegio illicò cogitavit. Vbi sequestratus à tur-
bis, nò autè omninò elongatus, liberius, & optabilius studijs
literarum vacaret: *Licet enim* (vt notavit Sen.) *conversatio disti-
miliū disturberet benè cōposita, & quidquid imbecillum in animo est,
nec percuratū exulceret: miscēda tamē ista, & alternāda sunt, solitu-
do & quies. Illa facit nobis hominū desiderium, hæc nostri: & est altera
alterius remediū. Odiū turba sanat solitudo: tediū solitudinis turba.*

Et quoniam *Disciplina vestigia iustitia sequitur* (ait ite-
rum Seneca) *pietas, & religio, ac omnis comitatus virtu-
tum*, non solum studiorum gratia, sed studiositatis potius,
atque honestatis Collegium ambibat. Sed certè non tam
laicum, & politicum, quam regulare, & monasticum, vt po-
tè maiori ex voto perfectioni deuinctum: sed maximè Be-
nedictinorum Collegium (Diuo Vincentio dicatum) de-
perire cœpit: doctus quantum Doctorum, optimorumque,
qui ibi commorabantur, consuetudo referret ad forman-
dos mores, abyssosque scientiarum tranandos. Quare reue-
lata facie Collegiū istud non solum appetijt, sed enixè petiuit,
licet retento semper, retinendoque suo clericali habitu.

Ipsi autè Benedictini Monachi, quod nullo hominū horta-
tu, nullius lucri cōmodo, nullius mali effugio, nullius boni ac-
cessu (si fas ita loqui) permisisset: alleciti adolescētis præstātia
ingenuè præstiterūt: illū apud se recipiendo, atque in Collegij
sui accolam adoptando. In cuius incolatu tam altas probita-
tis, & sciētiae radices egit, vt omnes in admirationē vocaret:
& plus satis ostenderet quod dicēdi pariter, & faciēdi ducto-
res intra Monasteriū clarissimos, atque præstantissimos ha-
buisset. Deo, medius fidius, sic providente; vt qui alte-
rum Thomam de Aquino, tanquam Casinenses Mona-
chi susceperant educandum: ipsi tanquam lumina Eccle-

Seneca de
tranq. ani-
mæ, cap. 15.

Seneca epif.
90.

Studiositas
ipius.

Admitti-
tur in ali-
num Bene-
dictinorū.

siæ luminare splendidum reddidissent, & conspicuè efformassent.

Inde tanto literarum splendore fulgoreq; enituit, vt totam Philosophiam, totamq; Theologiam, & magna ex parte sacras Literas eruditissimis lucubrationibus suis monumentisq; locupletauerit: vt ea, quæ hodie manibus vniuersorū teruntur, examissim demonstrat. Quapropter nulla tam ardua, tamq; edita fastigij culmina Schola Salmaticensis obieciēbat, quæ ipse iustitiæ pennis volatuq; nō transcederet, & planè, ac plenè occuparet. Victor enim euasit, & voti compos acerrimus in petitione, & contentione tam bonarum artium, quàm sacræ Theologiæ honorum. Nam imprimis supplementū Logicæ, atq; Philosophiæ naturalis, mox proprietatem huius contra subtilissimos, acuminatissimosq; (vt ita dixerim) cōpetitores obtinuit. Post labente tēpore Scoti, Durandi, sacrorumq; Bibliorum Cathedras Theologicas in cōsultu præstantissimorum Doctorum, tanquam ipse facile princeps ita facilè, fœliciterq; adeptus est, vt in petitione reliquarum, quæ tanquam supræ, & optime supererant Cathedræ, vtq; Vesperariæ, & Primariæ emulum non haberet, cedentibus sponte sua maiori minoribus. Ad eò ad cœli sidera suum culmen extulit.

Et (quod mirū est) tã præcox triumphator euasit, tamq; præcoces cœpit in huiusmodi prælijs agere triūphos: vt cū in petitione supplementi Logicæ obiectū illi corā iudice ab aduersarijs fuerit, quòd in gratiam, & ad instantiā cuiusdam publici præceptoris absentis, supposuerit se legentē pro illo, vno ex diebus interdictis petitoribus Cathedrarū sub reatu repulsæ, ineptitudinisq; irrefragabilis: cū igitur telū hoc acriter, & fortiter intortum esset in eū, ipse elusit ictū tēpestiuè clamando, & asserendo se filiū familias, nec sui iuris esse, & proinde restituendū, capacēq; & habilē ad illius cathedræ petitionē cōtentionemq; declarādum. Quo obrēto, primò capax, & habilis, mox cōpos Cathedræ promulgatus est. Ecce qui sui iuris nondum erat, sui iuris, ditionisq; Cathedram iuridicè fecit, aduersum viros maiores natu, & quocunq; magistratu dignos.

Post tam præclaram in literaria contentione victoriam

repor-

Lucubrations, & scripta illius.

Remunerations, & premia.

Victor præcoxissimus.

Magisterio candidatus.

Ingentes diuitias respuit.

Pauperibus subuenit.

Aduersam fortunā experitur.

Tolerat aduersa vt prospera.

Diligit imicos.

reportatam, illicò Magistrorum eiusdē Scholæ Collegio associatus est, vt potè insignitus magistrali Theologorū laurea. Repudiato tamen prius, & à se penitus abdicato (in gratiam iunioris fraterculi tunc florentissimi) iure maioratus ad amplissimum patrimonium parentum: retento tantū apud se Canonicatu, non pingui, præstantissimo tamen Ecclesiæ Cathedralis Burgenis, cum redditibus alijs non admodum opulentibus simplicium beneficiorū, quibus apud Cōquensem Diocēsim ab infantia gaudebat, vsq; dū Canonicatu Salmaticensi obtento, literarijsq; certaminibus insigniter assequuto, ad pinguiorem fortunam euectus est.

Sed (bone Deus!) omnes isti annui reditus in quotidianam pauperum subleuationem insumebantur, *Faciendo in terris (vt Sydonius dicebat Papæ Pacienti) opera cœlorum: & respiciendo prius indigentium causas, quàm personas: lacrymasq; terendo illorum, quorum oculos nusquam viderat, quia non minus absentium quarimoniam, quàm presentium tangebatur verecundia. Quare amabatur, laudabatur, desiderabatur, excolebatur omnium, qui illum vel à longè nouerant pectoribus votisq;.* Sed maximè egenorum, qui in eius obitu vicissim se fletu rigeabant, lacrymis madefacti, & assumpti. Heu virum beneficium, debiliū auxiliatorem, mœrentium consolatorē, mœstorūque leuamen!

Nec ignarus mali miseris succurrere didicit: nam alternatē victoria durissimas, & quæ vel adamantina corda confoderent, iterum atque iterum, quinimò terq; quaterq; repulsas perpeffus est, iacturasq; grauiiores. Tanta tamen animi tolerantia, vt nulla propter huiuscemodi euentibus (ô virum non nisi à Deo!) animi scandecentia ageretur: vt vel certus semperq; idē, semperq; tràquilus vultus illius demonstrabat, & ipse clanculū pressus à quodam Augustiniano grauisimo, valdè sibi in amicitijs coniuncto, iureiurando affirmavit, & vltèrius subiungit, quòd neque liuore actus est aduersum illos, qui petulantius, & impudentius stomachum illius prouocarant. Quapropter non ià laudē scientiæ, conscientiæq; donum tam omnes admirabantur in illo, quàm constantiā patientiæ: illumque tanquam alterum Iob, manu Dei tactū, & tentum, submissè venerabantur.

Sydo. Apolin. lib. 6. Episto. 9.

Sola-

Vita sapientissimi Magistri

Solamen moestitudinis suae, animique labentis (si quando laboribus pressus propendebat ad lapsum) sustentaculum erat (praeter subsidium diuinum) indefesa librorum sacrorum lectio, atque in euolendis sanctorum Patrum voluminibus assidua, & ultra fidem exercitatio. Ut enim legendo insumeret omne sibi possibile tempus, ita ut exercitium huiusmodi non interciperetur vel ab horis destinatis ad prandium; ipse quotidianam sibi abstinentiam indixit non gustandi cibum per diem, sed semel tantum ad noctem, & ad multam noctem, & tunc in modicissima, semperque inuariabili mensura, & quantitate. Quo circa, quae sic legendo, sacrisque voluminibus adherendo publice dictabat, quasi diuinitus instillata, & more Angelico conuersata (utique sine Cerere, & Baccho) communiter habebantur, desiderabantur, conuerebantur, ingentiisque pretio vendebantur, coemebanturque; certatim, ut nimium conducibilia ad docendum, ad arguendum, veritatesque indagandum, & vel ab inuitis pectoribus eruendum.

Talem autem doctrinae imbrem, sitim ignorantiae irrigantem, per triginta, & eo amplius annos in Scholis Salmanticensibus cum emisisset, emeritus tandem ipse est, ac rure donatus. Sed dum incipit suo privilegio gaudere, & tota Salmanticensium Schola praestolari eximiam aliquam a Rege Hispaniae dignitatem tanti viri meritis, & ipsius Regis votis non imparem: ecce Rex Regum Deus a conspectibus nostris abripit eum sibi, ne anteuertetur ab alio in remuneratione meritorum, quae aeternum, non autem interitum remuneratorem efflagitabant: ut quae apud Deum praecipue, non apud mortales homines, etiam Reges, stipendium fecerant.

Illo autem ad exitum vocato, supremoque eius urgente die, testamento legauit, ut corpus suum illi redderetur terrae, a qua caelum crederat se accipere: utique Benedictinorum Collegio, D. Vincenti sacrum, cuius (ut iam supra vidimus) alumnus extiterat. Item: quod in pavimento humili Bibliothecae Monasterij humaretur, ad talos eximij cuiusdam verbi Dei proclamatoris, eiusdem Monasterij olim praepositi dignissimi, aliorumque Abbatum vigilantissimorum, ac totius Benedictinae familiae ad instar exemplaris, & speculi, non solum

quia

Literis indefesa vacabat.

Parcissimus in cibis.

Magni eius scripta habentur.

Quot annis rexit Cathedralis. Rure donatur.

Moritur.

Testamentum condit.

Vbi sepelitur.

Humilitas eius.

Ioannis Alphonsi Curiel.

Amicus ex corde.

Propensio erga suam Bibliothecam.

Virginitate floruit.

quia omni criminis labe purgati, sed vniuersarum virtutum choro etiam septi: utique eruditissimi Magistri F. Ioannis de Castañiga, cum quo, dum viueret, arctam eamque honestate conspicuam amicitiam contraxit: & cuius extremum diem clarissimus ipse Curiel lacrymarum turbine perpetim lamentabatur. Ad pedes igitur huius tanti viri humari decreuit, ut sicut in vita, ita & in eius morte pedisequus eius existeret.

Denum testamento legauit, quod integram Bibliothecam suam cum omnibus scrinijs, ac thecis lucubrationum suarum Monachi dono acquirerent, & in Collegij sui Bibliothecam illic transferre curarent, & illic ordinate componerent: ut corpus humatum suum condecoraret, & comitaretur dimidium saltem animae suae, utique librorum, & scripturarum (in quae ambo confluxere) supellex.

Vnde sic conditum corpus requiescit in spe: nos autem defatigamur lugentes, & proclamantes, quod talem praepceptorem ac tantum semper, & ubique obtabimus, sed nunquam habebimus. Habeat illum apud se qui exemit, vel emit potius de terra: siquidem (ut nescit nullus) apertè fuit vnus ex illis, Qui empti sunt ab agno de terra, ut sequerentur agnum quocumque iret; virgines enim sunt. Et quia haec integritas eius: pro sigillo huius instrumenti sit. Pro inscriptione vero sit sepulchri eius epitaphium a quodam eruditissimo elaboratum, quod sic habet.

Apoc. 14. 3.

Magister F. Franciscus Cornejo Augustinianus.

D. Ioanni Alphonso Curiel. V. C. Theologorum sui temporis nulli toto orbe secundo; Salmantica primo: Benedictini Monachi (quibus moriens corpus, quod hoc a se humili ab illo excelsa tegitur lapide: dimiduumque anima, id est, vniuersam literariam supellectilem legauit) Magistro incomparabili, sui ordinis deuotissimo cultori, tanquam vni ex suis C. P. Obijt 28. Sept. Anno M. DC. IX.

PERILLVSTRI, ADMODVMQVE
SPLENDIDO EQVITI D. D. FERDINANDO DE
Curiel, F. Franciscus de Salzedo, Abbas Collegij Benedicti-
norum D. Vincentio sacri, & à censuris hæreticæ
prauitatis Minister S. P. D.



*V*M sapientissimus Magister D. D. Ioannes Alphonsus Curiel, tuus tum ge-
nere, tum potius amore vnicus, & charissimus frater, illustris quidem, & proge-
nitorum nobilitate ita condecoratus, vt nihil amplius desiderari queat: illustrior
tamen suis meritis, perspicacissimo ingenio, longèq; suis operibus, suisq; scriptis
nobilitior, quibus non solum sibi suoq; generi, & nostræ Salmanticensi celeberrimæ
per totum orbem terrarum Academiæ, sed & vniuersæ Hispaniæ æternam fa-
mam, illustreq; proprium acquisiuit nomen. Nam
Patres, & proauos, & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco.

Cum, inquam, hic tantus talisq; Magister quandiu corporis vires suppeditarunt docuerit ipse maximo
incredibiliq; auditorum concursu, vt vox ipsius ex hoc celebri Salmantina Academiæ theatro per vni-
uersam Hispaniam, Galliam, Italiam, imò & nouum Orbem quamlatissimè exaudiretur, & vix do-
ctus esset quispiam, Episcopus, Abbas, Concionator, & quicumque sacre Theologiæ literis vacaret, qui
non ad eius scholam ventitaret, ipsius prælectionibus exquisitis, & præexcellētibus assisteret, cum præ-
ter eximiam, & reconditam eruditionem summa eius esset in dicendo grauitas, prudentia, modestia, quæ
omnes ad se facile raperet, & studio veritatis incenderet: postquam fractis vniuersis corporis longo docē-
di vsu attritus, optatam requiem assequutus esset, vt aliquot præclari sui ingenij, iudicij, eruditionisq;
monumenta in lucem ederet, antequam hac in terris perfrueretur requie, illum noctu diuq; dimicantem
agonotetha Christus ex huius vitæ stadio ad brabium cælestis prius euocauit, vt repositam sibi coronam
iustitiæ acquireret, quam (vt p̄d, imò & certò credimus omnes) reddidit illi Dominus in illa die iustus
iudex, quippe qui plus omnibus laborauit, cursum felicitissimum consummauit, fidem seruauit.

Ad fortunatorum igitur thronum, sedesq; beatas commigraturus iam iam lucubrationum istarum
immensam supellectilem, & laborum suorum inestimabile thesaurum huic insigni Collegio, cuius & an-
tea alumnus fuerat, & in illo tam literis, quam virtute imbutus, dono dedit, seu quod de manu eius ac-
ceperat iure reddidit, vt adoptaret sibi orphanam sobolem ingenij, aleret, educaret, in lucem ederet, & ab
hominum iudicij, quæ non semper æquissima sunt, obrectatorumq; calumnijs defenderet.

Mei igitur muneri esse existimari, cui eiusdem Collegij moderandi negotium datum est, non solum
non incredibile hoc thesaurum mihi, & Collegio meo recondere: sapientia enim abscondita, & thesaurus
inuisus, quæ utilitas in vtrisque? Eccles. 1. & in lucem euocare, sed & patronum huic libro talem dare,
qui tanti operis dignus existeret; non tamen mihi diu deliberandum fuit, vbi in te maxime vnum illa
conuenire omnia animaduerti, quæ in eam curam, & officium desiderari posse videbantur. Si enim ex
præcepto diuino in lege veteri tenebatur frater demortui fratris semen suscitare, causa tua negotiumq;
proprium huic muneri diligenter, & omnino satisfacere, sicut & meum fuit huic opus tibi dicare. Etenim
hanc primam, si qua est grati animi significationem, iure exigebat tuū tantiq; fratris tui de nostro Col-
legio iudicium, studiumq; præcipuum, quo illum semper estis complexi. Quanquam enim vestris erga nos
meritis longè sit impar quæcunque à nobis gratia referri possit, hoc tamen munus, tum vt proprium, tum
vt tanti auctoris fama dignum maximo æstimandum, ce nseo. Enim verò tanti illud facimus, vt præsta-
bilis quidem munus dare me posse nullum existimem. Accedit, quod cum nostra fides literis scriptisq;
sit astruenda, armisq; defendenda; primum accuratissimè hoc volumine alijsq; scriptis præstitit sapientis-
simus Magister noster, & amantissimus frater tuus; secundum autem tu, qui contra hæreticam prau-
itatem sanctæ Inquisitionis minister existis, facile præstare poteris. Annue igitur votis nostris, & beneuo-
lo animo suscipe munus hoc, dum optata semper grataq; hora speratur, in qua gratitudinis nostræ maio-
ra promimus argumenta. Valeas, validissime eques, vt in votis es nobis.

MAGISTER FRATER GASPAR
de Liendo Benedictinus à censuris hæreticæ
prauitatis Minister.

Ad Lectorem.



*C*EB (candidè Lector) quod tandiù desideraueras, quod
tantopere petieras, quod tot sumptibus, tanto labore in
manuscriptis, mille licèt (scriptorum incuria) refertum
mendis in thesauris recondere, in manibus semper ha-
bere, magnoq; cum studio quotidie legere, euoluere, &
intelligere curabas: vtpotè foelicissimos partus, vberimos, & exqui-
sitos fructus acerrimi illius ingenij sapientissimi Magistri Curiel:
quod totius nostri sæculi fulgentissimum, & splendidissimum sidus re-
fulsit; insignis Salmanticensis Academiæ toto orbe terrarum celeberrimæ
decus, & ornamentum: cuius acutissimum ingenium, profundis-
sima sapientia improbis acquisita laboribus ita apud exterarum etiam &
remotissimas nationes commendata, & æstimata cognoscitur, vt iam
nec cuiusquam præconio augeri, aut minui vituperatione possit. Licèt
autem omnia sua opera, omnia sua scripta tanto sint digna Autore; &
in omnibus se & ab acuminè mirum, & à labore inuictum præbuerit
æquis, imò & omnibus æstimatoribus: Hoc tamen vnum est, in quo is
& operæ plurimum posuit, & ingenij vim admirabilè exercuit: quippe
industriam augebat subiecti dignitas, cui accessit iudicij maturitas,
cum grandior natu sapientia grandior esset.

Has igitur perlege Controuersias, in quibus vtpotè in vltimis labo-
ribus sapientior factus, se ipsum superasse videtur: dum alij, qui apud
nos sunt tanti ingenij partus, ne diu lateant, in lucem euocare cura-
mus, vt quæ videri alicui poterant in tenebris absoluisse, ad vitam
quodammodo redeant; ne eodem quo Autor tumulto, ipsa quoque
cum magna Scholarum iactura sepeliantur.

Notanda quadam.

*D*Eijs breuiter te admonendū esse visum est. In duos libros has
digessi Controuersias: primus, quæ ad nouum; secundus, quæ
ad verus pertinent Testamentum cōtinet. Visum etiam fuit vt sacro-
rum Librorum ordo seruaretur non attendere ad tempus, quo illas
dictauit. Cæterum de Autoris scriptis immutatum est nihil, sincera, &
incorrupta sunt omnia. Hoc enim semper præ oculis habui, vt ne api-
cem quidem adderem scriptis eius. Licèt enim labor iste, imò & pro-
uincia magna, de edendo in lucem lucubrationes omnes sapientissi-
mi Magistri, quæ propria manu scripta, & sæpè ter quaterve emendata,



& in marginibus addita habentur. Licet, inquam, hic labor mihi post plurium annorum curricula in sacra perlegenda Theologia consumpta, & precipue in hoc Salmanticensi Collegio, semel, & iterum, & precipuum meum studium temper fuerit, vt omnia scripta huius tanti viri, que habere poteram, intelligere, & ad amussim percellere curarem: semper tamen iudicavi id euenturum sapientissimo nostro Magistro, quod refert antiquitas Apelli contigisse, qui cum morte praeventus Veneris imaginem imperfectam reliquisset, nullus vnquam fuit reperiendus, licet diligenter per totum orbem quaesitus, qui vitimam illi manum imponeret: Nullus audet, cedant omnes libenter artificio supremo facileque principi ipsorum, & suam timent manifestare imperitia, si vitima manus (quod ingenuè ferebantur) primam nullo modo aequaret. Sic cum sapientissimi nostri Magistri mors, quae literis literatilisque omnibus nunquam potuit esse non immatura, hoc inter alia omnibus incommodi attulerit, vt praclaros eius conatus interciperet, ne ad exitum vsque plures suos labores perduceret: nullus sine temeritate (me iudice) illis quidquam addere, aut subtrahere audebit. Quapropter primam huius libri controuersiam sine fine, imò vt melius dicam, solùm eius principia, & fundamenta inuenies; quod & fiet in omnibus alijs eius scriptis, quae taliter reperta fuerint: nec vnum verbum addendum aut subtrahendum certò credas.

Hoc vnum elaborandum curabo, quod etiam in praesenti feci libro, ne si plura sine distinctione aliqua, aut diuisione ponantur, fastidium generent, distribuere ea, quae per capita, aut paragraphos sine literarum mutatione aliqua non possint, per conclusiones, & sententias, quae in medio distinctionis positae tituli vicem obtineant.

Tres autem indices apposui, duos communes, scilicet rerum & locorum sacrae Scripturae: tertium verò peculiarem, summam scilicet breuem omnium Controuersiarum, sententiarum, & conclusionum, vt breuiter si volueris & facile, statum Controuersiae, Autoris mentem, & omnium aliarum sententiarum placita videre possis. Vale.



S V M M A B R E V I S H V I V S O P E R I S.

Diuisum est opus in duos libros.

Primus continet, quae ad testamentum vetus pertinent.

Secundus, quae ad nouum testamentum pertinent.

P R I M V S L I B E R C O N T I N E T
septem Controuersias, & expositionem literalem aliquorum locorum Sacrae Scripturae.

Expositio literalis super cap. 1. parabolarum Salomonis.

Argumentum seu materia huius libri, fol. 1.

De authore huius libri, fol. 11.

De autoritate huius libri, fo. 15.

De Prima vtilitate huius libri sciet.

Ad sciendam sapientiam & disciplinam, fol. 16.

Secunda Vtilitas huius libri.

Ad intelligenda verba prudentiae, fol. 19.

Tertia Vtilitas.

Ad suscipiendam eruditionem doctrinae iustitiae, & iudicium & aequitatem, fol. 20.

Quarta Vtilitas.

Vt detur, paruulis astutia, & adolescenti scientia & intellectus, fol. 25.

Quinta Vtilitas.

Audens sapiens sapientior erit,

& intelligens gubernacula possidebit, fol. 28.

C O N T R O V E R S I A P R I M A.

Circa illud, Initium sapientiae, timor Domini.

Vtrum verum sit quod ijs verbis affirmatur, scilicet timorem Domini esse initium sapientiae. 32.

C O N T R O V E R S I A P R I M A seu, Secunda in ordine.

In librum Sapientiae.

Vtrum hic liber sit canonicus, fol. 47.



Conclusio.

De fide est librum hunc esse canonicum, & oppositum asserere his temporibus est manifesta heresis, fol. 49.

CONTROVER-
fia Secunda, seu Tertia
in ordine.

*Vtrum Salomon fuerit
author libri Sapietia, fo. 56*

Prima Conclusio.

Probabilius est Salomonem nullo modo fuisse huius libri authorem, fol. 59.

Secunda Conclusio.

Non videtur probabile Philonem Alexandrinum, qui tēporibus Caij Claudij, & Neronis Caesarum vixit fuisse authorem huius libri, fol. 60.

Ultima Conclusio.

Quantum dicit possit nil haberi certum de authore qui diuino Spiritu afflatus scripsit hunc librum nec de eius nomine, tamen probabile est fuisse Philonem illum antiquiorem Alexandrino, qui vixit temporibus Ananiae prisci pontificis Iudaeorum, ibi.

CONTROVER-
fia Quarta in ordine.

*De argumento, titulo, &
genere libri Sapientia, fo-
lio. 63.*

*Expositio literalis capit-
uli libri Sapientia, fo. 65.*

CONTROVER-
fia Prima seu Quinta
in ordine.

Vtrum ex illis verbis,

*Spiritus Domini repleuit
orbem terrarum, colligatur
Deum esse in omnibus re-
bus, fol. 67.*

Articulus Primus.

*Vtrum ex verbis propositis colli-
gatur Deum esse in omnibus rebus
secundum substantiam suam: vbi
etiam explicatur sensus ipsorum ver-
borum, fol. 68.*

Conclusio.

Optime colligitur ex hoc testimo-
nio Deum esse per suam substantiam
in toto orbe terrarum, atq; adeo in
omnibus rebus, fol. 68. num. 4.

Articulus Secundus.

*Vtrum ratione naturali possit
demonstrari Deum esse in omnibus
rebus, & quanam sit huius modi
ratio, fol. 73.*

Prima Conclusio.

Prima ratio D. Th. 1. p. q. 8. art. 1.
qua talis est, Omne agens, quod est
immediata causa efficiens alicuius
effectus debet esse ei immediate cō-
iunctum & praesens per suam sub-
stantiam: sed Deus in omni re crea-
ta & in qualibet parte eius est im-
mediata causa alicuius effectus er-
go, fol. 74. num. 31.

Satis efficax est, imo & fere eui-
dens ad ostendendum Deum per suam
substantiam esse intimè praesentem
in omnibus rebus, fol. 79.

Secunda Conclusio.

Haec ratio in vna consideratione
est à priori, in alia à posteriori, fo. 81.

Secunda pars huius articuli.

*Examinatur Secunda ratio D.
Tho. qua talis est, In Deo est forma
liter modus essendi, qui appellatur*

*praesentia in ordine ad locum: ergo
Deus ratione huius modi essendi si-
ne huius praesentiae est praesens om-
nibus rebus, fol. 104.*

Prima Conclusio.

*Si haec ratio fundatur in anteece-
denti vt cognitio ex diuina reuelatio-
ne habet certitudinem demonstra-
tionis Theol. grae, fol. 106. num. 159.*

Secunda Conclusio.

*Si antecedens sumatur vt cog-
nitum praecise ex vi luminis natura-
lis & per alia media, quam per
operationem immediatam im-
mediatione suppositi circa locum,
aut rem, cuius respectu tribuitur
Deo praesentia, non habet haec ratio
evidentiam nec maiorem certitudi-
nem, quam probabilitatis, fol. 106.
num. 160.*

Articulus Tertius.

*Quid sit Deum esse in omnibus
rebus, fol. 106. num. 1.*

Prima Conclusio.

*Infinitas positiva Dei non est ra-
tio & tanquam, quo, vt Deus ha-
beat actu & in exercitio praesen-
tiam fundamentalem in omnibus
rebus, fol. 113. num. 17.*

Secunda Conclusio.

*Ratio & id, quo Deus est in om-
nibus rebus non est ex parte Dei so-
la negatio elongationis, aut indistā-
tiae ab ipsis rebus, fol. 114. un. 20.*

Tertia Conclusio.

*Actio transiens ad creaturas nō
est ex parte Dei ratio formalis vni-
onis fundamentalis cum creaturis
sumpta in exercitio & quasi in ac-
tu secūdo, sine id, quo Deus est ac-
tu praesens fundamentaliter crea-
turis, fol. 114. num. 21.*

Ultima Conclusio.

*Id quod ex parte Dei se habet tā
quam quo per modum actus pri-*

*mi respectu vniōis fundamentalis
cum omnibus rebus sumpta in exer-
citio est quidam modus essendi ip-
sius rei, qui est infinitas in ordine
ad locum, fol. 118. num. 34.*

Articulus Quartus.

*Vtrum Deus nō solum sit in omni-
bus rebus, sed etiam in omnibus
spatijs tam intra oculi, versum, quā
extra ipsum, & fuerit in eis ante
mundi creationem, fol. 122. un. 1.*

Prima Sententia est negatiua, fol. 123.

Secunda Sententia est affirmatiua, fol. 126.

Prima Conclusio.

*Deus neq; est in spatio sine quod
repletur corporibus in hoc vniuerso,
sine quod extra vniuersum non est
repletum corporibus nec fuit in eo
ab aeterno ante mundi conditionem
tamquam in loco reali aut aliquo
alio ente positivo & reali, fol. 127.
num. 20.*

Secunda Conclusio.

*Deus per suam substantiam im-
mediate & per se replet totum spa-
tium, de quo fit sermo in precedenti
conclusionē & replet ab aeterno
ante mundi constitutionem, fo. 127.
num. 21.*

Expositio literalis capit-
uli Sapientiae, fol. 134.

CONTROVER-
fia Prima seu Sexta
in ordine.

*Vtrum ex illis verbis,
Deus creauit hominē
inextermabilem colliga-
tur hominē tum fuisse crea-*

*cium naturæ integritate re-
quisita, ut & pars rationa-
lis in eo esset Deo subiecta,
& pars sensitiva rationali
fol. 136.*

*Declaratur quomodo triplex sit dis-
positio ad perfectionem morale, Pri-
ma, qua ipse homo secundum se aut
secundum essentiam animæ suæ ut
presupponitur ad potentias, habet
se in ordine ad finem ultimum. Secū-
da, qua homo bene se habet quan-
tum ad potentias proxime operati-
vas moraliter in ordine ad eundem
finē. Tertia, qua recte se habet quā-
tum ad ea, quæ in ipso possunt red-
dere difficilem operationem, scilicet,
quantum ad motus appetitus
sensitivi, fol. 137. num. 6.*

Articulus Primus.

*An homo in creatione habuerit
tres predictas perfectiones & an
id colligatur ex verbis propositis ubi
etiā explicatur eorū sensus, fo. 137.
num. 8.*

Prima Conclusio.

*Adam ante peccatum habuit
primam perfectionem in ordine ad
finē ultimum tã naturalē quam su-
pernaturalē, fo. 141. n. 16. & decla-
ratur in quo consistat hæc perfectio.*

Secunda Conclusio.

*Hanc perfectionem in ordine ad
vtrumque finem tam naturalē quã
supernaturalem accepit Adam à
Deo in ipso momento suæ creatio-
nis, fol. 144. num. 26.*

*Qua ratione homo sit similitudo
& imago Dei, fol. 145. n. 29.*

*Quid sit Deum fecisse hominem
rectum, fol. 148. nu. 41.*

Tertia Conclusio.

Adamus in ipso instanti crea-

*tionis accepit à Deo secundam perfe-
ctionem ex tribus assignatis in ordi-
ne ad vtrumque finem, fol. 154. n. 67.*

Quarta Conclusio.

*In instanti creationis accepit ho-
mo à Deo tertiam perfectionem, fo.
156. nu. 74.*

Ultima Conclusio.

*Ex testimonio adducto colligi-
tur hominem in instanti suæ creatio-
nis accepisse à Deo tres perfeccio-
nes assignatas, fol. 162. num. 98.*

Articulus Secundus.

*Per quid formaliter, & quomo-
do à Deo accepit homo primam
animæ perfectionem, quæ pertine-
bat ad eius essentiã, fol. 166. n. 116.*

Conclusio.

*Homo se disposuit ad gratiam
quæ recepit in instanti suæ creatio-
nis, fol. 169. nu. 10.*

Articulus Tertius.

*Per quid formaliter habuerit ho-
mo secundam perfectionem, quæ per-
tinebat ad potentias animæ rationa-
lis, fol. 170. nu. 1.*

Prima Conclusio.

*Causa formalis huius dispositio-
nis in ordine ad ultimum finem su-
per naturalem consistebat in habi-
tus infusus, & donis supernatura-
libus comitantibus gratiam gra-
tum facientem secundum legē Dei
ordinariam, fol. 172. num. 6.*

Secunda Conclusio.

*Causa siue ratio formalis secun-
dæ perfectionis in ordine ad finem
naturalem erat habitus primorum
principiorū, & habilitas ad inferē-
dū ex illis, & assistentia Dei parti-
cularis erga ipsum hominem, folio.
174. numero. 18.*

Ultima Conclusio.

Causa formalis huius secundæ,

perfe-

*perfectionis ex parte voluntatis erat
ipsa entitas voluntatis connotando
remotionem impediendi, fol. 177.
num. 27.*

Articulus Quartus.

*Per quid formaliter habuerit ho-
mo tertiam perfectionem, quæ perti-
nebat ad appetitum sensitivum, fo.
180. num. 1.*

Prima Sententia Henrici, ibi. n. 3.

Sententia Scoti, fo. 181. nu. 8.

*Tertia Sententia Ricardi, & Mar-
filij, fol. 183. nu. 14.*

Sententia Caietani ibi. nu. 15.

*Quinta Sententia Scoti & Ga-
brielis, fol. 184. nu. 19.*

*Sententia Benedicti Pererij, fol.
185. num. 24.*

Resolutio questionis, fol. 187.

Prima Conclusio.

*Per extrinsecam Dei providen-
tiam potuit fieri hæc subiectio ap-
petitus sensitivi ad partem rationa-
lem; tamen re ipsa non est ita facta,
sed medio aliquo dono intrinsece in-
herenti ipsi homini, folio. 188. nu-
me. 36.*

Secunda Conclusio.

*Hæc subiectio non est facta per
donum inherens essentiæ animæ,
nec per se ipsam immediate, nec per
resultantiam physicam alicuius for-
mæ distinctæ existentis aut in vo-
luntate, aut in appetitu sensitivo,
fol. 289. num. 40.*

Tertia Conclusio.

*Causa formalis immediata sub-
iectiois appetitus erat donum
in se naturale, & quoad modū su-
pernaturale, & continebat duos ha-
bitus: ex quibus vnus erat in appeti-
tu irascibili, & alter in concupiscibi-
li, fol. 192. num. 49.*

Ultima Conclusio.

Gratia gratum faciens fuit ra-

*dix ex Dei institutione huius doni,
quod fuit causa subiectiois appeti-
tus, & quantum ad eius productio-
nem, & quantum ad conservatio-
nem, fol. 195. nu. 62.*

**Expositio literalis cap. Ter-
tij. Sapientie & Anno-
tationes ad literam
fol. 199.**

Expositio literalis capit. 4.

**Controversia Prima, &
Septima in ordine.**

**Circa illa verba, Raptus
est, ne malitia muta-
ret intellectum eius, & c.**

*Vtrum ea, quæ dicuntur futura
conditionaliter ut sic futura, cognos-
cat Deus certo, & infallibiliter,
fol. 204.*

*Sententia Suarez, Molinæ, Vaz-
quez, Valentie, Pererij, Stapleronij,
affirmans, fol. 205. nu. 8.*

Sententia Negans, ibidem.

Articulus Primus.

*An aliqua ex his duabus senten-
tijs colligatur efficaciter ex scriptu-
ra, & peculiariter ex testimonio iã
proposito, fol. 207.*

*Adducuntur testimonia scriptu-
ræ pro parte affirmatiua: & etiam
pro parte negatiua, fol. 209. nu. 21.*

Prima Conclusio.

*Ex testimonijs Sacræ Scripturæ
non colligitur Deum cognoscere om-
nia futura conditionalia, fol. 211. &
satis fit locis Sacræ scripturæ.*

Secunda Conclusio.

*Ex testimonijs Sacræ Scriptu-
ræ*

ra non colligitur efficaciter Deum non cognoscere futura conditionata fol. 214. satis fit locis sacrae scripturae.

Articulus Secundus.

An aliqua barum sententiarum colligatur efficaciter ex doctrina sanctorum & peculiariter August. & D. Thom. Pars affirmativa probatur fol. 224.

Pars negativa probatur testimonijs sanctorum fol. 230. num. 28.

Conclusio.

Neutra ex his sententijs colligitur efficaciter ex his testimonijs. fol. 234. num. 44.

Satis fit testimonijs pro prima sententia ibidem. satis fit testimonijs pro secunda sententia. fol. 240. num. 66.

Articulus Tertius.

Utrum aliqua harum sententiarum possit ostendi efficaciter ratione aliqua, siue pure naturali, siue etiam Theologica. fol. 234.

Probatur pars affirmativa tribus argumentis. fol. 244.

Secunda sententia probatur. fo. 247.

Conclusio.

Nulla ex his sententijs colligitur efficaciter ex rationibus pro eis propositis. fol. 251.

Satis fit argumentis prima sententiae.

Quatuor modi de fendendi par-

tem affirmatiuam ibi.

Primus est Molina, cognosci in ipsis causis.

Impugnatur statim fol. 268. numero. 101.

Secundus modus est, cognosci in praedeterminatione diuina voluntatis. fol. 269. num. 105.

Impugnatur Varquez istum modum ibid.

Refellitur haec impugnatio ibi.

Impugnatur hic modus. fol. 272.

Tertius modus cognosci in propositionibus contradictorie oppositis ex Gabr. Varquez, fol. 283. num. 123.

Impugnatur. fol. 274. nu. 126.

Quartus modus verus, ex certitudine obiectiua cognosci. fol. 174. numero. 227.

Declaratur late ibi.

Ad argumenta pro secunda sententia principali Respondetur. fol. 278.

Articulus Quartus.

Quae harum sententiarum sit eligenda, si innitamur congruentijs & rationibus probabilibus. fo. 287.

Conclusio.

Eligenda est pars affirmatiua, ibid.

In hac sententia facile Respondetur maximis difficultatibus sacrae scripturae & multa inintelligibilia intelliguntur.

Inconuenientia contra hanc sententiam diluuntur. fol. 288.

LIBER

**LIBER SECVNDVS
CONTROVERSIARVM**

Pertinentium ad Nouum Testamentum.

CONTROVERSIA PRIMA.

Super illud ad Hebraeos 1. Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, &c.

An Deus varijs modis, peres quos distinctio graduum prophetiae sit sumenda, reuelauerit prophetis, qua suo nomine volebat dici populo Iudaorum, & quanta fuerit uniuscuiusque praesentia. fol. 1.

Articulus Primus.

De sensu huius testimonij, & tituli explicatione. fol. 1.

Articulus Secundus.

An Deus infundat mentibus prophetarum species & facultatem ad intelligendum reuelationem, & ad assentiendam infallibiliter, ipsam esse certam, & esse factam a Deo. fol. 5.

Prima Difficultas.

Circa primum, an menti prophetae infundatur a Deo nouae species, per quas apprehendat & con-

cipiat reuelationem sibi factam. fol. 21. num. 1.

Dubium.

Circa eandem difficultatem. folio. 23. num. 11.

Prima Conclusio.

Symbolorum, per quae Deus significat, id quod vult reuelare, necesse est dari species in intellectu prophetae, siue per infusionem de nouo, siue per ordinationem specierum praesistentium. 25. n. 18.

Secunda Conclusio.

Rerum, quae per huiusmodi symbola significantur, etiam est necesse dari species in intellectu prophetae ibi.

Tertia Conclusio.

Non est necesse probetam habere peculiarem speciem eius habitudinis, siue institutionis, aut ordinationis passiuae ad significandum tale obiectum, quae ex parte symbolorum est significatio formalis, aut virtus significatiua talis obiecti. ibi. num. 20.

Secunda Difficultas.

Circa Secundum.

An certitudo infallibilis, qua propheta cognoscit illa tria, scilicet, quid significetur per reuelationem, & illud esse verum, & reuelari sibi a Deo, sit ex ipsorum euidencia, vel potius sine hac euidencia, & cum obscuritate. fol. 28. num. 32.

Prima Conclusio.

Certitudo, quā Prophetæ habet de illis duobus, de quibus agimus, scilicet de Deo reuelate, & de veritate rei reuelata est ex euidencia vtriusque, fol. 41. num. 83.

Secunda Conclusio.

Euidencia, quā prophetæ habet de rebus reuelatis, quæ solum sunt obscura propter distantiam loci, vel quia pertinent ad cogitationes cordium, vel quia sunt ordinis supernaturalis omnino creata, & non continentis aliquid increati, potest esse per immediatam manifestationem rei in se ipsa, fol. 47. num. 107.

Tertia Conclusio.

Euidencia, quam prophetæ habent de effectibus futuris, qui aliquo modo dependent à libero arbitrio non potest esse per immediatam manifestationem ipsorum in se ipsis neque per manifestationem factam per medium aliquod, quod sit causa, vel effectus eorum, fol. 49. num.

133-

Quarta Conclusio.

Probabile mihi videtur euidenciam, quam prophetæ habent de mysterijs supernaturalibus includentibus aliquid infinitum, cuiusmodi sunt Trinitas Diuinarum personarum & incarnatio, vt includit vtrumque extremum vniionis, scilicet, humanitatē, & personam Verbi posse Diuina voluntate fieri per immediatam manifestationem ipsorum mysteriorum, non quantum ad quid est, sed quantum ad an est, & non intuitiuam, sed abstractiuam, fol. 50. num. 118.

Quinta Conclusio.

Euidencia, qua prophetæ cognoscunt Deum esse auctorem reuelationis sibi factæ, non potest esse

se per speciem, quæ immediatè repræsentet id, sed per effectus aliquos, de quibus propheta euidenter cognoscat duo, scilicet, non posse fieri, vt à causa propria & principali nisi à Deo, & ulterius fieri ab ipso vt autore talis reuelationis, fol. 53. num. 131.

Vltima Conclusio.

Regulariter Deus non dat prophetæ aliam euidenciam de veritate rei reuelatæ, quam eam, quæ pronenit ex euidencia egressus reuelationis ab ipso, fol. 59. num. 156.

Tertia Difficultas.

Circa facultatem, quæ datur intellectui prophetæ ad intelligendum reuelationem sibi factam, quid sit huiusmodi facultas, & an habeat modum habitus, vel alicuius modi transeuntis, fol. 64. n. 1.

Prima Conclusio.

Hæc facultas est vis quædam intime vnita intellectui prophetæ, constituens ipsum in actu, vt est principium intellectionis ad hoc, vt intelligat ea omnia quæ diximus cognosci certo à propheta, atque prout distincta tam à facultate naturali intellectus, quam ab speciebus etiā de nouo infusis aut ordinatis, ibi, num. 1.

Secunda Conclusio.

Hæc virtus ita est superaddita facultati naturali intellectus, vt sit supernaturalis quoad substantiam, fol. 66. num. 7.

Tertia Conclusio.

Hæc virtus non datur intellectui prophetæ ad modum formæ, aut alicuius doni permanentis, ita vt quantum est ex parte ipsius virtutis situm sit in potestate prophetæ habere actum, quocirca diuinam reuelationem intelligat ea quæ di-

ximus cognosci à prophetis, sed ad modum cuiusdam motionis, aut actionis transeuntis, fol. 96. num. 9.

Vltima Conclusio.

Probabile est hanc virtutē, quæ datur intellectui prophetæ non esse qualitatem creatam inherētem ipsi, sed consistere in assistentia & vnione intima, & immediata Dei cum ipso in ordine ad productionē cognitionis propheticæ: probabilius tamen est oppositum, scilicet, esse qualitatem inherētem intellectui prophetæ, fol. 76. num. 47.

Articulus Tertius.

Vtrum, diuersitas in modo reuelationis, secundum quam designatur gradus prophetiæ consistat in diuersitate personæ reuelantis, aut luminis prophetici, aut specierum & imaginum, aut rerum reuelatarum, fol. 79. num. 1.

Sententia Montani, fol. 80. n. 2.

Sententia Eugubini, fol. 81. n. 8.

Sententia Abulensis, fo. 82. n. 12.

Prima Conclusio.

Designatio diuersorum graduum prophetiæ faciendæ est secundum diuersitatem graduum luminis prophetici, fol. 83. num. 17.

Secunda Conclusio.

Tres possunt in communi distinguere gradus luminis prophetici, atque adeo cognitionis propheticæ secundum tres modos, quibus mens prophetæ immutatur à Deo ad intelligendum ea, quæ ipsi reuelat. Primus est, per propositionem imaginum externarum. Secundus, per propositionem imaginum in phantasia, sine vlla immutatione sensuum externorum. Tertius, per productionem aut excitationem immediatam specierum in intellectu, sine vlla immutatione sensus

externi, aut interni, fol. 84. num. 21.

Articulus Quartus.

Vtrum, hi tres gradus prophetiæ distinguantur inter se specie, vel solum numero, & quomodo se habeant inter se quoad perfectionem, fol. 95. num. 1.

Prima Conclusio.

Tres gradus prophetiæ, qui à nobis sunt explicati, si non addatur eis maior aliqua diuersitas non differunt inter se specie, sed solum numero, fol. 96. num. 7.

Secunda Conclusio.

Intra latitudinem prophetiæ propriè dictæ possunt reperiri species distinctæ, quæ reducuntur ad eundem gradum, vel ad distinctos gradus ex tribus à nobis explicatis, fol. 97. num. 11.

Dubium.

Quis illorum trium graduum sit perfectior, fol. 100. num. 21.

Prima Conclusio.

Quoad dignitatem accidentalem potest quicumque ex tribus gradibus excedere alios, aut vnus eorum respectu diuersorum subiectorum excedere se ipsum ex tribus capitibus, scilicet, aut ex præstantia materiæ reuelatæ, aut ex dignitate personæ reuelantis, aut ex maiori expressione signorum, per quæ fit reuelatio, fol. 100. num. 23.

Secunda Conclusio.

Quoad perfectionem essentialem in genere perfectionis tanto aliquis gradus prophetiæ est perfectior, quanto lumen, & reuelatio datur cum minori dependentia à sensibus, & ita ille gradus est om-

nibus

nibus perfectior, qui est cum sola immutatione intellectus, & continuo succedit alter, qui est cum immutatione phantasia, & in finem locum habet ille, qui est cum immutatione sensuum exteriorum, folio 101. num. 27.

CONTROVER- SIA SECUNDA.

Circa illa verba Pauli ad Hebr. 3. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum qua dicenda erant: Christus vero tanquam filius in domo sua, qua domus sumus nos, &c.

Est Controversia, An ex eis colligatur Christum in quantum est homo esse vere, & proprie filium Dei. fol. 105.

Articulus Primus.

De sensu tituli. ibi.

Articulus Secundus.

Vtrum Christus, ut homo possit vere & proprie dici filius Dei. fol. 108. num. 1.

Prima Conclusio.

Christus, in quantum homo, potest vere & proprie dici filius Dei. fol. 110. num. 8.

Ad Argumenta respondetur. fol. 115.

Articulus Tertius.

Quae sit forma, ratione cuius Christus, ut homo, dicatur filius Dei. fol. 119. num. 46.

Prima Sententia.

Asserens hanc formam esse dignitatem quandam moraliter resultantem in humanitate ratione unio- nis cum persona Verbi. fol. 120. num. 4.

Secunda Sententia.

Asserens hanc formam esse gratiam habitualement inhaerentem humanitati. fol. 127. num. 29.

Tertia Sententia.

Dicit hanc formam esse ipsam filiationem aeternam, ut communicata humanitati per gratiam unionis. folio. 130. num. 42.

Prima Conclusio.

Forma aut quasi forma, a qua Christus in quantum homo dicitur filius Dei, fundamentaliter non est dignitas sanctitatis, & iuris adhaerentem Deo resultans in humanitate, & vi unionis cum personalitate Verbi. fol.

Secunda Conclusio.

Gratia habitualis inhaerens Christi humanitati, non est forma, aut quasi forma, qua Christus, in quantum homo, dicitur filius Dei. folio 136. num. 65.

Tertia Conclusio.

Forma, aut quasi forma, a qua Christus, in quantum homo, habet esse filium Dei est ipsa filiatio aeterna qua est personalitas propria Verbi Divini, ut communicata humanitati per gratiam unionis. fol. 139. n. 78.

Ad argumenta primae sententiae respondetur. fol. 144. num. 97.

Ad argumenta secundae sententiae respondetur. fol. 151. n. 127.

Artic.

Articulus Quartus.

Vtrum Christus, in quantum homo, sit filius Dei naturalis, vel adoptivus. fol. 152.

Conclusio

Est affirmativa. fol. 152. nu. 1.

Explicatio literalis 2. Epistola D. Petri Apostoli. fol. 154. nu. 1.

De auctore & auctoritate huius epistolae. ibi. nu. 2.

Conclusio.

Autor huius Epistolae fuit Apostolus Petrus, & eius auctoritas est infallibilis, & divina. fol. 155. num. 6.

De tempore & loco, & ad quos fuerit haec Epistola scripta. fol. 157. num. 15.

Occasio scribendi hanc Epistolam. fol. 158. num. 19.

Explicatio literalis capitis primi. ibi. n. 20.

Annotationes ad literam. fol. 161. num. 31.

CONTROVER- SIA Tertia in ordine.

Vtrum ex his verbis per qua maxima, & pretiosa nobis promissa donavit, ut per hac efficiamini divinae consortes natura, colligatur gratiam esse formalem participationem divinae naturae secundum id, in quo prima & essentialis ratio ipsius consistit. fol. 165.

Declaratur titulus. ibi. num. 1.

Argumenta pro parte negativa. fol. 168. num.

Prima Conclusio.

Probabilius est per promissa intellexisse Petrum aliquid nobis inhaerens iustificans formaliter. fol. 174. num. 39.

Secunda Conclusio.

Probabilius est Petrum loquutum fuisse de consortio physico, quod consistit in quadam participatione formalis divinae naturae quantum ad id quod habet modum naturae. fol. 179. num. 57.

Quid sit gratiam esse formalem participationem divinae naturae late explicatur. fol. 180. n. 64.

Sententia Iohannis Vincentij, & aliorum sui instituti dicentium gratiam esse participationem divinae naturae secundum quod est ipsum esse per essentiam, & impartitum, & independens praehabens omnem essendi plenitudinem. fol. 181. n. 65.

Probatur haec sententia ex varijs locis Sacrae scripturae. ibi. n. 66. & deinceps.

Probatur deinde ex eis nominibus, qua in Sacra scriptura tribuntur gratiae. Primum est gloria. fol. 182. num. 69. Secundum est Regnum Dei. ibi. num. 72. Tertium est semine Dei. fol. 183. num. 76.

Probatur eadem sententia ratione. fol. 183. num. 81.

Tertia Conclusio.

Gratia habitualis non est formalis participatio divinae esse quatenus est ens per essentiam, & impartitum, aut ipsa plenitudo essendi, aut abyssus omnium perfectionum imò nec est possibile aliquam creaturam esse hoc modo formalem participationem Dei. fol. 188. nu. 94.

Quare

Quare aliquae perfectiones Dei non possunt esse formaliter in creaturis. fol. 191. num. 106.

Respondetur argumentis contrariae sententiae & autoritatibus. fol. 194.

Ultima Conclusio.

Gratia ideo dicitur formalis participatio divinae naturae, quia est formalis participatio per modum naturae intellectualitatis divinae. fol. 205. num. 158.

In quo excedat intellectualitas divina. fol. 106. num. 162.

CONTROVER
fia Secunda, seu Quarta in ordine, super illud 2. Petri. 1. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, &c.

Utrum respectu adultorum, qui salvandi sunt fuerit in Deo electio absoluta, & efficax ad gloriam sine respectu ad bonum usum liberi arbitrii, ut à Deo praesensum. fol. 223. aut 224.

Declaratur titulus, Utrum haec electio potuerit esse efficax ante bonum usum voluntatis, non solum praesensum, ut causam motivam vel conditionem, sed etiam ut sine quo Deus non haberet talem actum voluntatis: itaque nullam haberet connectionem cum tali bono usu. fol.

Prima Sententia.

Eorum, qui dicunt electionem adultorum ad gloriam fuisse absolutam, & efficacem sine connectione vlla cum bono usu liberi arbitrii ipsorum etiam ut praesensum, aut praecognito à Deo. fol. 224.

Haec sententia dupliciter declaratur supposito in hac electione duas nos distinguere actus. Primum intentionis, quo Deus voluit illis dare gloriam. Secundum electionis mediatorum ad talem gloriam, & caret. Sotus & alij dicunt utrumque actum esse omnino sine connectione aliqua cum praesensum boni usus liberi arbitrii. Bellarminus vero Cunerus, & alij hoc admittunt de primo actu, scilicet de intentione dandi gloriam, negant tamen cundo. Acta. ibi.

Probatum late ex illo, cum nondum nati essent, &c. ibi.

Secunda Sententia.

Negans absolute Deum habuisse se electionem absolutam, & efficacem dandi hominibus adultis gloriam sine respectu ad liberam cooperationem ipsorum perseverantem usque in finem praesensum per praesensum divinam. fol. 229. n. 84.

Hanc praesensum usus liberi arbitrii dicunt esse praesensum cooperationis, ut futuram absolute, Gregor. de Val. Ioan. de Bononia Cardinalis Contarenus, Osorius, Franciscus Turrianus. Alij dicunt, esse praesensum cooperationis futuram, non absolute, sed sub conditione, quod Deus velit praevinire voluntatem talibus auxilijs. Molina. Staplet. fol. 240. num. 85.

Tertia Sententia media est

Ambrosij Catherini distinguētis duas hominum sortes, alios quibus Deus decrevit tot dare auxi-

lia, ut infallibiliter vitam consequerentur aeternam, & hos solum vocari in sacra Scriptura praedestinatos, & esse electos ante omnem usum liberi arbitrii praesensum, alios quibus solum Deus decrevit dare auxilia necessaria. Et horum electionem dicit non esse efficacem sine praesensum boni usus liberi arbitrii. fol. 248. n. 120.

Resolutio huius quaestionis. fol. 149. num. 124.

Duplex sensus quaestionis: primus, de potentia Dei secundum se consideratam, quae molium electionis eligere potuerit. Secundo quae de facto eligit. ibi.

Potuit Deus libere eligere quaecunque modum velit. ibi.

Quis autem modus sit, qui de facto datur in tali electione difficile est, cum non constet ex Sacra Scriptura. fol. 250. num. 126.

Quatuor sunt certa in tam gravi quaestione.

Primum Fundamentum certum est.

Deum voluisse dare omnibus adultis auxilia sufficientia ad salutem non sufficientia solum nomine, sed re, quod videtur ab aliquibus negari. ibi.

Tribus modis hoc potest intelligi. Primo in communi non explicando, an haec voluntas, siue quantum ad gloriam, siue quantum ad auxilia terminetur ad ipsos homines secundum se, & intrinsece, vel potius in alio, & extrinsece. & in hoc sensu est de fide. ibi. n. 127. Secundo magis in particulari de voluntate dandi gloriam & auxilia, quae terminetur ad ipsos homines secundum se, & intrinsece hoc videtur ab aliquibus negari. fol. 151. num. 130.

Tertio, de voluntate dandi omnia requisita per modum principij, non solum ad posse, sed etiam ad operandum de facto. Probatum late fundamentum in secundo, & tertio sensu esse certum. fol. 152. num. 134. & dixit in suis scriptis non posse hoc sine gravi nota negari.

Impugnatur distinctio auxilij insufficientis ad posse, & sufficientis ad operari. fol. 254. num. 142.

Secundum Fundamentum certum est. Praeter hoc genus providentiae, quod Deus habuit cum omnibus hominibus in ordine ad finem supernaturalem dari aliud specialius, quod Deus habuit cum aliquibus hominibus in particulari, quibus ita voluit dare gloriam, & media ad eius consecutionem, ut non solum possit eam consequi, sed etiam de facto, & infallibiliter eam consequeretur. fol. 255. num. 146.

Probatum hoc in tribus sententijs. ibi.

Discrimen vocationis ex Augustino non est in entitate physica, sed in subordinatione ad voluntatem divinam. ibi. num. 148.

Tertium Fundamentum certum est.

Posito quocumque modo providentiae erga homines in ordine ad finem supernaturalem, etiam hoc speciali explicato in fundamento praecedente esse in hominibus libertatem respectu omnium actionum, quae ex parte ipsorum requirunt ut ad consequendum finem supernaturalem, ad quem per talem modum providentiae diriguntur non solum sumendo libertatem, ut opponitur coactioni, sed etiam ut opponitur determinationi ad unum. lib. 2. fol. 259. num. 164.

Libertas indifferentiae requiritur de fide ad liberam arbitrium, lib. 2. fol. 261. num. 169.

Quartum Fundamentum certum est. Non esse ex parte hominum ali-

quid, quod sit causa meritoria, siue de condigno, siue de congruo, aut ratio, siue conditio, siue qua non, respectu predestinationis quo ad totum eius effectum. lib. 2. fol. 264. num. 184.

Prima Conclusio.

Si prima sententia intelligatur priori modo, & ille actus diuinae voluntatis, de quo dicitur esse absolutam electionem ad gloriam per modum intentionis & electionis simul sine ullo respectu ad cooperationem liberam eorum, qui eliguntur ponatur, ut necessario requisitus ad hoc, ut singuli homines in particulari possint de facto, & re ipsa vel consequi gloriam, vel seruare precepta, sicut requiritur ad consequendum eam difficillime potest iuxta eam, defendi veritas primi fundamenti, lib. 2. fol. 167.

Secunda Conclusio.

Si eadem prima sententia intelligatur secundo modo, & ille actus, qui nostro modo intelligendi habet rationem intentionis absolutae & efficacis sine ullo respectu ad hominum liberam cooperationem, & includitur in electione hominum ad gloriam ponatur, ut necessarius ad hoc, ut singuli homines in particulari possint de facto, & re ipsa consequi gloriam, difficillime etiam potest defendi veritas primi fundamenti, fol. 189.

Tertia Conclusio.

Si prima sententia intelligatur priori modo, & ille actus diuinae electionis, qui est absolutus sine ullo respectu ad liberam cooperationem electorum a nostro modo intelligendi habet rationem intellectus, & electionis non ponatur necessarius ad hoc, ut singuli homines in particulari possint de facto consequi beatitudinem

possunt iuxta eam defendi quatuor fundamenta superius explicata, ita ut solam sit difficultas de tertio, fol. 260.

Repugnat idem principium esse intrinsecè determinatum ad vnum opus, & esse indifferens respectu eiusdem, fol. 292. num. 232.

Suppositio determinans principium operatum ad vnam partem reddit simpliciter impossibilem alteram, fol. 293. num. 235.

Quarta Conclusio.

Si prima sententia intelligatur posteriori modo, & ille actus diuinae electionis, qui est per modum intentionis absolutus, sine ullo respectu ad liberam cooperationem electorum non ponatur necessarius ad hoc, ut singuli homines possint de facto consequi beatitudinem defenduntur, iuxta eam optime quatuor fundamenta explicata & satisficit facilius quam iuxta alias sententias omnibus difficultatibus, quae in eorum defensione solent occurrere, fol. 295. n. 242.

Electio diuina & predestinatio est efficax, fol. 300.

Quomodo sit efficax ex D. Thoma, fol. 301. num. 267.

Explicatio literalis cap. Secundi Secunda Petri, fol. 337.

Annotationes ad literam fo. 339.

CONTROVER-
SIA QVINTA.

Utrum ex illis verbis, si enim Deus Angelis peccatis non peperit, &c. colligatur Angelos, qui peccauerunt fuisse natura sua ca-

paces venia & Deum eis dedisse ante damnationem tepus, quo potuerint per penitentiam ad ipsam conuerti si & obtinere sui peccati veniam, fol. 350.

Explicatur titulus, ibi, nu. 1.

Prima Sententia.

Afferens non solum habuisse capacitatem, sed etiam tempus sufficientis, & auxilia gratiae sufficientia ad habendum actum contritionis, fol. 352. n. 9.

Secunda Sententia.

Fere asserit idem, & in quo differat a prima, fol. 346. n. 20.

Tertia Sententia.

Differt a praecedentibus in hoc quod Angelis, qui peccauerunt data fuerunt a Deo auxilia sufficientia ad contritionem, fol. 365. nu. 63.

Vltima Sententia.

Asserit non habuisse potentiam nec per modum capacitatis, aut potentiae remotae, & incompletae aut per modum potentiae proximae & completae, fol. 367. nu. 66.

Prima Conclusio.

Ex testimonio Petri non colligitur Angelos habuisse capacitatem ad penitendum, fol. 370. nu. 79.

Secunda Conclusio.

Angeli postquam peccauerunt habuerunt quantum erat ex natura sua capacitatem penitendi de peccato, quod cum misserant, ibi, nu. 86.

Tertia Conclusio.

Deus ab aeterno ita ordinauit Angelos in beatitudinem, ut solum decreuerit dare eis auxilia, quibus ante lapsum possent eam mereri, non tamen quibus post lapsum possent resurgere a peccato, & promereri eandem beatitudinem, fol. 372. n. 88.

Vltima Conclusio.

Via, quam Deus praefixit Angelis ad consequendum beatitudinem supernaturalem solum habuit in malis durationem sufficientem ad peccati perpetrationem, ita ut cum primum fuerit verum dicere, Angelum peccasse fuerit etiam verum dicere ipsum esse extra viam hanc atque proinde hac via non fuit temporalis, sed instantanea etiam per correspondentiam ad nostrum tempus, fol. 337. n. 94.

Contra hanc sententiam arguitur, fol. 375. n. 101.


Secundo Arguitur contra illam, fol. 376. n. 103.

Ad argumenta prima sententiae respondetur, fol. 377. nu. 108.

Ad Argumenta secunda sententiae respondetur, fo. 378. nu. 114.

Ad argumenta tertia, & vltima sententiae respondetur, fol. 381. n. 125.

E I N I S.



LIBER

PRIMVS CON-
TROVERSIARVM
SAPIENTISSIMI M. D. IOAN-
NIS ALPHONSI GVRIEL,

Salmanticae Sacrae Theologiae Primario Pri-
marij Professoris, quae sunt in ali-
quot loca Noui Testa-
menti.



Explanatio



EXPLANATIO

LITERALIS,

IN CAPVT PRIMVM

PROVERBIORVM.

PARABOLÆ SALOMONIS
filij David Regis Israël.



IRIA, QUAE
procemij lo-
co esset in hu-
ius libri ini-
tio potissimū
disputanda, ea
omnia sunt
aliqua ratione his verbis, quae ti-
tuli vicem habent, explicata.

ARGVMENTVM,
seu materia huius libri.



PRIMVM est, quod sit
argumentum huius li-
bri, siue quae materia,
de qua in ea agitur? Et hoc intel-
ligitur ex nomine parabola. Nam
quia hoc nomen significat hoc
loco pronuntiata quaedam vni-
uersalia, quibus tanquam decre-

Parabola
quid sit.

tis aut praecipis statuatur, quid
sit fugiendum, aut sequendum in
ijs, quae ad vitam humanam per-
tinent: ideo colligimus materia
huius libri esse haec pronuntiata.
Vbi eis duas attribuimus pro-
prietates. Ex quibus prior, quae
ad rem significatam pertinet, est
esse de rebus necessarijs ad insti-
tutionem vitae humanae. Et haec
ostenditur: tum ipso nomine pa-
rabola, & Hebraeo, quod ei res-
pondet; quia vtrumque commu-
ni vsu Scripturae tribuitur solum
propositionibus, in quibus de ijs
rebus agitur, vt postea dicemus.
Tum etiam ex verbis, quae con-
tinuo post hunc titulum subijci-
tur, quia in eis explicatur, sine, ad
quem haec parabola ordinantur,
esse vitae institutionem.

A

Poste-

2
Demetrius Phalerius lib. de elocutione.

Breuitas in discendo laudatur.

Duae Iouis filiae.

Posterior proprietas pertinet ad figuram dicendi, & est breuitas. Cuius rationem reddere possumus ex Demetrio Phalerio, qui libro de elocutione dixit breuitatem sermonis esse maximè aptam ad retinendam grauitatē, & vim ad permouendum affectus. Et hæc pronuntiata, quia continent præcepta, quibus ita instituiuntur, necesse est, vt & grauitatē illam, & efficaciam habeant. Deseruire autem breuitatem sermonis, vt in eo hæc duæ proprietates emineant, probat Demetrius imprimis exëplo Laconum; qui vt grauitatem præ se ferrēt, breuitati sermonis studuerunt. Et deinde, quia viri dignitate præstantes, cum pro potestate sua in alios aliquid præcipiunt, breuitate vtuntur. Contra verò miseri, qui res suas desunt, & supplices, qui aliquid petunt, multa fundunt verba, vt nihil omittant, quod ad explicandum suas querelas, aut id quod cupiunt possit conducere. Et ideo inquit Demetrius, Homerum litas, hoc est, preces, finxisse duas Iouis filias claudas, & rugosas ob tarditatē, quam ipse Demetrius exponit sermonis prolixitatem. Et similiter dicit, senes ob virium imbecillitatem esse in rebus exponendis prolixos. Et tandem, quia vehementia, quæ in oratione reperitur, longitudine dissoluitur. Quare sicut belluæ corpus contorquentes, & quasi in orbem circū agentes contrahunt, vt vehementius pugnent; ita etiam oportet orationem esse quasi in orbem redactam ob breuitatem, vt vehemens sit.

Hanc rationem Demetrius

sumpsit ex Platone in Protagora, vbi iuxta Serrani translationem ita inquit: *Si quis cum vilissimo quodam Lacedamoniorum congregiatur, plerumque quidem prima specie illum comperiet in ipso loquendi more vilem, & ineptū: postquam verò loci opportunitas postulauerit, verbum breue quidem illud, & contortum, magni tamen momenti, periti, atque efficaci iaculatoris instar immittit.* Et per verbum contortum intelligit breue, vt constat ex vltima probatione Demetrii, in qua solum differt à Platone, quia ipse adducit in exemplo contorsionem belluarum, & Plato contorsionem arcus, qui non extensus, sed contortus debet esse, vt vehementius sagittam emittat. Quod etiam explicuit paulò inferius ipse Plato, nam cum vellet ostendere septem Græciæ Sapientes fuisse imitatos hanc breuiloquentiam Laconicam, sic de eis, & eorum eruditione inquit: *Illius scilicet eruditionis septem-sapientium huiusmodi rationem exiisse, hoc est, talem fuisse, vt sicut Lacedamones breuitati sermonis studerent, perspicuum est cuiuslibet ex breuibus illis dictis, & illustri memoria dignis, qua illorum nominibus circumferuntur.*

Huic rationi potest addi alia desumpta ex communi ratione præcepti, quæ breuitatem postulat, vt facilius ab ijs quibus traduntur possint percipi: iuxta illud Horatii in arte Poëtica.

Quidquid præcipies, esto breuis, vt citò dicta

Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Sed vt ostendamus qua ratione

Plato in Protagora.

Plato.

Horat. in arte Poët.

totum

totum hoc possit colligi, vt dicebamus, ex nomine Parabolæ, & ex alijs, quæ pro eo habentur in Hebræo, & Græco: & simul reddamus rationē diuersitatis translationum Latinæ, & Græcæ: explicanda sunt tria nomina. Primum est Hebræum מְסָלִים, MASAL, cuius plurale est מְסָלִים MESALIM, & quia hoc loco est in regimine genitiui, vt loquuntur Grammatici Hebræi, propter adiunctum genituum Salomonis, id. d. habetur מְסָלִים MISLIM; hoc autē nomen deducitur à verbo מָסַל MASAL, quod in Scriptura dicitur significat. Primum est dominari, aut potestatem habere, & generaliter esse in eminentia constitutum & antecellere: vt Genes. 45. vbi nos legimus: *Ioseph filius tuus uiuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti*, in Hebræo pro dominatur habetur hoc verbum. Et similiter habetur Iosue 12. vbi nos legimus: *Sehō Rex Amorrorum, qui habitauit in Hesebō, dominatus est ab Arōer, &c.* Alterum significatū est assimilare, seu comparare, & conferre vnā rem alteri: vt Iob 13. *Memoria vestra comparabitur cineri*, pro comparabitur habetur in Hebræo hoc verbum: & capite 17. vbioster interpres vertit: *Posuit me quasi prouerbiū vulgi*: habetur idem verbum pro in prouerbiū: & aliqui vertunt: *posuit me ad comparare populorum.* Et capite 30. *Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauilla, & cineri*, in Hebræo pro assimilatus sum habetur hoc verbum. Et eodē modo habetur Psalm. 27. *Ad te Domine clamabo, Deus meus ne sibeas à me: ne quādo taceas à me, & assi-*

3
Gene. 45.
Iosue 12.
Iob 13. & 17. & 30.
Psalm. 27.

milabor descendentibus in lacum. Et Psalm. 48. *Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

Et ratione vtriusque significati, nomen, quod diximus, duci ex verbo hoc, habet in Scriptura varias acceptiones. Nam ratione posterioris sumitur pro similitudine, aut collatione, vel comparatione vnus rei ad alteram. Et ratione prioris significati sumitur pro sententia graui, conducente ad rectum vitæ institutum; quæ à Græcis appellatur *πυδών*; siue figuratum aliquid habeat admixtum, siue nihil, & siue comparationem expressam verbis contineat, siue non. Causamque denominationis dicunt aliqui esse eminentiam, quam huiusmodi sententiæ habent in oratione, propter quam videntur in ea quasi dominari, & illustres esse: mihi verò magis placet ita appellari, quia dominatur animis: habent enim magnam vim ad commouendum, & flectendum animos. De cuius efficaciaratione dicemus postea, cum explicabimus cur Salomon doctrinā hanc in huiusmodi sententias distinctam tradiderit.

Et aliqui addunt, sumi frequenter pro omni ratione, aut sententia obscura reconditum aliquem sensum habente, & distinctum ab eo quæ primò aspectu videtur continere, & ideo enarratione aliqua saltem apud imperitos indigente. Obscuritatemque dicunt prouenire non solum ex rei difficultate, sed etiā ex modo significandi: quia plerumque huiusmodi orationes similitudinibus,

Psalm. 48.

Nomen Hebraicum, pro quo transfertur L'arabola sumitur pro similitudine seu comparatione vnus rei ad alteram: sumitur etiam pro sententia graui.

4
Hoc nomen sumitur etiam ab alijs quibus pro sententia obscura.

metaphoris, & varijs tropis, atq; figuris constant. Vnde etiam rationem huius significationis desumunt ex priori verbi acceptione, quia solent frequenter hae orationes cum similitudinibus, & collationibus efferi, quamuis aliquando eis careant. Et nō insinuant etiam posse hanc rationem desumi ex posteriori acceptione: quia dicunt hunc modum loquendi habere grauitatem, & esse aptum ad permouendū animos hominum.

Probant verò nomen hoc summi in Scriptura in hac significatione, scilicet pro oratione obscura, & figurata. Imprimis, quia aliquando dicitur hoc nomen, de oratione, in qua nulla est similitudo, aut comparatio; sed solū obscuritas, propter metaphoras, allegorias, & figuras. Vt Ezech. 18.

Ezech. 18.

Quid est quod inter vos parabolam vertitū in prouerbium istud in terra Israel? Quod in Hebræo ad verbum sic sonat: Quid est quod vos parabolatis Parabolam istam super terram Israel dicendo; hoc est; crebrò utimini hac Parabola: Parabola autem est: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Vbi in Hebræo pro Parabola habetur hoc nomen; & nulla apponitur similitudinis nota: Et tamen hæc oratio est obscura, quia allegorica, siue metaphorica, & significat filios luere peccata parentum. Et Numeror. 23. de Balaā dicitur: Assumptaq; parabola sua dixit, &c. Vbi etiam pro Parabola ponitur idem nomen, & nulla habetur cōparatio, aut similitudo, sed obscuritas sententiæ. Et eodem modo ponitur

Numer. 23.

idem nomen Iob 27. & 29. Et præterea, quia aliquando in Scriptura ponitur hoc nomē cum alio adiuncto, quo denotatur fieri sermonem de oratione obscura, & aliud significante, quàm ipsa verba videantur sonare. Vt Ezech. 17. Fili hominis propone anigma, & narra Parabolam ad domū Israel. Vbi in Hebræo pro Parabola habetur hoc nomen, & ratione nominis anigma significatur esse aliquid obscurum huiusmodi Parabolam.

Iob 27. & 29.

Ezech. 17.

Est autē hæc Parabola, & hoc ægnima: Aquila grandis magnarū alarum, lōgo membrorū ductu, plenaplumis, & varietate venit ad Libanū, & tulit medullā Cedri, &c. in quibus verbis nulla fit cōparatio. Et Psalm. 77. Aperiam in Parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. Vbi pro Parabolis habetur hoc idē nomē, & pro propositiones habetur alterum, quod significat ænigmata: & ita Hiero. vertit: Loquar ænigmata antiqua. Et Græcè habet problemata, quæ etiā sunt obscuræ propositiones; ut ait Euthymius. Et hoc videtur esse explicatum Matt. 13. vbi adducitur hic versus huius Psalmi, & pro, loquar propositiones ab initio, dicitur: Eruetabo abscondita à constitutione mundi, & neq; ibi fit aliqua cōparatio. Et idem intelligitur ex Habacuc. 2. Numquid non omnes isti super eū Parabolam sument, & loquelā anigmatum eius, &c. Quia ibi pro anigmatum, habetur in Hebræo idem nomen quod in illis verbis Psalm. 77. Loquar propositiones ab initio.

Psalm. 77.

Hierony.

Euthym. Matth. 13.

Habac. 2.

Psalm. 77.

Hæc sententiā sequitur Mercerus apud Pagnin. in Thesaurō in radice חמאסאל, Iansenius

Mercer apud Pagninum. Iansen.

in

Ribera.

in cap. 52. concordia Euangelicæ, in illud: Hec omnia locutus est Iesus in Parabolis ad turbas. Et Ribera in illud Mich. 2. In die illa sumetur super vos Parabola. Et iuxta eam exponunt hanc vocem hoc loco: dicunt enim has Salomonis sententias ita appellari, non tam propter similitudines, aut comparationes, quas contineant; quàm quia aliud significant in recondito sensu, quàm verbis exterius videatur sonare.

S

SECUNDUM nomē est, Parabola, quod quamuis sit Græcum, & frequenti vsu receptum apud Latinos, tam prophanos, quàm sacros; & ita Latinus interpretatur eo in veteri testamēto, quoties in Hebræo habetur nomen præcedens, & in nouo quoties ipsum habetur in Græco: & quāuis nomen hoc propriè significet similitudinem, aut comparationem; tamen autores nunc citati dicunt, in Scriptura sumi sicut præcedēs, cuius loco substituitur, pro omni propositione, aut oratione, quæ obscura sit, & aliud habeat in recondito, quàm exterius sonet.

Et hoc probant eisdem testimonijs, quibus id probauerūt de nomine præcedenti, quia cum in omnibus habeatur pro eo nomē, Parabola, necesse est sumi in eadē significatione qua præcedens.

Et amplius id confirmant testimonio Christi, qui frequenter utebatur Parabolis cū alloquebatur Iudæos propter earū obscuritatem: ut patet Matth. 17. Lucæ 8. & Marc. 4. Et tamē non in omnibus, utebatur similitudinibus, & cōparationibus. Et præterea quia Ecclesiast. 39. sic habetur: Num-

Matth. 17. Lucæ 8. Marc. 4.

Eccles. 39.

rationē virorū nominatorū conseruabit, & inuersus parabolarū simul introibit. Id est ingredietur in reconditos sensus Parabolarū, qui obscuritate sua facilè incuriosis possunt esse occasio erradi. Et idē significatur in eo quod sequitur: Occulta prouerbiorū exquiret, & in absconditis Parabolarū cōuersabitur. Et eodē modo dicunt sumi nomē hoc apud nostrū interpretē hoc loco, ita ut non significet similitudines, aut cōparationes, sed sententias obscuras.

TERTIUM nomen est, Paræmia, quod est Græcum, & eo vsi sunt hoc loco 70. Interpretes. Et de eo dicunt autores supra citati significare idem quod nomen Parabola, scilicet orationē, aut sententiam obscuram.

6

Paræmia quid significet.

Et id probant imprimis. Quia vbi in Hebræo habetur primum nomē, Septuaginta Interpretes, & noster Latinus vertunt indifferenter, Parabola, vel Paræmia, aut Prouerbium. Vt Ezech. 16. vbi in Hebræo habetur ad verbum: Ecce omnis parabolizans super te parabolizabit, dicendo, sicut mater filia eius: noster interpret vertit: Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbium, in te assumet illud dicens, sicut mater, ita & filia eius. Et cap. 18. vbi etiam habetur in Hebræo verbum, Parabolizare, & nomē Parabola: noster interpret vertit: Quid est quod inter vos parabolā istā vertitis in prouerbium, &c. ut supra retuli. Et vtrouque 70. vsi sunt nomine Paræmia. Et præterea quia in Scriptura loqui in prouerbijs, aut dicere prouerbia, sumitur pro loqui obscure, ut Ioann. 10. cū dixisset Christus, qui nō intrat per ostiū in ouile

Ezech. 16.

& c. 18.

Parabola & prouerbium idem significant.

Ioann. 10.

omniū, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro, &c. subijcitur: Hoc prouerbiū dixit illis Iesus: illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Et cap. 16. Hæc locutus sum vobis in prouerbis, venit autem hora, cum non iam in prouerbis loquar vobis, sed palam de patre annuntiabo vobis. Et paulo post dicunt Apostoli: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiū nullum dicis. Et Ecclesiastici 39. Occulta prouerbiorum inquiret, &c. Vbi etiam est notandum sumi pro eodem Prouerbiū, & Parabolam. Et ita etiam hi autores conciliāt diuersitatem inter translationes Latinam, & Græcam, quia dicunt vtrumq; nomen sumi pro eodē.

Sed vt ex propria sentētia explicemus id quod proposuimus, scilicet quomodo ex significatione horum nominum colligatur, materiam huius libri esse sententias breues, & graues de rebus pertinentibus ad vitæ nostræ institutionem: notandum est primò posse hoc facilius intelligi ex posteriori significatione nominis Hebræi. Quia sententiæ illæ, quæ quasi dominium habent, aut in oratione, aut respectu humani animi, breues debēt esse, propter rationes superius explicatas; & ita sunt breues secundū cōmunem vsum omnium linguarū. Et quāuis possint esse de veritatibus speculatiuis, vt patet in propositionibus sciētiarum speculatiuarū, quæ appellātur maxime, aut dignitates; tamen frequentius sunt de rebus pertinentibus ad mores, & hæc per excellentiam ita appellantur. Et in hoc libro expresse explicabitur in verbis sequentibus fieri de eis sermonem.

Cur autem Latinus interpres pro hoc nomine ita sumpto verterit Parabolæ: non potest facile explicari, si attendamus solū ad primariam eius significationem, quæ est similitudo, aut collatio, vt statim dicemus, nisi dixerimus nomen, Parabola (quamuis originem habeat à verbo, quod significat comparare, aut conferre rem vnā alteri) fuisse impostum ad significandum propositiones, aut sententias, quæ habent quasi dominium, & excellentiam; vel quia comparationes, & similitudines magnam vim habent ad flectendum animos hominum, & ad reddendum aliquid probabile; vel quia frequenter solent huiusmodi sententiæ comparationibus, & similitudinibus constare.

De nomine autem *Paræmia*, quo vti sunt 70. Interpretes, facilius potest reddi ratio, propter quam ponatur pro Hebræo in prædicta significatione sumpto. Quia quamuis inter *sententiam*, & *Paræmiam* in rigore sit discrimen: quia *sententia* solū importat breuem orationem de rebus ad vitam pertinentibus, & *Paræmia* est dictum nouitate aliqua, vel figura infigne, & vulgi sermone tritum, vt aduertit Basiliius homil. 12. quæ est in principium prouerbiorum; tamen sententia, si vulgò iactetur, fit prouerbiū.

Secundò notandum est posse etiam idem intelligi, ex priori nominis Hebræi significatione. Quia etiam comparatio, aut similitudo potest esse breuis, & de rebus pertinentibus ad morum institutionem. Imò tantum

8

Quare nescit interpres vertat Parabolam nomine alio hebræo.

Paræmia & Sententia in quo differat, ex Basilio homil. 22.

illæ

& cap. 16.

Ecclesi. 39.

7
Quomodo ex nomine Parabolæ colligatur materia huius libri.

illæ comparationes, quæ de huiusmodi rebus sunt, solent illo nomine significari in Scriptura, & præsertim cum breues sint, vt constat ex omnibus testimonijs, in quibus habetur.

Et sumpto hoc nomine in hac significatione, facilius est reddere rationem, propter quā noster Latinus interpres vertit pro eo, *Parabola*, & Septuaginta Interpretes, *paræmia*. Quia *Parabola* est nomen Græcum, quod similitudinem, aut comparationem, vel collationem vnus rei ad alteram significat, vt ex Cicerone refert Quintilianus, libro quinto institutionum, capite 11. Apud Latinos sæpe hoc nomen est in vsum in hac significatione; quanquam in Scriptura frequenter distinguatur *similitudo*, aut *collatio*, & *Parabola*, sicut genus, & species: quia *similitudo* dicitur de quibuscunque rebus, quæ inter se habeant conuenientiam aliquam, ratione cuius dicantur similes: *Parabola* verò solū dicitur similitudo, aut collatio assumpta ad significandum aliquid pertinens ad negotia rationalia, vel spiritualia, & maxime ad mores humanos.

Verum est tamen, aliquando hæc nomina confundi in Scriptura, & vnum pro altero poni, vt Lucæ octauo habetur, Christum dixisse, per similitudinem, vbi Græcè habetur, per Parabolam. Et Matthæi 13. vbi eadem historia narratur, dicitur: Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. Et *Paræmia*, id est prouerbiū, quamuis non semper constet similitudi-

ne expressa, computatur inter similitudines, & comparationes, vt Quintilianus tradit loco citato. Qui ob id, argumentum, quod à prouerbis sumitur, refert cum argumentis, quæ sumuntur à simili; & vsum prouerbiorum coniungit vsum Parabolarum. Cuius rationem explicuit Basiliius loco citato dicens, *Paræmiam* definiri verbum iuxta viam, vsum multorum tritum, & quod à paucis ad plura similia transferri potest.

Tertiò est notandū, in Scriptura semper *Parabolam* sumi pro similitudine, aut collatione, vt Hieronymus expresse docet in Epistola ad Algasia, quæ est 151. quæstione sexta, vbi referens Parabolam de villico iniquitatis, ita inquit: Interpretemur eam quasi Parabolam, hoc est, similitudinem, quæ ab eo vocatur, quod alteri παραβάλλεται, hoc est, assimilatur, & quasi umbra præuium veritatis est.

Vt autem hoc ostendamus, & simul explicemus testimonia, quibus autores supra citati moti sunt ad asserendum, Parabolam in Scriptura non significare similitudinem, aut collationem; sed orationem figuratam, aut obscuram: aduertendum est, tribus modis posse fieri comparationem vnus rei ad aliam. Primò exprimendo eam verbis, etiam apposita similitudinis nota. Secundò virtute includendo eam, etiam verbis in quantum oratio postulat, vel supponit, ratione finis, ad quem ordinatur, & suæ significationis cōparari re vnā alteri. Tertiò proponendo rem aliquam gestam, vt exemplum

Parabola nomen Græcū quid significet, ex Quintiliano lib. 5. inst. cap. 11.

Lucæ 8.

Matth. 13.

Basiliius. Definitio Paræmiæ.

Hieron. in epist. ad Algasia.

9

Tribus modis potest fieri comparatio vnus rei ad aliā.

ad aliquid significandū, aut persuadendum Et aliquo ex his tribus modis reperitur comparatio, & similitudo in omnibus Scripturæ locis, in quibus ponitur nomen Parabola.

Exempla primi modi sunt aperta ex nota similitudinis apposta, vt est illud supra adductum ex Ezech. 16. *Sicut mater, ita & filia eius.* Et quoties Christus in Parabolis apponebat vocem aliquam, qua actu rem vnam alteri conferret, vt *simile est*, &c. Et ad huc modum reduci potest testimonium supra adductum ex Iob 27. & 29. quia in eo Iob expressè vtitur multis similitudinibus, & comparationibus, vt peculiariter patet, capite 28. nisi velis dicere, sumi ibi Parabolam largè pro quocunque sermone, vt Vatablus insinuat.

Exempla verò secundi modi sunt omnes Parabolæ, in quibus sub metaphoris, & figuris, & symbolis aliquarum rerum, significatur, vel docetur, vel confirmatur aliquid aliud. Quia in his omnibus supponitur proportio, & similitudo inter metaphoras, aut symbola, & id quod significatur, vel docetur, vel confirmatur, siue sit præsens, siue præteritum, siue futurum: vt cum propheticè prædicatur sub aliquibus metaphoris, & symbolis, aliquid futurum: vt in Parabola duarum aquilarum superius adducta ex Ezech. 17. & in altera Balaam adducta ex Numer. 23. Et quia in prophetijs est hoc genus sermonis, ideò aduertit ibi Vatablus, per assumere Parabolam significari aliquo modo exordiri propheticum sermonem, &

Parabolam sumi pro sermone prophético: & Genebrardus super Psalm. 77. versu. 20. Et idem est de Parabolis, quibus Christus utebatur in Euangelio ad aliquid docendum, vel significandum: quia in omnibus supponitur cōueniētia, & similitudo aliqua inter rem, ex qua sumitur Parabola, & id quod per Parabolam significatur. Cuius ratio desumi potest ex fine Parabolarum; quia tota vis earum ad suum finem, qui est vsum docere, aut significare aliquid per eas, fundatur in hoc argumento:

Inter casum huius Parabolæ, siue fictum, siue verum, & eum, de quo agitur, est similitudo, & conuenientia: ergo sicut in illo casu hoc accidit, ita in hoc eueniet, aut futurum est aliquid simile, & proportionatum: alias indistinctè posset per quamcunq; Parabolam quæcunque res doceri, & significari; quod est absurdum.

Et præterea, serè semper in fine harum Parabolarum quasi per modum conclusionis fit applicatio ad casum, de quo agitur, qua infertur futurum esse idem, aut aliquid simile in ipso: vt Luca 15. in Parabola de oue perditâ intulit Christus hanc conclusionem: *Dico vobis, quod ita gaudium eris in celo super vno peccatore,* &c. Et cōtinuò in Parabola de drachma perditâ intulit hanc: *Ita dico vobis gaudium erit,* &c. Et similem illationem reliquit faciendam ex tertia Parabola de filio Prodigio, quæ statim sequitur: quia ordinatur ad eundem finem cum præcedentibus; scilicet ad docendum recipiendos esse pec-

Genebr.

Lucæ. 15.

cato-

catores ad pœnitentiam. Et in Parabola de villico iniquitatis, quæ proponitur in principio capituli sequentis, & ordinatur ad exortandos Discipulos ad clementiam, intulit: *Et ego vobis dico, facite vobis amicos de iniquo mammona.* Et ita ad intelligendum has Parabolâs multum cōducit inuestigare, in quo cōsistit hæc similitudo; quoniam aliter non poterit benè intelligi earum applicatio ad finem intentum. Et hoc videtur significare Hieronymus loco citato, cum volens exponere hanc vltimam Parabolam inquit: *Interpretemur eam quasi Parabolam, hoc est, similitudinem.*

Et tandem exempla tertij modi sunt ea omnia testimonia, in quibus aliquid adducitur, vel proponitur, aut relinquitur aliqua ratione alijs in exemplum; quia vis exemplorum etiam fundatur in similitudine, inter id quod adducitur in exemplum, & id quod per ipsum probatur, aut exemplatur. Et ita Quintilianus reducit, loco citato, exempla ad argumentum à simili. Et vsus huius locutionis est magis frequens in Scriptura respectu diuinæ punitionis, & significatur per eam, futuram esse tantam, & tam grauem alicuius, siue hominis, siue populi calamitatem, vt comparatione eius sit explicanda grauitas alicuius calamitatis. Vt Deutero. 28. *Et eris perditus in prouerbium, ac fabulam omnibus populis.* Vbi in Hebræo pro in prouerbium, habetur, in parabolam. Et est sensus: Omnes populi adducunt te in exemplum ad explicandum calamitates quas-

Hieron.

Quintilia:

Deut. 28.

cunque. Et eodem modo habetur. 3. Regum. 9. *Eritq; Israël in prouerbium, & in fabulam cunctis populi.* Et 2. Paralip. 7. *Domum hanc, quæ sanctificauit nomini meo, projiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.* Et Psalmo 43. *Posuisti nos in similitudinem Gentibus: commotionem capitis in populis.* Vbi in Hebræo pro similitudinem habetur nomen, quod significat Parabolam. Et Psalmo 62. *Posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.* hoc est, in exemplum derisionis, & cui cōparabant eos, quos deridere volebant: aut cum aliquem vilem esse volebant significare, eum mihi comparabant. Et ita Augustinus in enarratione primæ partis illius Psalmi, exponens hæc verba, sic ait: *Parabola dicitur, quando datur similitudo de aliquo, quando de illo malè dicitur. Sic ille, verbi gratia, pereat, quomodo ille, Parabola est: id est comparatio, & similitudo maledicti.* Et eodem sensu dicitur Sapient. 5. *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij.* Vbi Græcè habetur: *in Parabolam improperij.*

Hoc genus exempli appellatur à Græcis, παραδειγμα, & tradere rem aliquam in exemplum, præsertim publicæ infamiae, & irrisionis dicitur παραδειγματισειν, quod Latine appellatur traducere. Ex quo intelligetur sensus illorum verborum, quæ de Iosepho dicuntur Matth. 1. *cum nollet eam traducere*, scilicet Beatam Virginem: nam sensus est: Cum nollet petere, vt iuxta legem puniretur tanquam adultera, & ita

3. Regū. 9.

2. Paral. 7.

Psal. 43.

Psal. 62.

August.

Sap. 5.

Matth. 1.

Aug. epist. 59.

*Psal. 77.

*Psal. 48.

tradere eam in exemplum publicae infamiae. Quod posset dici exemplare: ut vertit Augustinus Epistola 59. Et de hoc modo similitudinis possunt exponi illa verba Psal. 77. superius adducta: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Quia per Parabolas significantur exempla beneficiorum Dei, & peccatorum patrum antiquorum, & eorum exitus, quae David dicit se velle recensere, ut memoria beneficiorum erigamur in spem; & memoria exitus, quem habuerunt peccata, moueamur ad cauendum ea. Et eodem modo exponunt aliqui illud Psalmi. 48. *Inclinabo in Parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.* Nam dicunt, per Parabolam significari exempla; & sensum esse: Proponam vobis exempla, quae mihi proposita esse volo, ut iuxta ea vitam meam instituum.

Et quidem certum est, Dauidem in eo Psalmo referre exempla eorum, qui congerendis diuitijs, & honoribus obtinendis student, & ostendere nihil eis haec omnia profecisse, ut perpetuitatem, & beatitudinem, quam appetebant, consequerentur, ut ita omnes ab studio illarum rerum deterreret. Quamquam aliqui dicant, Parabolam ibi sumi pro similitudine; quia ea quae David est dicturus non carent similitudine, & collatione. Verum quauis ex his maneat explicatum, qua ratione Parabola in Scriptura semper sumatur pro similitudine, & collatione: non propterea nego autoribus citatis significare orationem aut sententiam

obscuram. Imò dico eius obscuritatem provenire potissimum ex ipsa similitudine, quia quauis similitudines & cōparationes adiuuent ad melius intelligendum rem aliquam, ut statim dicam; tamē hoc est verum, postquam ipsae cōparationes intelliguntur. In quo est magna difficultas, quia ad id est necesse cognoscere proprietates, & naturas extremorum, & in quo conferantur inter se.

Et propter eandem rationem est concedendum Parabolas, siue sententias huius libri esse obscuras, & difficiles; & alium sensum habere reconditum, praeter eum quem verba videntur exterius sonare. Quod quidem non est intelligendum de singulis, sed de omnibus pro maiori parte ipsarum: quia de aliquibus non potest negari habere apertum, & facilem sensum. Et hoc modo est intelligendum, quod de difficultate Prouerbiorum, & Parabolarum, non solum in genere, sed etiam in particulari respectu pertinentium ad hunc librum, docet Origen. in praefatione quatuor homil. in Cant. Basil. homil. citata, & Hieron. super cap. 12. Ecclesiastes, & in illud Sopho. 2. *Au diui opprobrium Moab, &c.* & in principio commentariorum huius libri, si sunt eius.

Et si quæras, quis ex his tribus modis similitudinis reperiat in Parabolis huius libri? Respondetur reperiri omnes: Nam imprimitis in multis earum fit expressè comparatio, etiam adhibita similitudinis nota. Et deinde in multis includitur virtute comparatio, quia vel earum significatio postulat eam, vel vis & efficacia

Origen. in praefat. ad Cant. Basil. Hierony.

fun-

Eccle. 47.

3. Reg. 4.

IO

Cur Salomō tradat morale doctrinam distinctam in Parabolis.

fundatur in ea. Et tandem multae etiam adducuntur in eis per modum exempli. Et quia omnes Parabolae huius libri sunt quaedam similitudines, & cōparationes, videtur dictum de Salomone, Eccle. 47. *In cantilenis, & prouerbijs, & cōparationibus, & interpretationibus mirata sunt terra.* Nam cum ibi referantur tria, de quibus homines mirati sunt Salomonem, quae latè commemorantur 3. Regum. 4. secundo loco ponuntur prouerbia; & haec appellatur cōparationes, quasi prouerbia, siue Parabolae Salomonis fuerint quaedam cōparationes.

Et si ulterius quæras, cur Salomon hanc doctrinam moralem tradiderit distinctam in huiusmodi sententias, & Parabolas, siue similitudines, & non potius sermone plano, & magis lato? Respondetur, quod attinet ad breuitatem, & formam sententiarum, aut prouerborum, rationem esse: quia haec forma sermonis est magis apta ad permouendum affectus, ut supra ostendimus ex Platone, & Demetrio Phalerio. Quibus potest addi, imprimis has sententias facile recipi ab omnibus, vel propter autoritatem eius, qui primus eas pronuntiat, & promulgat: nō enim est cuiusuis has sententias proferre, sed eorum, qui apud alios maxima pollent autoritate, ut postea dicemus: vel quia si sunt in vulgus iactatae & introductae, habentur ut communes animi conceptiones, & quasi propositiones personatae. Et praeterea, antiquos sapientes consueuisse doctrinas morales his sententijs, & quasi

prouerbijs explicare: sicut de septem Graeciae sapientibus refert Plato in Protagora, & de Pythagora, Plutarchus in commentario de liberis educandis prope finem, ubi recenset, & explicat multa ex eius symbolis.

Plato. Plutarch.

Et quod attinet ad similitudines & cōparationes potest reddi ratio ex Hieronymo, qui in illud Matt. 18. *Ided assimilatus est Regnum caelorum homini regi, &c.* sic ait: *Familia est Syrijs, & maxime Palaestinis ad omnem sermonem suum Parabolas iungere: ut quod per simplex preceptum tenent ab auditoribus non potest, per similitudinem, exemplum, teneatur.*

Hierony. in Match. 18.

DE AVTORE huius libri.

SECUNDUM, quod in huius libri initio posset inquiri, est, quis sit eius autor? & hoc est explicatum, cum in eisdem verbis additur: *Salomonis filij David Regis Israel*, ubi significatur autorem fuisse Salomonem, qui fuit & filius David, & Rex Israel: Nam illud, *Regis Israel*, non ad Dauidem, sed ad ipsum Salomonem referendum est, ut docet Basilus homilia citata; & aliqui ex recentioribus, inter quos sunt Baynus, & Iansenius in Commentarijs ad haec verba, dicunt colligi ex distinctione lectionis Hebraicae.

Basilus.

Baynus. Iansenius.

Sed duae sunt circa hoc difficultates. Prima est, quia in principio cap. 25. huius libri apponuntur haec verba: *Haec quoque Parabolae Salomonis, quas transfulerunt viri Ezechia Regis Iudae.* Quibus videtur significari, Parabolas,

Prouer. 25.

quae

quæ postea sequuntur fuisse quidem à Salomone pronuntiatas, aut etiam in alijs voluminibus suæ multiplicis doctrinæ, non simul, & in modum vnius libri, sed sparsim conscriptas, & à seruis Regis Ezechia fuisse in hunc librum redactas. Ex quo videtur sequi, idem esse dicendum de reliquis Parabolis huius libri. Quia eadem est quantum ad hoc ratio de omnibus: imò & vnitatis ipsius libri, & similitudo styli postulat, vt ab eodem autore fuerit conscriptus.

Secunda difficultas est. Quia in alijs duobus libris scilicet Ecclesiaste, & Cantico Canticorū, de quibus est certum Salomonē fuisse eorum autorem, nō apposuit Salomon nomen suum: sed in priori ita exorsus est: *Verba Ecclesiaste filij David Regis Israël: vbi Ecclesiaste, non est nomen Salomonis, sed significat concionatorem, aut concionatricem, sicut nomen Hebræum, cuius loco ponitur: & in posteriori, sine vllō titulo, hoc modo: osculetur me osculo oris sui, &c.* Quare cum hoc loco præter consuetudinem Salomonis, fuerit appositū eius nomen, vel fatendum est hunc librum non fuisse ab ipso conscriptum, vel reddenda est ratio huius diuersitatis.

Ad primam difficultatem vt respondeamus, aduertendum est conuenire inter omnes, Salomonem fuisse autorem harum Parabolarum, qui inspirante Spiritu sancto eas pronuntiauerit, aut etiam alijs scribendas dictauerit: quia vt minimum colligitur hoc ex his verbis, & ex communi sensu Conciliorum, cum conficiunt

Catalogum librorū Canonico-rū, & totius Ecclesiæ: & ideo est habendum vt certum secundum fidem: esse tamen opinionum diuersitatem circa eum, qui sententias à Salomone pronuntiatas degesserit, & conscripserit eo ordine, quo habentur in hoc libro. Nam quidā absolutè dicunt Salomonē id nō fecisse; sed alios, qui sententias ab ipso sparsim pronuntiatas, & fortè in alijs libris, aut in schedis scriptas, & ab alijs asseruatas, collegerunt in vnum, ex eis ordine dispositis confecisse hunc librum.

Et ita respondent prædicto testimonio: quia dicunt solū significare alios transtulisse Parabolam Salomonis ex alijs libris, aut schedis in hunc librum: quos appellat collectores Parabolarum, non autores.

Hanc sententiam sequuntur Driedo libro 1. de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 4. in solutione 5. difficultatis. Canus libro 2. de locis, cap. 11. in solutione 5. argumenti. Pamelius in annotationibus ad librum Cypriani, de mortalitate, numero 43. Vatablus & Lyra, in principio annotationū ad hoc caput, & ad caput 25. & Eugubinus in cap. 1. Gene. Et ex eis quatuor priores dicunt, seruos Ezechia, quorum mentio fit in illo testimonio, collegisse omnes has Parabolas. Et Lyra dicit solū collegisse eas, quæ habentur à capite 25. & de reliquis esse ignotum à quo fuerint collectæ. Eugubinus verò dicit esse certum apud Hebræos Esaiam scripsisse omnes has Parabolas in hoc libro. Et pro hac sententia Pamelius refert Rabbi Moysem.

Driedo de Ecclef. dogmatib. ca. 4. Canus 2. de locis ca. 11. Pamelius in lib. Cypriani. Vatablus. Lyra.

Eugubi. in 1. Gene.

Sed

Salomō autor li. Prob.

3
Non solum fuit Salomō autor principalis huius libri, sed etiā vel scripsit, vel dictauit.

Iansen. & Bayn.

Orig. hom. 1. in Cant. Basilii.

Beda.

3. Regum 4.

Sed mihi magis placet opinio eorum, qui dicunt Salomonem non solū fuisse autorem huius libri, quia omnes Parabolas, quæ in eo continentur pronuntiauerit, sed etiam quia omnes scripserit, aut dictauerit alijs scribendas in hoc libro, eo ordine, quō ipsæ in ipso sunt collocatæ, saltem vsque ad caput 25. Ita sentiunt apertè ex recentioribus Iansenius, & Baynus in annotationibus ad hoc caput, & ad 25. Et idem insinuant ex antiquis Origenes homil. 2. in Cant. & Basilii loco citato. Nam quamuis nihil expressè de hoc dicant, tamē absolutè, & sine vlla limitatione dicunt, Salomonem fuisse autorem non solū harum Parabolarum, sed etiam huius libri, sicut libri Canticorum, & Ecclesiastes, de quibus nullus dubitat fuisse à Salomone cōscriptos, aut dictatos. Et apertius Beda in Commentarij huius libri attributis Hieronymo. Quia nec in principio huius capituli, nec in principio capituli 10. vbi occasio erat explicandi rem hanc, tale aliquid dixit, sed solū in principio capituli 25. & in particulari de Parabolis, quæ postea sequuntur.

Moueor autem ad hoc asserendum, quia opposita sententia nullum habet fundamentum. Nam quod quidam dicunt, 3. Regum 4. haberi, Salomonem locutum fuisse tria millia Parabolarum (ex quibus cū tā paruus numerus remanserit in hoc libro, videtur nō fuisse conscriptum ab ipso, qui nullas prætermitteret: sed ab alijs, qui solū eas potuerunt colligere, quas intenerunt asseruatas) non habet vim. Quia sicut

ipsi debent concedere, eos qui collegerunt has sententias, fuisse à Spiritu sancto inspiratos, vt eas potius quàm alias, quæ etiam essent asseruata, eligerent reponendas in hoc libro; ita nos poterimus dicere ipsum Salomonem fuisse ita inspiratum, vt eandem faceret electionem inter omnes. Et alijs simili argumento probaretur, Canticum Canticorum non fuisse ab ipso conscriptum: quia ibidem dicitur carmina eius fuisse quinque millia, quem numerum certum est non haberi in illo libro.

Et ad difficultatem propositā responderetur, testimonium illud non intelligi de toto hoc libro, sed solū de ea parte, quæ postea sequitur; & adhuc de illa posse haberi sensum, iuxta quem non significetur fuisse cōscriptam à seruis Ezechia, sed aliquid aliud, quod ibi est dicendum.

Ad secundam difficultatem, qui sentiunt librum hunc non fuisse à Salomone conscriptum, facilè respondent, hæc verba non fuisse ab ipso appositæ, sed à collectore suarum sententiarum, & ideo non esse mirum si præter id quod ipse cōsuevit facere in suis libris appellauerit se huius autorem. Sed horum fundamentū iam est exclusum.

Alij verò sequuti Origenem in Præfatione ad quatuor homilias in Cantica, supponunt vt certum Salomonem in his tribus libris appellasse se ipsum eorum autorem, quia in Cantico Canticorum, de quo id videbatur vt certum, habetur hic titulus: *Canticum Canticorum Salomonis*, siue vt est in Hebræo, *quod est Sa-*

lomo-

4

lomon. Et ideo solum inquirunt, cur Salomon tam diuersis modis explicauerit nomen suum in his tribus libris, ut in hoc appellauerit se proprio nomine Salomonem, & dixerit esse filium Dauidis, & Regem Israël: & in Ecclesiaste appellauerit se Ecclesiastem filium Dauidis, & Regem Hierusalem: & in Cantico simpliciter se appellauerit Salomonem, non explicando nomen patris, nec Regiam dignitatem?

Ego uero licet credam titulos librorum Scripture, præsertim illos, qui habentur in vulgata editione Latina, habere auctoritatem Canonice Scripture: tamen de illis, qui sunt extra contextum, & habent modum scripturum probabilius existimo, non fuisse appositos ab autoribus ipsorum librorum, sed ab alijs, vel sumpta occasione ex primis uniuscuiusque libri uerbis (ut in multis ueteris testamenti Hebræis) uel ex materia, & argumento (ut in aliquibus ex eisdem libris, præsertim in editione 70. Interpretum, & Latina) uel ex nomine auctoris, & simul ex argumento, ut in libris Euangeliorum. Et ad huc postremum modum pertinet titulus Cantici Canticorum; sumitur enim ex nomine auctoris, & ex argumento in communi, aut ex genere Scripture, ut suo loco est explicandum.

Quare adhuc remanet difficultas proposita, scilicet, cur si Salomon fuit autor huius libri, ut id significaret apposuerit in ipso contextu nomen suum, & appellauerit se filium Dauidis, & Regem Israël, cum id nullo modo fecerit in Cantico Canticorum; neque

tam expressè in Ecclesiaste?

Et ideo aliter ad eam respondetur, iuxta doctrinam Aristotelis libro 2. Rhetoricæ, non decere quoscumque sententijs uti, præsertim tanquam earum autores: sed eos dumtaxat, quibus grauitas ætatis, & peritia rerum, de quibus agitur, auctoritatē cõciliauerit. Quod etiam Salomon uidetur significare cap. 17. huius libri, cum inquit: *Non decent stultum uerba composita*: quamuis alij aliter hæc uerba exponant, ut ibi dicemus. Et apertius cap. 26. ubi sic ait: *Quomodo pulchras frustra habet elaudus tibi, sic indecens est in ore stultorum parabola*. Quare cum Salomon hoc libro uelit varijs sententijs, & Parabolis, aut prouerbij explicare ea, quæ ad rectè formandum hominum mores, & ad benè beatèque uiuendum sunt necessaria: optima ratione ductus apposuit nomen suum in principio huius libri, ut ita significaret non à quocumque esse conscriptum; sed ab eo cuius ætas esset congrua ad tradendum hæc præcepta de moribus, & sapientia in omni genere rerum maxima, & diuino testimonio confirmata, & manifesta apud omnes. Nam 3. Regum 3. ei Deus dixit. *Dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, neque post te surrecturus sit*. Et in fine capituli de ipso, postquam pronuntiauit sententiam circa contentionem duarum mulierum, de filio superstite post alterius occisionem, ita dicitur: *Audiuit itaque omnis Israël iudicium, quod iudicasset Rex, & timuerunt Regem, uidentes sapientiam Dei esse*

6
Arist. Rhetor.

Prouer. 17.

Prouer. 26.

3. Reg. 3.

in eo ad faciendum iudicium. Et cap. 4. sequenti: *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est in litore maris; & præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium, & Aegyptiorum: & erat sapientior cunctis hominibus, &c.* Et paucis interpositis, quibus etiam eius sapientia prædicatur, sic habetur. *Et ueniebant de cunctis populis, ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab uniuersis Regibus terra, qui audiebant sapientiam eius.*

Basilius.

Hac ratione utitur Basilius ad rem hanc explicandam in proemio citato, ubi sic ait: *Apposuit autem & auctoris nomen, ut persona splendore, & amplitudine audientem facilius traheret: auctoritas enim doctoris sermonem acceptum facit, ac discipulos attentiores reddit.*

Et deinde dixit se esse filium Dauidis, ut ibidem inquit Basilius, ut lector agnosceret non solum ipsum Salomonem esse sapientem, & Prophetam, & sacris Literis ab ipsa infantia diligenter edoctum: sed etiam ex sapiente patre, & Propheta, & erudito natum.

Basilius.

Et tandem se Regem Israël appellauit, ut etiam ibi inquit Basilius, qui ualde ad præcepta morum tradenda refert, eum qui scribit Regem esse: non solum propter auctoritatem, quam apud suos habet; sed etiam, quia omnes credunt leges ab eo latas ordinari ad subditorum utilitatem. Nam quamuis tyrannus possit sicut Rex, legibus, & præceptis Rempublicam administrare: ta-

men hoc est quantum ad hoc inter eos discrimen: quod tyrannus, quia semper est proprijs commodis intectus, leges fert, quibus ea undecunque procuret, etiam cum subditorum iniuria: at uero legitimus Rex, quia communè Rempublicæ utilitatem, etiam propria contempta, curat, leges fert, quibus commune bonum, & subditorum utilitas promoueatur. Et ideo cum Salomon in principio huius libri; se Regem appellat, significat se animo regio, atque adeo in subditorum utilitatem propenso, hæc præcepta tradere, quod, ut melius ab omnibus recipiantur, ualde conducit.

Et non est prætermittendum, Salomonem non solum apposuisse regiam dignitatem; sed etiam explicuisse in particulari, apud quos eam haberet: & ideo se appellasse Regem Israël; quia ex hoc etiam eius sapientia magis, & prudentia manifestatur, cum significetur esse Regem eius Regni, quod multis titulis erat excellens: scilicet, & quia promissiones Dei habebat de peculiari prouidentia erga ipsum, & in præcipua ciuitate Hierusalem edificatum Templum celeberrimum, & in omnibus, quæ pertinebant ad cultum Dei, & ad ciuilem hominum gubernationem optimas leges; & multorum ex his Salomon fuit autor, & ferè omnium moderator, ut Rex.

DE AVTORITATE
huius libri.

SERTIVM, quod etiam posset in huius libri initio inquiri, est, quanta sit eius auctoritas? Et hoc est etiã

ali-

aliqua ratione in eisdem verbis explicatū: quia in eis apertè dicitur hūc librum esse Salomonis, & ex hoc benè sequitur esse canonicum, quia nullus liber recipitur vt Salomonis, qui non sit canonicus; vt de reliquis libris, de quibus constat esse conscriptos ab aliquibus ex scriptoribus librorū canonicorum, solet inferri.

Et potest probari autoritate Sanctorum, qui testimonijs huius libri vtuntur ad confirmandū fidei dogmata, aut qui Catalogū librorum canonicorū faciunt, & ex Decretis Pontificum, & Conciliorum, in quibus idem Catalogus reperitur. Et est adeò certum, vt ab omnibus hic liber collocetur in ea classe librorum canonicorum, de quorum autoritate nulla fuit vnquam inter catholicos disceptatio. Imò nec ex hæreticis aliqui id negauerunt, præter eos, qui in communi impugnant omnes libros veteris testamenti. Quæ omnia videri possunt apud Belarminum, libro primo de verbo Dei cap. 4. & 5.

Reliqua, quæ de utilitate huius libri possent in hoc proœmio adduci, dicentur in expositione verborum sequentium.

DE I. UTILITATE huius libri.

Ad sciendam sapientiam, & disciplinam.

ROSTRUM titulum operis, explicatur eius utilitas in hoc proœmio, quod extenditur ab

his verbis vsque ad illa: *Timor Domini principium sapientia*, quæ sunt initium sententiarum, siue Parabolarum. Et de his dicunt aliqui nullo modo esse Salomonis, hoc est, neque fuisse ab ipso cōscripta, neq; accepta: sed fuisse apposta ab alijs, scilicet ab ijs, qui sententias à Salomone acceptas collegerunt in hoc libro. Sed hoc iam est superius impugnatum, cum ostendimus hunc librum fuisse à Salomone immediatè conscriptum, aut dictatum. Quare etiam dicemus hæc verba fuisse ab ipso apposta, vice proœmij, vt explicata libri utilitate reddat lectores magis beneuolos & dociles.

Vt verò continuentur cū præcedentibus aliquid est subintelligendum hoc modo: *Parabola Salomonis filij David Regis Israël*, conscriptæ, aut editæ *ad sciendam sapientiam*, vel vt scias, hoc est quæ in hunc usum, & finem destinatur, vt ex eis discas sapientiam, & percipias reliquas utilitates, quæ sequentibus versiculis continentur. Et ideò in singulis debet idem subintelligi, vt similis fiat connexio. Sed quoniã his verbis non vnus, sed multiplex fructus, & utilitas huius libelli proponitur, oportet vt melius hi fructus intelligantur, explicare voces quibus significantur. Et imprimis de nomine, *sapientia*, Glossa Interlinealis, & Lyranus hoc loco existimant summi pro scientia de rebus diuinis: fortè ducti, quia secundum cōmunem omnium sententiã, quã refert Aristoteles. 6. ethi. cap. 7. *Sapientia est cognitio perfecta rerum, quæ natura sua sunt honore*

I

2

Aristot. 6. ethi. cap. 7.

dig-

Belarm. li. 1. de verbo Dei.

dignissima. Sed quamuis sic sumatur Sapientia à Philosophis cum constituunt eam habitum quendam intellectualem distinctum à reliquis habitibus intellectualibus; scilicet scientia, intellectu, & arte, & prudentia, tamen hoc loco non ita sumitur, quia ad eam sapientiam dicitur hic liber utilis, quæ in eo est postea tradenda; & tamen constat non tradi in hoc libro, noticiam rerum diuinarum propter se ipsas, sed ratione alterius, vt statim dicemus. Quare mihi hoc aliter explicandum videtur: pro quo suppono ex Basilio in proœmio citato; sapientiam sumi duobus modis. Primò, pro certa & perfecta cognitione rerum tam diuinarum, quàm humanarum, & eorum, quæ sunt rerum causa. Secundò, pro peritia cuiuscunque artis, qua ratione architectus appellatur sapiens à Paulo, primo Corinthiorum tertio. Et vtramque acceptionem retulit, & explicuit exemplis Aristoteles loco citato, quia de posteriori sic ait. *Sapientiam autem in artibus is attribuiamus, qui cuiusque artis sunt peritissimi, vt Phidiam sapientem lapidum sculptorem, Polycletum statuarum factorem dicimus, nihil hic aliud per sapientiam quam artis virtutem significantes.* Et de priori sic statim inquit: *Nonnullos autem vniuersæ sapientes esse arbitramur, non sigillatim, neque alia in re vlla sapientes.* Et vtroque modo dicitur in thesauris Linguae sanctæ sumi vocem; quæ pro sapientia ponitur in Hebræo. Et hoc supposito

Basilius.

Sapientia sumitur duobus modis, & quid sit.

1. Cor. 3.

Aristot.

dico iuxta posteriorē acceptionem sumi in Scriptura sapientiam pro peritia artis, qua boni efficiamur, & grati Deo, & obtineamus veram foelicitatem, quæ est notitia eorum, quæ credenda & facienda sunt, vt Deo aliquando fruamur, & in ipso beati simus. Et complectitur hæc peritia non solum hæc noticiam ex parte intellectus, sed etiam affectum ex parte voluntatis ad vtrumque; scilicet ad credendum, & operandum, atque adeò omnes virtutes, quæ necessariæ sunt, tam in intellectu quàm in voluntate ad credendum, & operandum sicut oportet ad consequendam salutem. Et hæc peritia in Scriptura appellatur simpliciter sapientia, & sine ea nullus, quantumcunque sit eruditus, appellatur sapiens absolute, sed potius insipiens, & stultus. Et merito, quia quæ maior ignorantia, & stultitia esse potest, quàm carere ea scientia, & notitia, quæ veram beatitudinem possimus obtinere? De hac sapientia loquitur Paulus ad Ephesios primo, vbi sic ait: *Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloria, det vobis spiritum sapientia, &c.* Et propterea subiecit statim: *Vt sciatis quæ est spes vocationis eius, & quæ diuina gloria hereditati eius in Sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, &c.* Et è contra defectum huius scientiæ dicit Isaias capite quinto, esse causam vastationis Iudæorum, tam in hac vita quàm in futura, nam sic ait: *Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Et an-

Ad. Ephe. 1.

Isai. c. 5.

B tea

tea dixerat: *Cythera, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiujs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.* Et Ioannes in prima epistola, capite secundo, illos solos dicit nosse Deum, quod est habere scientiam de ipso, qui mandata eius seruant: ita enim inquit: *Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est.* Et de sapientia ita sumpta intelligenda sunt hæc verba, ita vt sensus sit, vnum ex fructibus, qui ex hoc libro percipi possunt, esse comparare peritiam huius artis, qua sumus Deo grati, & perueniamus in beatitudinem. Et ipse Salomon insinuauit paulò inferius se de ea loqui, quia enumerauit quasi partes huius sapientiae, iustitiam, iudicium, & æquitatem, in quibus omnis virtus comprehenditur. Et apertius capite octauo, vbi introducens hanc sapientiam vt personam loquentem, & docentem ea, quæ ad ipsam pertinent, sic ait: *Veritatem meditabit guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermões mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum: recti sunt intelligentibus, & a qui inuenientibus scientiam.* Quibus verbis significat sapientiam efficere præstare, hæc omnia in ijs, in quibus est. Et rursum paucis interpositis: *Ego sapientia habito in consilio, & eruditus intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum:*

arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor. Et denique in toto progressu huius libri traduntur præcepta de morum institutione in ordine ad beatitudinem.

Et deinde nomen *disciplina*, quamuis apud Latinos propriè significet tantum perceptionem doctrinarum, aut artium quarumcunque, quas discipuli à magistris discunt, & appellatur interdum institutio, & eruditio ipsorum discipulorum, tamen in Scriptura non solum sumitur hoc modo, sed etiam pro castigatione, aut flagellatione, qua homines à malo arcentur, vt capite tertio sequenti: *Disciplinam Domini, fili, ne abijcias: nec deficias cum ab eo corripis. Quem enim diligit Deus corripit, &c.* Quæ verba sic adducit Paulus ad Hebræos 12. *Fili mi noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat, &c.* Et ideò subiecit: *Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, &c.* Et Ieremias secundo. *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* Et ita dicunt aliqui posse exponi illud Prouerborum quarto: *Tene disciplinam, ne dimittas eam:* id est, fortiter apprehende castigationem, & seueram institutionem. Et apertius est illud capitis 22. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplina fugabit eam.* Et capite 23. *Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur.* Et vtroque modo so-

3

Prouer. 3.

Hebr. 12.

Iere. 2.

Prouer. 4.

cap. 22.

cap. 23.

let

letsumi nomen *παιδεία*; quod huic nomini respondet in Græco. Et in hac posteriori acceptione sumitur hoc loco, ita vt significet quamcunque castigationem, siue ab extrinseco, scilicet à Deo immissam, siue voluntariè assumptam; & siue sit solum ipsum opus virtutis, quod molestum est, & difficile naturæ corruptæ, siue quodcumque aliud: hæc enim castigatio potest appellari disciplina ex fine ad quem ordinatur, qui non est præcisè, vt per eam patiamur, sed vt erudiamur de agendis, aut vitandis, vt Paulus loco citato docuit. Itaque hæc castigatio dicitur disciplina, quia per eam non minus quam per verba docemur, & instituimur de pertinentibus ad rectam morum formationem. Et hoc imprimis colligo ex nomine מוֹצָר מוֹצָר, quod pro disciplina habetur in Hebræo: quia hoc nomen, vt tradunt periti linguæ Hebraicæ, deducitur à verbo יָצַר יָצַר, quod significat coercere, & corrigere aliquem seuerè pœna aut minis, ne pro suo libito euagetur, & ideò etiam ipsum sumitur pro castigatione ad hoc ordinata: quæ propriè potest appellari seuera institutio; & ita sumitur frequenter in sacra Scriptura, & rarò aut ferè nunquam sumitur pro priori genere institutionis.

Et non obstat, nostrum interpretem paulò inferius pro hoc nomine vertisse eruditionem, cum inquit, *ad suscipiendam eruditionem doctrinæ*; quia eadem ratione potest hæc castigatio in-

differenter appellari disciplina, & eruditio.

Et deinde probatur ex ipso contextu, quia Salomon paulò inferius loquens de hac disciplina, ad quam sapientia inuitat, sic ait: *Conuertimini ad correctionem meam.* Et capite tertio, in verbis superius adductis, & in toto progressu huius libri apertè explicat se loqui de hac disciplina. Et tandem probatur autoritate Basilij, qui in proœmio citato, exponens quid hic significetur nomine disciplina, ita inquit: *Est autem disciplina inductio quadam utilis, quæ sepe cum labore vitiorum maculas purgat.* Quæ quidem in præsentiarum non videtur esse gaudij, sed mœroris: verum postremò fructum salutarem, & quietum per ipsam exercitatis facilè reddit. Et postea vitur exemplo castigationis puerorum, quæ fit per ferulas, & flagella, & adducit varia testimonia ex hoc libro, in quibus necesse est dicere sumi hoc modo disciplinam.

Prouer. 3.

Basilij in proœmio Prouerb.

II. UTILITAS huius libri.

Et ad intelligenda verba prudentia.



VM dicitur: *Ad intelligenda verba prudentia, siue intelligentia, vt nomen Hebræum videtur significare, quia deduci-*

B 2

tur

Ioan. epist. 1. c. 2.

Prouer. 8.

Disciplina dicitur castigatio ex fine.

tur à verbo, pro quo noster interpretis vertit *intelligenda*, per intelligere significatur non quo modocunque intelligere, sed discernendo, & dijudicando res quæ sunt inter se similes, aut dissimiles ex intima, & perfecta consideratione ipsarum: & per intelligentiam significatur facultas ad intelligendum hoc modo res, & ad ferendum huiusmodi iudicium de eis: & per verba intelligentiæ significantur verba, quæ ut benè intelligantur postulant hanc facultatem, & hunc modum iudicandi in eo, qui eas est intellecturus: ita ut sensus sit, ex lectione harum Parabolarum comparari vires ad intelligendum cum hac discretione verba, quæ ut sine deceptione intelligantur, postulant adhiberi ipsam discretionem. Quæ tamen sint extrema, inter quæ facienda sit huiusmodi discretio, non explicatur eodem modo ab omnibus: quoniam aliqui dicunt esse ipsa verba, ex quibus aliqua suadent bonum, & alia mouent ad malum sub specie boni; alij verò dicunt esse diuersos sensus eorundem verborum. Et significari id quod dixi per intelligere, & per intelligentiam, potest probari imprimis ex proprietate vocum, quæ pro eis ponuntur in Hebræo, quæ procul dubio, ut fatentur omnes periti linguæ Hebræicæ, est significare illum modum intelligendi res. Et præterea probatur autoritate Basilij, qui loco citato exponens quid significetur per verba prudentiæ, ut habetur in Græco, sic

ait: *Qui prudentia sermones cognoscit, sciet nonnullos sophismata, captionesq; obijcere, quosdam verò nobis, quæ sunt circa vitam meliora monstrare, ut bonus trapezita quod bonum fuerit retinebit, & ab omni specie mala abstinebit.* Vbi apertè dicit esse proprium eius, qui intelligit verba prudentiæ, constituere discrimen inter huiusmodi sermones.

III. UTILITAS huius libri.

Et suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiæ, & iudicium, & æquitatem.



HÆc verba non eodem modo habentur apud omnes: nam apud Septuaginta Interpretes, in Codice Pontificio sic habetur: *& suscipiendum versutias sermonum, & intelligendam iustitiam veram, & iudicium dirigendum.* Et ferè eodem modo referuntur à Hieronymo in Ezechielis caput 18. quia ita inquit: *Suscipere versutias sermonum, & nosse iustitiam veram, & post omnia corrigere iudicium.* Et tandem apud Aquilam, & Symmachum, quamuis nulla sit diuersitas quantum ad illa verba: ad suscipi-

Hieron. in
Ezech. c. 18

Aquila.
Symmac.

pien-

piendā eruditionem doctrinæ, aut prudentiæ, tamen quantum ad verba sequentia est discrimen, quia non sequitur statim *iustitiam*, &c. sed prius interponitur hæc: *& solutiones enigmatum.* Et eodem modo interponuntur in translatione Septuaginta Interpretum, in Biblijs Complutensibus: ubi sic habetur: *Ad suscipiendasq; inuolutiones sermonum, & solutiones enigmatum: ad intelligendamq; iustitiam veram, & iudicium dirigendum.*

Sed proculdubio nostra translatio est præferenda reliquis, non solum propter eius auctoritatem, sed etiam quia est conformior lectioni Hebrææ, in qua verba, quæ habentur, non significant versutias, aut inuolutiones sermonum, neq; solutiones enigmatum, sed eruditionem doctrinæ. Et illa verba aliarum translationum desumpta videntur in laudem Sapietæ, ex Sapietæ 8. ubi de ea sic dicitur: *Scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, vel sicut alij legunt, enigmatum.*

2

De sensu etiam nostræ translationis non omnes conueniunt: quia licet multi concedant per eruditionem doctrinæ intelligi institutionem, & disciplinam, quam discipuli accipiunt à magistris, tamen aliqui hæc verba coniungunt cum sequentibus, hoc modo: *Ad suscipiendam eruditionem in doctrinæ, in iustitiæ, & iudicio, & æquitate;* ut exponit Caietanus: vel ut exponit Baynus: *Ad suscipiendam eruditionem doctrinæ, hoc est ut suscipiat quis ex hoc libro eruditionem, id est intellectū ut faciat i-*

Caietanus.
Baynus.

iustitiam, iudicium, & æquitatem.

Alij verò ea separant à sequentibus, ita ut eruditio solum coniungatur doctrinæ, & vnaquæuis ex reliquis vocibus sumatur per se ut importans propriam utilitatem percipiendam ex hoc libro, distinctam ab illis, quæ per reliquas significantur. Et hoc placet multis, quos statim referam. Et præterea omnes sunt diuisi inter se in explicatione effectuum, ad quos per has voces significatur esse hunc librum utilem. Nam Caietanus, qui eruditionem coniungit cum his quatuor nominibus, dicit per eruditionem doctrinæ significari illustrationem intellectus circa credenda; & per eruditionem iustitiæ institutionem ad exercendum iustitiam, qua alijs reddimus quod debemus; & per eruditionem iudicij manifestationem diuinorum iudiciorum, quibus homines variè affliguntur, ut ex eorum cognitione moueamur ad timendum Deum: & demum per eruditionem æquitatis doctrinam de rectitudine, qua homo in se ipso rectè disponitur secundum virtutes morales; ut ita curemus acquirere has virtutes.

Et cum hac expositione, saltem quantum ad significationes vocum, conuenit magna ex parte altera, quam ex Abenezra refert Baynus, iuxta quam per eruditionem doctrinæ significatur fides; per iustitiam cultus Dei in communi, & omne opus bonum, quod est cum fide coniunctum; per iudicium discretio, qua ea, quæ recta sunt, cum proximis operamur,

Abenezra

B 3

siue

sive in iudicio, sive extra iudicium, & per æquitatem bonam dispositionem vniuscuiusque in se ipso. Et Lyra, qui illa verba separat inter se, inquit per eruditionem doctrinæ significari eruditionem in scientijs doctrinalibus, vt in Grammatica, Logica, & similibus; per iustitiam habitum iustitiæ, per iudicium executionem iustitiæ, & dicit hæc duo intelligi respectu maiorū, & propterea addi æquitatē, quæ refertur ad populares, qui secundum determinatum iudicium debent seruare inter se æquitatem.

Ego verò suppono imprimis totum illud: *ad suscipiendā eruditionē doctrinæ*: non coniungi cum sequentibus, sed importare utilitatem distinctā ab ea, quæ importatur per sequentia, etiam si verbum, *ad suscipiendam*, debeat repeti in singulis hoc modo, *ad suscipiendam eruditionem, & ad suscipiendam iustitiam, &c.* Quod præter Lyranum placuit Iansenio, & Oforio, & non omnino displicuit Bayno, quamuis magis probet expositionem superius relata. Et hoc supposito dico per *eruditionem doctrinæ*, non significari quamcunque disciplinam, seu institutionem, sed severam, quæ habet modum castigationis aut flagellationis; & appellari eruditionem, & cum addito doctrinæ, quia immittitur nobis à Deo ad erudendum nos, & docendum de agentibus, & vitandis. Et huius expositionis ratio potest reddi ex ijs, quæ dixi paulò superius de significatione vocis *disciplina*: quia idem nomen in Hebræo ponitur

ibi pro disciplina, & hinc pro eruditione. Et hoc modo exposuit hanc vocem hoc loco Oforius, qui inquit significari his verbis coercendam esse temeritatem, & libidinem, ne quid infit in animo, quod tenebras offundat; & hoc perfici disciplinæ severitate, & morum sanctitate. Quid autem sit suscipere eruditionem sive castigationem intelligitur ex illis verbis Ieremiæ 2. *Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt.* Vbi Deus conqueritur quod frustra percussit Iudæos; & rationem reddit, quia disciplinam non receperunt: hoc est, quia cum id dicatur fieri frustra quod non consequitur finem suum, & castigatio Iudæorum ordinaretur ad hoc, vt ipsi vitam in melius commutarent, quod ipsi nullo modo præstarent, necesse est talem castigationem esse frustra. Quare similiter dicemus hoc loco per suscipere eruditionem, aut significari percipere ex ea illam utilitatem, ad quam ordinatur, quæ in præsentis est vitæ emendatio. Cum verò additur, *iustitiam & iudicium*, subintelligendo verbum *suscipere*, aut aliud simile, sumuntur pro eodem hæc duæ voces. Et est Hebraismus quo significatur facere rectè, & benè, atque ex ordine quod quisque debet ex officio, aut quod dicitur pertinere ad eum pro diuersitate materiæ de qua fit sermo. Sumitur autem ratio huius expositionis ex significationibus horum duorum nominum, *iudicium* & *iustitia*; nam imprimis, *iudicium*, inter multa significata, quæ habet in Scriptura, habet

Oforius.

Ierem. 2.

4

Quid significat iudicium, & iustitia.

etiam

etiam hoc, vt significet id quod secundum statum, aut conditionem pertinet ad vnumquemque, vt Iudic. 13. vbi nos legimus: *Quid vis vt facias puer? aut à quo se obseruare debet?* in Hebræo habetur, *quod erit iudicium pueri, & opus eius?* hoc est, quæ erit ratio educationis pueri, & quid ipse postea facere debet. Quoniam pater Samsonis postulauerat à Deo, vt iterum mitteret ad ipsum Angelum, à quo de his edoceret. Et ita Angelus respondit ei: *Ab omnibus, que locutus sum uxori tue, abstinere se, & quidquid ex vinea nascitur non comedat, &c.* Iesaias 28. *Et erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illum.* hoc est Dominus docebit agricolam, vt ea quæ ad munus suum pertinet faciat. Et Psalm. 24. *Diriget manus in iudicio, docebit mites vias suas.* hoc est monstrabit manusuetis viam, qua quod debent faciant. Et deinde *iustitia* sæpe sumitur pro rectitudine, & debito ordine in rebus faciendis, vt opponitur peruersitati in communi, & non determinatè iniustitiæ in ordine ad alterum. Vt Prouerbiorum 8. *Iusti sunt omnes sermones mei, id est recti.* Et ideò subditur: *Non est in eis prauum quid, neque peruersum, recti sunt intelligentibus.* Et Osee 10. *Seminate vobis in iustitia.* hoc est date operam bonis, & rectis operibus. Quare optimè ex his significationibus horum nominum poterimus colligere significationem phrasæ Hebræicæ, quæ ex vtroque constituitur esse eam quam diximus, scilicet facere vnumquemque rectè id quod de-

bet, iuxta exigentiam materiæ de qua fit sermo.

Potest etiam addi alia ratio huius expositionis significationis eiusdem phrasæ desumpta ex Basilio in proemio citato, quam benè explicat Genebrardus in Plal. 98. num. 5. Pro qua est aduertendum totū quod vnusquisque debet facere ex officio consistere in duobus, scilicet in prosecutione eorum, quæ precipiuntur, & in vitatione eorum, quæ prohibentur suo statui: & ex his primum significari per iustitiā, quæ sæpe sumitur pro iustificatione eorum, quæ iusta sunt & bona, & secundum per iudicium, quod etiam solet sæpe sumi pro damnatione eorum, quæ sunt iniusta, & mala. Et ita Genebrardus refert, cum iubemur facere iudicium & iustitiā, Rabbinos exponere: *Iniusta damnare, & iusta iustificare*, quæ duo proculdubio comprehendunt omnia, quæ vnusquisque debet facere vt sanctè, & rectè viuat. Et ideò hæc phrasæ iuxta hanc significationem aliquando sumitur in Scriptura, pro rectè, & iustè administrare Rempublicam: quia fit sermo de Rege ad id constituto: vt 3. Reg. 10. Regina Saba dixit Salomoni: *Et constituit (scilicet Deus) te Regem, vt faceres iudicium, & iustitiam.* Et 1. Paralip. 18. de Dauide dicitur: *Saluauitq; Dominus David. Regnavit ergò David super vniversum Israël, & faciebat iudicium, atque iustitiam cuncto populo suo.* Et Ierem. 22. dicitur ad Regē Iudæ, & ad ministros suos: *Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum, &c.* Et aliquando etiā dicitur hoc de Deo

Basilii.

Genebrard.

3. Reg. 10.

1. Paral. 18.

Ierem. 22.

B 4

in

Lyra.

Iansenius.
Oforius.
Baynus.

3

Iud. 13.

Isaias 28.

Psalm. 24.

Prou. 8.

Osee 10.

Pfalm. 98. in eadē significatione, quādo fit de ipso sermo; qua ratione seruat iustitiam, & æquitatem in nostrarum rerum gubernatione, vt Pfalmo. 98. *Iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti*: hoc est, exercuisti quod iustum, & æquū est in posteris Iacob, nunc puniēs eos, nunc etiam protegens, & liberans. Et Ieremias 23. *Suscitabo David germen iustum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium, & iustitiam in terra.* Et eodem modo dicitur de legibus, & præceptis Dei, quatenus continent id quod iustum, & æquum est in nostra gubernatione. Vt Pfalm. 147. *Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua Israel,* hoc est mandata, & præcepta iustissima, & æquissima. Et aliquando sumitur pro eo quod quisque ex officio facere debet, vt rectè, & sanctè viuat. Vt Gene. 18. *Scio enim quod præceptorus sit filijs suis, & domui suæ post se vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam.* hoc est rectè & iustè viuunt. Pfalm. 36. *Educat quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem*: hoc est tuam rectam, & benè institutam viuendi rationem tam clarā, & manifestam reddet, quā est, lumen solis, & meridies. Pfal. 105. *Beati qui custodiunt iudiciū, & faciunt iustitiam in omni tempore.* hoc est qui iustè, & secundū virtutem viuunt, aut qui virtuti student. Et Isai. 5. *Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam; & ecce clamor.* Vbi apertum est sumi pro eodem iudicium, & iustitiam: quia sicut opponitur iudicio ini-

quitas, ita iustitiæ clamor opponitur, id est, scelus clamans, & vindictam à Deo petens. In quo tamen est aduertendum Augustinū constituere inter hæc duo aliquid discrimen, super illud Pfal. 105. vbi sic ait: *Amat Scriptura illa duo simul ponere, & fortasse propter vicinitatem significationis etiam alterum pro altero poni potest, vel iudicium pro iustitia, vel iustitia pro iudicio.* Tamen si propriè dicantur aliquid interesse non dubito vt iudicium custodire dicatur qui rectè iudicat, iustitiam verò facere qui agit. Verū hoc discrimen non obstat vt non sumantur pro eodem iudicium, & iustitia, aut vt nostra expositio non sit vera: quia facere quod quisque debet integratur ex duobus, scilicet ex ipso opere, & ex iudicio, quo opus dirigitur; & vtrique opponitur idem peccatum, quod nomine iniquitatis, & clamoris significatur. Et hoc ultimo modo sumitur hæc phrasī hoc loco, ita vt sensus sit, hunc librum esse vtilem ad suscipiendum, vel faciendum iudicium, & iustitiam, hoc est quod vnusquisque ex officio suo debet. Quod verò statim additur *æquitatem*, non importat distinctam vtilitatem percipiendam ex hoc libro, sed est explicatio præcedentium: quia æquum, & iustum est vnūquemque satisfacere obligationibus sui officij. Et ex hoc manet explicatum id quod paulò superius dixi, scilicet his verbis comprehendī omnem virtutem. (P.)

* Pfal. 105.
5
Quid proprie iudiciū prout dicitur dicitur à iustitia.

IIII. UTILITAS huius libri.

Ut detur paruulis astutia, & adolescenti scientia, & intellectus.



I

EXPLICATUR his verbis alia vtilitas, quæ ex hoc lib. percipi potest, & qui sint eius participes: & est subintelligendum aliquid sicut in præcedentibus, scilicet hunc librum esse vtilem, aut fuisse conscriptam, vt detur paruulis astutia, &c. Vbi pro paruulis in Hebræo habet nomē, פְּתַיִם פְּתַיִם in plurali, deductum à verbo פָּתַח, quod significat suadere, attrahere, & pellicere, & etiam passiuè suaderi, &c. Et idè ipsum nomen sumitur frequenter in malam partem quasi passiuè pro ijs, qui facillè suasionibus, & blanditijs ducuntur, & huc atque illuc impelluntur, & ob id sunt expositi periculo vt ab alijs decipiātur: qui possent appellari stulti, & imperiti, & à nostro interprete dicuntur paruuli: quia sunt similes paruulis non in innocentia, & puritate à culpa, sed in hac imperitia. Et de eis inquit Paulus 1. ad Corinth. 14. *Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote.* Et in hac significatione vritur sæpe Latinus interpres hoc nomine in hoc libro, vt in hoc cap. *Vsq̄quo paruuli diligitis infantiam, & postea: Auersio paruulorum interficiet eos,* & cap. 8.

Nomen paruulus quid significet.

1. Cor. 14.

Intelligite paruuli astutiam: quāuis in nouo Testamento aliquādo vtratur eo in bonam partem, vt Matth. 11. *Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Et quāuis 70. Interpretes pro hoc nomine Hebræo posuerint Græcum ἀκακος, quod à multis interpretibus exponitur innocēs, non idè sumpturū ipsum in bonam partem, vt existimauit Iālenius, quia hoc nomen propriè, vt annotauit Budæus in Commentarijs linguæ Græcæ, non significat absolutè eos, qui omni culpa carent, sed simplices, & apertos, & fraudis, aut malitiæ ignaros. Et ita Dionysius ad Demophylum scribēs inquit ἀκακος esse eos qui *malum in alijs non suspicantur*: quia ex suo animo alienum æstimant animum. Et Plutarchus in libello de auditione inquit: *Hos sicut & eos qui in admirationem sunt propensi facile ex alieno sermone affici damno.* Et ad hoc propositum refert Heraclytus dixisse, *Stupidū homines quauis oratione percellit.* Quod melius explicuit Basiliius homil. citata in principium Prouerbiorum, vbi inquit duplicem esse ἀκακίαν, siue innocētiam: vnā quæ cōsistit in alienatione, & puritate ab omnibus peccatis, electione, & iudicio acquisita per longam bonorum exercitacionem: & alteram, quæ consistit in quadam alienatione à malo, nō ex electione & iudicio, sed ex ignorantia doli, & fraudis, quam propterea appellat, *Inexperientiam mali*, & eum qui eam habet *inexpertem mali.* Et explicat eā hoc exemplo, vt si quis propter defectum ætatis, aut cognitionis

Prouer. 8.

Matth. 11.

Budæus.

2

Dion.

Plut. in libello de auditione.

Heraclyt.

Duplex est innocētia ex Basil.

nesciret fraudes alicuius artis aut negotij humani, nec posset eas vitare, diceret innocēs, ab innocētia sumpta hoc posteriori modo. Et de ea dicit intelligi hæc verba, ita inquit: *Innocentem itaque in hoc Prouerbiorum loco, non ex proposita, sed in oratione videtur accipere, quem nullus vsque aut experientia laudate astutia teneatur.* Et paulò inferius videtur docere significationem nominis Græci, *ακακος* esse eam quam nos retulimus de nomine Hebræo, quia sic ait: *Innocentem itaque, qui omni verbo paratus est cum animæ periculo facile credere, presens doctrina confirmat, veluti adiuuentum quoddam ad vitæ negotia, astutia officiosa præberet utilitatē.* Et de ipsis Septuaginta Interpretibus videtur certum sumpsisse hoc nomen in posteriori acceptione: primò ex sensu horum verborū, iuxta quem dicendum est, eos de quibus hoc loco fit sermo, indigere astutia, quæ ex hoc libro est colligenda, atq; ad eò non esse à malo alienos ex iudicio perfecto & electione. Et deinde, quia in versione Latina editionis Septuaginta Interpretum, facta iussu Pontificis, & in Interlineali, quæ habetur in Biblijs Complutēnsibus, non ponitur hoc loco *innocentibus, sed simplicibus.* Et tandē quia cap. 8. sequenti, vbi nos legimus: *intelligite paruuli astutiam,* apud Septuaginta pro *paruuli*, habetur hoc idem nomen: & ex ipsa admonitione, & ex verbis, quæ statim sequuntur: *Et insipientes animaduertite,* constat sumi in malam partem. Et eodem modo sumitur ad Romanos 16. *Et per*

Ad Rom. 16

dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Vbi in Græco pro *innocentium*, habetur hoc nomen, & significat eos qui propter nescientiam doli, & fraudis poterant facilè ab alijs decipi.

Negari tamen non potest hoc nomen aliquando sumi in priori acceptione pro puritate ab omni vitio & peccato, nò solum apud sacros autores, quod colligitur ex eo quod de Christo dicitur ad Hebræos 7. *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocēs, &c.* sed etiam apud profanos, nam Cicero in 4. Tusculana. sic ait: *Viruti contraria est vitiositas: sic enim malo quàm malitiam appellare, quæ Græci κακον appellāt, nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium.* Quare *ακακος* à Cicerone propter particulam priuatiuam appellatur qui omni vitio caret.

Et pro eo quod diximus de expositione tam huius nominis Græci, quàm etiam Hebræi, est notandum id quod in Scholijs prædictæ translationis Latine adducitur ex alijs interpretibus Græcis: nam ibi refertur Aquilā posuisse quoddam nomen, quod sumitur pro ijs qui se facilè palpari, & lactari sinunt; Symmachum aliud, quod paruulos significat; & Theodotionem aliud, quod vsurpatur pro deceptis.

Per astutiam verò significatur bona calliditas. His ergò paruulis aut simplicibus in remediū sui defectus promittitur ex hoc libro astutia, quæ hoc loco sumitur pro bona calliditate, quia mala non esset aptum remediū indigentia paruulorum.

3

Ad Hebr. 7.

Cicero. 4. Tusculana.

4

Pro

Basiliius. Astutia dicitur pro bona, & mala.

Pro quo aduertendum est ex Basilio loco citato, duplicem esse astutiam, vnā bonam, quam ipse definit, *Astutiam animi cū attentione quadam, & arte, & studio laudabili rerum omnium agendarum:* & alteram malam, quam definit, *studium & operationem mali.* Et assignat discrimen inter eum, qui habet priorem astutiā, & eū qui habet posteriorem, quòd ille citò ac solerter bonum proprium vestigans, dolos, & insidias alienas rectè cognoscit, atque euitat, hic verò sensu, & arte in alienis vititur malis. Quare etiam ille in propriam, proximique salutem vititur astutia, & hic ad proximorum perditionē tanquam subsidio quodam ad malum astutia abutitur. Verūm hæc diuisio astutiæ non est ita intelligenda, vt existimemus astutiam bonam dici propriè astutiam: quia nomen hoc tantum dicitur propriè de vitiosa, & de bona abusiue: sicut hoc nomen dolus tantum vsurpatur propriè in malo, & abusiue in bono, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 55. art. 3. ad 1. & art. 4. ad primum.

D. Tho. 2. 2. q. 55. art. 3. ad 1. & art. 4. ad 1. Astutia quid sit.

Ex cuius doctrina aduertendum est, astutiam propriè sump-tam esse excogitationē medi-orum, quæ ad finem aliquem siue bonum, siue malum consequendum sint ita idonea, vt videantur quidem bona, sed reuera sint falsa, & simulata: latius autē sump-to vocabulo esse excogitationē medi-orum, quæ & sint apta ad consequendū finem bonum, & reuera bona. Et astutia secundum priorem acceptionem, est vitium oppositum prudentiæ per excessum, & secundum posteriorem

est virtus, quæ est ipsa prudentia. Sed prior acceptio non solum est propria vt dixi, sed etiam frequens in Scriptura, & posterior est impropria, & raro in vsu. Quæ omnia explicuit August. lib. 4. contra Iulian. cap. 3. his verbis: *Omnibus virtutibus nò solum sunt manifesta discretione vitia contraria, sicut prudentia temeritas, verum etiam vicina quodammodo, nec veritate, sed quadam specie fallente similia, sicut ipsi prudentie non temeritas, vel imprudentia, sed astutia: quæ tamen vitium est, quamuis in Scripturis sanctis & in bono accipiat, quòd dictum est, aduti vt serpentes.* Matth. 10. Quod tamen exemplum non est satis aptum, quia ibi, & latine legitur prudentes, & Græcè habetur nomen quod prudentes significat.

Aug. lib. 4. contra Iulianum.

Et deinde cum subditur: *Et adolescenti scientia, & intellectus,* quamuis Basilius per adolescentem intelligat eum, qui secundū spiritum, & interiorem hominē est nouus, scilicet incipiens in studio perfectionis, vt distinguitur à proficientibus & perfectis, tamen verius videtur intelligi eum qui secundum exteriorem hominem, & eius ætatem est adolescens: quoniam iuuenes habent maiorem, & magis connaturalē proportionē cum paruulis (hoc est imperitis) quantum ad facilitatem, vt fidem adhibeant cuiuscunque verbis, & vt à quocūque moueantur ex vno proposito in aliud, quàm incipientes, quia cum sint rerum inexperti, & varijs atque vehementibus passionibus commoueantur, sunt magis expositi huic periculo, quàm

5 Adolescentia quid sit

inci-

Horati⁹ in arte Poëtica.

incipientes. Quod Horatius in arte Poëtica, describens iuuenū mores, sic explicuit:

*Cereus in vitium secti, monitoribus asper,
Vtilitū tard⁹ prouisor, prodiguaris,
Sublimis, cupidusq; & amata relinquare pernis.*

Et non obstat haberi in Hebræo pro adolescenti nomē נַחֲמָר, quod sæpe sumitur pro ministro & famulo, etiam si sit pro uectæ ætatis: quia nomen illud propriè significat iuuenem: & quia iuuenes solent ministrare senioribus, aut etiam quia eorum ætas est magis apta, & habilis ad ministrandum alijs, ideò extēditur ad significandum ministrum aut famulum. Quare his verbis significatur, adolescētes, qui propter defectum experientiæ carēt cognitione sufficienti ad discernendum inter prosequenda & fugienda, & propter hunc defectū, & simul propter vehementiam passionum nō valent consilium sumere, posse ex hoc libro comparare sibi scientiam, qua discernant inter eligenda, & intellectum, siue, iuxta vim vocis Hebrææ, cogitationem, aut meditationem, scilicet boni consilij.

V. UTILITAS.

Audiens sapiens sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit.

I **A**LIS est huius libri doctrina, vt ex ea nō solū paruuli, & imperiti, sed etiā sapientes possint maximam utilitatem

percipere. Et sunt hæc verba continuanda cum principio, subintelligendo aliquid, sicut præcedentia, quod potest fieri hoc modo: Parabolæ Salomonis, quæ editæ, & conscriptæ sunt, vt sapiēs eas audiens, vel cū eas audierit, fiat sapientior. Referuntur his verbis duę utilitates: quarū prior est sapientem augeri, & crescere in sapientia, sicut Regina Sabā audiens Salomonem, minor maiorem, effecta est sapientior: & Moyses audiens socerum suum multo inferiorem, factus est sapientior. Exod. 18. Posterior est intelligentem, hoc est prudentem, & qui iudicio pollet, possidere, id est acquirere gubernacula. Vbi per gubernacula significantur artes, & consilia & ingeniosas cogitationes, quibus prudens actiones suas, & omnia agenda dirigit & moderatur. Cuius expositionis ratio assumenda est ex nomine תַּחְבֻּלוֹת TACHBULOTH, quod quoniam aliqui dicūt hoc nomen significare machinamenta, & inuenta subtilia, quæ sunt arte hominum ad onera alioqui graua subleuanda, & inde trāfferri ad significandum prædicta consilia. Sed ego in thesauris linguæ sanctæ, non reperio talem significationem huius nominis, sed omnes ei tribuūt eam quam proposui: & pro ea referunt vt autorem Dauidem Kimhi.

Et potest confirmari ex eius origine: quia proculdubio deducitur à nomine חִיבֵל CHIBEL, quod sumitur in Scriptura pro clauo siue malo nauis, quo ipsa nauis à Nauclero gubernatur, vt Prouerb. 23. *Et eris sicut dormiēs in medio mari: & quasi sopitus gu-*

Exodi 18.

2

Prouerb. 23.

ber-

bernator amisso clauo: vel sicut Hebræi legūt in summitate mali. Et ideò rectius dicemus hoc nomen, quod est illi affine, trāfferri à gubernatione nauis ad significandum quamlibet aliam gubernationem, vbi consilio, industria, & solertia opus sit. Hanc autem huius nominis significationem noster interpret varijs nominibus Latinis solet exprimere, interdum per gubernacula, vt hoc loco & cap. 20. *Cogitationes consilij roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella: & cap. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet.* vbi gubernator ponitur pro his gubernaculis. Et interdum per consilia, vt cap. 12. *Consilia impiorum fraudulenta: & interdum per dispositionem, vt cap. 24. Quia cum dispositione iniur bellum.* Et est aduertendum ferè in omnibus his locis Septuaginta Interpretes pro hoc nomine vertere nomē κυβερνήτης, quod in suæ interpretationis versione Latina exponitur gubernatio, aut gubernandi ratio; & iuxta proprietatem linguæ Græcæ intelligitur de gubernatione, qua nauis ducunt nauem, & est accipiendum metaphoricè pro consilij, quibus res agendas moderantur viri prudentes, sicut clauo nauē dirigit Nauclerus.

Animaduertet Parabolā, & interpretationē, verba sapientis, & anigmata eorum.

3

I **O**c est: Sapiens ex lectione harū Parabolarum adeò augebitur sa-

pientia, vt intelligat Parabolā quascunque, & interpretationem, verba sapientū, & anigmata eorum. Quomodo autem hæc quatuor sint inter se distinguenda, non exponitur eadem ratione ab omnibus: nam ex recentioribus Baynus reducit ea ad duo, dicitque posse hoc fieri tribus modis. Primò, ita vt duo posteriora sint expositio duorum priorum; sicut sæpe in Psalmis, & in his Parabolis posterior pars versus solet esse interpretatio prioris: & sit sensus: animaduertet, vel intelliget Parabolam, & interpretationem, hoc est verba sapientum, & anigmata eorum. Secundò, ita vt sint idem Parabola & anigmata, & etiam sumantur pro eodem interpretatio, & verba sapientum: & sensus sit: intelliget Parabolā, hoc est anigma Parabolæ; & interpretationem, hoc est verba sapientum. Tertiò, ita vt sint idem Parabola, & interpretatio, quia non animaduertet, aut intelliget Parabolam qui eadem intelligere nequit, & etiam sint idem verba sapientum, & anigmata eorū, quia sapientes anigmaticè loqui solebant: & sensus sit: animaduertet Parabolam, hoc est intelliget eius interpretationem, & animaduertet verba sapientum, hoc est intelliget anigmata eorum. Et ad primum modum hæc explicandi videtur accedere Iansenius, qui duas facit combinationes: vnam ex duobus nominibus prioribus, & alteram ex duobus posterioribus; & dicit combinationem posteriorem esse explicationem prioris: ita vt sensus sit: animaduertet Parabolā, hoc est dabitur ei occasio cogitandi

Iansenius.

atten-

attentè de Parabolis, & inuestigandi earum sensum, & interpretationem, & vt significetur quid per Parabolâ intelligatur, additum sit quasi appositivè, *verba sapientum, & anigmata eorum*, hoc est obscura eorum dicta.

Caietanus. Vatablus.

Sed mihi magis placet sententia Caietani, & Vatabli, qui distinguunt hoc loco quatuor, ad quæ intelligenda dicat sapiens præberi hoc libro adiuventum. Modum verò ea distinguendi explicuit Montanus in tractatu de Cõmunibus Prophetarum librorum disputationibus, quem præposuit commentarijs duodecim Prophetarum, sed & tertium illud genus. Vbi ita explicat quid sit vnumquodq; illorum, & quo modo distinguatur à reliquis: *Parabola propriè est sermo, quo res similitudinibus, & comparationibus significatur, quarum sententia aut aperta sit, aut saltem non multum difficilem habeat explicationem.* De quo latè egimus in principio huius libri.

Parabola, interpretatio, verba sapientum, anigmata, quid sint.

Interpretatio est oratio elegans, artificiosa & exornata, sicut solent esse orationes, qua arte rhetorica componuntur. Et huius expositionis ratio reddi potest ex nomine, quod loco eius habetur in Hebræo, scilicet מְלִיצָה MELIZAH, quia significat hoc genus sermonis. Quod potest ostendi, quia vel deducitur (vt quidam volunt) à verbo מְלִיצָה MELIZAH, quod Latine sonat dulcescere, aut suave esse, & sermo elegans & artificiosus est auditoribus suavis, & delectat eos. Vel vt alij opinantur à verbo מְלִיצָה MELIZAH, quod inter alia significat omne genus artificiosè, & compositè loquedi. Et ita ex al-

tero propter eandem rationem nomen מְלִיצָה MELIZAH, ab altero horum verborum deducum, significat interpretem Linguarum, mediatorem, legatum, oratorè, siue rhetorem, scilicet quia heri proprium est ornatè, & artificiosè loqui. Vt Genes. 42. *Nesciebāt enim quod intelligeret Ioseph, eo quod per interpretem loqueretur ad eos.* vbi pro interpretem habetur in Hebræo hoc nomen. 2. Paralip. 32. vbi legitur: *Attamen in legatione Principum Babylonis, Hebraicè habetur: Et sic propter legatos, aut interpretes Principum Babylonis.* & ibi ponitur idè nomen. Iob 16. vbi nos legitur: *Verbofi amici mei,* in Hebræo pro verbofi habetur idem nomen, pro quo Pagninus vertit: *rhetores;* & alij, *interpretes.* Et Isa. 43. *Pater tuus primus peccavit, & interpretes tui prauaricati sunt in me.* vbi per interpretes intelliguntur Moyses, & Aaron, qui ob id ita appellantur, quia medij quasi internūtij loquebantur inter populum Iudæorum, & Deū. Atque ita dicemus nomen, de quo agimus, significare illud genus dicendi, quo ij, qui his muneribus funguntur, solent vti, scilicet, exornatum, elegans, & artificiosum.

Genes. 42.

2. Paralip. 32.

Iob 16.

Pagninus.

Isai. 43.

Et potest hoc amplius confirmari, quia nomen illud solum habetur hoc loco, & Habacuc. 2. cum dicitur: *Numquid non omnes isti super eum Parabolam sument, & loquelam anigmatum:* quia ibi ponitur pro loquelam, & tamen eo loco non significat expositionem ipsorum anigmatum, quia id esset alienum à sensu verborū, sed certum genus dicendi, scilicet

Habacuc. 2.

cet

cet artificiosum, & elegans, quo anigmata cõstant, & ideò interpretis Vatabli, non malè pro loquelam anigmatum vertit, *quim & lapidis dicitur, & anigmati insubstanti ei.* Quare eodem modo sumetur hoc loco: & faciet huic expositioni versio Septuaginta Interpretum, in qua pro interpretatione, habetur obscurum sermonem, quia sermo artificiosus propter artem solet esse obscurus. Et hoc videtur sentire Origenes in prologo ad quatuor homilias in Cantica, vbi exponens qua ratione in hoc libro tradatur ea pars disciplinarū, quæ appellatur rationalis, ad quæ pertinet agere de rationibus verborum atq; dictorū, & de proprietatibus, & improprietatibus, generibus, speciebus, figuris singulorū, inquit referri à Salomone his verbis, quatuor figuras dicens: quarum vna est Parabola, alia obscura dictio, alia dicta sapiētū, & alia anigmata. Et quamuis nō explicet in quo distinguatur figura, quæ dicitur obscura dictio à reliquis, videtur supponere distinguui in aliquo sibi proprio, quod non potest esse aliud quàm artificium & elegantia.

Cur autè hoc genus sermonis à nostro interprete appelletur interpretatio, duæ possunt assignari rationes, quarum prior est esse proprium hoc genus dicendi eorum qui alienam voluntatē interpretantur, siue vt legati, siue vt mediatores, vt in origine nominis Hebræi dixi: & posterior est, necessariam esse cognitionem artificij, & elegantiæ sermonis ad perfectè penetrandum in eius sensum, & hanc non posse

haberi sine docto interprete. Per *verba sapientū*, intelliguntur in genere quæcūq; dicta eorum, quæ ex ipsorum autoritate vim & robur habent, quamuis quoad figurā sermonis nihil speciale habeant.

Et tandè pro *anigma*, significatur sermo, qui & verbis & imaginibus atq; figuris est ad eò obscurus, vt difficile intelligatur nisi aperiatur. Et propterea, vt notauit Montanus loco citato, appellatur Hebraicè nomine quodā, deducto à verbo, quod acere significat, quia acutissimā oportet esse mentis acie eius qui horū dictorum sententiam est comprehensurus. De quo videndus est Martinez lib. 7. Hypotyp. c. 1. Et ex hoc si adiungas ea, quæ in principio diximus, cõstat quid intersit inter Parabolam, prouerbum, sententiam, & anigma, quamuis aliquando idè dictum possit his omnibus nominibus appellari, quia in eo reperiuntur propria vniuscuiusque.


Martinez Hypoti. li. 7. c. 1.

Timor Domini principium sapientie.



MENIA, quæ præcesserunt, habet vicem proemij, vt dixi, in quo explicatum est quis sit huius libri autor, quæ materia, quæ utilitas, & quibus sit conscriptus. Iam ab his verbis sumitur initium sententiarum, quæ in hoc libro tradendæ sunt. Quia quæ est omnium prima difficilis est, disputabimus de ea sequenti controuersia, in qua de eius veritate, & de sensu horum verborum agemus.

CON-



CONTROVERSID
PRIMA, QVAE EST
CIRCA ILLVD: INITIVM
SAPIENTIAE TIMOR
DOMINI.

Utrum verum sit quod his verbis affirmatur, scilicet, timorem Domini esse initium sapientiae.

QUONIAM in hoc titulo duo continentur: alterū, vt fundamentum disputationis, scilicet his verbis affirmari timorem Domini esse initium sapientiae, & alterum vt dubium discutiendum, scilicet an hoc sit verum, ideò de vtroque oportebit agere in praesenti Controversia; & vt clarius procedamus distinctos instituemus articulos, in quibus tota haec res explicet.

ARTICVLVS I.

De sensu horum verborum, & de tituli explanatione.

Sensum horum verborum aperiāmus, & varias, quae de ipso sunt sententias distinguāmus, oportet

tres voces, quae in eis continentur explicare, scilicet *timor Domini, initium, & sapientia*: ex quo simul titulus dubij manebit explicatus. Ad hoc autem, notandum est primò, timorem in communi duos habere actus per ordinem ad duo obiecta. Primus actus est motus quidam quasi contractionis, & depressionis cuiusdam ex apprehensione mali ardui futuri, aut imminentis, ita vt difficile vitari possit. Vbi non solum explicatur obiectum huius actus, dum apponuntur tres eius conditiones, scilicet esse malum, & non quodcumque, sed arduum & graue, & esse futurum non quomodocunq; , sed ita vt imminet, & sit difficile impedire ipsum. Sed etiam explicatur modus particularis huius actus, nam cum actus appetitus circa huiusmodi obiectum debeat habere rationem fugae, & fuga in appetitu possit esse

Timor quid sit in communi. Timoris duplex actus.

sim-

simplex nolitio, aut odium, dicitur hunc actū neq; habere rationem simplicis nolitiois, neque odij, sed cuiusdā quasi contractionis, aut depressionis ipsius appetitus respectu huius obiecti: sicut è cōtra actus Spei habet rationē cuiusdā erectionis appetitus ad consecutionem boni, quod est obiectum Spei. Et quamuis haec ratio peculiaris huius actus non possit facile discerni in actu voluntatis propter eius immaterialitatem, tamen in actu appetitus sensitui, quia fit mediante organo corporeo, & cum immutatio ne corporis facile cognoscitur. Et de primo, scilicet de obiecto agit D. Thomas 1. 2. q. 42. in omnibus articulis. Et de secundo, scilicet de modo agit q. 44. ar. 1. & citat pro ea Damascē. lib. 3. fidei ortho. c. 23. Secundus actus est quidam motus etiam cuiusdam contractionis, & depressionis appetitus, proueniens ex cōsideratione eminentiae obiecti supra se. Vbi etiam duo explicantur de hoc actu, scilicet obiectum, quod est eminentia obiecti propositi, & modus particularis, quo ipse actus attingit tale obiectum, qui est contractio, & depressio appetitus, respectu eius: quia sicut ex cōsideratione mali ardui imminentis sequitur in appetitu motus praecedens depressionis, & contractionis, ita etiam ex cōsideratione eminentiae, aut maiestatis alius obiecti supra se, sequitur in voluntate similis quidam motus contractionis, & depressionis, quo is qui cōsiderat obiectum valdè eminens supra se, non quomodocunq; reueretur

D. Tho. 1. 2. q. 42. & q. 44. art. 1.

ipsum, & ei se subijcit, sed ita vt se ipsum coarctet, & deprimat coram tanta eminentia, & maiestate obiecti. Et haec depressio, & contractio appellatur timor, non solum metaphoricè propter similitudinem, quā habet cum praecedenti, vt quidā voluit, sed etiā propriè, quia consistit in particulari modo respiciendi eminentiam, & maiestatem obiecti, qui & est distinctus à reliquis omnibus modis, quibus appetitus potest suis actibus respicere eminentiam alterius, & est eiusdem rationis cum modo, quo praecedēs actus respicit suum obiectū, quod est malū: quia etiam habet rationem contractionis, & depressionis, in quo cōsistit specialis modus, quo timor propriè sumptus attingit suum obiectum.

In quo autem consistat haec contractio & depressio explicat D. Thomas 1. 2. quæst. 44. artic. 1. quantum ad priorem actum exemplo morientium in quibus natura retrahitur ad interiora, propter debilitatem virtutis, & exemplo ciuium, qui cum timent hostes, quibus vt occurrāt non sunt pares, retrahunt se ab exterioribus, & recurrunt quantum possunt ad interiora. Et rationem assignat, quia in eo casu iudicat homo deesse sibi virtutem ad resistendum malo, sibi imminenti, & ex hoc iudicio necesse est sequi contractionem, aut depressionem praedictam, quia virtus quaecumque quanto est debilior, tanto ad pauciora se potest extendere. Et nos possumus ferè eisdē medijs explicare idem quantum ad poste-

D. Th. 1. 2. q. 44. art. 1.

C rio-

iorem actum. Nam imprimis sunt exempla desumpta ex rebus corporis, in quibus sæpe videm^{us} aliquos homines ex apprehensione eminentiæ, & maiestatis eorum, quos alloqui volunt, ita impediri, & conturbari, ut neque audeant loqui, neque quidquam aliud facere. Et deinde etiam est similis ratio, quia etiam in illo casu ex apprehensione maiestatis obiecti provenit iudicium de proprio defectu ad faciendum aliquid in ordine ad tale obiectum; & ex hoc iudicio necesse est sequi similem contractionem propter eandem rationem. Et ex hoc manet explicatum qua ratione hic modus contractionis sit proprius timoris, & non conveniat reliquis actibus, quibus appetitus respicit maiestatem obiecti: nam v.g. ex cultu reverentiae vel adorationis, aut ex obedientia, aut ex humilitate, si precipue sumantur secundum id quod est unicuique proprium, non est necesse provenire aut illud iudicium, aut hanc contractionem.

Secundo nota non sumi in hac propositione timorem in tota hac communitate, qua extenditur ad omne malum, vel ad quancunque eminentiam, sed magis determinate prout terminatur ad hæc cum aliquo respectu ad Deum, scilicet ut motiva, ut ad Deum aliquo modo accedamus, & convertamur, vel ab eo recedamus. Dividitur autem à D. Tho. 2. 2. q. 19. ar. 2. timor ita sumptus, scilicet per comparationem ad Deum, ut abstrahit à duabus acceptionibus explicatis, in timorem mundanum, servilem, filialem, & initialem. Quam divisionem ut ex-

plicemus utemur tribus divisionibus huius timoris.

Prima est qua hic timor dividitur in humanum, & divinum. Timor humanus, qui etiam appellatur mundanus à D. Thoma, & ab omnibus Scholasticis cum Magistro locis citatis: & timor seculari, & vanus ab Aug. 10. 6. tractatu 25. in Ioannem, & 10. 10. serm. 18. de verbis Apostoli, ca. 7. est quo ratione alicuius mali veri, vel apparentis, ut amissionis vitæ, honoris, divitiarum, & cuiusvis alterius, aut ratione alicuius eminentiæ creatæ, quam reveremur, recedimus aliquo modo à Deo, vel per peccatum mortale, vel per veniale, aut saltem aliquo modo desistimus à consilijs, & maiori perfectione cum aliqua culpa. Et hic timor semper est malus. Tum quia procedit ex amore quo mundus diligitur ut finis non semper ultimus simpliciter, sed saltem quoad actum, ita ut ratione eius aliquo modo, hoc est aut mortaliter, aut venialiter recedamus à Deo. Tum etiam, quia si nullo modo avertat à Deo, non dicitur timor mundanus, ut hic loquimur de eo, scilicet ut importat aliquem respectum ad Deum, quia non potest importare talē respectum, nisi quatenus est ratio ut à Deo aliquo modo recedamus, & avertamur. Ab hoc timore deterruit nos Christus, Lucæ 12. *Ne terre amini ab ijs qui occidunt corpus*, scilicet intendentes eam via pertrahere vos in malum culpæ, aut retrahere à bono, ut exposuit August. lib. de gratia, & libero arbitrio c. 18. ubi perpendens hanc sententiam, ita inquit: *Hoc dixit, ne illo timore negaremus eum, quo turbatus est Pe-*

Timor humanus quid sit.
D. Thom.
August.

Lucæ 12.

August. de gratia c. 18.

trus

Timoris divisionis.

trus, cum scilicet negavit Christum. Et propter eum reprehenditur illi de quibus dicitur Ioannis 12. *Multi principes crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, ne extra Synagogas eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.* Et de eo est certum non posse intelligi verba hæc, quia cum aliquo modo separet nos à Deo, non potest esse initium sapientiæ Dei in nobis.

Timor divinus contrariatione appellatur, non quia sit de malo, quod non potest inferri nisi à Deo, aut quod re ipsa infertur aliquatione ab ipso, neque quia per eum timeatur Deus, siue per priorem actum tanquam causa alicuius mali poenæ, siue per posteriorem propter suam infinitam eminentiam, & maiestatem, sed quia est nobis aliquo modo ratio, ut accedamus, & convertamur ad Deum, & recedamus à peccato. Et hic timor semper est bonus quantum est de se, quia non solum habet bonum obiectum immediatum, sed etiam quando respicit alium finem extrinsecum aut mediatum, scilicet recessum à peccato, & conversionem in Deum, talis finis est bonus.

Secundo dividitur timor aut potius subdividitur alterum membrum huius divisionis, scilicet timor divinus in servilem, & filialem.

Timor servilis est, quo quis ut effugiat damnum aliquod, aut malum poenæ, quod timet, abstinet à peccato, & ad Deum aliquo modo convertitur. Per damnum autem hoc non solum intelligimus poenas à Deo constitutas peccatoribus, siue æternas in in-

ferno, siue temporales in purgatorio, sed etiam eas, quæ in hoc mundo infliguntur à iudicibus secularibus, vel Ecclesiasticis, imò & cætera incommoda huius vitæ, ut infirmitates, amissionem honoris, aut bonorum, & alia similia.

In quo decipiuntur tali qui, qui omnem timorem damni in bonis pertinentibus ad hunc mundum appellant mundanum, ut distinguitur à divino. Et ratione assignant, quia quamvis hic timor re ipsa non semper trahat in peccatum, neque separet à Deo, tamen natura sua tractivus & separativus est.

Hæc sententia falsa est, cum huic timori conveniat definitio timoris divini, scilicet importare peculiarē illū respectum conversionis, & accessus ad Deum. Et præterea etiam ratio est inefficax, quia huiusmodi timor non magis habet ex suo obiecto, atque proinde neque ex sua natura, esse tractivum in peccatum, & aversivum à Deo quam timor de reliquis poenis constitutis à Deo, siue immediate in alia vita, siue mediate, hoc est ministerio hominum ut iudicium, & superiorum in hac vita, de quibus D. Thomas art. 3. questionis citatæ, in solutionibus argumentorum expressè hoc dicit. Appellatur autem hic timor servilis, quia proprium est servorum moveri ad faciendam imperata, non quia diligant dominos suos, & ideò velint vitare eorum offensam, & indignationem, sed quia propriam indemnitatē amant, & consequenter timeant poenas quibus destruetur, & ideò cupiunt eas effugere. Ita hoc docet Augustinus 10. 9. tra-

D. Thom.

Timor servilis cur ita dicatur.

August.

Ioann. 12.

Timor servilis.

statu 43. in Ioannem, & tom. 10. sermone 18 de verbis Apostoli, c. 9. Vtrum verò hic timor possit esse bonus vel malus : & de eo quando est bonus possint intelligi verba proposita, postea est explicandum.

Timor filialis. August.

Timor filialis (qui ab Augustino appellatur castus loco nunc citato, & eodem tomo, tractatu 9. in primâ Canonica Ioannis, & to. 10. sermone 18. de verbis Apostoli, c. 9. & sermone 19. ca. 10. & tom. 5. lib. 14. de ciuitate, ca. 9. & tom. 8. in Psalmum 118. concione 25. circa illud. *Confite timore tuo carnes meas*) est, quo quis timet peccatum quatenus est offensa Dei, & recessus atque auersio ab ipso. Quare verum est quod D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 5. docet hos duos timores, scilicet seruile & filialem differre inter se specie, quia differunt ex parte obiecti, siquidem immediatum obiectum timoris seruilis est malum poenae, & immediatum obiectum timoris filialis est malum culpae.

D. Thom. Timor filialis, & seruilis differunt specie.

Argumentum Durand.

Et non obstat contra secundum id quod Durandus in 3. dist. 34. q. 4. num. 7. & 8. obijcit, scilicet fugam peccati esse actum imperatum timoris filialis, quia prius est timere offensam Dei, & recessum ab ipso, & deinde ex hoc sequitur tanquam actus imperatus fuga peccati.

Respondetur Caietanus. Duplex actus timoris filialis.

Nam ad hoc respondetur cum Caietano art. 2. illius questionis, fugam peccati posse considerari duobus modis, scilicet in executione in quantum quis in exercitio non committit aliquod peccatum, vel apponit mediavit resurgat a peccato iam commisso, & in affectu, siue ut obiectum affectus, in quantum solum habet actum voluntatis, quo

vult aliquid horum facere. Et fuga secundum priorem rationem est actus imperatus filialis timoris, quia ex eo quod quis timet offendere Deum, prouenit ut in executione non committat peccatum per quod offendit ipsum, & ut curet resurgere ab eo cum commissum est. Tamen secundum posteriorem rationem est ipse actus timoris, quia timere offensam Dei, est quoad affectum fugere peccatum, quia & peccatum est offensa Dei, & actus timoris circa malum habet rationem fugae respectu sui obiecti.

Argumentum.

Neque etiam obstat pertinere ad rationem obiecti timoris apprehendi, ut esse malum futurum quod non possit vitari, & tamen propria ratione esse voluntarium, atque proinde posse pro libera voluntate vitari. Propter quam rationem D. Thomas 1. 2. q. 42. art. 3. dicit timorem non esse de malo culpae, & ad id refert in argumento, sed contra, testimonium Aristotelis lib. 2. rhetoricae.

D. Tho. 1. 2. q. 42. art. 3.

Respondetur

Quia etiam ad hoc potest responderi, ad voluntarium requisitum ad peccatum sufficere veram indifferentiam liberi arbitrii ad utramque partem respectu eius, & cum hac indifferentia coniungi saepe summam difficultatem in uitatione peccati propter nostram infirmitatem, & varias tentationes, & occasiones ad peccandum, & ratione huius difficultatis posse timeri. Quod ut ibi inquit D. Thomas magis est timere causas difficultatis, quam ipsum peccatum secundum se.

Argumentum.

Neque tandem obstat id quod contra utrumque obijcitur, scilicet utrumque timorem posse esse de utroque malo, quia timore filiali

potest timeri poena aeterna, ut separat a Deo, & timore seruilis potest timeri peccatum, ut etiam separat nos a Deo.

Respondetur D. Thom.

Caietanus.

Obiectum formale timoris filialis, & seruilis.

Nam etiam ad hoc respondetur, ex doctrina D. Thomae 2. 2. q. 19. art. 6. in corpore, & art. 10. ad 3. quam late explicat utrobique Caietanus, distinctionem horum obiectorum non esse materialiter accipiendam, sed formaliter, ita ut timor seruilis respiciat utrumque, & in particulari peccatum, & separationem, quae per ipsum fit a Deo, quatenus est damnatum ipsius timentis: contra uero timor filialis etiam respiciat utrumque, & in particulari separationem a Deo, & poenam ut aliquo modo est malum Dei, vel quia est eius offensa, vel quia est malum ipsius timentis, quia ratione est dilectus in ordine ad Deum, & in Deo per Charitatem. Ratio uero cur hic timor appelletur filialis, & castus sumenda est ex duobus respectibus aut affectibus, quos anima sancta habet per amorem Charitatis, ex quo hic timor oritur ad Deum, scilicet ut ad patrem, iuxta illud ad Romanos 8. *Acceptistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater.* & ut ad sponsum, iuxta illud 2. ad Corinthios 11. *Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.* Nam ratione prioris affectus dicitur hic timor filialis, & ratione posterioris dicitur castus, quia proprium est filiorum timere committere aliquid quod sit offensa sui parentis: & similiter sponsa timet efficere aliquid ex quo possit suus sponsus offendi. Ut de utroque nomine notauit Cassianus collatione 11. c. 13. in principio. Et la

Roman. 8.

2. Cor. 11.

Timor filialis, & timor castus idem sunt.

Cassianus collatio. 11. c. 13.

tius D. Thomae q. citata, ar. 2. ad 3. & post eum Durandus, in 3. dist. 24. q. 4. num. 5. & in particulari quoad nomen casti: Augustinus, tomo 9. tractatu 9. in primâ Canonica Ioannis. Qui propterea in omnibus ferè locis, in quibus distinguit timorem seruilis a filiali utitur exemplo duarum mulierum nuptiarum, ex quibus altera sit adultera, & altera seruet fidem viro, & diligat eum. Nam dicit utraque timere virum suum, sed priorem ne damnetur ab eo, posteriorem uero ne deseratur: & huius castae mulieris timori assimilatur timorem castum. Et propter utrumque affectum ille secundus actus timoris, de quo in primo notabili diximus respicere eminentiam obiecti, debet connumerari cum hoc timore filiali & casto: quia & filiorum est ita reuereri parentes, & sponsum reuereri viros suos. Et de hoc timore potest dubitari, an uerba proposita debeant de ipso intelligi.

D. Tho. Durand. August.

4 Timor filialis diuiditur in initiale, & perfectum. D. Thom.

August.

Tertio diuiditur timor, aut subdividitur alterum membrum praecedentis diuisionis, scilicet timor filialis in initiale & perfectum, qui simpliciter appellatur filialis. Haec diuisio sumitur ex D. Thomae q. citata art. 8. & habet fundamentum in Augustino, quem ibidem citat D. Thomae in argumento, sed contra, ut statim explicabo.

Timor initialis est, quo quis ita timet culpam quatenus est offensa Dei, ut etiam timeat poenam, & utriusque mali timore adiunatur, ut a peccatis absteineat, & ad Deum conuertatur, aut aliquo modo accedat. Vbi imprimis cum obiectum huius timoris dicimus esse culpam, quatenus est offensa Dei,

distinguiamus hunc timorem ex parte obiecti à seruili, cuius obiectum, vt diximus, est malum pœnæ, & simul docemus non differre hoc modo à timore filiali, cuius obiectum diximus esse peccatum vt est offensa Dei. Et deinde cum addimus eum, qui hoc timore est affectus, simul etiam timere pœnas, explicamus id quod proprium est huic timori, & quo distinguitur à filiali: de quo dicemus postea expellere à subiecto timorē pœnarum, & qua ratione fit hoc intelligendum.

D. Thom.

Et ex his manet explicata duorum quæ D. Thom. art. citato dicit de hoc timore. Primum est, hunc timorem secundum essentiam, & speciem non differre à filiali, sed solum à seruili. Et ratio huius est manifesta ex eo quod nunc dicebamus, scilicet hunc timorē ex parte obiecti conuenire cum filiali, & differre à seruili, quia distinctio specifica, & essentialis inter actus, aut habitus sumitur ex obiectis. Secundum est, differre hunc timorē à filiali quoad statum, quia hic timor est in statu imperfecto, & filialis in statu perfecto. Cuius etiam ratio desumi potest ex eo quod ibidem diximus, scilicet hunc timorē habere secum coniunctum timorē pœnæ, quia hoc prouenit ex eius imperfectione, cum ex perfectione timoris filialis sequatur diminutio timoris pœnæ.

Et confirmari potest hoc ratione D. Thom. quia talis est timor, qualis est amor ex quo procedit: ergo sicut timor initialis procedit ex Charitate imperfecta, cuiusmodi est in incipientibus, & timor filialis procedit ex Charitate perfecta, qualis est in perfectis,

ita etiam timor initialis est imperfectus, & timor filialis est perfectus. Et ulterius sicut hæc distinctio inter Charitates solum est quoad statum intra eandem speciem, vt inter puerum & virum, ita etiam inter hos timores.

Et ex hoc patet imprimis, cur timor seruilis non diuidatur in initialē, & perfectum: quia sicut amor concupiscentiæ, ex quo procedit, non diuiditur in imperfectum, & perfectum, sed secundum totam suam latitudinem est imperfectus, & statim à principio habet totam suam perfectionem, ita etiam timor seruilis, qui ei respondet, non admittit talem diuisionem. Et deinde ex eo potest reddi ratio nominis, scilicet cur hic timor appelletur initialis, non enim ita vocatur, quia sit initium sapientiæ aut Charitatis, aliàs etiam timor seruilis, qui etiam suo modo est initium sapientiæ & Charitatis, posset vocari timor initialis, sed quia conuenit incipientibus, vt distinguuntur à perfectis. Et totum hoc colligitur ex doctrina Augustini, qui tom. 9. tractatu 9. in primam Canoniam Ioannis sic ait: *Quid dicimus de illo, qui cepit timere diem iudicii? Si perfecta in illo esset Charitas, non timeret; perfecta enim Charitas faceret perfectam iustitiam, & non haberet quare timeret, imò haberet quare desideraret, ut trāsiret iniquitas, & veniat regnum Dei: ergo timor non est in Charitate. Sed in qua Charitate? Non in inchoata. In qua ergo? Perfecta inquit Charitas foras mittit timorem.*

Ex quibus manifestè colligitur Charitatem inchoatam non differre quoad essentiam à perfecta, sed solum quoad statum: sicut imperfectum

August.

differre

differre à perfecto intra eandem speciem, & ulterius hæc inæqualitatem quoad perfectionem status explicari, per hoc quod Charitas inchoata habet adiunctum timorem pœnæ, non tamen Charitas perfecta. Et ex hoc possumus nos colligere esse dicendum idem iuxta sententiam Augustini de timore initiali, & de filiali perfecto, quia timor initialis procedit ex Charitate inchoata, & filialis ex perfecta.

August.

Magist. Durand. Gabriel.

Et in his conueniunt omnes Scholastici cum Magistro in 3. dist. 34. præter Durandum, eadem dist. 4. 5. & Gabrielem dist. 35. q. vnica, art. 1. notabili 2. & 3. qui asserunt timorem initialem distinguere specie à filiali.

Argum.

Et id probant hoc argumento: obiectum formale timoris initialis est simul malum culpæ, & malum pœnæ, & obiectum formale timoris filialis est solum malum culpæ: ergo timor initialis differre ex parte obiecti formali à filiali, atque adeo specie. Antecedens quoad priorem partem, quæ est de obiecto timoris initialis probatur tribus medijs. Primum est, quia qui habet timorē initialē timet simul culpam & pœnā, vt nos concessimus, & non per duos actus, quia sicut est impossibile in intellectu esse simul duos actus, ita etiam in voluntate: ergo per vnū: & ex consequenti vnus, & idem actus timoris initialis respicit simul culpam & pœnam. Secundum medium est, quia exercitium fugæ peccati, aut conuersionis in Deū, quod se habet vt actus imperatus timoris initialis, fit propter vtrumque motiuum, scilicet ad vitandum culpam, vt est offensa Dei, & pœnā:

ergo etiam ipse actus elicitus timoris, qui se habet vt imperans respectu huius exercitij, respicit vtrumque motiuum ex parte sui obiecti: quia non potest actus imperatus fieri propter aliquod motiuum, nisi virtute actus imperantis. Tertium medium est, quia non repugnat iudicium, quod ex parte intellectus presupponitur ad hunc timorem voluntatis, terminari simul ad vtrumque; malum, scilicet culpæ & pœnæ, ita vt dicat fugiendum esse vtrumque; à voluntate per actum timoris: ergo neque repugnat actum timoris, qui involuntate subsequitur ad hoc iudicium, terminari simul ad vtrumque: & ex consequenti de facto ita terminatur. Et his addi potest autoritas D. Thomæ, qui articulo 2. questionis 19. supra citatæ, ita inquit: *Si propter vtrumque, scilicet malum culpæ, & malum pœnæ, aliquis conuertatur in Deum, est timor initialis, qui est medius inter vtrumque timorem, scilicet seruilem & filialem.* Vbi satis aperte dicit D. Thomas, timorem initialem respicere ex parte sui obiecti malum culpæ & pœnæ.

Sed hæc sententia supponit tantquam fundamentum falsum, scilicet eundem actum timoris initialis habere simul pro obiecto peccatum, vt est offensa Dei, & pœnā. Et probatur, quia impossibile est eundem actum voluntatis elici ex duobus motiuis proximis formaliter distinctis, quia huiusmodi motiua sunt plura per modum plurium in genere obiecti voluntatis, ita vt non habeant rationem vnus in hoc genere cum neque sint vnū unitate rationis formalis, sub qua terminent actum, neque unitate ordinis

Vnus actus voluntatis non potest elici ex duobus motiuis proximis formaliter distinctis.

vnius ad alterū: sed malū poenæ, & malum culpæ in hoc casu sunt duo motiua proxima, quia neutrum eorum mouet, vt ordinatum ad alterum, sed vtrūq; æquè proximè, & immediatè, & formaliter distincta, quia neque mouet sub vna ratione formali, quæ sit vtrique communis, neque vnum eorum mouet, vt ratio formalis alterius, sed vnumquodque mouet sub sua propria ratione formali, scilicet poena sub ratione mali proprii, & peccatum sub ratione offense Dei: ergo impossibile est, eundem actum timoris elici ex motiua mali culpæ, & poenæ secundum rationes prædictas. Et hæc ratio fundatur in doctrina D. Thomæ 1. 2. q. 1. art. 3. ad 3. Cur verò idem actus possit esse imperatus ex motiuis proximis distinctis formaliter, dicemus in solutione secundi mediij, quo probauimus antecedens Durandi.

D. Thom.

§
Respondetur
ad primum
medium.

Ad quod respondetur negādo antecedens quoad priorem partem. Et ad primum medium, quo probatur, respondetur cum dicimus eum qui habet timorem initialem timere simul culpam, & poenam, non esse sensum timere vtramque per eundem actum, imò neque timere semper vtrāque simul, ita vt non possit timere culpam, nisi simul actū timeat poenam, siue per eundem actum, siue per diuersos actus: sed eius timorem, cuius obiectum proprium & per se est culpa, esse imperfectum, & ideo admittere secum timorem poenæ, & indigere eo vt homo magis confirmetur in exercitio ad quod ipse timor inclinatur, vitandi peccatū, & con-

uertendi se in Deum. In quo autem consistat hæc imperfectio timoris initialis explicandum est ex eo quod D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 9. docet de simili imperfectio ne charitatis in statu incipientiū, ratione cuius omnes dicunt charitatem in illo statu admittere secum, & postulare timorem seruilem. Et propterea multi testimonium illud Ioannis in prima epistola, cap. 4. *Timor non est in Charitate*, exponunt de timore seruili, & solum de Charitate perfecta. Et habent pro se autorem Augustinum, qui tractatu 9. in illam epistolam id colligit ex verbis, quæ statim sequuntur: *Sed perfecta Charitas foras mittit timorem.*

D. The.

Ioann. epif. 1. cap. 4.

August.

Nota.

Dicit verò D. Thomas, hanc imperfectionem Charitatis non esse defectum intensionis aut quo ad essentiam, sed solum ex parte subiecti, in quo vigent cupiditates trahentes ipsum magno impetu ad peccandū. Quare eodē modo dicemus nos, imperfectio nem timoris initialis consistere in hoc vigore cupiditatum, ad quē reprimendū, ne impediatur executionem vitandi peccatum, & conuertendi se in Deū, postulat quasi opem timoris poenarum, & vtitur eo aut imperando, & excitando eum, aut saltem admittendo adiunctum & concomitantem.

Et non obstat id quod obijcitur de pluralitate horum timorum, quia sicut in intellectu possunt esse simul distincti actus cū ordinantur aliquo modo ad vñ, vt de cognitione naturali, & beatifica solet dici de beatis in materia de beatitudine, & de cognitione naturali sui ipsius & Dei,

de

de Angelis in tractatu de ipsis. Ita etiam hi duo timores possunt esse simul in eadem voluntate, quia ordinantur ad vnum, scilicet ad vnam conuersionem in Deum.

Ad secundum medium

Ad secundum medium, concessio antecedenti, neganda est consequentia, si consequens intelligatur de hoc timore initiali. Et ad probationem dicendū est, actum proximè imperantē exercitium fugæ peccati, & conuersionis in Deum, propter vtrumque malum, non esse solum timorem initialem, sed simul cum timore poenarum sibi adiuncto.

Vnus actus imperatus potest provenire a duobus motiuis proximis formaliter distinctis.

Et si queras rationem propter quam de actu imperato concedamus posse esse ex duobus motiuis proximis formaliter distinctis, & tamen id negemus de imperante. Respondetur rationē esse, quia actus imperatus, vt imperatus est, habet quidem esse ex motiua voluntatis, sed ab extrinseco etiam formaliter, scilicet ratione actus imperantis, sicut etiā habet ab eo formaliter esse voluntarium, & bonum aut malum moraliter. Et nō repugnat duos actus elicitos ex distinctis motiuis, concurrere simul ad imperandum eundem actum, qui in eo casu erit vnus materialiter, & plures formaliter. Quia neque repugnat ex parte ipsorum actuum, supposito quod eliciantur simul, neque ex parte effectus, scilicet specierum, quas in suo genere dant actui imperato, quia non repugnat duas species, omni modo accidentales, præsertim si consistant in sola denominatione extrinseca, conuenire æquè immediatè eidem rei. Sicut nō repugnat plu-

res causas efficientes etiā distinctas specie, & non subordinatas inter se concurrere ad eundem effectum secundum diuersas rationes accidentales. At verò actus imperans, vt imperans est, non habet ab extrinseco esse formaliter ex motiua voluntatis, sed ab intrinseco, & ex propria natura, sicut quicumque actus elicited à quacunq; alia potentia habet ab intrinseco, & ex propria natura tendere in obiectum formale talis potentia, & ideo repugnat, eundem actum elici ex duobus motiuis proximis formaliter distinctis. Quia deberet huiusmodi actus attingere plura obiecta per modum plurium, & consequenter habere ab intrinseco, & ex propria natura plures species æquè immediatè, ita vt nulla earum posset habere rationem primæ, & substantialis in suo genere. Et totum hoc desumptū est ex doctrina D. Thomæ. 1. 2. q. 1. art. 3. ad 3. & q. 18. art. 7. ad 1. Adde in hoc casu nō esse necessarium ad hoc discrimen recurrere, quia cū hi duo actus eliciti timoris non concurrant æquè immediatè ad imperandū exercitium, de quo loquimur, sed cū aliqua subordinatione inter se, in quantum timor seruilis applicatur, aut formaliter, aut saltem virtualiter ab initiali ad imperandum, & causandum illud exercitium, poterunt etiā species, quas exercitium accipit ab eis, conuenire ipsi, seruata inter se aliqua subordinatione, ita vt ratio timoris poenarū ordinetur ad rationem timoris initialis, quæ pertinet ad Charitatem.

D. Tho. 1. 2. q. 1. art. 3.

Ad tertium medium.

Ad tertium mediū, quidquid

fit de antecedenti neganda est consequentia. Et ratio discriminis est, quia motiua, quæ in ordine ad voluntatem distinguuntur formaliter, in ordine ad intellectum distinguuntur solum materialiter, quia conueniunt in vna ratione formali in genere obiecti intellectus.

Obiectio.

Et si obijcias, posse motiua, quæ sunt formaliter distincta in ordine ad intellectum, concurrere simul ad eundem actum eius, vt medium probabile, & demonstratiuum ad vnum actum scientiæ, & lumen fidei, aut diuinam reuelationem, & medium demonstratiuum ad assensum scientificum huius propositionis: Deus est, aut, Deus est vnus.

Respondetur.

Respondetur, falsum esse id quod supponit, scilicet duo media formaliter distincta in ordine ad intellectum concurrere simul ad eundem actum ipsius. Et ad exēpla, quibus probatur, dicēdū est, in illis casibus per duo media ita distincta aut produci duos actus distinctos, aut vnum ipsorum mediōrum quod fortius fuerit concurrere ad actum, & alterum nullo modo concurrere, sed solum disponere melius intellectum.

Duo media formaliter distincta non concurrunt ad eundem actum intellectus.

Ad auctoritatem D. Thomæ.

Ad testimonium D. Thomæ, respondetur, sensum illorum verborum esse, timorem initialem respicere simul pœnam, & culpā, sed non æqualiter, & eodem modo, quia culpam respicit primario, & immediatè tanquam proprium, & per se obiectum suum, pœnam verò secundario, & mediatè, scilicet mediante timore seruili, quem importat, & habet adiunctum in ordine ad finem suum, qui est expulsio peccati, &

conuersio in Deum. Ita hoc explicat D. Thomas in solutione ad 4. eiusdem articuli secundi, & apertius art. 8. sequenti, in solutione ad 2. & 3.

TERTIÒ nota hanc vocē *initium*, aut *principium*, varijs modis sumi in Scriptura. Quos vt explicemus, quantū hic locus videtur postulare, aduertēdum est, pro ea in Hebræo haberi vocem רִשׁוֹן RESIT, quæ propriè significat caput, & propter varias analogias ad caput animalis, habet varia significata, ex quibus tantum referam quatuor, quæ ad horum verborum expositionē possunt conducere.

Primò sumitur pro dispositione, & quasi capacitate, aut introductione, & via ad aliquam rem: quia huiusmodi dispositio est quædam inchoatio, & quoddam principium, saltem extrinsecum, talis rei; & ideò habet aliquam similitudinem cum capite animalis, quod etiam est eius principium. Vt Ecclesiastes 7. *Melior est orationis, aut negotij suis, quam principium.* Quoniam ibi Salomon adhortatur sapiētes ne desistant à reprehensione improborum, propter calumnias, quas improbi solent contra eos excitare. Et ad id vtitur sententiā proposita, quasi diceret non esse recedendum à via inchoata, scilicet à reprehensione illa propter eius difficultatē, quia finis eius erit melior, & carebit difficultate, scilicet præmium ei respondens. Et eodem modo potest exponi de quacunque inchoatione operis studiosi, quæ semper solet esse difficilis.

Secundò sumitur pro summa

6
Initium, aut principium, quibus modis sumatur in sacra Scriptura.

Ecclesi. 7.

in

in numero, vel censu, vt cum aut exsupputatione diuersorum numerorum, aut ex censu diuersarum rerum colligitur vna integra summa. Quia hæc summa habet rationē capitis respectu partialium numerorum, aut eorum, quæ recensentur: vt Exodi 30. *Quando tuleris summam filiorum Israël, iuxta numerum.* Et Numerorum 1. *Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israël.* Et vtròque pro *summa* habetur in Hebræo hoc nomen.

Exodi 30.
Numer. 1.

Tertiò sumitur pro eo quod est præcipuum, & summum, & maioris pretij in aliqua re, quia etiam caput est in corpore membrum præcipuum. Vt Exodi 30. vbi nos legimus: *Sume tibi aromata prima myrrha, & electa,* in Hebræo pro *prima* habetur *capitis*, id est præstantissima aroma, aut coniungēdo hanc vocem cum sequenti, sicut coniungitur à nostro interprete, *præstantissima myrrha.* Et Amos 6. vbi nos legimus: *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti,* in Hebræo pro *optimo vnguento*, habetur *capite vnguentorum*, id est excellenti vnguentorum, pro pretiosissimis vnguentis. Et propter eandem rationem quotiescunque in veteri Lege præcipitur aliquid circa primitias frugum, ponitur hæc vox ad significandum primitias. Vt Exodi 23. *Primitias frugum terræ tuæ deferres in domum Domini Dei tui.* vbi in Hebræo pro *primitias*, habetur hoc nomen. Et propterea aliqui vertunt, *principium frugum.* Et similiter habetur cap. 34. Leuitici 2. & 23. & Numerorū 15.

Exodi 30.

Amos. 6.

Exodi 23.

cap. 34.
Leui. 2. & 23.
Numer. 15.

Vltimò sumitur pro eo quod

inter aliqua est primum ordine temporis, aut durationis, aut aliquid præsuppositionis, vt distinguitur ab ordine dignitatis, & excellentiæ, secundū quem explicatur præcedēs acceptio. Vt Genesis 10. *Fuit autē principium regni eius Babilō, & Arach, &c.* Id est inter omnes ciuitates, in quibus regiā habuit dignitatē, hæ fuerūt primæ. Et hoc modo exponunt aliqui illud Genesis 1. *In principio creauit Deus cælum & terram,* id est inter omnia, quæ Deus creauit in hoc mūdo, prima fuerunt, aut primò condita cælum & terra. Et item illud Genesis 49. *Rubem primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei:* aut *roboris mei*, vt habetur in Hebræo, hoc est primus in quo robur meum est ostensum: quia in primogenitis apparet primò virtus generatiua, & foecunditas parentum, iuxta illud Deuteronomij 21. *Iste, scilicet primogenitus, est principium liberorum eius:* vbi in Hebræo pro *liberorū*, habetur *virtutis* aut *roboris*.

Gene. 10.

Gene. 1.

Gene. 49.

Deuter. 21.

7
Sapientia pro scientia hic.

Vltimò notanda est significatio nominis, *sapientia*, quam in principio explicationis literæ huius capitis proposuimus, quia in eadem sumitur in his verbis, & non oportet alias eius acceptiones referre. Nam quamuis in Hebræo pro *sapientia* habeatur hoc loco aliud nomen quam in principio, quod omnes præter nostrum interpretē vertunt, *sciētia*, tamen significatio est omnino eadem, quia *scientia* non sumitur pro cognitione purè speculatiua, ad quam non pertinet timor Domini, neque tanquam via necessaria ad acquirendum

eam

eam, neque ut pars eius, sed pro practica de rebus agendis, & vitandis in ordine ad consecutionem vitæ æternæ, & prout includit rectitudinem, & bonam dispositionem affectus circa eadem obiecta: quæ omnia diximus significari nomine sapientiæ. Et nõ est nouum etiam apud Philosophos sapientiam appellari scientiam.

8

Prima expositio verborum controuersia.

- His suppositis quatuor sunt horum verborum expositiones. Prima est eorum, qui dicunt, per timorem Domini intelligit timorem seruilem, & per initium aut principium significari dispositionem, aut viam ad acquirendam sapientiam. Ita ut sensus sit, viam qua ad hanc sapientiam peruenire possimus, esse timorẽ pœnarum, quæ à Deo sunt peccatoribus paratæ. Hanc expositionem sequitur semper Augustinus, qui vel adducendo expressè hoc testimonium, vel explicando eius doctrinam, docet timorem seruilem præparare locum Charitati, per quam intelligit hanc sapientiam, & introducere eam. Ut tomo 2. epist. 120. quæ est ad Honoratum c. 18. & tom. 4. serm. 214. de tempore, & lib. de catechizandis rudibus, cap. 5. & tomo 9. tractatu 9. in primam epistolam Ioannis, & tomo 10. de verbis Apostoli sermone 13. & 18. & Basilius homilia in principium Proverbiorum, quæ est ordine 12. vbi proponens hæc verba, inquit: *Intellige de illo timore, de quo David dixit: Confite timore tuo carnes meas. Quem dicit esse timorem minarum, ac suppliciorum.* Et paucis interpositis ut explicet hunc timorem dici initium

August.

Basilius.

sapientiæ, quia est via ad eam, sic ait: *Itaque ad sapientiam salutarem accessurus, prius salutari metu animam à noxijs purgatus cogitationibus accedat.* Et Hieronymus, siue potius Beda in Commentarijs ad hunc locum: & Lyra cum Glossa Interlineali.

Hieronym.
Beda.

Lyra.

Secunda expositio.

Secunda expositio est aliorum, qui per timorem Domini intelligunt timorem filialem, ut comprehendit cultum Dei, qui in Scriptura sæpe significatur nomine timoris: ut Genesis 20. *Forssitan non est timor Dei in isto loco.* hoc est huius loci homines non colunt Deum. Et Deuteronomij 4. *Congrega ad me populum, ut audiant sermones meos, & discant timere me,* id est colere. Et per initium dicunt significari summam, siue breuem cõplexionem totius rei. Ita ut sensus sit, summam, in qua tota sapientia consistit, & extra quam nihil sapientiæ potest reperiri, esse timorem hunc filialem, siue cultum Dei; & qui non nouit timere Deum, totius veræ sapientiæ est ignarus. Hanc expositionem refert Baynus, in principio Comentarij horum verborum, & non reijcit eam: & Vatablus, cum inter tres expositiones horum verborum constituit primo loco hanc: *qui verè sunt sapientes timent Deum.* quasi diceret nõ esse sapientes eos qui non timent.

Gene. 20.

Deuter. 4.

Baynus.

Vatablus.

Tertia expositio.

Tertia expositio est aliorum, qui etiam per timorem intelligunt cultum, & reuerentiã Dei, sicut præcedentes, tamen per initium aut principium, dicunt significari id quod in aliqua re est principium, & summum, ita ut sensus sit, timorem Domini esse præ-

ci-

cipuam partem sapientiæ, & id quod in ea est maioris pretij, quasi diceretur præstantissimam sapientiam esse timere Deum. Hanc expositionem sequitur Baynus, & Iansenius in Comentario horum verborum, & Mercerus in additionibus ad Thesaurum Pagnini, in radice *וַיִּתְּנוּ*, & Vatablus refert eam secundo loco.

Baynus.
Iansenius.
Mercerus.

Quarta expositio.

Quarta expositio est aliorum, qui dicunt, hæc verba non esse arctanda ad timorem seruilem, sed indifferenter posse intelligi tam de ipso quàm de filiali, tamen nomen principium non summi respectu vtriusque eodem modo, sed respectu seruilis pro introductione, aut dispositione extrinseca ad sapientiam, & respectu filialis pro eo effectu sapientiæ, qui inter omnes eius effectus est in nobis primus. Hanc expositionem sequitur apertè D. Thomas 2. 2. q. 19. art. 7. & Caietanus in Comentario huius capituli. Vbi placet aduertere, Iansenium malè reprehendere D. Thomam circa expositionem huius testimonij, quia obijcit contra ipsum, hoc testimonio, & alijs quibus timor Domini appellatur principium sapientiæ, non significari vnde incipiat operari sapientia, sed vnde oriatur in nobis. Et tamen hæc obiectio non habet vim contra D. Thomam, quia nõ negat timorem Domini posse aliquo modo dici principium, ex quo oriatur sapientia, imò id expresse affirmat de timore seruili, & solum de filiali explicat alium modum, quo etiam dici possit principium sapientiæ, ut simul doceat, qua ratione hoc conueniat omni timori Dei,

D. Thom. 2.
2. q. 19.
Caietanus.

scilicet tam seruili, quàm filiali.

Sed ex omnibus his expositionibus mihi magis placet prima, non quia reliquæ nõ possint adaptari huic sententiæ, *initium sapientiæ est timor Domini*, si absolutè, & per se sumatur separata à circumstantijs contextus, sed quia illa melius ei conuenit, ut habetur in contextu. Quod ut fiat manifestum aduertendum est, hanc sententiam haberi in Scriptura tribus locis, scilicet Psalmo 110. cum dicitur: *Sanctum, & terribile nomen eius: initium sapientiæ timor Domini.* Et Ecclesiastici 1. vbi hæc eadem verba dicuntur de timore Domini. Et tandem hoc loco, & repetitur eodem modo cap. 9. versiculo 10. sequenti. Et in omnibus his locis circumstantiæ contextus videntur postulare, ut prima illa expositio reliquis præferatur. Nã imprimis in Psalmo præcesserunt hæc verba: *Sanctum, & terribile nomen eius.* Quibus significatur nomẽ Domini, siue ipsum Deum esse sanctum, & formidabilem. Et hoc adijcitur ad confirmandum id quod in fine versiculi præcedentis dicitur: *Mandauit in æternum testamentum suum.* Quasi diceretur, idèd testamentum illud futurum esse æternum, siue per ipsum significetur lex diuina, siue fœdus, quod Deus inijcit cum hominibus de danda eis salute sub hac conditione, ut seruentur eius præcepta, quia ipse Deus sanctus est, & idèd dignus veneratione, & obedientia: & etiam est tremendus, & formidandus propter pœnas, quibus puniet transgressores suarum legum, & idèd dignus ut timeatur.

9
Sententia auctoris.

Psal. 110.

Eccles. 1.

Prover. 9.

Et

Et statim subditur hunc timorem Dei, scilicet qui respicit poenas, non esse infructuosum, aut sterilem, etiam ad inducendum nos ad observationem divinorum præceptorum, quia est initium sapientiæ, de qua sæpe diximus completi totum id quod

ex parte cognitionis, & effectus requiritur ad sequendum præceptum diuinæ legis circa agenda, & vitanda. Quare proculdubio series literæ videtur postulare, ut hæc sententia ibi intelligatur de timore seruili, & de initio per modum dispositionis aut introductionis.

Hactenus Magister Curiel; non enim posuit finem huic Controversia, licet omnibus alijs ultimam posuerit manum.



IN LIBRUM
SAPIENTIAE
ANNOTATIONES,
ET CONTROVERSIAE.



In huius libri exordio tria sunt à nobis explicanda: scilicet, quæ & qualis sit eius autoritas, hoc est an sit diuina, vel tantum

humana; quis fuerit eius autor; & quod sit argumentum: ubi etiam de eius titulo dicemus: & hæc omnia comprehendemus tribus sequentibus Controversijs.

CONTROVERSIA I.

Utrum hic liber sit Canonicus?



In titulo per librum Canonicum intelligimus eum, qui ponitur in canone diuinarum Scripturarum, atque adeo in omnibus habet diuinam autoritatem, & veritatem infallibilem, & est regula infallibilis ad confirmandum omnia, quæ fuerint suæ doctrine consentanea, & ad damnandum dissona, siue pertineant ad materiam fidei, siue morum. Et quæ-

uis peculiariter de hoc libro hanc questionem disputemus, tamen ferè omnia quæ in ea dicemus, poterunt deferuire ad dissoluendam similem questionem de alijs libris veteris Testamenti, de quibus aliquando est in Ecclesia dubitatum, an essent Canonici, cuiusmodi sunt, Baruch, Tobias, Iudith, Ecclesiasticus, & primus & secundus liber Machabæorum.

Partem negatiuam tribuunt generaliter hæreticis huius temporis, autores qui contra eos scri-

Bellarmin.

serunt, & Bellarminus tom. 1. li. 1. de verbo Dei, cap. 13. specialiter eā tribuit Remnitio, & Caluino, & Sixtus Senen. lib. 8. Bibliothecæ sanctæ hæresi. 9. Anabaptistis & Lutheranis. Et addit etiā ex antiquis hæreticis sequutos fuisse hunc errorem eos qui appellati sunt reliquæ Pelagianorum, & citat pro se Hilarium in quadam epistola ad Augustinū, vbi de eis inquit asseruisse illud testimonium Sapientia 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius*, tanquam non Canonicum esse omittendum. Et habetur hæc epistola apud Augustinum, tom. 7. in principio libri de prædestinatione Sanctorū, & apud Hilarium Pictauiensem, post enarrationes Psalmorum, quamuis non sit eius, sed alterius Hilarij Arelatensis Episcopi, vt vtrobiq; adnotatur: & idē eis videtur tribuere Augustinus c. 14. eiusdem libri. Ex Catholicis etiā Caietanus in fine Cōmentariorū super librum Esther, & Lyranus in principio annotationum in hunc librum affirmat eum non esse Canonicum. Et aliqui dicūt sensisse idem Abulen. in prologo suo, super Matth. q. 2. Sed immeritō, quoniam ibi solū dicit hunc librum non fuisse receptū ab Hebræis vt Canonicum, cum quo stat eum re vera esse Canonicū, & vt talē fuisse receptum ab Ecclesia Christi, & ita ipse hæc duo affirmat expresse de hoc libro in expositione prologi Galeati, quā præponit libris Regum quæst. 28.

Probatur hæc sententia primō, quia in aliquibus Catalogis librorum Canonicorum editis ab Ecclesia temporibus Aposto-

lorum, & paulō post, nulla fit mētio huius libri, ergō non est habendus pro Canonico. Consequentia patet, quoniam aliās Ecclesia non tradidisset in illis locis sufficientem doctrinā de hac re. Et antecedens probatur ex libro Canonum Apostolorum, qui habetur tom. 1. Cōciliorum can. 84. & ex Concilio Laodiceo, quod sub Liberio Papa, aut sub Damaso fuit celebratū prope annum à Christo nato 364. can. 59. quia vtrōbique describitur prædictus Catalogus, & in eo præmittitur hic liber.

Et non potest responderi, librum Canonum Apostolorū nullam habere autoritatē, quia fuerit ab Ecclesia aliquando reiectus; & Concilium non habere sufficientem autoritatem, quia fuerit prouinciale.

Quia contra vtrumq; potest obijci sexta Synodus generalis, quæ & tertia Constantinopolitana appellatur in 2. ipsius parte, quæ in Trullo parte quadā palatij Imperatoris sub Iustiniano fuit cōgregata, can. 2. vbi approbantur, & recipiuntur octoginta quinque Canones Apostolorū, & Canones Cōcilij Laodicensi.

Confirmatur, quia multi ex sanctis Patribus enumerantes libros Canonicos, non meminerunt huius libri, vt Origen. in explicatione primi Psalmi, sicut referunt Eusebius, lib. 6. hist. Ecclesiasticæ, cap. 19. & Nicephorus, lib. 6. suæ hist. c. 15. & 16. Cyrillus Hierosolomi. catechesi. 4. illuminatorū. §. de libris, Gregorius Nazian. in carmine de veris & germanis Scripturæ libris. Amphilochius etiam in carmine

Canones
Apostolor.Conci. Lao
diceno.Sexta Syno
dus.

Origen.

Eusebius.
Nicephor.

Cyrillus.

Gregor.

de

Epipha.

de eodem argumento, Epiphanius, li. 1. aduersus hæreses, hæresi. 8. & lib. de mensuris, & ponderibus, parum à principio, & iterū propè finem, Athanasius in Synopsi diuinæ Scripturæ. §. 1. Damascenus, lib. 4. fidei, cap. 18. & Cypria. in expositione Symboli, in articulo sanctam Ecclesiā Catholicam. Et addendum est, aliquos ex his Patribus, scilicet tres vltimos non solū omittere hunc librum in Catalogo Canonicorum, sed etiam computare eum cum alijs, quos expresse appellant non Canonicos; quamquam Damascenus, loquens de hoc libro, & de Ecclesiastico tantū dicat non adnumerari alijs, scilicet Canonicis, quos retulerat, neque fuisse sitos in arca.

Gelafius.

Secundō, Gelafius Papa in c. sancta Romana Ecclesia, d. 15. dicit Ecclesiam reijcere eos libros, quos Hieronymus reijcit, & tamen Hieronymus non solū in prologo Galeato proponens Catalogum librorum Canonicorum prætermisit hunc, sed etiam in præfatione in libros Salomonis ad Chromatium, & Heliodorum, quæ est epist. 115. dicit eum nusquam haberi apud Hebræos. Et paulō inferius ita inquit: *Sicut Iudith, & Tobia, & Machabæorum libros legit quidē Ecclesia, sed eos inter Canonicas scripturas non recipit, sic hæc duo volumina, scilicet Ecclesiastici, & Sapientia, legat ad adificationem plebis, non ad autoritatem Ecclesiasticorum dogmatum cōfirmendam.* Quibus verbis Hieronymus satis apertè dicit hunc librum non recipi ab Ecclesia vt Canonicum.

Hierony.

Vltimō, Synagoga Iudæorū, quæ præcessit Christi aduentum errare non potuit in Catalogo librorum Canonicorū, cum fuerit vera Ecclesia: sed illa nō recepit in suo Catalogo hunc librum, vt testatur Hieronymus locis citatis, & constat ex Iosepho apud Eusebium lib. 3. hist. Eccles. ca. 10. & ex multis patribus, qui omnes cōstanter affirmāt apud Iudæos solū fuisse receptos vt Canonicos viginti duos libros, de quibus à nullo ferè fuit vnquam dubitatū an essent Canonici, in quibus certum est non cōprehēdi hunc, de quo sæpè, & à multis etiam ex Patribus est id dubitatum: ergō hic liber reijciendus est à Catalogo librorum Canonicorum. Sit

Hierony.
Iosephus.
Eusebius.

Conclusio.

DE fide est librum hunc esse Canonicū, & oppositū asserere his temporibus est manifesta hæresis. Hæc Conclusio duas continet partes; quarum prior est hunc librum esse Canonicum.

Probatur hæc pars, quia in Cōcilio 3. Carthagen. c. 47. inter Canonicas Scripturas referūtur quinq; libri Salomonis, in quib; certum est cōprehēdi hunc de quo agimus: & quāuis Cōcilium hoc fuerit Prouinciale, confirmatum est à Synodo Trullana, loco citato, in l. arg. & à Leone 4. ca. de libellis, d. 20. Et eodē modo referuntur quinq; libri ab Innocentio I. in epistola 3. quæ est ad Exuperium Tolosanum Episcopum, capit. 7. & Gelafius Papa I. in ordine, siue Catalogo librorum veteris testamenti, quē

De fide est
librum Sa-
pientia esse
Canonicū.Cōc. 3. Car-
thag.

Innocen.

Gelafius.

D

fecit

fecit in Concilio, Romæ habito cum septuaginta Episcopis, refert Sapientia librum vnum. Et habetur integrum Decretum Gelasij de libris Canonicis, & alijs siue recipiendis, quâuis non sint Canonici. siue Apocriphis, tom. 2. Conciliorum, in fine suorum Decretorum, & quâdâ pars eius in c. sancta Romana. d. 15. Et demum Concilium Tridentinum, Sessione 4. Decreto de Canonicis scripturis proponit indicem, siue Catalogû librorû sacrorû, & in eo ponit librum Sapientia.

Secundò probatur hæc pars, quia Sancti à principio Ecclesie non solum vsi sunt sententijs ex hoc libro desumptis ad confirmanda fidei dogmata, & ad vertendos errores hæreticorum, sed etiam tribuunt ipsis nomen sacrarû scripturarum, & diuinorum aut propheticorum oraculorû. Testimonia verò Sanctorum referunt latè Driedo, lib. 1. de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 4. in solutione 6. & 7. difficultatis, Michael de Medina, lib. 6. de recta in Deû fidei cap. 9. Cano lib. 2. de locis Theolog. cap. 11. in solutione primæ cõfirmat. 2. arg. Couarr. lib. 4. variarum resolutionum, c. 14. n. 3. & Rugerius in opusculo de libris Canonicis, c. 7. Et Sanctis possunt addi Concilium Sardicense in epistola ad omnes Episcopos, & Toletanum 11. in confessione fidei.

Et confirmatur testimonio Augusti qui ex professo id probat tomo. 7. lib. de prædestinatione Sanctorum, c. 14. vbi ad probandum cõtra reliquias Pelagianorû gratiam non secundum merita, sed gratis dari cui datur, adducit

illud Sapientia 4. *captus est ne malitia mutaret intellectum eius.* Sapient. 4. Et cum hæretici responderent negando autoritatẽ huius libri, sic ait: *Non debuit repudiari sententia libri Sapientia, qui meruit in Ecclesia Christi de gradu lectorum Ecclesie Christi tam longa anno sitate recitari; & ab omnibus Christianis, ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles, penitentes, catechumenos, cõueneratione diuina autoritatis audiri.* Et paulò inferius: *Qui sententijs tractatorû instrui volunt, oportet ut istum librum Sapientia vbi legitur: raptus est, & c. omnibus tractatoribus anteposuerunt etiã temporibus proximi Apostolorû egregij tractatores, qui cum testem ahibentes, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium crediderunt.* Et rursus prope finẽ capituli: *Nec ided liber Sapientia, qui tanta numerositate annorum legi meruit in Ecclesia Christi, in quo & hoc legitur. pati debet iniuriã, quoniam resistit eis, qui pro meritis hominû falluntur, ut veniant contra Dei manifestam gratiam.*

Tertiò probatur, quia aliqui ex Sãctis cõ vel conficiunt catalogû librorû Canonicorû, vel referunt consecutõ ab alijs, ponunt in eo hũc librũ. Ita hoc fecit Melito Sardenfis Episcopus, qui in epistola quadã ad Orestimũ fratrem apud Eusebiũ, li. 4. hist. Eccles. c. 25. vbi ita inquit: *In Orientem iter suscipiens, & eo usq; loci proficiscens, vbi hæc & prædicata, & gesta fuerunt, scilicet Ierosolimã. cõ accuratè à quibusdã de veteris testamenti libris didicisse, illorû nomina hic subscripta ad te misi.* Et paucis interpositis in quibus re-

Coci. Trid.

Driedo.

Michael de Medina. Cano.

Couarr. Ruger.

August.

cenfet libros, qui hunc ordine præcedunt, sic ait: *Salomonis Proverbia, Sapientia, Ecclesiastes, Canticũ Canticorũ.* Et quoniam hic autor fuit antiquior Tertuliano, & vicinus temporibus Apostolorû, de quo videndus est Hieronymus, lib. de scriptoribus Ecclesiasticis in Melito, ided aliqui hoc eius testimonium existimant esse magni momenti ad confirmationẽ cõclusionis. Verum Couarrubias loco citato, obijcit esse parua efficaciam, quia in eo per Proverbia, & Sapientiam, intelligitur idem liber Proverbiorum, qui utroq; nomine appellabatur ab antiquis. Et non caret hæc obiectio fundamentõ. Tum quia Nicophorus, lib. 4. historia, cap. 10. refert hoc idem testimonium Melitonis, & ponit nomen Sapientia, non ut libri distincti à reliquis, sed ut libri Proverbiorum hoc modo: *Salomonis Proverbia, siue Sapientia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum.* Vbi particula siue denotat significari eundem librum utroq; nomine. Tum etiam quia litera Græca Eusebij eis fauet, ut benè obseruauit Couarrubias. Et præpterea librum Proverbiorum appellari Sapientiam constat ex communi vsu Ecclesie, in ea parte Missæ, quæ epistola nuncupatur, & ex nonnullis testimonijs Sãctorû, de quibus fortè Cõtrouersia vltima aliquid dicem.

Sed nihilominus testimonium hoc non est contemnendum, quia etiam litera Græca Eusebij admittit eum sensum, quem reddit translatio Latina, ut Couarrubias fatetur. Et locus Nicophori fortè est deprauatus ab ijs qui autoritatem huius libri im-

minuere conati sunt. Et huic testimonio Melitonis possunt addi duo alia: vnum Augustini, tom. 3. li. 2. de doctrina Christiana, cap. 8. & alterum Isidori lib. 6. etym. cap. 1.

Secunda pars huius cõclusionis est, præcedentẽ esse ad eõ certam, vt his temporibus oppositum asserere sit manifesta hæresis. Et statuitur hæc pars propter Canum, qui lib. 2. de locis, cap. 9. in secunda cõclusionẽ, quamuis priorem admittat, non audet oppositum absolutè appellare hæreticum, sed dicit esse erroneum, ne dicat hæreticum. Et probatur facillè, quia ad hoc sufficiunt diffinitiones Conciliorû, & Pontificum adductæ pro præcedenti parte.

Sed ad eas respondet Caietanus loco citato, duobus modis posse librum aliquẽ dici Canonicum, scilicet, quia est regularis, hoc est habendus pro regula ad confirmanda dogmata fidei; aut quia est regularis ad ædificationẽ, & ad cõponendum mores fidelium; & hoc secundo modo esse intelligendas diffinitiones illas.

Sed hanc Glossam nullam esse facillè conuincemus, quia diffinitiones ipsæ nullo modo eam admittunt. Quod sic probo: Sacra & diuina Scriptura habet infallibilem veritatem in omnibus quæ continet, atque proinde est regula infallibilis ad confirmandum tam ea, quæ pertinent ad mores fidelium, quàm dogmata fidei: sed in illis diffinitionibus nomine libri Canonici intelligitur liber, qui sit Scriptura sacra, & diuina: ergo omnes libri qui in illis definitionibus con-

August.

Canas.

Couarru.

Niceph.

numerantur inter canonicos. habent huiusmodi veritatē, & sunt prædicto modo regula ad confirmandum etiam dogmata fidei. Consequētia patet quoad utrāque partē consequentis, quia nō potest aliquid esse de ratione diuinæ Scripturæ, quin etiā conueniat cuicumque libro pertinenti ad ordinē diuinarū Scripturarū. Et maior etiam patet, quia de ratione diuinæ Scripturæ est esse conscriptam Dei autoritate, & peculiari assistētia, atq; directione. Quod nunc supponatur vt certū ex ijs, quæ Theologi colligūt ex illo 2. Petri 1. *Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* Ergo etiam est de eius ratione habere in omnibus veritatem infallibilem, quia Deus non potest esse autor mēdacij, aut falsitatis. Minor verò probatur sola propositione verborum ipsorum testimoniorum, nam in Concilio Carthaginensi sic habetur: *Item placuit, vt præter scripturas Canonicas, nil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem Scriptura Canonica Genesis, &c.* Et in epistola Innocentij habetur, qui libri recipiātur in canone sanctorum scripturarum. Vbi non solum dicitur libros Canonicos esse sacram Scripturam, sed etiam redditur ratio propter quam appellentur Canonici, scilicet receptos esse in Canonesanctarum Scripturarum.

Ex quo etiam obiter colligitur, etymologiam huius nominis, qua Caietanus vtitur ad respondendum nostro argumēto,

quantum attinet ad hæc testimonia. Et Gelasius Papa omnes libros, quos ibi connumerat, dicit pertinere ad vetus testamentum, quod est dicere esse diuinam Scripturam; quia vetus testamentum ab omnibus catholicis habetur pro diuina Scriptura. Et tandem Concilium Tridentinum in principio catalogi dicit se proponere indicem sacrorum librorum: & eo finito ita inquit: *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris & canonicis nō suscepit, anathema sit.* Et postea subdit: *Omnes itaque intelligant quo ordine & via ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimonijs ac præsidijs in confirmandū dogmatibus sit usura.* Quæ omnia verba sunt valdē notanda ad hoc propositum: nam in eis Concilium libros, quos connumerat inter Canonicos, non solum appellat sacros, sed etiam definit sub anathemate habendos esse pro sacris & canonicis; & ipsam definitionem librorum Canoniorum appellat fundamentum confessionis fidei, & dicit expressè se usurum testimonijs eorundē librorum ad confirmandū dogmata fidei.

Et si quæras, an Lyranus, & Caietanus possint quantum ad hanc suam sententiam liberari à nota hæresis.

Respondetur affirmatiuè, quod de Lyrano est certissimum, non solum, quia præcessit omnia Cō-

Gelas.

Conc. Trident.

2. Petri 1.

Conc. Carthagin.

Caietan.

cilia

cilia generalia, in quibus facta est de hac re definitio, sed etiā quia ad nullam definitionem vel Pontificum, vel Conciliorum Prouincialium aduertit, & ita nullius meminit. At verò Caietanus, quamuis non præcesserit aliqua ex definitionibus citatis præter Tridentinā, & ad omnes aduertit, & ita omnes citauerit, & præterea aliam Concilij Florentini sub Eugenio III. (quam ego reperire non potui) tamen non se opposuit autoritati Ecclesiæ, quod requirebatur ad hæresim, quia existimauit solutionem, quā ex ipso retulimus, esse sufficientem ad satisfaciendum his omnibus definitionibus.

Ad primū respondetur primò.

Ad primum respondetur primò negando antecedens, si intelligatur de definitione Ecclesiæ, cum proprietate: & ad probationem dici potest, neque librum Canonicum Apostolorum habere autoritatem quoad omnes Canones, quos continet, & præsertim quoad eū, qui citatur, vt ostendunt Fraciscus Turrianus loco statim citando, Bellarminus tomo 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 20. in solutione prioris difficultatis, & Cæsar Baronius, tomo 2. Annalium, anno Christi 1022. tit. 15. & 16. neque Concilium Laodicenum fuisse Generale, sed Prouinciale, & ita neutrius testimonium habere vim definitionis Ecclesiæ. Et non obstat approbatio vtriusque, quæ refertur ex Canonibus Trullanis, quia illi Canones neque sunt sextæ Synodi, cui attribuitur, neque alterius legitimi Concilij, & ita non sunt irrefragabiles, & indubitæ autoritatis, vt

Turrianus. Bellarmin.

Cæsar. Bar.

ostendunt satis efficaciter Franciscus Turrianus libro de actis sextæ Synodi ante medium, Canus, lib. 5. de locis, cap. ultimo, in solutione 6. argumenti, & Bellarminus tom. 1. lib. 2. de autoritate Conciliorum, cap. 8. in solutione 13. argumenti.

Secundò respondetur, quid quid sit de antecedenti negari posse consequentiam: quia ita in illis Catalogis definitur de libris in eis contentis esse Canonicos, vt non addatur particula exclusiua in communi aliorum, vt si diceretur illos tantum, vel illos, & nō alios esse Canonicos; neque negetur in particulari de hoc aut de alio libro in eisdem catalogis prætermisso esse canonicum.

Pro quo notandū est id quod obleruarunt Machael de Medina, lib. 6. de recta in Deum fide, cap. 11. Bellarminus tomo 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 9. Stapletonus lib. 2. defensionis autoritatis Ecclesiasticæ, sect. 3. & ferè omnes Theologi, cum agūt de libris Canonicis, scilicet Ecclesiam sicut non definiuit ab initio simul omnes veritates fidei, sed progressu temporis, prout de eis est edocta per suggestionem Spiritus sancti, ita etiam non definiuit simul omnes libros Canonicos, sed paulatim, prout etiam de hoc habuit eandem Spiritus suggestionem. Quare sicut Ecclesia definiens aliquid esse de fide, nō negat alia etiam esse de fide, de quibus id tunc non definit, ita definiens aliquem librū esse Canonicum, nō negat alios, de quibus tunc non definit, esse etiam Canonicos.

Turrianus. Canus.

Bellarmin.

Respondetur secundò.

Michael de Medina. Bellarmin. Staplet.

D 3

Ad

Ad confir-
mationē res-
pondetur.

Ad confirmationem respon-
detur primò, in quibusdam ex
illis testimonijs Sanctorum, quā-
uis præmittatur hic liber, nō
negari esse Canonicum, & in
alijs vtrumque fieri. Et quidem
horum priora sufficienter man-
nent exposita ex doctrina nunc
tradita ad respondendum Con-
cilio Laodiceno. Et ad posteriora
dicere possumus, Sanctos in eis
non loqui secundum propriam
sententiam, sed secundum Ca-
talogum librorum Canonicorum
receptum apud Iudæos, maxi-
mè apud eos, qui fuerunt post
Christi aduentum: quoniam
de his certum est non recepisse
hunc librum inter canonicos, vt
dicam in solutione vltimi argu-
menti.

Secundò res-
pondetur.

Secundò respondetur, admit-
tendo Sanctos in omnibus illis
testimonijs loqui ex propria sen-
tentia; & nihilominus nō obsta-
re nostræ cōclusioni: quia vixe-
runt tēpore, quo neq; ex defini-
tione Ecclesiæ, neq; ex nota om-
nibus traditione facta ab Apo-
stolis erat certum hunc librū ha-
bendum esse vt Canonicum.

Et peculiariter ad testimo-
nium Cypriani dicendum est, li-
brum illum expositionis symbo-
li non esse ipsius, sed Rufini, vt
ibidem obseruauit Pamelius, &
ipsum Cyprianum appellare hūc
librum diuinam scripturam, epi-
stola 81. ad Rogatianum, & re-
liquos confessores, & libro ad
Demetrianum, prope finem: &
aliquando etiam dicere loqui in
eo Spiritum sanctum per Salo-
monem, vt libro de mortalitate,
parum ante finem.

Ad secundum respondetur,

Hieronimum cum præmittit
hunc librū loqui secundum Ca-
nonem Hebræorum, & aper-
tius referre ipsorum sententiam,
cum dicit eum non haberi apud
Hebræos: cum verò dicit non
recipi ab Ecclesia inter Canoni-
cas Scripturas, neque ad confir-
mandum dogmata fidei, habe-
re duas expositiones. Quarum
prior est ipsum fuisse illius sen-
tentia, sicut diximus de alijs
Sanctis, & de ipso concedit Bel-
larminus. tomo 1. lib. 1. de ver-
bo Dei, cap. 10. in fine. Illud ve-
rò quod ex Decreto Gelasij ad-
ducitur dictum de Hieronymo,
non est intelligendum quantum
ad libros, qui in Canone sancta-
rum scripturarum sint constituē-
di, sed quantum ad libros alios
Doctorū, qui sine assistentia Spi-
ritus sancti scripserunt, vt ex ver-
bis ipsius Decreti constat. Quod
non aduertit Caietanus loco ci-
tato: & ideò turpiter errauit di-
cens colligi ex illo Decreto defi-
nitiones Conciliorum Genera-
lium, & Pontificum circa libros
Canonicos, esse regulandas iux-
ta sententiam Hieronymi; cum
tamē potius tota Hieronymi do-
ctrina sit examinanda iuxta Cōci-
liorum & Pontificum decreta.

Posterior expositio est, Hiero-
nymum referre non propriam
sententiam, sed eam quæ suo tē-
pore erat communiter recepta
in Ecclesia: ea verò est non fuisse
tunc hunc librū habitum cer-
tò, & sine dubio pro Canonico;
& ex consequenti nec eius te-
stimonium fuisse reputatum suf-
ficiens ad confirmandum dog-
mata fidei.

Et non carebat hæc sententia

fuo

Hieron.

suo fundamento, quia nondū Ec-
clesia aliquid statuerat de hoc li-
bro, neq; communiter erat nota
traditio facta ab Apostolis. Cum
quo stat fuisse tunc, & antea in
Ecclesia multos sanctissimos, &
eruditissimos viros, qui hunc li-
brum vt Canonicum, & infalli-
bilis veritatis recipere, vt cō-
stat ex testimonijs adductis: imò
& Hieronymū ipsum fuisse eius-
dem sententia.

Ad vltimū
respondetur.

Ad vltimum respondetur. Pri-
mò concedendo maiorem, & di-
stinguēdo minorem. Si enim sit
eius sensus Synagogā illam non
habuisse hunc librū vt Canoni-
cum vera est, & hoc solū vt plu-
rimum conuincitur testimonijs
pro ea citatis. Si tamen sensus
sit statuisse, & decreuisse non es-
se Canonicum, falsa est, & nul-
lum habet pro se fundamentum.
Et hæc duo non habēt inter se ali-
quam repugnantiam, vt constat
ex ijs, quæ diximus ad testimo-
nia Sanctorum, & Concilij Lao-
diceni. Quare neganda est con-
sequentia, quia vt valeret oportet
minorem esse veram in po-
steriori sensu.

Et si obijcias, sequi ex hoc Ec-
clesiam Christi non habuisse ali-
quod testimonium eorum ho-
minum, qui viuebant tempore
quo hic liber editus est, vt decla-
raret habendum esse vt Canoni-
cum, atque adeò sine sufficienti
fundamento id declarasse. Res-
pondetur negando hanc secun-


dam sequelam, quia Christus aut
Apostoli docuerunt fuisse hunc
librum assistentia Spiritus sancti
conscriptum, atque proinde ha-
bendum esse vt Canonicum.


Secundò respondetur, negā-
do minorem: & ad probationem
dicendum est, illa testimonia Io-
sephi, & Sanctorum intelligi so-
lūm de Iudæis, qui Christi pas-
sioni successerunt, quia forsitan
in Synagoga, quæ fuit ante eius
aduentum, habitus est liber hic
tanquam Canonicus. Huius rei
autor fuit Isidorus, lib. de officijs
Ecclesiasticis, cap. 12. qui etiam
pro eadem sententia citat quen-
dam ex sapientibus, suppresso
eius nomine. Et eum secutus est
Abulensis in expositione pro-
logi Galeati, quam præposuit suis
Commentarijs in libros Regum
q. 28. Et hanc suam sententiam,
& rationem, propter quam po-
steriores Iudæi id fecerint expli-
cat Isidorus sequentibus verbis,
quæ Abulensis ex ipso transcrip-
sit. *Hoc opus Hebrai (vt quidam sa-
pientum meminit) inter Canoni-
cas scripturas recipiebant, sed post-
quam comprehendentes Christum
interfecerunt, memorantes in eo-
dem libro euidentissima de Christo
testimonia, quibus dicitur: Dixe-
runt inter se impij, comprehendamus
iustum, &c. collatione facta,
ne nostri eis pro tam aperto sacri-
legio derogarent, à propheticis vo-
luminibus reciderunt, legendumq;
suis penitus prohibuerunt.*

Isidor.

Abulen.

Isidorus.





CONTROVERSIA II.

Utrum Salomon fuerit autor huius libri?

LITVLVS nō intelligit de autore principali : quia cum ex precedenti Controversia cōstet hunc librum esse Canonicū, & scripturam sacram & diuinā, cōsequenter etiam constat eius principalem autorem fuisse Spiritum sanctum, sicut & totius diuinæ Scripturæ : sed intelligitur de autore quasi instrumentali, cuius ministerio Deus fuerit usus, vt hic liber conscriberetur. Et quamuis, cognito priori autore, non multum intersit, vel ad libri autoritatem, vel ad fructum aliquem ex eo percipiendum cognoscere posteriorem. Quod Gregorius in præfatione in expositionem libri Iob cap. 1. explicat exemplo eius, qui accipiens a Rege epistolā conaretur indagare quocalamo eam Rex scripserit. Tamē adhuc erit vtile de eo agere : tū ad confirmandam sententiam de priori autore receptam ; quia cum credimus Spiritum sanctum loquutum fuisse per aliquē, probabilius fit etiam in alijs libris eiusdem generis, qui ei tribuuntur, loquutum fuisse per eum : tū

etiam ad percipiendum facilius libri sensum, quia ad id possumus iuuari collatione ad alia eiusdem autoris scripta, vel consideratione proprietatum status, aut conditionis ipsius.

Et in hac re tres inuenio sententias, quarum duæ sunt extremæ, & inter se oppositæ; & tertia est inter eas media.

PRIMA est eorū, qui asserunt non Salomonem, sed Philonem fuisse huius libri autorem, & dissentiunt inter se in explicando quis fuerit huiusmodi Philo. Nā Abulēsis loco citato in fine præcedētis, & in libro Hispano idiomate conscripto de responsione ad quatuor quæstiones, c. 28. dicit fuisse Alexandrinum, qui fuit post Christum, sub Imperatoribus Caio, & Claudio, & Nerone; de quo Eusebius, lib. 2. historię Ecclesiasticæ, cap. 18. & Hieronymus in lib. de viris illustribus ineminerunt. Et quod magis est addit, Hieronymum in lib. citato, & Isidorum, li. de ortu, & obitu patrum, tractare de hoc libro, & de eius autore Philone: vbi tamen nec verbum de hoc reperitur. At verò Michael de Medina, lib. 6. de recta in Deum fide, cap. 12. ait, non hunc Philonem, sed

Prima sententia.

Abul.

Michael Medina.

alium

Autor principalis sacre Scripturæ est Spiritus sanctus.

Gregor.

alium etiam Iudæum, & peritissimum linguæ Græcæ, qui super centum & sexaginta annos præcessit Christi ortum, temporibus Oniæ Pontificis Iudæorum, fuisse huius libri autorem.

Fundamentum huius sententiæ sumitur ex nonnullis Patrum testimonijs. Primum est Hieronymi, in præfatione in libros Salomonis citata in præcedenti Controversia: vbi referens libros, qui sub nomine Salomonis circumferuntur, sic ait: *Et alius ϕ εϋδερπύραφος, hoc est falso inscriptus, qui sapientia Salomonis inscribitur.* Et postea de eodem ita inquit: *Apud Hebræos nusquam est; quin & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet. Et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant.*

Hierony.

August.

Isidor.

Secundum est Augustini, qui libro 2. de doctrina Christiana, cap. 8. sic ait: *illi duo libri, primus qui Sapientia, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadā similitudine Salomonis esse dicuntur, nam Iesus filius Syrach eos scripsisse constantissimè perhibetur.* Et lib. 17. de ciuitate cap. 20. de eisdem libris inquit: *Alij verò duo, quorum vnus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquij nonnullam similitudinem, vt Salomonis dicantur obtinuit consuetudo: non autem esse ipsius non dubitant doctiores.*

Tertium est Isidori, qui quamuis supponat non fuisse Salomonem autorem huius libri, tamen de eo qui fuerit autor videtur dicere opposita, & inter se repugnantia. Nam libro procemiorum in principio sic ait: *Duo illi egregie institutionis libelli, Sapientiam*

dico, & alium qui vocatur Ecclesiasticus. Qui dum dicantur à Iesu filio Syrach editi: tamen propter quandam eloquij similitudinem Salomonis sunt titulo prænotati. Et lib. 6. etymol. cap. 2. ita inquit: Liber Sapientie apud Hebræos nusquam est: unde & ipse titulus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudæi Philonis esse affirmant. Que verba ex Hieronymo desumpta videntur, quare ex ipso etiā emendanda erunt: & idè vbi habetur titulus, legendum est stylus; quia de solo titulo non potuit dici redolet eloquentiam.

SECUNDA sententia, quæ est huic opposita, est eorum, qui absolute affirmant Salomonem, & non Philonem, siue quemcunq; alium fuisse autorem huius libri. Hanc sequuntur Sixtus Senen. lib. 1. Bibliot. sanctæ, sectione 2. cap. de sapientia Salomonis, & apertius lib. 8. hæresi. 9. in eius impugnatione, Rugerius in opusculo de libris Canonicis cap. 24. Catharinus, li. 1. annotationum in Cōmentaria Caietani. S. post hæc de alijs Scripturæ sanctæ libris, & Clichtouæus in Cōmentario ad Damascenum, lib. 4. fidei, cap. 18. Quamuis duo priores videantur in fine declinare in sequentem sententiā. Et probatur primò autoritate Sanctorum, nam imprimis multi ex eis citant huius libri testimonia sub nomine Salomonis: vt ex Latinis Tertulianus lib. de præscriptione aduersus hæreticos, cap. 7. in fine, & lib. aduersus Valentianos cap. 2. Cyprianus lib. 3. testimoniorum aduersus Iudæos, ad Quirinum, cap. 15. 53. 58. & 59. & lib. de montibus Sina, &

Secunda sententia.

Sixtus Senen.

Rugerius.

Catharin.

Clichtouæ.

Tertul.

Cyprian.

D 5

Sion

Ambro. Siō, prope mediū, & li. de exhortatione Martyrum, cap. 1. & 12. & lib. de mortalitate, prope finē, & lib. de singularitate Clericorum, prope medium; & iterum parum ante finem. Ambr. sermo ne super Psalm. 118. & lib. de Paradyso c. 7. & Hilarius Pictaviensis in illud Psalm. 127. *Vxor tua sicut vitis abundans.* Et ex Græcis Clemens Alexandrinus lib. 6. Strommatō post medium. Origenes lib. 1. Periarchon. c. 2. Basiliius lib. 5. contra Eunomium. Gregorius Nazian. oratione 49. quæ inscribitur tractatus de fide, post medium. Et deinde aliqui ex Sanctis, cum referunt Catalogum librorum Canonicorū, hūc librum appellant Sapientiam Salomonis, vt Epiphanius, Damascenus, & Melito, locis citatis in precedenti Cōtrouersia. Et tandem alij expressè dicunt Salomonem fuisse autorem, imò & scriptorem huius libri, vt Athanasius in synopsis diuinæ Scripturæ. §. cui titulus est, liber decimus quartus, proueria Salomonis. Et Isidorus lib. de officijs Ecclesiasticis, cap. 12.

Confirmatur, quia ex his testimonijs, & ex pluribus alijs, quæ ad hoc propositum possent adduci, videtur colligi fuisse hoc communem veterum patrū traditionem, quod Bellarminus to. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 13. amplius confirmat ex Eusebio, qui lib. 4. historiæ, cap. 22. sic ait: *Verum & hic Egesippum, & Irenæum, & omnem antiquorum eborum, hunc librum Salomonis esse existimasse.*

Secundò probatur hæc sententia autoritate Conciliorum,

& Pontificum. Nam in Concilio Carthaginensi 3. cuius testimonio vñ sumus Controversia præcedenti, ad probandum hunc librum esse Canonium, comprehenditur hic liber in quinque libris Salomonis, & idem fit in epistola 3. Innocentij primi ibidē citata. Et præterea Euaristus Papa, epist. 1. quæ est ad Episcopos Africanos, citat testimonium ex hoc libro sub nomine Salomonis. Et idem facit Fœlix primus epistola 3. quæ est ad Benignum Episcopum.

Vltimò probatur hæc sententia, quoniam autor huius libri de se ipso loquens dicit aliqua, quæ nisi Salomoni conuenire non possunt: nam imprimis c. 7. postquam explicuit desiderium suū habendi sapientiam, & fuisse sibi datam à Deo, ita inquit: *Venerūt autem mihi omnia bona pariter cum illa, &c.* Quæ omnia Salomoni contigisse dicitur 3. Reg. 3. Et quæ paulò inferius dicit idē autor de cognitione sibi à Deo, data, circa res omnes pertinentes ad naturæ ordinem, dicuntur de Salomone loco citato, cap. 4. libri citati. Et deinde cap. 9. ita de se ipso loquitur ad Deum: *Tu elegisti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum: & dixisti me adificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tue altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio.* Quæ de Salomone dixit Dauid, lib. 1. Paralipom. cap. 28. Et tandem oratio, qua autor ibidem postulauit à Deo sapientiam, refertur vt dicta à Salomone ad postulandum eandē sapientiā, li. 2. Paralip. c. 1.

Conci. Carthaginen.

Euaristus.

Fœlix. 1.

3. Reg. 3.

Sapient. 9.

. 10221

TERTIA

Tertia sententia.

TERTIA sententia, inter has media, est aliorum, qui dicunt duo. Primum est sententias huius libri esse Salomonis. Secundum est, Salomonem non conscripsisse hunc librum, sed alium qui prædictas sententias sparsim, & sine ordine à Salomone prolatas, & ab alijs asseruatas, postea in vnum collegit, & ex eis hunc librū Græcis verbis, Spiritu sancto dictante, conscripsit; & hunc quidem dicunt fuisse Philonem, non Alexandrinum, sed illū antiquiorem, de quo in prima sententia facta est mentio. Et alij neutrum horum, sed alium, quem nō nominant.

Hanc sententiam primus excogitauit Driedo lib. 1. de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 4. in solutione 5. difficultatis. Et deinde sequuti sunt eam Canus, li. 2. de locis, ca. 11. in solutione 5. argumenti, & Pamelius in annotationibus ad librū Cypriani de mortalitate. num. 43.

Fundamentum huius sententiæ est, conciliari optimè iuxta eam duas præcedentes sententias, quæ propter autoritates Sanctorum, à quibus sunt ortæ, non videntur reiiciendæ: nam vt possit dici Salomonem fuisse autorem huius libri satis est sententias, quæ in ipso continentur, esse ipsius; & vt idem possit negari sufficit non ipsum, sed alium sententias illas dispositas, & ordinatas in hoc libro conscripsisse.

Et confirmari potest, quia vt habetur 3. Reg. 4. *Salomon loquutus est tria millia Parabolarum, & carminum quinque millia, & disputauit de lignis, à Cedro, quæ est in Libano, vsque ad Hyssopum,*

quæ egreditur de pariete; & disse-ruit de iumentis, & volucris, & reptilibus, & piscibus. Et tamē nō constat ipsum hæc in vnū, aut in plures libros digessisse, imò de Parabolis fuisse in vnum volumē collectas à seruis Ezechia vide-tur significari Prou. 25. vbisic habetur: *Hæc quoque Parabola Salomonis, quas transfulerunt viri Ezechia Regis Iudæ.* Quare etiā ex his fit verosimilius sententias huius libri non fuisse à Salomone scriptas, sed ex ore eius fuisse ab alijs exceptas, & sine ordine asseruatas vsque ad tempus Philonis, aut alterius, qui eas ordine quem in hoc libro habent dispo-suerit, & fortè aliquid eis de suo addiderit.

Prima Conclusio.

EX his sententijs probabili-or mihi videtur ea, quæ asserit Salomonem nullo modo fuisse huius libri autorem, hoc est neq; ita vt eum conscripserit, neque ita vt eius sententias alijs tradiderit.

Hanc expresse sequuntur Iansenius in quodam præmio in Proueria Salomonis, vbi testimonia Sanctorum tribuentium hunc librum Salomoni dicit esse intelligenda iuxta doctrinam Augustini, quam in probatione primæ sententiæ retulimus, & de ea dicemus in solutione argumētōrū secundæ sententiæ. Et Couarrubias, lib. 4. variarum ca. 14. qui etiam addit esse hoc frequentiori sententia receptum.

Et probatur, quia imprimis absolute Salomonē non fuisse autorem huius libri affirmant ex-

Prouer. 25.

Non fuit Salomō autor libri Sapientia.

Iansenius.

August.

Couarrub.

pres-

Hierony. August.

præfere Hieronymus, & Augustinus locis citatis pro prima sententia; & ex hoc colligitur Salomonem non scripsisse eum aut propria manu, aut aliorum ministerio, quibus scribendum dictauerit: quoniam aliàs non posset negari absolutè Salomonè fuisse eius autorem.

Hierony.

Et deinde in particulari non scripsisse eum potest confirmari, quia Hieronymus duplici ratione ostendit hunc librum non fuisse scriptum lingua Hebræa, sed Græca, scilicet quia non reperiebatur apud Hebræos, & quia stylus Græcam eloquentiam redollet; & tamen tempore Salomonis non erat in usu apud Iudæos lingua Græca.

Et de nunc neque Salomonè tradidisse alijs sententias huius libri probatur, quoniam multi anni fluxerunt à tempore Salomonis, usque ad tempus, quo hic liber compositus est, quia lingua Græca, qualiber hic fuit conscriptus introducta est in Asiam ab Alexandro cum Imperio prope annum mundi 3636. Et ab eo tempore cœpit esse in usu apud nobiliores Iudæorum; & Salomon mortuus fuit ante annum mundi 3030. aut ante annum 2970. Quo tempore cœpit regnare filius eius Roboan, ut obseruarunt Chronologi. Et quamuis non omnes conueniant in diffinitione horum temporum: tamen omnes concedunt currisse inter ipsa plus quam sexcetos annos: & tamen non est verosimile sententias huius libri fuisse tanto tempore asseruatas sparsim, & sine ordine apud diuersos homines, qui nulla ad id fungerentur

Lingua Græca introducta est in Asiam ab Alexandro anno mundi 3636.

autoritate publica: præfertim cum autores illius sententiæ, non dicant scriptum fuisse hunc librum tempore Alexandri, sed effluxis aliquot annis, ut postea referam.

Secunda Conclusio.

NON videtur probabile Philonem Alexandrinum, qui temporibus Caij, Claudij, & Neronis, Cæsarem, vixit, fuisse autorem huius libri. In hac conueniunt Driedo, Michael de Medina, & Sixtus Senensis locis citatis, & Genebrardus in Chronologia, anno mundi 3860.

Et probatur: tum quia liber hic ab Ecclesia computatur inter libros veteris testamenti; & videtur rationi consentaneum, omnes illius testamenti libros fuisse scriptos tempore Synagogæ, & ante exordium lucis Euangelicæ: tum etiam quia liber hic citatur à coætaneis huius Philonis, ut facer, & diuinus, & ut se ipsis antiquior; sicut patet ex Dionys. 4. cap. de diuinis nominibus: & tandem quia Hieronymus, lib. de viris illustribus, & Eusebius lib. 2. historiæ cap. 17. Catalogum fecerunt librorum huius Philonis, & tamen non meminerunt libri Sapientiæ.

Vltima Conclusio.

QUAMVIS dici possit nil haberi certum de autore, qui diuino Spiritu afflatus scripsit hunc librum, nec de eius nomine, tamen probabile est fuisse Philonem, illum antiquiorem Alexandrino, de quo dictum est in prima sententia vi-

Philo non fuit autor libri Sapientiæ.

Driedo. Michael Medina. Sixtus Sen. Genebr.

Dionys.

Hierony. Euseb.

Philo antiquior fuit autor huius libri, hic fuit vnus ex 70. Interpretibus.

xiffe

Hierony. August.

xiffe temporibus Oniæ prisci Pontificis Iudæorum, imò & hunc fuisse vnū ex Septuaginta Interpretibus.

Hæc conclusio continet tres partes. Prima est nihil haberi certum de autore huius libri: & ad eius probationem sufficit autoritas Hieronymi, & Augustini; nam Hieronymus cum dicit Philonem fuisse autorem, refert aliorum sententiam, & neque probat, neque rejicit eam; & Augustinus quamuis egerit de hac re nihil tadem circa eam explicuit, ut circa fundamentum primæ sententiæ dicam.

Secunda pars est esse probabile Philonem illum fuisse autorem: & hæc probatur quia Hieronymus, ut supra retulimus, dicit nonnullos veterum affirmasse Philonem Iudæum fuisse autorem; & cum hoc non possit intelligi de recentiori, ut dictum est in præcedenti conclusione, sequitur esse intelligendum de antiquiori.

Sixtus Sen.

Et non obstat, quod Sixtus Senensis ut hoc impugnet refert ex Iosepho, lib. 1. contra Appionem, post medium, scilicet seniore Philonem non fuisse Iudæum, sed ex historicis Ethnicis, & ex ijs, qui nunquam libros sacros legerunt, atque adeò non fuisse huius libri autorem. Nam respondere potest id quod obseruauit

Couarrub. Tres Philones.

Eusebius.

Couarrubias loco citato, tres fuisse Philones, duos Hebræos, & tertium non Hebræum, sed magni apud Ethnicos nominis, de quo mentionem facit Eusebius, lib. 1. de præparatione Euangelicæ, cap. 6. & li. 9. cap. vltimo; & in priori loco dicit fuisse eum qui Byblius fuit appellatus à no-

mine ciuitatis, ex qua ortus est, & historiam Phœnicium eorum lingua à Sanchuniatone conscriptam in Græcam linguam transtulit. Et ex his tribus nos loquimur de antiquiori inter duos Hebræos, & Iosephus de tertio, qui non fuit Hebræus, & qui vixit eisdem temporibus quibus ille, ideò à Iosepho appellatur senior respectu aliorum suæ ætatis.

Tertia pars est, eum Philonem Hebræum, qui autor fuit huius libri, fuisse vnū ex 70. Interpretibus. Et huius nullum fundamentum habeo præter testimonium Genebrardi, qui in Chronologia, anno mundi 3860. loquens de autore huius libri ita inquit: Videtur fuisse vnus ex Septuaginta Interpretibus, qui ut omnes Prophete fuerunt, ita eorum duo, Philo autor Sapientiæ, & Iesus Ben Sirach Ecclesiastici scriptor, sacros duos illos libros reliquerunt, ut Spiritu sancto dictante Epitomen Bibliorum Græcè Græcis exhiberent. Neque enim necesse fuit ut libri sacri Hebræicè conderentur, postquam Ecclesia sub paganis uere caput.

Genebr.

Ad fundamentum primæ sententiæ, quatenus aliqua verba ex Augustino, & Isidoro ibidem adducta obijci possunt contra nostram vltimam conclusionem: responderetur, Augustinum tantum dicere contrarium in priori testimonio; sed non obstat, quia quod ibi dixit retractauit lib. 2. retracta. cap. 4. ubi ita inquit. De autore libri, quem plures vocant Sapientiæ Salomonis, quod etiā ipsum, sicut Ecclesiasticum, Iesus Sirach scripserit, non ita constare, sicut à me dictum est, postea di-

Ad fundamentum primæ sententiæ.

disci,

disci, & omnino probabilius com-
peri non esse hunc eius libri auto-
rem. In quibus verbis Augusti-
nus non approbat sententiam eo-
rum qui dicunt Salomonem fuisse
autorem huius libri, sed retra-
ctat sententiam, quam ipse fue-
rat sequutus, & omnino relin-
quit Controversiam hanc indefi-
nitam: quod etiam fecit in altero
testimonio ibidem citato. De
Isidoro verò dicendum est nihil
de suo pronuntiare, sed in priori
loco transcribere verba Augu-
stini, & in posteriori verba Hiero-
nyimi.

Ad funda-
mentum se-
cundæ sen-
tentia.

Ad primum secundæ senten-
tiæ respōdetur, testimonia San-
ctorum, in quibus sententiæ, ex
hoc libro desumptæ, referuntur
sub nomine Salomonis, solum
probare Sanctos illos admittere
tribui rectè huic libro titulū Sa-
pientiæ Salomonis, quod tamen
non idè factum est, quia Salo-
mon fuerit eius autor, sed prop-
ter duas alias rationes. Quarum
prior assignatur ab Augustino,
lib. 17. de ciuitate, cap. 20. ubi lo-
quens de hoc libro, & de Eccle-
siastico, vt retuli in fundamento
primæ sententiæ, sic ait: *Propter
eloquij nonnullam similitudinem
ut Salomonis dicantur obtinuit
consuetudo:* hoc est, quia Salo-
monis & doctrinam & docen-
di rationem imitentur. Vbi Au-
gustinus non magis de hoc libro
quàm de Ecclesiastico dicit fuisse
propter hanc rationem appel-
latū Salomonis. Quare sicut hac
ratione non probatur sufficien-
ter Salomonem fuisse autorem
Ecclesiastici, ita neque probabitur
fuisse autorem huius libri. Po-
sterior ratio est Michaelis de Me-

Michael de
Medina.

dina, lib. 6. de rectora in Deum fi-
de, cap. 12. qui ait, solere libros
inscribi nominibus eorum, qui
in doctrina, quæ in eis traditur,
claruerūt, quamuis non sint eo-
rum autores.

Et potest confirmari multo-
rum antiquorum exemplis: nam
Plato id obseruauit ferè in om-
nibus dialogis suis, vt dialogū,
in quo agit de Religione, inscrip-
sit Eutyphionē, quia is fuit Ario-
lus, & gessit munus docendæ re-
ligionis: & dialogum, in quo re-
futatur adulterinam sophistarum
rhetoricam, inscripsit Gorgiam,
quia is fuit nobilis sophista: & dia-
logum, in quo agit de scientia na-
ture, inscripsit Timeum, quia fuit
præstantissimus eius scientiæ do-
ctor. Et Xenophon libellum, in
quo agit de munere regis, inscrip-
sit Hieronem, quia is fuit Rex. Et
tandem Cicero librum suum, in
quo agit de claris oratoribus, in-
scripsit Brutum, quia maximè in
eo munere excelluit. Quare pro-
pter eandem rationem cum mo-
ralis disciplina, & ars rectè vi-
tam instituendi, quæ in hoc libro
traditur, præceptorem habuerit
apud Hebræos Salomonem, iu-
re potuit hic liber inscribi Sapi-
entiæ Salomonis. Ex quo obiter ma-
net solum argumentum, quod
quidam pro hac sententiâ defu-
munt, ex titulo, qui habetur in li-
bris Græcis, in quibus non habe-
tur, *liber Sapiaentia*, vt in Latinis,
sed *sapiaentia Salomonis*: nā res-
ponderi potest, ex hoc vt pluri-
mum conuinei librū hunc prop-
ter hanc rationem prodijisse sub
hoc titulo cū primū scriptus est.

Plato.

Ad cōfirma-
tionem res-
ponderetur.

Ad confirmationem respon-
detur, ex his testimonijs Sancto-

rum,

Bellarmin.

rū, & ex alijs similibus, cum pos-
sint explicari sicut nunc diceba-
mus, non probari fuisse veterum
Patrum traditionem Salomo-
nem fuisse autorem huius libri.
Et ad testimonium, quod ad id
probandum adducit Bellarmi-
nus ex Eusebio, responderetur, eū
fuisse sequutum deprauatam ver-
sionem Latinam (quod etiā con-
tingit Sixto Senensi) nam in cor-
recta sic habetur: *Porrò autem nō
hic solus, scilicet Egesippus, sed Ire-
neus, & tota veterum turba, Prouer-
bia Salomonis librum esse præcla-
ra, eximiaq; sapientia refertū af-
firmabant.* Et consonat huic ver-
sioni liber Græcus Eusebij, in
quo ad verbum sic habetur: *Ve-
rūm Ireneus, & omnis antiquorū
chorus virtute omni refertam Sa-
pientiam Prouerbia Salomonis vo-
cabant.* Vbi nulla fit mentio li-
bri Sapientia.

Ad secun-
dum respō-
detur.
Conc. Car-
thagin.
Innocent.

Ad secundum responderetur,
ex testimonijs Concilij Cartha-
ginensis, & Innocentij non ma-
gis colligi de hoc libro quàm de
Ecclesiastico autorem eius fuisse
Salomonem, cum ibi referan-

tur quinque libri Salomonis, in
quibus æquè comprehenditur Ec-
clesiasticus, sicut hic liber. Et de
testimonijs Pontificum dici po-
test id quod de testimonijs San-
ctorum diximus in solutione præ-
cedentis argumenti. Et addi po-
test Foelicem in eadem epistola
3. citare testimonium ex Eccle-
siastico sub nomine Salomonis.

Ad vltimū
respōdetur.

Ad vltimū respōdetur, quā-
uis in omnibus illis verbis loqua-
tur Salomon de se ipso, non se-
qui eum fuisse autorem huius li-
bri: quia propter eminentiam,
quam habuit apud Hebræos in
doctrina morali, quæ traditur
in hoc libro potuit ab eius auto-
re introduci vt persona loquēs,
& docens: sicut Plato, & Xeno-
phon, & reliqui eius temporis
Philosophi in dialogis, aut libris
quos de doctrina morali compo-
suerunt, inducūt Socratē loquen-
tē sub persona docentis, vt præci-
puum alijs doctrinæ Magistrum.

Plato.
Xenophon.

Ad funda-
mentum ter-
tiæ senten-
tiæ.

Et ex his patet solutio ad fun-
damentum tertiæ sententiæ, qua
parte aduersatur primæ Con-
clusioni.

CONTROVERSA III. DE ARGUMENTO, TITULO, ET genere scripturæ huius libri.



Athanas.

Ab c tria bre-
uiter sunt à
nobis expe-
diēda. Et in
primis d ar-
gumēto so-
lūm occur-
rit dicendum id quod Athana-
sius docet in synopsis sacrae Scrip-

turæ, capite cui titulus est: *Lib-
er Sapientia Salomonis*, scilicet in
hoc libro contineri doctrinam
iustitiæ, & instructionē tam de-
prauatorum quàm integrorum
viuentium; vt illi à deprauatio-
ne sua sanentur, & hi in integri-
tate persistant & perficiantur, &
ita omnes eum finem consequā-

tur,

Materia huius libri.

tur, ad quem conditissunt. Itaque argumentum, siue materies huius libri est exhortatio hominum ad eam morum institutionem, qua vnusquisq; rectè se habeat, & in se ipso, & respectu aliorum hominum, & respectu Dei. Quasi in ea sit illud bonum, quod omnes appetunt, & ad quod nati sunt: scilicet benè, & beatè viuere.

Dispositio autem huius materie hæc est, vt primò facta propositione generali exhortationis ad studium huius perfectionis, remoueantur errores, qui ab eo separare, & deterrere solent homines, & simul admisceantur variæ ratiocinationes ad ostendendum eius præstantiam; & deinde explicetur via, qua huiusmodi perfectio possit obtineri, & tandem adductis varijs exemplis utilitatum quas perceperunt, qui studio huius perfectionis fuerunt dediti, & damnorum, quæ incurrerunt qui ab eo fuerunt alieni, magis confirmetur prædicta exhortatio. Et cõuenit optimè hoc argumentum cum nomine, quod huic libro sancti Patres solent tribuere, nam vt referunt Athanasius in fine capituli citati, Epiphanius, & Damascenus locis citatis in prima Controversia, appellatur *cap. 205*, quia sit de omni virtute, aut contineat doctrinam omnium virtutum.

Athanas. Epiphani. Damasc.

Cur inscribatur hic li

Et ex hoc manet explicatum secundum, scilicet quæ sit ratio

propter quam hic liber inscribatur Sapientia, nam cum librorum inscriptiones soleant sumi ex rebus, de quibus in eis agitur, & Sapientia inter alia significata habeat hoc, vt sumatur pro doctrina officij, & eius quod quisq; facere debet in omni morum materia, atq; pro vt comprehendit omnem virtutem, idè merito liber hic, in quo agitur de studio virtutum, inscribitur Sapientia. Quare non oportet recurrere ad rationem huius inscriptionis, quam assignant Hieronymus, in præfatione in libros Salomonis, & Isidorus lib. 6. etymol. cap. 2. scilicet, hunc librum nominari Sapientiam, quia in eo Christi aduentus, qui est sapientia Patris, & passio eius euidenter exprimitur.

ber Sapientia.

Hierony. Isidorus.

De tertio autem, scilicet de genere tractationis, & sermonis dicendum est esse dogmaticum, & habere admixtas plures ratiocinationes, & multa exempla ad confirmationem eius, de quo agitur. Cõtinet etiam aliquid propheticum, vt docet Augustinus, lib. 17. de ciuit. cap. 20. Vbi agens de hoc libro, & de Ecclesiastico, ita inquit: *Quorum in vno qui appellatur Sapientia Salomonis passio Christi apertissimè prophetatur. Impij quippè interfectores eius commemorantur dicentes, cap. 2. Circumueniamus iustum, &c.* Ethinc prouenit, vt aliqua ex eorum uerba citentur à Sanctis sub nomine prophetiæ, vt suis locis ostendemus.


Genus tractationis huius libri.

August.



CAPVT PRIMVM.

1



Hoc capite, quod est ueluti operis proœmium, Salomon exortatur omnes ad instituendam vitam secundum virtutem. Et quoniam ad hoc requiritur vt homo Deo debitum cultum reddat, & vt rectè se habeat erga alios homines, & vt in se ipso habeat rectè compositos appetitus, & eos subiectos rationi, idè ad hæc tria eodem ordine quo proposita sunt inuitat omnes. Atque imprimis, vt omnes ad id quod diximus exortetur dirigit sermonem suum ad rectores, & gubernatores populorum: quia nihil maiorem habet vim ad continendum populos in officio, quam si rectores, & moderatores huic rei operam dent.

2

Et sic alloquitur eos: *Diligite iustitiam*, hoc est date operam vt iuste, & rectè uiatis vos qui estis iudices terræ, & rectores populi. Reddite Deo debitum cultum; tum quoad intellectum, habendo de ipso sententiam veram; tum etiam quoad affectum precibus, & sacrificijs quærendo ipsum, & implorando eius opem corde simplici, & libero ab om-

3

ni simulatione, non solum diffidentia de potentia, & bonitate eius, sed etiam voluntatis, & studij vt aliud fiat quàm quod ipse decreuerit: Deus enim ijs opem fert, qui non vt experiantur an possit aut velit eis opitulari accedunt ad eum, & illis se ostendit qui non diffidunt de eo; & è contra ueritate, & fraudulente cogitationes hominis à Dei coniunctione diuellunt: & Dei virtus, & potentia hoc experimento cognita redarguit eos utentes, dum aut eos punit, aut eorum stultitiam corrigit. Et quantumuis sibi acuti videantur nihil habent Sapientia: quia Sapientia non intrabit in animum dolosum, & malis artibus instructum, neque sedem constituit in corde peccatis obnoxio, Spiritus enim sanctus, qui dat Sapientiam, effugiet dolosum, & resiliet à consilijs prudentia destitutis, & dehonestabitur, atque indignè tractabitur à superueniente iniquitate. Illi etiam, qui alios homines iniurijs & maledictis onerant, luent poenas debitas: quia Spiritus sanctus cum sit benignus, & amator hominum non sinet impunitum eum qui eius humanæ societatis non solum noxijs actionibus, sed etiã maledicentia violauerit, & nihil

4

5

horum poterit eum latere, quāuis occultè fiat, & multis artibus contegatur, imò & intra nos dicantur, aut cogitentur: quia Deus omnium nostrarum cogitationum est conscius, & intimatorum animi recessuum inspector exactissimus; & sermones omnes audit. Spiritus enim Dei ubique est, & ubique operatur; & continens omnia omnes hominum linguas optimè nouit, & omnia, quæ quomodocunq; dicuntur, aut cogitantur, intelligit. Quare qui iniquis sermonibus fuerit usus non latebit, neq; subtrahetur à merita damnatione, & pœna: fiet enim exacta inquisitio sermonum iniquorum, & ipsi sermones ad aures Domini peruenient, ut iusta de eis sumatur vindicta: quoniam auris Dei zelosa in vindictam peccatorum; sonum etiam percipit murmurū, quamuis submissa voce fiant. Fugite ergo maledicentiam, quæ vobis nullam vtilitatem afferet, & cohibete linguam à detractio- ne: quia nullus sermo impurus, quamuis latenter, & inter paucos, habeatur abibit impunè: & ex mēdatio graui, & noxia mors prouenit animæ. O miseri mor-

6

tales nolite ita viuere ut videamini cupidè sectari mortem, neque faciatis ea opera, quibus quasi manibus vestris perniciem vobis ipsis adducatis: vobis enim erit id malum imputandum, cū Deus nō velit vos funditus perdere, sed vos vestro vitio pereatis. Cuius vel hoc manifestū signum est, quia Deus non fecit mortem, nec viuentium interitu delectatur, atque ita omnia creauit ad hoc ut essent, & permanerent, & omnes mundi procreationes fecit aptas ut possent in sanitate, & permanentia conseruari, & nulli creaturæ in seuit venenum aliquod perdens, & corruptens ipsam; neque Orci regiam aut palatium constituit super terram: iustitia enim cū perpetua sit, & immortalis non potuit esse causa mortis; & iniustitia est mortis acquisitio; impij verò operibus, & sermonibus, & omni industria corporis, & animi mortem accersierunt, & amicitiam cum ea ineuntes, & quasi foedus constituentes, contabuerunt; & meritò, quoniam qui talia agūt, scilicet coniuncta cum morte, digni sunt, ut ad partes mortis pertineant.

7

8



CON-




CONTROVERSA I.

Utrum ex illis verbis: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, colligatur Deum esse in omnibus rebus?

1

D. Tho. Quid sit ex D. Thoma esse Deum in omnibus rebus per essentiam, presentiam, & potentiam.



QUONIAM ex sententia Theologorum (de qua Diuus Thomas agit i. p. q. 8. art. 3.) solet constitui triplex modus, quo Deus dicitur esse in rebus, scilicet per essentiam, presentiam, & potentiam, oportet in principio huius Controuersie supponere, de quo eorum sit intelligenda, & quid hac voce significetur, secundum eam acceptionem, qua sumi debuerit: Et quidem non loquimur de modo essendi per presentiam, ad quem D. Thomas dicit solum requiri esse omnia in conspectu, & presentia Dei inspicientis, & videntis ipsa. Nec de modo essendi per potentiam, ad quem etiam docet Diuus Thomas esse omnia subiecta potestati Dei, exercentis circa ipsa suam potestate ad instar regis in suo regno: quoniam hi duo modi essendi in rebus, paruum aut nullam continent difficultatem; & præterea verba proposita aliquid amplius

2

videntur tribuere Deo, ut postea dicemus. Sed loquimur de primo modo essendi in rebus qui est esse per essentiam, ad quem Diuus Thomas dicit requiri esse Deum secundum suam substantiam, quæ significatur nomine essentia vnitum immediate omnibus rebus, ita ut nullo modo distet ab eis respectu loci, aut spatij in quo sunt. Et hæc est huius vocis in hac acceptione significatio.

Ut autem rem ipsam explicemus quatuor sunt à nobis disputanda. Primum: An ex hoc loco colligatur Deum esse in omnibus rebus? Secundum: An possit ratione naturali demonstrari, & quæ sit huiusmodi ratio? Tertium: Quid sit Deum esse in omnibus rebus? Quartum: An Deus non solum sit in omnibus rebus, sed etiam in omnibus spatijs? & quid sit prius Deum esse in aliqua re, vel in spatio quod talis res occupat? Et iuxta harum numerum diuidetur hæc Controuersia in quatuor articulos, in quibus hæc omnia disputabuntur eo ordine, quo proposita sunt.

3

4

E 2 ARTI.

1

ARTICVLVS I.

Vtrum ex verbis propositis colligatur Deum esse in omnibus rebus, secundum substantiam suam ubi etiam explicabitur sensus ipsorum verborum.



PROPONIMVS VT CERTUM SECUNDUM FIDEM EX IJS, QUAE AB EXPOSITORIBUS D. THOMAE DICI SOLENT LOCO CITATO EX I. PARTE, & QUAE OPTIME ANNOTAVIT SUAREZ, DISP. 30. METAPHYSICAE, SECTIO 7. DEUM ESSE IN OMNIBUS REBUS SECUNDUM SUAM SUBSTANTIAM, ITA VT A NULLA DISTET LOCO; CONTRA QUOSCUMQUE SIUE EX PHILOSOPHIS ANTIQUIS, SIUE EX HAERETICIS, SIUE ETIAM EX CATHOLICIS, QUI ASSERTAERINT DEUM, SECUNDUM SUAM SUBSTANTIAM TANTUM ESSE IN VNO LOCO, SCILICET, IN CAELO, & INDE IN TOTUM ORBEM EXTENDERE SUAM OPERATIONEM. ET INQUIRIMUS AN ID COLLIGATUR EX HOC TESTIMONIO, DE QUO AGIMUS.

Suarez.

2

Ratio dubitandi.

Et ratio dabitandi pro parte negativa est, quia haec verba non intelliguntur de existentia Dei in rebus: ergo ex eis non potest colligi Deum esse in omnibus rebus. Probatum antecedens, quia sensus horum verborum est, Spiritum sanctum non per suam substantiam, sed per effectus suos impleuisse orbem terrarum. Quod primum ostendi potest autoritate Ecclesiae, quia cum in festo Pentecostes canat haec verba de aduentu Spiritus sancti in Apostolos per dona sua, videtur significare esse intelligenda de eisdem donis, ita ut Spiritus sanctus dicatur expleuisse orbem terrarum, qua ratione

haec dona impartitas est tunc Apostolis, & per eos obtulit hominibus, qui nomine orbis terrarum significantur, vel quia ipsi soli in terra capaces sunt horum donorum, vel quia homo continet in se aliquo modo superiores differentias rerum, quae sunt in hoc mundo. Et hoc modo intelligit haec verba Glossa Interlinealis. Et praeterea probatur ex ipso contextu; nam imprimis verbum repleuit cum non possit dici de Deo proprie, ut significat replere formaliter per suam entitatem: quia sic dicitur solum de corporibus, necesse est sumi ut significat replere efficienter, hoc est producendo effectus, qui replent formaliter: & ita sumi verbum hoc cum dicitur de Deo docet Diuus Thomas I. parte quaestione 8. articulo 2. Et deinde id quod statim sequitur, scilicet; & hoc quod continet omnia, videtur hoc ipsum indicare: quia continere non sumitur pro comprehendere omnia proprio ambitu, & extensione, sed pro conservare omnia in suo esse: ergo similiter replere orbem terrarum non significat replere propria substantia, sed efficere omnia, quae sunt in orbem terrarum.

3

4 D. Tho.

Respondetur.

Sed respondetur, optime colligi ex hoc testimonio Deum esse per suam substantiam in toto orbem terrarum, atque adeo in omnibus rebus. Probatum ex ipso contextu; nam ibi Sapiens intendit probare nihil eorum, quae intra nos cogitamus, aut loquimur, posse Spiritum Dei latere: quia immediatè praecesserant haec verba. Quomodo

nam

9

nam rerum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & lingua eius auditor. Et statim tanquam ratio eius, quod per ipsa significatur subiungitur haec, de quibus agimus. In quibus Sapiens, ut hanc rationem reddat perfectam, excludit ab Spiritu Dei duo, quae creaturis solent esse impedimento, ne percipiant ea, quae ab alijs cogitantur, aut dicuntur, scilicet distantiam ab eis secundum locum, & ignorantiam idiomatis quo loquuntur, comprehendendo hoc nomine cogitationem internam, & locutionem externam. Et quidem distantiam excludit his verbis, de quibus agimus, ignorantiam vero verbis sequentibus: Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Et ita statim colligit conclusionem, quam proposuerat probandam, dicens: Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere. Quare aut haec ratio, qua Sapiens utitur, est inefficax, aut concedendum est ipsum in verbis de quibus agimus significare Spiritum Dei, a nulla re distare loco, atque adeo esse in omnibus rebus.

10

Sed ut de sententia horum verborum aliquid dicamus, & simul examinemus rationem, quam ex ea desumpsimus, placeat obijcere non conuenire his verbis eum sensum, quem explicuimus. Quod facile potest ostendi, quia verba sequentia, scilicet: Et hoc quod continet omnia, non possunt intelligi de Spiritu sancto: tum quia pronomen hoc non refert vocem Spiritus Domini, propter generis diuersita-

tem; tum etiam quia ex communi sententia omnium Philosopherum sunt periphrasis quaedam huius vniuersi, ut ex Plinio constat qui li. 2. c. 1. loquens de mundo, sic ait: Cuius circumflexu teguntur cuncta. vel iuxta aliam lectionem: Cuius circumflexu dicunt cuncta contineri. & paulo inferius: cuncta complexus in se. Et ex Pomponio Mela, qui lib. 1. cap. 1. de eodem loquens, ita inquit: Vno ambitu se, cunctaque complectitur. Et ex Orpheo antiquiori Orpheo, qui mundum propter hanc rationem, scilicet quia cuncta contineat, τὸ πᾶν appellauit, quasi sit ipsum omne. Vnde in hymnis. in eo hymno, cui titulus est: Panis suffimentum, ita Panem describit: Panem voco magnam quo totum continet orbem, Qui mare, qui caelum, qui terras frugiferentes, Aeternumque ignem: haec Panos sunt omnia membra. Et rursus prope medium hymni: Cunctorumque parens idem celeberrime daemon. Et ad hoc respexisse videtur Mela loco citato, cum ita exorsus est: Omne igitur hoc quid quid id est, cui mundi, caeli, nomē indidimus, unum est, & uno ambitu se, cunctaque complectitur. Vbi nomen, omne, substantiuè sumitur ad significandum mundum, qui omne quoddam dicitur. Et Cicero, lib. de vniuersitate, ex Platone in Timaeo, sic loquitur: Omne igitur caelum, siue mundus, siue quo alio vocabulo gaudet, haec à nobis nuncupatus sit. Et postea: Nam haec, qua est habitatio de vniuersitate oratio, à nobis, &c. Vbi apud Platonem in Graeco pro vniuersitate habetur idem nomen, quod

11

Plinius.

Pöp. Mel.

Orpheus.

12

Cicer.

13

Cicero priori loco verterat, *omne*. Quare eodem modo dicemus, Sapientiam in verbis propositis per id quod continet omnia intellexisse mundum. Quod si demus, non solum de his verbis fatendum erit non intelligi de Spiritu sancto, sed etiam precedentia, scilicet, *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*, habere sensum alium ab eo quem explicuimus: quia nullam habent connexionem haec duo: Spiritus Domini est in omnibus rebus, & hic mundus scientiam habet vocis. Et consequenter infirmabatur argumentum, quod ex his verbis diximus desumi ad probandum Deum esse in omnibus rebus.

Obiectio.

14

Propter aliqua ex his quidam ex recentioribus, ita hoc testimonium explicant, ut nulla fiat in eo mentio existentiae Dei in rebus: nam Martinez, lib. 2. hypotyp. cap. 2. dicit hunc esse eorum sensum: Spiritus sanctus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, impartitus est uniuerso orbi diuinarum rerum cognitionem, & ad sui participationem pertraxit, ac rapuit. Et hoc quod continet omnia, hoc est mundus, qui suo ambitu continet omnia, scientiam habet vocis: quia caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, in quantum ex mundi consideratione instruimur, & excitamur ad laudes Dei decantandas.

Respondetur.

Respondetur, hanc expositionem mihi non placere. Primum, quia quamuis si haec verba sumantur per se, & extra contextum possit eis conuenire, &

videatur elegans, tamen si sumantur coniuncta antecedentibus & sequentibus, non potest eis adaptari, ut patet ex ijs, quae obseruauimus in ratione proposita in confirmationem nostrae sententiae. Et praeterea, quia Sancti communiconsensu videntur supponere ut certum, colligi ex his verbis Deum esse in omnibus rebus; quod tamen iuxta expositionem hanc non defenditur. Et hunc esse Sanctorum sensum probatur: quia utuntur hoc testimonio ad probandum Spiritum sanctum esse Deum hac solum ratione, quod in eo contribuat ipsi aliquid proprium Dei, scilicet esse in omnibus rebus. Ita hoc fecerunt ex Graecis Athanasius, in lib. ad Serapionem, contra eos qui dicunt Spiritum sanctum esse creaturam, prope finem: & lib. siue epistola 1. ad Serapionem de Spiritu sancto. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. dialogorum de Trinitate prope finem: & lib. cui titulus est, argumenta euidentia quod Spiritus Sanctus sit Deus, & non creatura, circa medium, & lib. 8. contra Iulianum post medium. Basilius homilia de Spiritu sancto, quae habetur inter eius homilias, numero 27. & lib. 5. contra Eunomium, ca. ultimo. Et ex Latinis Ambrosius, li. 1. de Spiritu sancto, c. 7. & Aug. to. 6. li. 3. contra Maximinum, c. 12. Qui etiam to. 2. epist. 57. quae est ad Dardanum, prope medium, utitur hoc testimonio ad probandum Deum esse in omnibus rebus. Et addi potest, aliquos ex Patribus asserere illa verba, & hoc quod continet omnia, &c. intelligi de Spiritu

15

Athan.

16

Cyri. Ale.

Basilius.

Ambrosii. August.

Dei

17

Origen.

Cyri.

Iansen.

Ad obiectiorem.

18

Iansen.

Ribera.

Dei, sicut precedentia, ut Origenes, lib. 7. in epistolam ad Romanos cap. 9. non solum, quia eius interpres legit: *Et qui continet omnia*, sed etiam quia ipse ex propria sententia exponens haec verba, ita inquit: *Spiritus sanctus dicitur continere omnia*. Et Cyrillus, lib. 8. contra Iulianum supra citato, de Spiritu sancto inquit: *Ipsa omnia implet, & omnia continet*. Et a Iansenio hoc loco citatur ex Aug. tractatu de speculo, qui est 18. inter tractatus, qui habentur tom. 9. haec lectio: *hic qui continet omnia*.

Et ad obiectiorem factam contra expositionem, & rationem nostram responderetur, negando illa verba: *Et hoc quod continet omnia, &c.* non intelligi de Spiritu Dei. Et ad primum in medium, quo probatur oppositum, respondet Iansenius, non esse mirum poni illud pronomen *hoc*, in neutro genere, cum etiam in Graeco nomen *πνεῦμα* sit eiusdem generis. Et Franciscus Ribera hanc doctrinam magis explicat Habacuc 1. n. 30. & lib. 2. de templo, c. 2. nu. 9. inquit solere nostrum interpretem in Latinis nominibus genus nominis alterius linguae, unde transferret, seruare. Et id multis exemplis confirmat, inter quae unum est hoc testimonium, de quo agimus. Sed ne alicui videatur non satis defendi interpretem hac ratione a nota solocismi; aliter responderetur. Imprimis, in Graeco non haberi pronomen, sed articulum praepositium, qui nisi ei addatur aliqua particula aduersatiua, vel causalis, non habet vim pronominis, sed solum articuli, qui a Latinis non vertitur, quia carent eo,

19

& ab Hispanis exprimitur his duabus vocibus: *Lo que*, & forte hac vim articuli voluit interpres significare illo pronomine, & relatiuo sequenti, *Quod*; & ideo non est iungendum nomini *Spiritus*, quamuis haec verba intelligantur de Spiritu Dei, sed tota haec oratio explicanda est ac si per participium diceretur, *et continens omnia, scientiam habet vocis*: sic enim supprimitur articulus, & Hispanice explicabitur, si dicas: *Lo que contiene, &c.*

Deinde dico, sapere in Scriptura, & apud autores Graecae, & Latinae linguae coniungi vocabula diuersorum generum in eodem orationis membro, per figuram syllepsim, qua genus non respondet prolationi, sed conceptioni. Cuius figurae exemplum est in testimonio adducto ex Cicerone in li. de vniuersitate, ubi cum praecelsisset nomen *omne*, subiungitur participium *nuncupatus*. Et nos plura exempla adduximus in illud Genes. 3. *Ipsa conteret caput tuum*. & in illud Ioann. 1. *Mundus eum non cognouit*. Quare hoc loco dicemus Spiritum Dei non concipi ut significat nomine Spiritus, quod masculinum est, sed ut significatur tanquam aliquod continens absolute; & ideo apponi pronomen hoc in genere neutro, & non demonstrare Spiritum Dei ut significatur nomine Spiritus, sed ut significatur tanquam aliquod certum continens. Ut si quis postquam retulisset plures defectus Petri, subiungeret: & hoc quod abundat tot defectibus placet tibi. Et ad hoc explicandum in similibus locutionibus dicunt aliqui, post ipsum esse subintelligendum nomen eiusdem

20

Cicer.

Genes. 3. Ioann. 1.

21

generis quod significet rem, & quoniam hoc loco pronomen est in neutro genere, & apud Latinos nomen *res* est foemenini generis, ideo dicunt subintelligendum esse Graecum nomen *πραγμα*, quod rem significat, aut loco eius nomen negotium, sumptum ut est commune ad significandum quamcunque rem. Sed mihi facilius videtur posse illud pronomen coniungi toti huic parti, quod continet omnia, si sumatur quasi materialiter loco alterius nominis propter correspondentiam ad mentis conceptionem.

Ad secundum medium respondetur, auctoritatem Sanctorum praferendam esse omnibus illis testimonijs. Et praeterea dici potest in nullo ex illis testimonijs poni illa verba ad significandum mundum, nisi cum praecessit aliquod nomen, quo ipse mundus significetur. Et tandem dico non sumi in hoc testimonio verbum *continere*, in ea significatione, qua sumitur, cum dicitur de mundo, quamvis ad eam aliquem respectum importet: quia dictum de mundo significat comprehendere omnia, extensione quantitatis proprie sumpta, at vero in hoc testimonio significat complecti omnia, non extensione quantitatis, sed intima praesentia respectu omnium rerum, ratione cuius omnia dicuntur esse intra ambitum, & complexum Dei, ita ut nihil sit foris aut extra.

Ad rationem dubitandi.

Ad rationem dubitandi in principio propositam, respondetur negando antecedens. Et ad probationem negandum est id quod assumitur. Et ad primam eius probationem dicendum est, Eccle-

siam non ut hoc testimonio in festo Pentecostes, quia in sententia literali sit intelligendum de eo, sed per quandam accommodationem; nam quia in eo, quod per hoc testimonium significatur, est aliquid, quod habet aliquam proportionem cum eo, quod ab Ecclesia in illo festo celebratur, ideo hoc testimonium satis apte potest illi festo accommodari. De quo genere adducendi testimonia Scripturae, eruditè tractat Iosephus Acosta, lib. 3. de Christo reuelato, cap. 11. 12. & 13.

Ad secundam probationem respondetur: verbum *replevit* quamvis non sumatur proprie, ut dicitur de corporibus, sed late, non ideo debere sumi pro replere efficienter: quia replere formaliter per propriam entitatem potest contingere duobus modis, scilicet aut occupando rem, quae repletur, & impediendo ne alia entitate repleatur, aut solum existendo vel in toto spatio, vel in re, quae repletur, non quomodocunque, sed penetrando eam, & intimè illabendo in ipsam ad differentiam earum rerum, quae non possunt per intimum illapsam uniri alijs, sed solum per extrinsecam adiacentiam. Et quamvis prior modus replendi conueniat solum corporibus, tamen posterior conuenit etiam substantijs incorporeis, & respectu omnium rerum soli Deo. Et ita hoc verbum exposuerunt, Cyril. lib. 8. contra Iulianum, & Basilius homilia citata, qui etiam ad hoc propositum dicunt Deo esse omnia plena: quia nihil est tam intimum alicui rei, ut in eo non sit Deus per suam sub-

23

Ad secundam probationem respondetur.

Replere formaliter contingit dupliciter.

24

Cyrl. Basilius.

stan-

25
D. Thom.

stantiam. At vero D. Thomas, cum dicit verbum hoc, dictum de Deo, sumi pro replere efficienter, loquitur de priori modo replendi; & ita praecesserant haec verba, quibus expressè excludit ipsum, & Deus omnem locum replet, non sicut corpus: corpus enim dicitur replere locum in quantum non compatitur secum aliud corpus.

Et ad id, quod ulterius obijci-tur de verbo *continet*, respondetur, hoc verbum interdum sumi pro conseruare, & interdum pro comprehendere proprio ambitu, & complexu; & quocunque ex his duobus modis sumatur hoc loco, non sequi aliquid contra nostram sententiam: ut de priori patet; quia iuxta eum non importat aliquam causalitatem; & de posteriori etiam est notum; quia negari potest sequi ex hoc etiam primum verbum importare causalitatem.

Et si quaeras, cur Sapiens postquam de spiritu Dei dixit implere omnia, addiderit continere omnia? Respondetur, rationem fuisse ut explicaret modum intimae praesentiae, qui significatur (ut dixi) per verbum impleuit, si enim verbum *continet* sumatur in priori significatione, denotatur Deum non solum esse intimè praesentem omnibus rebus, sicut Angelus potest esse praesens aliquibus, sed ita ut eas in suo esse conseruet. Si vero sumatur in posteriori significatione denotatur Deum non ita esse praesentem omnibus rebus, ut ab eis comprehendatur aut definitur, sicut Angelus definitur ab aliquibus, sed potius ita ut eas

suo ambitu excedat, sicut continens excedit contentum: quia quantum est ex parte suae entitatis posset habere eundem modum intimae praesentiae respectu aliarum rerum, si essent.

ARTICVLVS II.

An possit ratione naturali demonstrari Deum esse in omnibus rebus: & qua nam sit huiusmodi ratio?



Si prima sententia eorum, qui sequuntur partem negatiuam, quamuis non eadem ratione: nam quidam eorum negant Deum esse in omnibus rebus, & consequenter id esse ratione naturali demonstrabile, quia quod non est, nec sciri, nec demonstrari potest, iuxta doctrinam Aristotelis, lib. 1. poster. cap. 2. Fuerunt vero alij, qui admittentes Deum esse in omnibus rebus dixerunt non esse id ratione naturali demonstrabile, sed solum esse fide creditum. Hoc expressè asseruit Altifiodorensis, lib. 1. summæ, cap. 16. q. 1. & meo iudicio sunt eiusdem sententiae Scotus, Ocham, & Gabriel, in primo, dist. 37. q. 1. quia concedunt Deum esse in omnibus rebus: & ad id probandum adducunt, ex D. Thoma, illam rationem, quam statim referemus, & obijciunt multa contra eam, ad ostendendam esse inefficacem. Et Scotus ibi nullam aliam assignat, & reliqui duo assignant quandam, ad cuius efficaciam supponitur, non posse rem aliquam actu existere, & nusquam esse, nec habere propinquitatem, aut distantiam respectu alicuius rei;

27

Prima sententia.

Arist.

28

Altif.

Scotus. Ocham. Gabriel.

D. Thom.

E 5

quod

29

quod tamen à multis negatur. Et ita ex eis Ocham dicit probari Theologicè, scilicet testimonijs Sanctorum, & Scripturæ, Deum esse in omnibus rebus, & nihil dicit de efficientia rationis naturalis ad id probandum: & quamvis Scotus in 4. dist. 10. q. 2. §. dico ergò ad quæstionem, versiculo, & ad probationem, dicat, ex immensitate Dei colligi ipsum esse ubique, tamen non probat ratione naturali, immensitatè, ut importat illimitatam præsentiam ad omnia creata, vel ad locum, aut spatium, conuenire Deo. Et hoc idè de his autoribus, & propter eandem rationem videtur sensisse Aureolus in 1. dist. 37. q. unica, art. 2. §. dixerunt quoque alij, quod nullo modo, &c.

Aureol.

Fundamentum huius sententia.

30

Secunda sententia.

Fundamentum horum autorum est, non esse sufficientem aliquam rationem sumptam ex solo lumine naturali ad probandum Deum esse in omnibus rebus.

D. Thom. Caietan.

Ferr. Capr. Richar. Durand.

Marfel.

Secunda sententia est aliorum, qui dicunt, non sola fide nobis constare Deum esse in omnibus rebus per suam substantiam, sed etiam ratione naturali sufficienter probari, aut etiam demonstrari. Hanc sequuntur, D. Thomas, 1. p. q. 8. art. 1. & ibi Caietanus, & 3. cont. gent. ca. 68. & ibi Ferrar Capre. in 1. dist. 37. q. unica: & ex alijs Richardus, & Durandus eadem dist. & expressius Marsilius in 1. q. 39. art. 2. ubi multas proponit conclusiones de hac re. Et tandem statuit hæc nonam: *In puro lumine naturali Philosophus debet ponere Deum coexistere cuilibet parti mundi corporei.* Et ex hac conclusione infert hoc insectarium: *Philoso-*

phus in puro lumine naturali debet concedere Deum esse ubiq; & in omni situ. Et optimè Suarez disp. 30. metaph. sect. 7.

31

Suarez.

Fundamentum huius sententia.

Fundamentum huius sententia limitur ex efficacia rationum naturalium, quibus id probatur, quæ ad duas potissimum reducuntur, quas suo ordine subiijciemus & examinabimus, ut collat quid sit proposita quæstioni respondendum. Primæ ratio est, quam assignat D. Tho. locis citatis, & potest ad hanc formam reduci: *Omne agens quod est immediata causa efficiens alicuius effectus, debet esse ei immediatè coniunctum, & præsens per suam substantiam: sed Deus in omni re creata, & in qualibet parte eius est immediata causa alicuius effectus: ergò Deus per suam substantiam est intimè, & immediatè coniunctus, & præsens omnibus rebus creatis.* Maiorem probat D. Thomas testimonio Aristotelis, qui septimo Physic. cap. 2. & 1. de generat. cap. 6. uniuersaliter docet, mouens, & motum debere esse simul, quod de omni agente quocunque genere actionis, & suo effectu est intelligendum propter paritatem rationis. Minorem vero in loco citato ex 3. contra gent. probat D. Thomas: quia in omni re creata Deus aliquid creat, & conseruat, scilicet in substantijs immaterialibus totam earum substantiã, & in materialibus materiam primam; & constat Deum per creationem, & per conseruationem, quæ ei correspondet, efficere se solo, & sine interuentu alicuius causæ secundæ. Et in loco citato 1. p. eam probat, quia esse est ma-

Rationes L. Thom.

32

D. Tho. Aristotel.

ximè

33

Molina.

34

Actor. 17.

Psal. 138.

ximè intimum cuiunque rei, & est effectus proprius, & immediatus Dei, siue quando res incipit esse, siue quando in esse accepto permanet, & conseruatur. Et hoc probat D. Thomas, quia cum Deus sit ipsum esse per essentiã, necesse est, ut ab ipso, tanquam à fonte, immediatè procedat quodcumq; esse creatum, quod est esse per participationem.

Hanc rationem aliqui ex expositioribus D. Thom. de quorum numero est Molina 1. p. q. 8. art. 1. disp. 2. adeò certum existimant hanc rationem esse efficacem, ut dicant non solum esse falsum, sed etiam parum tutum in fide oppositum asserere. Quod probant, quia hæc ratio accepta est in Scriptura, & apud Sanctos. Et primò in Scriptura id ostendunt: quia Paulus, Actorum 17. cum de Deo dixisset: *Non longè est ab unoquoque nostrum,* subdit rationem: *In ipso enim uiuimus, mouemur, & sumus, sicut & quidam uestrorum Poëtarum dixerunt.* Constat autem in hac Poëtarum (scilicet Arati) sententia particulam *in,* sumi propter, atq; adeò significari Deum esse in nobis causam vitæ, motus, & essendi. Et præterea Dauid Psalmo 138. Deum alloquens, ita inquit: *Quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris; subintellige etiam, illic es.* Hoc est: Impossibile mihi erit in aliquo loco confugere, in quo tu non adsis præsens. Et statim subiungit causam: *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dex-*

tera tua. Quasi diceret, ideò in omni loco, in quem confugero, eris præsens, quia in eum efficacia operationis tuæ me deduces, & in eo constitutum conseruabis. Quare qui negat ex immediata operatione Dei in loco, concludi efficaciter eius præsentiam in rebus, concedere debet Spiritum sanctum per os Pauli, & Dauidis insufficientem, & inefficacem rationem reddidisse. Deinde esse etiam hanc rationem receptam apud Patres probant: quia multi ex eis dicunt, ita implere omnia ut non contineatur ab eis, sed potius contineat omnia; ut significant Deum non circumscribi aut definiri rebus creatis, sed operatione sua fouere, & conseruare eas. Sic loquitur Philo lib. de confusione linguarum, post mediũ, Hyllari in illud Psal. mi 124. *Montes in circuitu eius.* & lib. 1. de Trinitate, parum à principio, Augustinus li. 1. confes. cap. 3. & de essentia diuinitatis non longè ab initio. Bernardus sermon. 6. in dedicatione Ecclesiæ, & Anselmus in prologo, cap. 19. Et præterea idè Anselmus in monologio, cap. 22. loquens de essentia diuina, ita inquit: *In omni loco, vel tempore suo quodam modo dici potest esse, quoniam quidquid aliud est, ne in nihilum cadat, ab ea presente sustinetur.* Vbi expressè dicit, probari optimè præsentiam Dei in omni loco ex operatione, qua omnia conseruat.

Ut examinemus hanc rationem, quod diximus esse faciendum in prima parte huius articuli oportet proponere ea, quæ ab Scoto, & alijs autoribus citatis pro pri-

35

36

Philo.

Hyllar.

August.

Bernar.

Anselm.

Obiectiones contra rationem D. Tho.

ma

37

ma sententia obijciuntur contra eam, ex quibus nos tres sequentes conficiemus obiectiones. Prima sit, quia maior vel est falsa, vel non deseruit ad inferendam conclusionem intentam. Quod sic probo: vel maior illa intelligitur de agente immediato immediate virtutis, vel de immediato immediate supposito, vel de immediato utroque modo. Si dicatur primum, est falsa illa maior: quia agens esse immediatum immediate virtutis, est operari virtute propria, & non accepta ab alia causa; & ad hoc certum est non requiri conjunctionem per propriam substantiam cum effectu secundum locum. Si dicatur secundum, etiam est falsum: quia agens esse immediatum immediate supposito, est operari non agente alio intermedio supposito, & hoc saluari potest sine conjunctione per propriam substantiam cum effectu: quia non est idem operari sine intermedio supposito agente, & operari sine interposita distantia locali. Et ex his duabus rationibus constat, etiam si dicatur tertium, propositionem esse falsam: quia uterque modus immediationis coniunctus in aliquo agente potest saluari, postis ijs, quæ ambo secundum id quod est unicuique proprium postulant.

Dices.

Dices, maiorem intelligi de agente immediato immediate supposito, & esse idem operari sine intermedio alio supposito agente, & operari sine interiecta distantia locali. Sed hoc admissio, de quo posset esse Controversia: quia immediatio suppositi saltem quantum est ex vi vocis, solum exi-

git exclusionem intermedij suppositi agentis. Adhuc obijcit Scotus in 2. dist. 2. q. 5. S. contra hoc committi petitionem principij in illa ratione: quia ut non sit vitiosa propter defectum multipliciter medij, necesse erit intelligere minorem de eodem genere immediationis, atque adeo supponitur in ea id quod probandum erat, scilicet Deum esse agens immediatum immediate situati, aut locali.

Et ulterius potest obijci, in maiori illa non distingui predicatum à subiecto re, sed solum voce: quia idem est iuxta hanc solutionem esse agens immediatum immediate supposito, & esse per propriam substantiam coniunctum effectui secundum locum, siquidem immediatio suppositi sumitur pro immediatione secundum locum.

Secunda obiectio est: maiorem quamvis sit vera respectu agentium creatorum aut aliquorum, aut omnium, non esse veram respectu Dei, & ideo non esse utilem ad inferendum conclusionem de Deo. Et ut hoc probem suppono, sensum illius propositionis esse requiri hanc conjunctionem loci in agente immediato, tanquam conditionem præsuppositam, & necessariam ad agendum. Et hoc supposito probo id, quod hæc obiectio continet, tribus medijs. Primum est, Aristotelem à quo illa propositio desumpta est, intellexisse eam solum in agentibus corporeis, in quibus, quia quanta sunt, est peculiaris ratio, ut agant per contactum, atque adeo ut indigeant propinquitate loci cum passo, aut effectu ad agendum. Si

autem

39

Sed contra.

40

Secunda obiectio.

Probatum tribus medijs.

Primum medium.

41

autem propter aliquam proportionem inter agentia immaterialia, & corporea velis extendere propositionem hæc ad immaterialia, præterquam quod propositio illa non est sufficiens fundamentum, non concludes intentum: quia sensus illius propositionis, ut colligitur ex doctrina Aristotelis, tantum potest esse agens immediatum debere esse ita coniunctum effectui ut sit iuxta, non autem ut sit intra ipsum. Quare ex illa propositione solum poterit concludi Deum esse iuxta, non autem intra res ipsas, atque adeo non probabitur præsentia Dei in rebus de qua agimus, scilicet quæ talis est ut Deus, non solum sit propinquus, sed etiam intimus rebus ipsis.

Secundum medium.

42

Secundum medium est, quia hæc propositio non est per se nota ex terminis, atque adeo habet aliquam rationem connexionis prædicati cum subiecto, & tamē nulla potest assignari, quæ in creaturis sit sufficiens, & habeat locum respectu Dei: nam vel coniunctio loci cum effectu in agente immediato creato requiritur ratione virtutis activæ, vel ratione actionis, vel ratione effectus. Si dicatur primum sequitur huiusmodi rationem non habere locum in Deo: quia ex parte virtutis activæ solum potest requiri, hæc coniunctio; vel quia est quanta, & ideo debet agere per contactum; vel quia est limitata & finita, & ideo non potest agere in distans, atque adeo indiget illa coniunctione tanquam conditione prærequisita ad agendum: & constat neutrum horum habere locum in Deo. Si etiam dicatur secundum, sequitur idem:

43

quia ex parte actionis non potest requiri huiusmodi coniunctio, nisi quia actio præcedit ab agente, & recipitur in effectu, qui per ipsam producit, quia identificat eum, & est impossibile actionem procedere ab agente in effectu distans, & non transire per medium interiectum in illa distantia, quod tamen esset necessarium ut agens concurreret immediate ad tale effectum. Et hæc ratio in Deo non habet locum: quia Deus iuxta magis receptam sententiam, præsertim in schola D. Tho. & quæ multi existimant esse ipsius D. Tho. 1. p. q. 25. & in materia de creatione, non operatur ad extra actione, quæ sit formaliter transiens, sed actione quæ formaliter est immanens, & virtualiter tantum est transiens: & in hac actione cum non recipiatur in effectu, neque identificatur eum, sed maneat in Deo, & sit ipsa substantia Dei, non potest sequi illud inconveniens, scilicet recipi in effectu non transeundo per medium quod ex suppositione esset inter Deum, & effectum si Deus operaretur sine hac conventionem, de qua agimus. Et tandem si dicatur tertium, sequitur idem, quia si Deus neque ratione suæ virtutis activæ, neque ratione actionis, qua operatur, requirit hanc conjunctionem ad operandum, multo minus requirit eam ratione effectus. Præsertim cum hæc coniunctio requiratur ut conditio ex parte agentis, atque proinde debeat esse necessaria ratione alicuius tenentis se ex parte ipsius agentis, cuiusmodi sunt virtus activa, & actio, & non effectus.

Confirmatur.

Et confirmatur totum hoc medium: quia Deus potest elevari creaturam etiam corpoream ad

hoc

45

hoc, ut tanquam instrumentum physicum operetur circa rem distantem loco: ergo neque ratione quantitatis, neque ratione actionis, neque ratione effectus est propinquitas loci ad eum necessaria in creatura ad agendum, ut per Dei potentiam non possit suppleri, ita ut creatura ipsa operetur sine ea: ergo multo minus est necessaria respectu ipsius Dei, propter quamcumque ex his tribus rationibus, quæ in Deo possit habere locum. Antecedens nunc suppono ut certum ex ijs, quæ ab expositoribus D. Thomæ dici solent, 3. p. q. 13. de concursu physico instrumentali humanitatis Christi ad effectus miraculosos, circa res distantes loco: ubi videndus est Franciscus Suarez, disp. 3. 1. sect. 6. imò & ipse D. Thomas, q. 56. art. 1. ad 3. Et prima consequentia sequitur euidenter ex hoc antecedenti præsupposito. Et secunda probatur: quia si Deus potest dare instrumentum, ut operetur circa rem distantem loco, multo melius poterit hoc præstare per se ipsum, iuxta illam maximam ab omnibus receptam: Quidquid Deus potest facere per causam secundam operantem, efficaciter saltem non vitaliter potest facere se solo.

Tertium medium.

Tertium medium est, quia Deus creavit mundum sine hac propinquitate loci cum ipso mundo: ergo eodem modo poterit nunc aut conservare mundum, aut aliquid aliud de novo producere, siue per creationem, siue alio modo sine eadem propinquitate, atque adeo in Deo, nunquam huiusmodi propinquitas erit co-

ditio necessaria ad agendum. Consequentia patet, ex paritate rationis inter huiusmodi actiones quantum ad hoc quod est requiri ad eas hanc propinquitatem. Et antecedens probatur: quia (ut dixi in principio huius objectionis) hæc propinquitas requiritur, tanquam conditio prior, & præsupposita ad agendum, & tamen non potuit præsupponi ad productionem uniuersi propinquitas Dei ad aliquid, quia tunc nihil fuit præsuppositum ad uniuersi productionem, aliàs non fuisset productum ex nihilo. Et non potest responderi, fuisse præsuppositam propinquitatem ad spatium, in quo uniuersum est; quia hoc spatium erat nihil: ergo propinquitas ad ipsum non potuit esse conditio necessaria ad agendum, aliàs etiam propinquitas ad uniuersum, ut producendum, potuisset esse conditio ad sui ipsius creationem, quia non magis erat aliquid illud spatium quam uniuersum. Ut nunc omittamus difficultatem, an Deus ante mundi productionem fuerit in spatio imaginario; de qua agendum est articulo quarto.

Ultima obiectio est, hanc rationem neque esse à priori, neque à posteriori, atque adeo non pertinere ad aliquod genus demonstrationis, imò neque probationis formalis: & imprimis non esse à priori probatur, tum quia (ut diximus in præcedenti objectione, & colligitur ex maiori huius rationis, sumpta in eo sensu, quo probatur testimonio Aristotelis) hæc propinquitas requiritur ut conditio præsupposita ad agendum: ergo actio agentis non potest

47

48

Tertia obiectio.

rest

49

est esse medium à priori ad probandum ipsam conuenire agenti. Tum etiam, quia hæc propinquitas si non sumatur pro relatione, sed pro fundamēto ex parte Dei, videtur esse idem cum eius immensitate, ac proinde non habet pro ratione à priori actionem liberam ad extra. Et deinde non esse à posteriori probatur ratione Scoti: quia nisi res habeant esse, Deus non potest esse in ipsis: sed operatio Dei, qua producit res, non est posterior, sed prior quàm res habere esse: ergo similiter non est posterior, sed prior quàm Deus esse in ipsis. Quare cum D. Thomas utatur hac ratione ad probandum Deum esse in omnibus rebus, dicendum est, hanc rationem non esse à posteriori.

Prima Conclusio.

50
Prima ratio D. Tho. est efficax, & probatur.

Dico primo. Hæc ratio D. Thomæ satis efficax est, imò & ferè euidēs ad ostendendum Deum per suam substantiam esse intimè præsentem omnibus rebus. Non tamen est hoc ita certum, ut non possit negari absque nota aliqua, vel periculo errandi in rebus fidei. Prima pars constabit ex solutione trium objectionum, quas pro contraria parte nunc proposuimus. Et secunda pars probatur responsione ad testimonia Scripturæ, & Sanctorum, quæ pro hac ratione adduximus. Ad quæ omnia Gregorius de Valentia, 1. p. q. 8. puncto 1. in fine. & Suarez sect. citata, num. 10. respondent non oportere semper argumentationes, quibus Scriptura, & Sancti utuntur ad aliquid proban-

Greg. Val. Suarez.

dum, esse efficaces, & multo minus formales, & euidēs: quia sæpe, & præsertim in explicandis rebus diuinis utuntur rationibus, & exemplis notioribus, & magis receptis apud homines, ut dum ita se accommodant eorum ingenijs facilius eos quasi manu ducant ad diuinorum intelligentiam. Cuius rei exemplum est satis aptum in hoc capite, quod explicamus, nam cum Sapiens probat non posse Deum latere sermonem aliquem, quantumuis occultè factum; quia Deus est in omnibus rebus, & intelligit omnes idiomatum differentias, non id facit, quia hæc duo sint ratio ob quam Deus omnium rerum, etiam occultarum, scientiã habeat, sed quia apud homines receptum est provenire ex ijs duobus capitibus esse alicuius sermonem alijs hominibus occultum.

Deinde Gregorius de Valentia dicit, reddi ijs testimonijs rationem efficacem ad probandum Deum esse in omnibus rebus, sed eam non sumi ex operatione absolute, sed ex operatione per modum agentis primi, & perfectissimi, atque infiniti, cui conuenit esse in omnibus rebus. Et alij ut idem explicent dicunt, rationem illam non sumi ex operatione, sed ex comparatione inter potentiam Dei, & præsentiam, hoc modo: Si Deus potentia sua ita infinitus est ut res omnes attingat sua operatione etiam sua præsentia erit ita infinitus ut in omnibus rebus sit, & non diffiniatur ab eis.

Sed hæc explicationes non sunt literæ consentaneæ, & evertunt omnino fundamētum doctrinæ D. Thomæ, ut postea dicam. Et ideo

51

52

ali-

53

Aetuum 17.

aliter sunt exponenda hæc testi-
monia. Et ad primū testimoniū,
quod desumitur ex Actuum 17.
responderetur, in eo per illa ver-
ba: *Non longè est ab unoquoq; no-
strum*, non significari præsentiam
Dei in rebus, sed facilitatē, quam
vnusquisque nostrum habet ad
comparandam veri Dei notitiā,
ita vt exclusione distantia, quæ
impedimento solet esse homi-
nibus, ne res, quas quærunt, in-
ueniant, significetur Deum esse
ad eò expositum, & obuium no-
stræ inuestigationi vt inueniri,
& cognosci à quærentibus faci-
lè possit. Et ideò in verbis se-
quentibus: *In ipso enim viuimus,*
&c. non redditur ratio præsen-
tiæ Dei in rebus, sed propinqui-
tatis respectu nostræ cognitio-
nis, aut facilitatis, quā nos habe-
mus ad cognoscendū ipsum; quasi
ita diceretur, non est remotus à
nostra cognitione, ipse enim vl-
trò se se collatis in omnes benefi-
cij vitæ, & conseruationis insi-
nuat. Et hunc esse horū verborū
sensum colligitur apertè ex pro-
posito Pauli in oratione, & ex ver-
bis immediatè præcedentibus:
Quærere Deū, si forte attraheret eū,
id est, vt quærāt Deū, si fortè pos-
sint absconditā, & occultā eius na-
turā quasi palpando inuestigare,
& inuenire cognitione, quamuis
nō sit difficile, quia ipse se multis
operibus nostræ offert cognitio-
ni. Et de hac facilitate ad cognos-
cendū Deum, exposuit hoc testi-
moniū Chrysofomus hom. 38.
in Acta Apostolorū. Vbi etiā vir-
tur hac cōparatione: Sicut im-
possibile est ignorare aērē ubiq;
diffusum, & nō lōgè ab vnoquo-
que nostrū existētem, imò etiam

Chrysof.

in nobis existentem, ita profe-
ctō & omnium opificem, scilicet
manifestantem se in nobis
effectibus multis sua prouiden-
tiæ. Et eodem modo atque eo-
dem exemplo exponunt ipsum
Theophil. & Oecumenius.

Et ad secundum testimonium,
quod desumitur ex Psalmo 138.
posset primò responderi ex Va-
tablo, Genebrardo, Iansenio, &
Montano ibidē, particulā *etenim*
non esse causalem, sed sumi pro
etiā, quia in Hebræo habetur di-
ctio *o a m*, quæ id significat, & sen-
sum esse, Tantum abest vt vel sic
tuā præsentiam, & potestatē pos-
sim effugere, vt etiā illuc me de-
ducas, ac illic potentia tua me, &
cura sustētes. Deinde dico, Dau-
idē illis verbis agere de prouide-
tia, & cognitione, quā Deus ha-
bet de omnibus rebus, & explica-
re qua ratione nulla loci cōmo-
ditas, aut tēporiscōditio sufficiat
vt aliquid possit diuinæ cog-
nitioni occultari. Quare licet parti-
cula *etenim* importet causam, nō
est intelligendū reddi illis verbis
causam præsentia Dei secundum
substantiam, sed secundum potē-
tiam, & conspectum: ita vt sensus
sit: Si alas mihi summo diluculo
assumpsero, & eis magna veloci-
tate in extremū Occidentem vo-
lem, atq; illic habitauero, etiam
illic te præsentem secundum cog-
nitionē, & potentiam inueniam,
siquidē tuo ductu solūm eò per-
ueniam, & ibi existens nō nisi tua
potentia sustentabor.

Et ad testimonia Sanctorum
responderetur, nihil pro hac sen-
tentia colligi ex illa locutio-
ne, quomodocunque explicetur,
vt pater exijs, quæ dixi in

55

Theoph.

* Psal. 138.
Vatabl.
Genebr.
Iansen.
Montan.

56

finē

57

sine articuli præcedentis, vt ex-
plicarem cur Sapiens postquam
de Spiritu Dei dixerat implere
omnia, addiderit cōtinere om-
nia. Et ita reliquitur solūm te-
stimonium Anselmi ei fauere.

Secunda Conclusio.

DIco secundò: Si præsentia
Dei in rebus consideretur
quasi in exercitio ex parte vtrius-
q; extremi, siue sumatur formaliter
pro relatione, aut mutua de-
nominatione actualiter cōiuncti;
siue pro cōiunctione entitatum,
quæ est eius fundamentum, hæc
ratio est à priori tanquam à cō-
ditione necessariò præsupposita.
Si tamē præsentia hæc cōsideretur,
vt antecederet ad exercitiū
præsupponitur quasi in actu primo
ex parte Dei, hæc ratio nullo mo-
do est à priori, sed à posteriori.

58

Notab. 1.

Ad huius conclusionis expli-
cationem, & probationem ad-
uertendum est primò, id quod
articulo sequenti magis explica-
bimus, scilicet hanc præsentiam
Dei in rebus posse considerari
duobus modis. Primò vt redactā
in exercitium, & quasi actum se-
cundum, qua ratione importat
vtrumque extremum actus non
vt cūq; sed vt inter se habent im-
mediationē, & propinquitatē per
respectum ad locum, vel spatiū.
Secundò vt præsuppositam per
modum actus primi ad hoc exer-
citium; qua ratione importat in
Deo modum essendi sufficien-
tem ad hoc, vt vbiunque res
aliqua ponatur, siue per produ-
ctionem, siue per motum locale,
aut alio modo sit ei præsens in
exercitio per suam substantiam
sine vlla sui mutatione.

Secundò aduertendū est, hanc
præsentiam priori modo confi-
deratam posse sumi duobus mo-
dis, scilicet formaliter pro rela-
tione, aut mutua denominatio-
ne, qua extrema denominatur
actu coniuncta, & propinqua in-
ter se, & fundamentaliter pro
actuali coniunctione, & propin-
quitate extremorum, secundum
suas entitates, quæ fundamen-
tum est prædictæ relationis, aut
denominationis: nam quia ex-
trema secundum suas entitates
sunt ita coniuncta per respectum
ad locum, ideò referuntur ad se
in vicem relatione propinquitatis;
aut iuxta sententiam aliorum
qui nolunt admittere has rela-
tiones denominatur mutuo pro-
pinqua, & coniuncta actu inter se.

59

Notab. 2.

Tertiò aduertendum est, ratio-
nē, qua aliquid probatur, pos-
se duobus modis dici à priori,
scilicet quia est à ratione forma-
li, vel diffinitione prædicati, quod
probatur conuenire subiecto, vt
cū concluditur passio de sub-
iecto per diffinitionem ipsius pas-
sionis; aut quia est à ratione for-
mali priori ad posteriorem, &
subsequentem in eadem re, siue
formaliter, & actu; vt in creatu-
ris per priorem passionem, aut
eius diffinitionem, probatur pas-
sionē cōuenire subiecto: siue so-
lū virtualiter, vt cū ex Dei immu-
tabilitate colligitur æternitas.

Notab. 3.

60

Et his suppositis, hæc con-
clusio continet duas partes, in
quibus explicabitur qualis sit
hæc ratio respectu præsentia Dei
in rebus, vtroque modo cōside-
rata. Et in prima dicimus esse à
priori respectu huius præsentia
considerata in exercitio, siue su-

Ratio D.
Thomæ. in
vna con-
sideratione-
est à priori.

F matur

61

matur pro relatione, aut denominatione, siue profundamento. Et hæc est satis aperta, quia præsentia in exercitio, siue sumatur formaliter, siue fundamentaliter est actu mutua, ex parte vtriusque extremi, ita ut vtrumque extremum referatur, aut denominetur actu, & sit actu per suam entitatem coniunctum alteri in ordine ad locum: ergo præsupponit vtrumque extremum habere actu esse: ergo etiam præsupponit operationem Dei circa extremum creatum. Antecedens patet ex eo, in quo diximus consistere præsentiam in exercitio, siue sumatur formaliter, siue fundamentaliter. Et prima consequentia etiam patet, quia prius est re habere actu esse, quam habere suam entitatem actu coniunctam entitate alterius in ordine ad locum, sicut habere actu esse in se præsupponitur ad habitudines propinquitatis, aut distantie in ordine ad extrinseca. Et secunda probatur, quia nulla creatura potest habere actu esse nisi per operationem Dei productiuam, aut conseruatiuam talis esse.

In secunda parte dicimus, si hæc præsentia consideretur quatenus per modum actus primi præsupponitur ad exercitiu, non esse hæc rationem à priori, aliquo ex duobus modis explicato in tertio notabili, sed esse à posteriori, & in hac duo sunt à nobis ostendenda. Primum est, rationem nullo ex illis modis esse à priori. Secundum est esse à posteriori, & primum probatur discurrendo per vtrumque modum. Et imprimis non esse rationem hæc primo modo à priori, sicut

voluit Caietanus 1. p. q. 8. art. 1. §. circa sensum articuli, & tituli, & §. circa probationem secundæ consequentiæ, versiculo, ad euidenciam horum, probatur, quia præsentia ita considerata conuenit Deo naturaliter, & necessario: ergo eius quidditas, siue ratio formalis non est operatio, qua operatur ad extra. Et ex consequenti hæc ratio non est à priori primo modo. Antecedens patet, quia præsentia ita considerata pertinet ad naturalem modum essendi Dei, ut patet ex eo in quo diximus eam consistere. Et prima consequentia probatur, quia operatio illa, vel est formaliter transiens, & ex consequenti non est in Deo formaliter, vel si est formaliter immanens non conuenit Deo necessario, sed libere.

Confirmatur, quia præsentia secundum hanc rationem præsupponitur in Deo operationi actuali ad extra: ergo eius ratio formalis non consistit in ipsa operatione. Hæc consequentia patet, quia cum ratio formalis alicuius rei non sit posterior ipsa re, non poterit consistere in eo, quod est posterius: & antecedens probatur, quia hæc causalis est vera, ideo Deus potest operari vbique sine sui mutatione, quia habet cum omnipotentia hunc modum præsentie. Et ex his manet probatum hanc rationem non esse à priori secundo modo, quia operatio libera non potest in Deo præsupponi tanquam ratio à priori ad ea, quæ in ipso sunt naturalia, & necessaria, cum potius iuxta regulam Theologorum naturalia in Deo præsupponan-

63

Caietan.

64

Confirm.

62

tur

65

tur liberis secundum nostrum modum intelligendi.

Et confirmari possunt hæc omnia, quia præsentia ita considerata est idem cum immensitate Dei, prout immensitas ponitur peculiare attributum distinctum à reliquis: ergo sicut operatio ad extra non est ratio formalis immensitatis, neque ratio à priori præsupposita ad ipsam nostro modo intelligendi, ita neque respectu præsentie ita considerata. Sed hoc magis explicabitur articulo sequenti, ubi agemus de quidditate huius præsentie Dei in rebus.

Ratio Dini Thomæ in alia consideratione est à posteriori.

66

Deinde probatur secundum, scilicet rationem hanc esse à posteriori, quia si hæc ratio est efficax, & non solum ratione materiae, sed etiam ex vi formæ, ut dictum est in prima conclusione, necessario medium, quod in ea assumitur, erit ratio assentiendi conclusioni; & cum non sit ratio à priori, ut ostensum est in præcedenti parte huius conclusionis, erit à posteriori. Et præterea, quia præsentia ita considerata præsupponitur in Deo, tanquam conditio necessario requisita ad operandum vbique, & in omnibus rebus immediate, & sine sui mutatione, ut constabit ex solutionibus obiectionum. Ergo cum è conuerso ex hoc modo operandi in omnibus rebus colligimus conuenire Deo præsentiam ita consideratam, vrimur argumento à posteriori.

Ad 1. Obiectionem.

Ad primam obiectionem negandum est maiorem huius rationis esse falsam, aut non deservire ad inferendum conclusionem intentam. Et ad probationem

duæ solent adhiberi solutiones, iuxta duos modos immediationis, de quibus in ea fit sermo. Prima solutio est Ferrariensis, qui 3. cont. gent. c. 68. §. aduertendum, dicit, propositionem illam intelligi de agente immediate immediatione virtutis. Et consequenter dicit, rationem D. Thomæ, quæ in illa propositione fundatur, solum conuincere Deum esse in omnibus, sicut causam immediatam immediatione virtutis.

Et ad id, quo probatur propositionem illam ita intellectam esse falsam, respondet idem Ferrar. dupliciter: nam imprimis quia in eodem capite, §. contra fundamentum, dicit per coniunctionem secundum substantiam intelligi immediationem substantie ad effectum non secundum situm, sed ordine causalitatis, & per contactum virtutis: ita ut sensus eius sit, omne agens, quod est causa alicuius effectus immediate immediatione virtutis debere esse per suam substantiam immediatum effectui ordine causalitatis, & contactu virtuali: & similiter sensus consequentis sit, Deum per suam substantiam esse coniunctum omnibus rebus, non secundum situm, sed ordine causalitatis, & virtutis.

Verum, quia hoc modo non satis explicatur, qua ratione ex illa propositione inferatur præsentia Dei in omnibus rebus per suam substantiam, quia cause vniuersales concurrunt immediatius immediatione virtutis ad effectus causarum particularium quam ipsæ cause particulares, & tamen non sunt magis coniuncte eis per suam substantiam, imò

67

Ferrariens.

68

F 2

neque

69

Solutio. 2.

neque simpliciter coniuncta. Ideo secundo respondet, siue potius explicat amplius hanc solutionem, cap. 70. sequenti. §. ad euidetiam huius dubij. Vbi supponit esse discrimen inter Deum & agens corporeum, quantum ad hoc quod est colligi eius presentiam secundum substantiam, ex causalitate immediata immediatione virtutis, quia substantia Dei est idem omnino cum sua virtute, & ideo ubi virtus eius est immediatè præsens per modum virtutis actiue, scilicet ordine causalitatis, & contactu virtuali, etiam eius substantia est eodem modo immediatè præsens, at verò substantia agentis corporei non est idem cum sua virtute, & ideo quamuis eius virtus sit immediatè præsens per modum virtutis actiue alicui effectui, non sequitur etiam eius substantiam esse eodem modo præsentem. Et hoc supposito dicit, propositionem illam intellectam de immediato immediatione suppositi non esse veram, nisi solum in agente, cuius substantia est omnino idem cum sua virtute actiua: quia in hoc propter hanc identitatem valet hæc consequentia: est immediatum sua virtute actiua effectui: ergo & sua substantia.

Quare iuxta solutionem hanc, ratio Diui Thomæ ita est proponenda: omne agens, cuius substantia est sua virtus actiua, & est causa immediata immediatione virtutis alicuius effectus debet esse per suam substantiam cõiunctum immediatione causalitatis, & contactu virtutis eidem effectui: sed Deus est agens,

cuius substantia est sua virtus, & est causa immediata immediatione virtutis omnium rerum: ergo Deus per suam substantiam est intimè coniunctus omnibus rebus immediatione causalitatis, & contactu virtutis.

Sed hæc solutio, quamuis placeat aliquibus ex recentioribus, mihi videtur omnino insufficientis, & fundata in quadam æquiuocatione circa modum, quo causa, quæ dicitur immediata immediatione virtutis, debet attingere suum effectum. Et ut hoc ostendam

Suppono duobus modis diffiniri hanc causam, & explicari immediationem sui cõtactus ad effectum. Nam imprimis eum modum diffiniedi ipsam, quem retulimus in hac obiectione, desumpserunt ex Diuo Thoma. 3. contra gent. cap. 70. Ferrariens. ibidem, Caietan. 1. part. quæst. 8. articul. 1. §. nota secundo. Syluester volum. 1. conflat, quæst. 8. articul. 1. in principio, & ferè omnes Thomistæ, & deinde alij, de quorum numero est Suarez, disputatione 22. metaph. sect. 1. numer. 18. ita hanc causam diffiniuit: *Est, quæ per virtutem suam immediatè attingit passum, seu effectum.* Quæ diffinitio si intelligatur de virtute diffusa, ab ipsa causa vsque in effectum solum conuenit causæ immediatæ immediatione virtutis, & non suppositi; si tamen intelligatur de virtute, quæ est in ipsa causa, siue per identitatem, ut in Deo, siue per inhaerentiam, ut in causis creatis, conuenit causæ, quæ est utroque modo immediata, scilicet immediatione

71

Impugnatur.

D. Thom. Ferrar.

72

Syluest.

Suarez.

tione

73

tione virtutis, & suppositi, quia virtus, & suppositum causa constituunt unum principium totale attingens effectum, virtus quidem ut quo, & suppositum ut quod: ergo sicut ex hoc prouenit non posse virtutem ut quo attingere effectum, nisi suppositum ut quod attingat ipsum, ita prouenit non posse virtutem ut quo immediatè attingere effectum aliquem, nisi suppositum ut quod etiam immediatè attingat eundem effectum.

Et diuersitas harum diffinitionum non solum consistit in verbis, sed etiam in re, quia diuersimodè est iuxta eas explicanda immediatione inter virtutem huius causæ, & effectum. Nam iuxta priorem dicendum est, solum excludi dependentiam à superiori virtute ad attingendum effectum; at verò iuxta posteriorem dicendum est, excludi interpositionem cuiuscumque alterius virtutis inter virtutem huius causæ, & effectum.

Et hoc supposito manent explicata duo, quæ contra illam solutionem obiectionis. Primum est, esse insufficientem: & hoc probatur, quia in illa solutione supponitur prima diffinitio causæ immediatæ immediatione virtutis, & ex ea colligitur causam, quæ est ita immediata, & identificatur cum sua virtute actiua, esse per suam substantiam immediatam effectui; loquendo de immediatione, quæ excludat medium inter substantiam causæ, & effectum: & tamè solum posset colligi causam per suam substantiam esse immediatam eo modo, quo sua virtus actiua dicitur immediata: atque adeo sicut virtus solum dicitur immediata, iuxta illam

diffinitionem, quia attingit effectum sine dependentia ab alia superiori virtute, ita etiam substantiam causæ esse immediatam eidem effectui, quia sine dependentia à virtute superioris substantiæ attingit ipsum. Et huius ratio est manifesta, quia si substantia solum dicitur immediata propter identitatem cum virtute actiua, non poterit habere alium modum immediationis quam ipsa virtus, seruato discrimine, quod reperitur inter principium immediatum ut quod, & ut quo.

Alterum est, illam solutionem fundari in æquiuocatione circa modum immediationis virtutis. Et hoc est satis apertum ex ijs, quæ nunc dicebamus, quia in ea supponitur prima diffinitio immediationis virtutis, iuxta quam, ut diximus, solum requiritur exclusio dependentiæ à superiori virtute: & in ratione, quæ ex Diuo Thoma in ea proponitur, assumitur pro medio immediatione virtutis, iuxta secundam diffinitionem; iuxta quam necesse est virtutem coniungi effectui sine interpositione alterius mediæ virtutis.

Et præterea potest obijci contra illam solutionem, falsum esse discrimen, quod in ea proponitur inter Deum, & agens corporeum, quantum ad valorem huius consequentiæ: virtus agentis est immediata effectui: ergo & substantia. Et probatur: quia vel intelligitur de virtute diffusa ab agenti in effectum; & sic sicut non valet in agente corporeo, ita neque in Deo, quia illa virtus etiam distinguitur à Deo: vel de virtute, quæ est

75

76

77

in ipso agēte, & sic eo modo, quo valet illa consequentia in Deo, valet etiam in agente corporeo, quia satis est virtutem actiuam esse in aliquo agente, quāuis nō identificetur cum eo, vt simul, & per modum vnius causae totalis concurrant, atque adeo cum eadem immediatione substantia, & virtus talis agentis, ad effectū ipsius virtutis, substantia quidem vt quod, & virtus vt quo.

D. Thom.

Sed obijcies, D. Thom. in. 1. distinc. 37. q. 1. art. 1. ad. 4. & de potētia, q. 3. art. 7. in fine, vt hac ratione ad probandum Deum in omnibus rebus operari immediatē per suam substantiā, & suppositum: Deus operatur in omnibus rebus immediatē per suā virtutem: ergo & per suam substantiam. Et videtur non posse responderi cum Francisco Suarez loco citato, D. Thom. loqui de immediatione virtutis, iuxta secundam diffinitionem, quia expresse probat consequentiam, ex identitate inter substantiam siue suppositum, & virtutem actiuam in Deo.

Suarez.

78

Respondetur, optimam esse hā solutionē, & ad obiectionem cōtra eam factam dicendum est, Diuum Thomam, cum probat consequentiam ex identitate inter substantiam, & virtutem in Deo, comprehendere nomine identitatis omnem modum essendi virtutis actiuae in agente, siue per idētitatem, siue per inherētiā, prout hic modus essendi cōdistinguitur ab eo, quē habet virtus diffusa extra agens; ita vt idem sit dicere, Deum esse suam virtutem actiuam, atque dicere, Deum operari in omnibus re-

bus per virtutem non diffusam in extrinsecum passum, sed existentem in ipso. Vtitur autē verbis significantibus identitatem inter substantiam Dei, & eius virtutem, quoniam hoc modo est virtus actiuā in Deo, & non per inhārentiam.

An verò ex modo operandi immediatē immediatione virtutis, qui explicatur in secunda diffinitione, colligatur Deū esse per suam substantiam immediatē coniunctum omnibus rebus, eandem continet difficultatem atque si queras, an id colligatur ex eo, quod Deus in omnibus rebus operatur immediatē immediatione suppositi; & ideò non oportet nunc agere de eo.

Secunda solutio est Caietani, artic. 1. citato. §. nota secundò. Vbi dicit, propositionem illam intelligi de agente immediato immediatione suppositi: & id probat ex quibusdam circūstantijs literae D. Thom. imò addit si intelligatur de agente immediato sola immediatione virtutis nō posse ex ea colligi Deum esse in omnibus rebus per se ipsum, sed solum per virtutē eius diffusam, & participatā. Et ad id, quod contra hanc expositionē obijcitur, respondet ipse eodem articulo. §. ad euidētiā horū, & §. ad secundum verò, sicut ibi insinuatum est immediationem suppositi in agendo, & praesentiam substantiae localem, esse aliquo modo idem respectu agentium immaterialium, cuiusmodi sunt Deus, & Angeli. Et ideò quamuis operari immediatē immediatione suppositi in agentibus corporeis solum excludat inter-

79

2. Solutio est Caiet.

80

positio-

81

positionem alterius suppositi agētis, tamen in immaterialibus excludere etiam interiectionem distantiae localis. Et ad id, quod vterius cōtra hoc obijcitur, negat committi vitium petitionis principij. Quia non dicit immediationem suppositi in ratione agentis, & praesentiam siue coniunctionē per propriā substantiam secundum locum, esse omnino idem in agentibus immaterialibus, sed solum esse aliquo modo idem, quia comparantur inter se quantum ad identitatem, & distinctionē, sicut ratio formalis, & id cuius est ratio, aut tanquam quo, & q, ita vt sicut in substantijs corporeis cōtactus quātitatib⁹ est ratio formalis praesentiae localis, & substantia est id q est praesens; sic etiam in immaterialibus immediatio suppositi in agendo sit ratio formalis coniunctionis, & praesentiae, secundum locum; & substantia id quod est praesens: & hic modus distinctionis sufficit, vt nō committatur petitio principij; sicut non committitur cū quis probat substantiam corpoream esse praesentem alicui loco, quia sua quantitate attingit eundem locum.

82

Impugnatur Caiet.

Sed haec solutio multas cōtinet difficultates: nam imprimis falsum est substantiam immaterialem non habere praesentiam localem distinctam ab immediatione suppositi in ratione agentis, quod de Deo probabimus artic. sequenti, & de Angelis est ostensum in sua materia.

Et confirmatur. Quia propriae rationes immediationis suppositi in agendo, & immediationis in existendo, seu quoad distantiam

localē, possunt distingui eodem modo respectu substantiarū materialium, & immaterialium, scilicet, quia ad immediationem in agendo requiritur, & sufficit actionem procedere à supposito, sine interuentu alterius medij suppositi agentis, siue distet localiter ab eo, siue non distet; & ad immediationem in essendo requiritur, & sufficit exclusio distantiae localis inter extrema, quae dicuntur hoc modo immediata, siue vnū agat in alterum, siue neutrum agat: ergo cum in his rationibus non importetur vnam esse rationem formalem alterius, dicendum est etiam cū attribuuntur substantijs immaterialibus non importari.

Et praeterea, dato quod respectu Angelorum immediatio suppositi in agendo sit ratio formalis praesentiae secundum locum, tamen respectu Dei dici non potest, vt ostensum est in probatione secundae conclusionis: ergo vel dicendum est Deo non conuenire praesentiam secundum locum; vel concedendum est rationem formalem huius praesentiae nō esse immediationem suppositi in agendo.

Tertiò respondetur, supponēdo cum Caietano, propositionē illam intelligi de agente immediato immediatione suppositi, & negando esse falsam in hoc sensu. Et ad probationem dicendum est, solum conuincere immediationem suppositi in agendo non esse idem, neque realiter, neque formaliter cum coniunctione locali per propriam substantiam; non tamen inferre eam aliquo modo, scilicet aut à

83

84

3. Solutio Caiet.

F 4 priori

85

priori, aut à posteriori, iuxta sensum explicatum in secunda conclusione. Quare cū obijcitur posse saluari totum, quod requiritur ad immediationem suppositi in agendo, sine coniunctione locali per propriam substantiā, distinguendū est, aut enim intelligitur posse saluari primū sine secūdo, quoad inclusionem secundi in primo; & sic verum est, quia cōiunctio localis non includitur in immediatione suppositi in agendo, neq; formaliter tāquam eius ratio formalis, vt dixit Caietanus, neq; per identitatē realem tanquam idem realiter cū ea, vt alij volunt. Aut intelligitur posse saluari primū sine secūdo, quoad illationē secūdi ex primo; & sic falsum est, quia ex immediatione suppositi in agendo optimē infertur suppositū per propriā substantiam esse coniunctū localiter effectui. Et est apertū exemplū in essētijs specificis, & proprietatib⁹, quę ex eis dimanāt, etiā si fiat similis cōparatio inter essētijs specificas, & proprietates, quę ex eis dimanāt, & inter cōditiones necessariō requisitas ad aliquas formas, & ipsas formas. Nam v.g. risibilitas non includit intrinsecè animal rationale, & tamen necessariō infert ipsum, & ita totū q̄ requiritur ad risibilitatem potest saluari primo modo, sine animali rationali, & non secundo modo. Et idem est de ratione, & fundamento proximo. Si autem quæras rationem, propter quam ex immediatione suppositi in agendo inferatur coniunctio eiusdē suppositi secundū locum cum effectui: Ad hoc respondemus in solutione secundæ obiectionis.

86

Sed contra solutionem hanc est difficultas. Quia in ea supponuntur duo tanquam necessaria ad efficaciam huius rationis, de qua agimus. Primum est, Deum in omnibus rebus operari immediatē immediatione. suppositi. Secundum est, virtutem actiuam, qua producit suos effectus esse in ipso, & non esse diffusam ab ipso vsque in effectus, & tamen hæc duo possunt impugnari satis validis argumentis.

Et imprimis supponi illa duo patet, quia quocunq; eorū deficiente ratio infirmatur, vt de primo dictū est in ipsa solutione, & de secundo potest ostendi inductione facta per vniuersas causas creatas: nam cœlū quia operatur per influentiā diffusam in hæc inferiora potest operari vbi non est præsens secundū suam substantiam: & ignis, quia producit alterū ignē per calorē à se diffusam, idē etiam potest sine præsentia suæ substantiæ producere alterū ignē. Et hoc est adē vniuersum in omnibus causis efficientibus, vt propterea omnes autores cū explicant illā propositionē Aristotelis, quæ est fundamentū huius rationis; *Mouens, & motū debent esse simul*; aut hanc quæ in ea virtute cōtinetur: *Nihil potest agere in re distantē loco*, limitēt eā ad id q̄ primò mouet aut agit, hoc est, sine intermedia virtute à se diffusa, & per medium delata vsq; in passum aut effectum.

Et hoc posito contra primū est argumentum: Deus cōcurrit ad effectus causarū secundarū medijs ipsis causis secundis, vt actu operantibus, & efficientibus: ergo non cōcurrit immediatē im-

87

Impugnatur Caiet.

88

Quomodo debeat intelligi mouens, & motum debere esse simul.

media-

89

mediatione suppositi. Cōsequētia patet, quia ad operandum hoc modo necesse est inter agēs, & effectum non interponi aliud suppositū, vt agens, in dō hoc genus immediationis non potest aliter explicari quā per exclusionem huiusmodi. Et antecedens probatur duobus medijs.

Primū est. Quia causæ secundæ cōcurrunt efficiēter ad suos effectus, vt nūc suppono cōtra Nominales, & concurrunt vt causa proxima, atq; adē immediatē immediatione suppositi, vt ex ratione causæ proximæ, & particularis colligitur. Ergo Deus nō potest ad eosdē effectus cōcurrere nisi medijs ipsis causis secundis, vt actu operantibus. Probatur hæc cōsequētia, quia impossibile est vel per respectū ad potentiā Dei absolutam, vt aliqui volūt, vel saltem secundū legem ordinariam, quam Deus seruat in huius vniuersi constitutione, eundem numero effectum produci à multis causis eiusdem generis non subordinatis, sed proximis atq; immediatis, nisi quęuis earū sit partialis, & omnes simul constituāt vnam totalem atque perfectam.

Secundū mediū est, quia causæ secundæ non solū subordinantur Deo quoad esse, sed etiā quoad causalitatē, & concursum actuale, quia sicut res se habent ad esse ita se habent ad operari; ergo Deus non solū concurrat ad effectus causarū secundarum medijs ipsis causis secundis, dando, & conseruando eis esse, & virtutes actiuas, quibus operantur, sed & dando eis operari, atq; adē cōcurrit medijs causis secundis vt operantibus, & efficientibus.

90

Et deinde contra secundum est argumentū, quia vel de facto Deus operatur per virtutem extra se diffusam, quia hoc est magis consentaneum dispositioni, qua voluit, vt per causas secundas producerentur effectus naturales; aut saltem nō repugnat ipsum ita operari: tum quia nulla poterit assignari sufficiens ratio huius repugnantia, tū etiam quia Deus dat causis secundis, vt possint operari per virtutem à se diffusam; & hic modus operandi non importat imperfectionem, quoniam alijs respectu nullius effectus posset conuenire Deo, quod tamen ratione constat esse falsum: ergo multo melius poterit Deus, si velit, ita operari.

Ad hanc difficultatem respondetur, concedendo supponi illa duo ad efficaciam rationis, de qua agimus, ita vt quocūq; eorū deficiente ratio ipsa inefficax reddatur, quidquid dicat Ferrar. 3. cont. gentes. c. 70. qui deceptus falsa intelligentia quorūdam verborū D. Thom. in eo capite, & quia non potuit intelligere, quare ratione Deus possit concurrere immediatē immediatione suppositi ad effectus, quos producit medijs causis secundis; existimauit Deū non concurrere hoc genere immediationis, nisi ad effectus quos producit se solo, & sine interuētū causarum secundarū; & consequenter vt defenderet efficaciam huius rationis, de qua agimus, dixit sufficere immediationē virtutis in agēdo ad cōcludendū cōiunctionem locale substantiæ agentis cū suo effectui, in Deo, & substantijs separatis; quod

91

92

Respondetur

Ferrara.

paulò

93

paulò superius impugnauimus. Et ad argumentū factum contra primum aliqui ex Thomistis recentioribus respondēt cōcedendo antecedens, & negando consequentiā, & ad probationē dicunt posse Deū quamuis operetur medijs causis secundis concurrere immediatē immediatione suppositi ad earū effectus, quia cū sit intinē vnitus omnibus rebus, etiā cū operatur media causa secunda attingit effectum tam immediatē per propriam substantiam, sicut ipsa causa secunda.

Sed hęc solutio facilē impugnari potest, quia vt dicebam cōtra solutionem Caietani, suppositū agens dupliciter dici potest immediatū effectui, scilicet in existendo, siue quoad distantia locale, & in causando, siue quoad ordinē causalitatis: & quāuis ex posteriori modo immediationis suppositi colligatur aliqua ratione prior, tamen nō sunt idem inter se hi duo modi immediationis, & poterit facilē intelligi eorum distinctio. Primò ex proprijs rationibus ipsorū, quę inter se sunt valdē distinctę, quia aliud est habere substantiam non distantem situaliter ab effectu, & aliud attingere effectū per propriam causalitatē, sine interpositione intermedię causalitatis alterius suppositi. Et preterea si ponamus duos casus. Primus est esse veram opinionem Scoti asserētē Solem producere immediatē aurum in terra per suam formam substantialem. Secundus est per potentiam Dei absolutam poni penetratiuē Solem, & ignem in eodem loco ad producendū alium ignem in materia applicata. Nā in prio-

ri casu Sol ageret immediatione suppositi in agendo, quia inter suam causalitatem, & effectum non mediet causalitas alterius suppositi, & non immediatione in essendo, quia suum suppositū longē distaret situaliter ab effectu. E contra verò in posteriori casu Sol ageret immediatione suppositi in essendo, non tamen immediatione in causando, quia inter suam causalitatem, & effectum mediet causalitas ignis: & tamen cum hi duo modi immediationis suppositi in agentibus ita distinguantur, in hac solutione solū explicatur qua ratione Deo conueniat prior, non obstante concursu causarum secundarum, non verò qua ratione conueniat posterior.

Secundò respōdet Caietanus loco citato. §. nota tertio, Deum concurrere ad omnes effectus immediatē immediatione suppositi, non quoad omnia, quę in eis sunt, sed solū quoad esse: & quoad hoc negat Deum concurrere medijs causis secundis. Vt autem explicet qua ratione Deus sine concursu causarū secundarū sit causa ipsius esse in vnaquaq; re, dicit nō esse eius sensum, causas secundas non producere esse in suis effectibus, sed non producere omnia, quę requiruntur ad esse, ita vt in quocunq; effectu sit aliquid intrinsecē requisitum ad suum esse, quod à solo Deo immediatē, & sine concursu causarum secundarum producat: nam si effectus sit immaterialis nota substantia sit à solo Deo, si verò sit materialis substantię materia prima. Et quamuis harum rerum productio iam

95

96

præ-

67

præterierit, semper manet conseruatio ei correspondens, quę etiā fit à solo Deo immediatē, & sine concursu causarum secundarum.

Verū nec hęc sententia mihi placet. Primò, quia omnia argumenta, & testimonia, quibus probatur Deum esse causam immediatam immediatione suppositi respectu omnium rerū, conuincūt æqualiter quoad omnia, quę in eis sunt, & tamen iuxta hanc sententiam solū hoc conceditur, quoad esse, & quoad aliquid requisitum ad esse in qualibet re, & in rebus materialibus negatur quoad formam.

Confirmatur. Quia potissima ratio, propter quā concedimus Deum concurrere immediatē immediatione suppositi ad omnes res, est, quia omnes res creatę sunt entia per participationem, & ex consequenti debent immediatē procedere ab ente per essentiā quod est Deus; at hęc ratio non magis probat de ipso esse, vt sic, quā de quocunq; gradu, & modo essendi particulari, nec magis in rebus materialibus de materia, quā de forma.

Concursus Dei in immediatione virtutis & suppositi non tollit concursum causarū secundarum.

Ideo aliter respondetur, concedēdo antecedens, & distinguēdo cōsequens: si enim intelligatur de eo genere concursus, quo Deus dicitur concurrere medijs causis secundis ad earū effectus, concedenda est consequentia; si tamē intelligatur de alio genere concursus, quo Deus immediatē per se ipsum, & sine respectu ad concursum causarū tanquam ad medium in agēdo concurrat ad eodē effectus, neganda est

consequentia. Itaq; argumentū hoc solū conuincit Deum eo concursu, quo medijs causis secundis concurrat ad earum effectus non agere immediatē immediatione suppositi, non tamē absolutē non agere hac immediatione, quę potest ei conuenire secundum alium modum concurrēdi. Et in antecedenti ita tribuitur Deo prior modus concurrēdi, vt nō negetur posterior.

Et vt hoc rectius intelligatur aduertēdum est, ex D. Tho. 1. p. q. 105. art. 5. duos esse modos quibus Deus concurrat ad effectus causarum secundarum. Primus est dando, & conseruando ipsis causis secundis esse, & virtutem actiuam, non solū secundum se, sed etiam quatenus per huiusmodi esse, & virtutem sunt actu principia operationum, & effectuum. Secundus modus est influēdo immediatē per propriā entitatem, & virtutem actiuam in operationes, & effectus harum causarum. Et quamuis Deus vno quoq; ex his duobus modis dicatur concurrere ad operationes, & effectus causarum secundarū, vt de posteriori satis constat, & de priori colligitur ex illa propositione, *Quod est causa efficiens causa, dando, & conseruando ei esse & virtutem actiuam, vt est actu principium productionis alicuius effectus, etiam est causa eiusdem effectus*: Tamen in ratione concursus est magnum discrimen: quia quatenus Deus priori modo concurrat, dicitur operari medijs causis secundis, vt actu operantibus, & efficientibus, atq; ad eodē mediatē mediatione suppositi, quia attingit ef-

99

D. Thom.

100

Secundus modus concurrēdi Dei in causas secundas.

fectus

101

fectus media actione procedenti a causis secundis, & ut ab eis procedit; quatenus vero posteriori modo concurret non dicitur operari medijs causis secundis, sed immediatè per se ipsum, & suam virtutem activam, atque adeo immediatè immediatione suppositi, quia attingit effectus immediatè per actionem, ut procedit à virtute, quæ est in ipso.

Debere autem concedi convenire Deo utrumque modum concurrendi ad effectus causarum secundarum, probatur; & imprimis de priori: quia certum est Deum peculiari, & immediato concursu conservare causas secundas esse, & virtutem activam, etiam quatenus actu sunt principia suarum operationum, sicut omnes creaturas immediatè conservare in suo esse: quod nunc supponendum est ex his, quæ

102

D. Thomas docet 1. part. quæst. 103. artic. 1. & 2. Et deinde de posteriori probatur, quia Deus consideratus, quatenus nostro modo intelligendi præsupponebatur decreto, quo instituit, ut in rebus creatis esset virtus productiva suorum effectuum, habebat tale esse, ut ex ipso tanquam ex causa immediata penderet necessariò, & per se omne ens factibile, & per huiusmodi decretum non est mutatus modus essendi in Deo: ergo etiam eo posito omne ens creabile dependet necessariò, & per se à Deo secundum se, & sine interpositione causarum secundarum, atque adeo Deus secundum suam entitatem est immediata causa omnis entis creabilis. Antecedens quoad secundam partem

patet; quia per decreta libera Dei non mutatur aliquid circa naturalem modum essendi ipsius: & quoad primam probatur, quia Deus secundum illam rationem æqualiter respiciebat omne ens factibile, ut causa simpliciter, & necessariò requisita ad suam productionem, & non magis respiciebat unum, ut causa immediata, quam aliud; quoniam aliàs necessitaretur Deus ad instituendum ordinem causarum secundarum, respectu aliquorum effectuum, supposito quod vellet eos producere.

Confirmatur. Quia Deus esse ens per essentiam, & creaturas esse entia per participationem, est totum fundamentum dependentiæ creaturarum à Deo tanquam à causa: sed sine respectu ad causas secundas interpositas in causando inter Deum, & creaturas, Deus est ens per essentiam, & creaturæ sunt entia per participationem: ergo etiã sine huiusmodi respectu creaturæ habent dependentiã à Deo tanquam à causa.

Et ex hoc patet solutio ad argumentum propositum contra secundum. Nam quamvis ut res hæc melius intelligatur, admittamus posse Deum concurrere ad omnia, quæ sunt in suis effectibus, etiam ad ipsum esse, vel ad id, quod non potest produci nisi per creationem, per virtutem diffusam aut principalem, aut tantum instrumentalem, non sequitur non concurrere immediatione suppositi: quia præter hunc concursum, necesse est Deum habere alium immediatè per suam entitatem, & sine interpositione efficaciarum, & activitatis illius virtutis, res-

103

104

ctu eius-

105

ctu eiusdem effectus. Quare negandum est, Deum posse ita concurrere per virtutem diffusam ad aliquem effectum, ut non concurrat ad eum alio modo, scilicet immediatè per suam entitatem, & virtutem activam: & ratio repugantiæ desumi potest ex argumento, quo probauimus convenire Deo hunc concursum immediatum, etiam respectu effectuum, ad quos concurret medijs causis secundis: ea vero est involuere repugnantiam non comparari Deum ad creaturas in quocunque casu, sicut ens per essentiam ad ens per participationem, atque adeo non concurrere concursu sibi proprio. Et eadem ratio potest reddi ad explicandum cur Deus, quamvis possit dare creaturæ operari per virtutem diffusam non operando immediatè per propriam virtutem, non possit præstare idè per se ipsum.

106

Obiectio.

Et si obijcias id, quod in argumento contra primum in prima probatione sui antecedentis obijcitur ad probandum Deum absolute concurrere medijs causis secundis ad earum effectus, & non immediatè per se ipsum, scilicet sequi ex hoc Deum quantum ad hunc concursum esse causam partialem, & constituere simul cum causa secunda tanquam cum altera parte unam causam totalem, & integrã.

Deus, & causa. 2. sicut causa partialitate causa non partialitate effectus.

Ad hoc Molina in concordia liberi arbitrij cum gratiæ donis, q. 14. art. 13. disputat. 26. in fine, respondet concedendo sequentiã, si consequens intelligatur, de partialitate causa, non de partialitate effectus. Quia totus effectus est à Deo, & totus à causa secun-

da, sed neque; Deus secundum eum concursum, quæ præbet simul cum causa secunda, est causa sufficiens ad producendum totum effectum: neque; etiam causa secunda sola est sufficiens, sed simul requiritur utriusque concursus; & ita Deus secundum illum concursum, & causa secunda simul constituunt causam, quæ sit sufficiens ad producendum totum effectum: sicut cum duo trahunt navim, quisvis eorum est causa totius motus, quamvis neuter sit tota causa, sed ambo simul eam constituunt.

Et Franciscus Suarez disputat. 22. metaph. sect. 1. nu. 23. dicit non esse circa hoc difficultatè de re, sed de modo loquendi: quia de re certum est causalitatè integrã, & necessariã ad productionem effectus non consistere in altero concursu solo, sed in utroque simul. Et ita solum restat difficultas, an propter hanc rationem causæ à quibus hi concursus procedunt, sint dicendæ partiales (ut voluit Molina) vel potius, quia sunt diuersorum ordinum, & ex consequenti non ununtur propriè ad componendam unam causam totalem, non sint appellandæ partiales, sed unaquæque sit dicenda totalis in suo ordine; ut sentiunt Fonseca lib. 5. metaphysicæ cap. 2. q. 9. sectione. 2. §. quo loco, & Conimbricenses, lib. 2. physicorum cap. 7. q. 12. artic. 3. & ipse eligit hunc modum posteriorè loquendi, ut aptiorem ad explicandum inæqualitatem, & subordinationem harum causarum.

Sed mihi etiam quantum attinet ad rem videtur, distinguendum: nam aut totalitas, & integritas causalitatis consideratur quoad suffi-

107

Suarez.

108

ciën-

109

cientiam, vel quoad exercitiū. Si primo modo consideretur, dicendum est eam convenire Deo non solum secundum se, & secundum suam vim actiuam, qua potest adhibere concursum talē, ut suppleat concursum causae secundae (ut volunt auctores citati) sed etiam secundum illum concursum, quē de facto exhibet; quia huiusmodi concursus de se sufficientiam habet ad producendum effectum, sine concursu causae secundae. Et hoc (meo iudicio) convincunt rationes, quibus probavimus quaecumque creaturā pēdere necessariō à Deo, ut cōcurrēte immediatē immediatione suppositi: quia sicut ens per participationē pendet necessariō à Deo, ut actu cōcurrente, ita etiā pēdet ab ipso, ut cōcurrente per cōcursum sufficientem, non solum in suo ordine, sed etiā simpliciter: Quoniam aliās sicut liberum est Deo, ita attemperare suum concursum, ut non sit sufficientes simpliciter, ita etiam esset ipsi liberum abstinere omninō à cōcursum actuali immediato, quia non potest explicari insufficientia huius concursus, nisi constituatur in defectu perfectionis quasi intensivae virtutis actualis. Et nulla est ratio cur Deus possit imminuere perfectionem intensivam sui concursus, & non possit per gradus ita eam imminuere, ut nihil remaneat. Sitamē integritas causalitatis consideretur posteriori modo, dicendum est, eam non reperiri in altero concursu solo, quia de facto, & in exercitio uterque concursus simul attingit effectum, non propter insufficientiam divini, sed

Concursus divinus cū causa 2. sufficientes est ad producendum effectum integrum.

110

quia Deus ex bonitate sua vult cum eo admittere concursum causae secundae, & secundum legem ordinariā statuit ita facere. Quare melius respōdetur negando sequelam. Et ad probationem, quae loco ibi citato proposita est, respondetur non esse inconueniens plures causas totales, & aequē immediatas immediatione suppositi cōcurrere ad eundem effectum, quando sunt diversorum ordinum, & Deum, & causam secundam, & si concurrant aequē immediatē immediatione suppositi esse causas diversorum ordinum, non solum, quia Deus est causa vniuersalis, & causa secunda particularis, sed etiam, quia causa secunda concurrat dependenter à Deo, & ut dante, & conseruante suam virtutem actiuam, & ut concurrente actu ad suam operationem, ita ut sine hoc concursu actuali Dei ipsa non possit operari: at verō Deus neutro modo dependet à causa secunda: quia neque habet ab ea virtutē actiuā, neque eget eius concursu ad operandū; imō (ut dixi) etiā per eum cōcursum, quem actu praebet, posset operari quātum attinet ad sufficientiam ipsius concursus etiam sine causa secunda, quāuis de facto, & in exercitio non operetur.

quia Deus ex bonitate sua vult cum eo admittere concursum causae secundae, & secundum legem ordinariā statuit ita facere.

Quare melius respōdetur negando sequelam. Et ad probationem, quae loco ibi citato proposita est, respondetur non esse inconueniens plures causas totales, & aequē immediatas immediatione suppositi cōcurrere ad eundem effectum, quando sunt diversorum ordinum, & Deum, & causam secundam, & si concurrant aequē immediatē immediatione suppositi esse causas diversorum ordinum, non solum, quia Deus est causa vniuersalis, & causa secunda particularis, sed etiam, quia causa secunda concurrat dependenter à Deo, & ut dante, & conseruante suam virtutem actiuam, & ut concurrente actu ad suam operationem, ita ut sine hoc concursu actuali Dei ipsa non possit operari: at verō Deus neutro modo dependet à causa secunda: quia neque habet ab ea virtutē actiuā, neque eget eius concursu ad operandū; imō (ut dixi) etiā per eum cōcursum, quem actu praebet, posset operari quātum attinet ad sufficientiam ipsius concursus etiam sine causa secunda, quāuis de facto, & in exercitio non operetur.

Ex his sequitur primō intelligentia quorūdam verborū D. Tho. 3. cōtr. gētes cap. 70. quorū occasione diximus Ferrariēsem in explicatione immediationis diuinae causalitatis fuisse deceptū. Sunt autē verba haec: *Nō est inconueniens, quod produantur idē effectus ab inferiori agente, & à Deo: ab utroque*

111

Causae totales diuersi ordinis concurrunt immediatione suppositi ad eundem effectum.

112

immedi-

113

immediatē licet alio, & alio modo. Quoniam haec diuersitas modorum immediationis non est referenda ad immediationem virtutis, & suppositi (ut Ferrara existimauit) sed ad immediationem per modum causae vniuersalis, & independentis, aut particularis, & dependentis.

Secundō sequitur explicatio cuiusdam propositionis, qua Diuus Thomas vtitur in probatione minoris eius rationis, de qua agimus, scilicet, *Esse creatum est proprius effectus Dei.* Et ommissis multis, quae circa eam dicunt Capreolus in secūdo, distinctione prima, quaestione prima, articulo tertio, in solutione ad argumenta Aureoli, contra sextam conclusionem, & quaestione 2. articulo 3. in solutione ad impugnacionem Duradi contra sextam rationem primae conclusionis, & ad impugnacionem Scoti contra eandem primam conclusionē. Caietanus. 1. parte quaestione 8. articulo primo, & quaest. 45. art. 1. & 5. & Ferrara 2. contra gentes, cap. 21. §. circa hanc propositionem, & cap. 87. §. aduerte, possumus ex declaratione terminorum, quibus constat eam breuiter explicare. Cōstat autē duobus terminis, quorum prior est, *Esse creatum*, quo nomine non significatur praecise esse existētis, neque esse essentialis, sed omnē id, quod quomodocumque pertinet ad alicuius rei entitatem realem; siue tanquam essentia, aut pars eius, siue tanquam existentia, siue etiam tanquam modus realis intrinsicē conueniens rei, & non solum secundum denominationem ex-

Capreol.

114

Caietan.

Ferrar. Quomodo intelligatur illa propositio D. Tho. esse creatum est proprius effectus Dei

115

trinsecā; & quia totum hoc non significatur secundum particulares rationes, verbi gratia, materiae, & formae Angeli, aut hominis, & similibus, sed secundum cōmuniem rationem entis creati, hoc est habentis esse ab alio, ut ab efficiēti, aut per participationem; ideo hoc nomine in hac propositione comprehenditur quidquid pertinet ad entitatem realem cuiuscumque rei, consideratur etiam secundum totū gradum entitatis, quem habet non absolutē, sed secundum eā rationem, quae est per participationem ab alio, ut ab efficiēti. Posterior terminus est, *Proprius effectus*; & per hunc significatur effectus adequatus, siue potius obiectum formale, & specificatiuum virtutis actiuae, & potest appellari effectus per se primō, ut effectus dicitur fieri per se primō, non quia sit ex sui negatione simpliciter (ut putauit Caietanus) quoniam aliās in nullo effectū, qui non produceretur per creationem, esse haberet rationē obiecti formalis respectu concursus diuini, sed quia non fit accidentaliter ut effectus, qui non sequitur ex vi actiuitatis causae, neque per se secundō, ut passionēs, neque cōsequēter aut cōcomitāter, ut gradus superiores & cōmunes sūt cōsequēter ad productionē inferiorum, sed fit actione per se, & immediatē, & primariō terminata ad ipsum, ita ut ex propria ratione formali habeat terminare his modis talē actionē, & causalitātē: sicut quicumque gradus specificus, qui habet causam particularem sui productiuam, terminata ad dionē,

& con-

117

& concursus talis causæ. Quare sensus integræ propositionis erit, quemcunq; gradû, aut modum entitatis realis, siue communem, siue particularem, & siue essentialem, siue accidentalem, secundum eam rationem, qua est ens per participationem, esse per se primò effectum Dei, ita ut sub hac ratione producat actione, & concursu Dei per se, & immediatè, & primariò: & à nulla alia causa producat.

D. Thom.

Et esse ita intelligendam hanc propositionem colligitur imprimis ex Divo Thoma, qui prima parte, quæstione. 8. articulo primo, & quæstione. 45. articulo. 3. in corpore, & ad primum, & quæstione. 104. articulo primo, ubi utitur ea, comparat causalitatem Dei respectu cuiuscunq; entis, ut est ens per participationem causalitati ignis respectu igniti; & causalitati solis, ut est primum, & connaturale luminosum respectu aëris illuminati. Et deinde colligitur ex ijs, quæ diximus, quia ex eo, quod sit necessarius concursus Dei immediatus immedatione suppositi ad productionem cuiuscunq; entitatis per participationem, benè sequitur, quamcunq; entitatem sub hac ratione esse proprium effectum Dei in sensu explicato.

118

Et hæc propositio ita intellecta deseruit optimè ad probandum minorem intentam: quia si entitas realis, ut est per participationem, est proprius effectus Dei, ita ut sub hac ratione postulet Deum pro causa, & non possit ab alia causa produci, & in quacunq; entitate creata secundum id, quod est ipsi maxi-

mè intimum includitur intrinsicè esse per participationem, necesse erit Deum concurrere immediatè immedatione suppositi ad quamcunq; entitatem, & ad quamcunq; eius partem, etià maximè intimam.

Cur autem esse per participationem non producat à causis secundis consequenter ad productionem suorum effectuum, sicut producantur ceteri gradus communes etiam substantia, sed sit effectus per se primò productus? potest reddi ratio ex modo communitatis, quem habet respectu omnium effectuum causarum secundarum, ita enim est eis commune, ut in vnoquoque secundum id, quod est ipsi maximè proprium, & quo ab alijs distinguitur sit intrinsicè imbibitum: & ideò non producat consequenter ad gradus particulares ipsorum effectuum, ad eum modum, quo producantur gradus communes, sed producat tanquam effectus per se primò terminans còcursum alicuius causæ.

Ad secundam obiectionem negandum est etiam id, quod obijcitur, scilicet maiorem, quam sit vera respectu agentium creatorum, non esse veram respectu Dei. Et admittimus id, quod ante huius probationem supponitur: scilicet coniunctionem secundum locum agentis cum passo, aut effectui, esse conditionem prærequisitam ad agendum immediatè immedatione suppositi, dummodo per locum intelligatur aut verus, aut imaginarius locus; ut in solutione ultimi medij huius solutionis explicabo.

119

120

Ad 2. Obiect.

Et ad

121

Et ad primum medium, quo probatur id, quod de hac obiectione negauimus: respondetur, Aristotelem eo loco quamvis loquatur de agentibus corporeis, non asseruisse necessitatè coniunctionis mouentis cum mobili tamquam conditionem eorum, quatenus determinatè sunt mouès, & mobile corporeum, sed quatenus absolutè sunt agès, & passù, siue agens, & effectum vel simpliciter, vel secundum eam rationem quam participat ab agente: & consequenter sicut hæ rationes sunt communes agètib; corporeis, & incorporeis, imò & creatis, & increatis, ita propositionem Aristotelis esse de omnibus intelligendam.

122

Et ad id, quod contra hoc obijcitur, scilicet, ex hac propositione, etià ita generaliter intellecta si sumatur ut ab Aristotele proponitur, nõ colligi præsentiam Dei in rebus, sed iuxta res: quia propinquitas, quæ in alijs agentibus requiritur non est esse intra effectus, sed iuxta ipsos: respondetur, ex illa propositione colligi absolutè vnumquodque agens immedatione suppositi debere esse præsens, aut propinquum passo vel effectui, secundum eas partes, in quas primò, & immediatè agit, & quia agens corporeum solù agit in passum primò, & immediatè secundum eius partes primas & externas, & his mediatis in internas; ideò de eo solù colligitur præsentia suppositalis iuxta passum, aut effectum, & non intra. Quia verò Deus agit primò, & immediatè in omni re secundum omnes eius partes siue externas, siue internas, & secundum id, quod

Quia Deus agit immediatè in omni re secundum modum

est maximè intimum suæ entitatis reali, ideò de ipso optimè colligitur præsentia intra res; & nõ solùm iuxta eas. Et D. Thomas, in minori, quam subsumpsit, non solùm probauit Deum agere immediatè per suum suppositum in omni re, sed etiam agere quoad id, quod in omni re est maximè intimum, scilicet quoad totam suam entitatem, ut est entitas per participationem.

nes eius partes, ideò intimè, & penetratiuè est in illa.

123

Ad secundum medium respondetur, rationem coniunctionis secundum locum inter agens, & effectum, sumi ex parte virtutis actiuæ, consideratæ non quomodocunq; sed ut est in ipso agente, vel quatenus ei supposito, in quo existit, est ratio agendi immediatè per se ipsum, & sine interiecto alio supposito agente; quod est agere immediatè immedatione suppositi: atque ita idem est dicere hanc rationem sumi ex parte virtutis actiuæ ita consideratæ, atq; dicere, sumi ex parte agentis, ut concurrat ad effectum immediatè per suum suppositum. Et in hoc conueniunt omnes, qui sequuntur hanc sententiam Diui Thomæ, sed in explicanda hac ratione differunt inter se, & sequuntur varios modos, ex quibus tres referam.

Ad secundum medium argumenti principalis. Quomodo colligatur ex eo quod aliqua causa operatur immediatè immedatione virtutis, & sit coniuncta ipsi supposito.

124

Primus est eorum, qui concedunt non posse assignari vnam rationem communem Deo & creaturis; & dicunt rationem in creaturis esse limitationem, & finitatem suæ virtutis actiuæ: quia sicut vnumquodq; agens creatum ratione huius limitationis habet definitam spheram, ad quam suam actiuitate possit extendi, ita etià ha-

Primus modus hoc explicandi.

G

bet

125

bet hunc modum limitationis in agendo ut nō possit immediatē per se ipsum agere in id, a quo distat localiter, quoniam aliās sequeretur nō habere limitatā sphaerā suae actiuitatis: quia nō potest assignari sufficiens ratio, propter quam agēs quod potest operari immediatē in rem distantē, non possit operari ad quancunque distantiam, cum propter distantiam non impediatur agens, nisi quatenus eius virtus dum agit in medio huius distantiae retardatur, & debilitatur. In Deo vero dicitur rationem esse infinitatem suae virtutis, & potentiae, & reducunt eam ad hanc formā: Virtus actiua, quae est in Deo, & est ipsi ratio agendi immediatē

126

per suam substantiā est in omnibus rebus: ergo etiā Deus est in eis per suam substantiam. Cōsequentiā supponunt ut certam ex solutione praecedentis obiectionis: & antecedens probant, tum quia si haec virtus non esset ubique, sed certo definiretur loco necessariō esset finita, sicut ipse locus: tum etiam quia res quaecūque creata siue materialis, siue immaterialis, idē ita est praesens vni rei, ut non adsit alijs: quia habet quantitātē siue molis, siue perfectionis ita limitatam, ut sit ipsi satis ut sit praesens huic rei, & nō alijs: ergo ē cōtrario virtus Dei; quia est infinita, atq; adeō habet infinitam quantitātē perfectionis, non erit ita praesens vni rei ut nō adsit alijs, sed aequaliter erit praesens omnibus. Hanc rationem quoad utramq; partem assignat

Greg. Val.

Gregorius de Valētia, prima parte, quēst. 8. puncto primo, cōclusionē prima, & vltima; & quoad

priorem Conimbricenses libro 7. physicorum caput 2. quāstione prima, articulo 2. & quoad posteriorem aliqui ex recentioribus Thomistis.

Sed quidquid sit de prima parte huius rationis, cuius examinatio non est praesentis instituti, & contra eam videri potest Franciscus Suarez, disputatione 18. metaphysicā, sectione 8 numero 12. certē posterior apertē est insufficientis. Primō, quia iuxta eam ratio, quam defendimus ut desumptā ex D. Thoma, nō fundatur in propositione Aristotelis, quod est cōtra ipsum D. Thomam, ut ex eius litera cōstat. Et probatur hoc: quia vel propositio Aristotelis intelligitur de omnibus agentibus tā creatis, quā increatis, & sic supponit vnā rationem coniunctionis cū suis effectibus, quae etiā sit cōmunis omnibus; & haec nō potest esse infinitas virtutis actiuae, cū non cōueniat agētibus creatis: vel intelligitur solū de agentibus creatis: & sic supponit aliquā rationē eiusdem coniunctionis cū effectibus, quae eis conueniat, & hanc propter eandem rationē constat non esse infinitatem virtutis. Et nō potest dici propositionē Aristotelis intelligi solū de agēte increato, cum ab Aristotele vniuersaliter pronuntietur. Quare sequitur illam propositionem nō posse accipi in aliquo sensu intento ab Aristotele, iuxta quem illa ratio coniunctionis causae cum effectu fundetur in ea.

Secundō: quia iuxta illā rationem coniunctionis agentis increati cum suis effectibus non ostenditur in ratione D. Thome

127

Impugnatur.

Suarez.

128

129

praesentia Dei in rebus ex eius immediata operatione in omni re, quod est contra ipsum Diuū Thomā, & contra omnes, qui eū in hac parte defendūt. Et probat hoc: quia iuxta illā rationem, tota causa coniunctionis Dei cum rebus est infinitas suae virtutis actiuae, & haec antecedit operationem actualē, & potest intelligi in Deo, quāuis per impossibile res nō fierent ab ipso, sed ab alio. Et demū, quia falsum est colligi praesentiā Dei in rebus ex infinitate virtutis actiuae. Quod sic ostendo. Infinitas virtutis actiuae cōsistit in negatione termini ex parte effectiui, quos ipsa virtus respicit; & infinitas praesentiae quasi localis, quae est praesentia Dei, in omnibus reb⁹ cōsistit in negatione termini ex parte locorū, quos ipsa praesentia respicit: ergo ex infinitate virtutis actiuae Dei nō colligitur infinitas praesentiae, quae est praesentia Dei in omnibus rebus. Cōsequētia patet: quia nō habere terminū in ordine ad locū, neque est idē, quod nō habere terminū in ordine ad effectus, neq; sequitur ex eo: quia ut virtus aliqua possit producere nō tot effectus quin plures non est necesse ipsam non definiiri, & terminari certo aliquo loco. Et antecedēs probatur: quia infinitas ut sic importat negationē finis, aut termini: & quia est modus rei, cui cōuenit, idē haec negatio termini debet explicari per ordinē ad id quod respicit ipsa res. Quare cū virtus actiua respiciat effectū, & praesentia localis respiciat locū: sequitur infinitatem virtutis actiuae esse explicandam per negationem termini ex parte suo-

130

rum effectuum, & infinitatē praesentiae localis per negationem termini ex parte loci.

Secundus modus explicandi hanc rationē coniunctionis virtutis actiuae cum suo effectu est Capreoli in 1. dis. 37. quāstio. 1. art. 3. in solutione 8. argum. cōtra primam cōclusionē, ubi supponit dari vnā rationem cōmunē omni virtuti actiuae tam creatae quā increatae; & dicit rationem hanc positam esse in ipsis rationibus agentis, & passi: quia agens est quodāmodo actus passi, & passum est quodāmodo potentia respectu ipsius agentis, & actus & potentia ex proprijs rationibus postulant inter se indistantiā, scilicet ut possint inter se exercere rationem actus, & potentiae. Et hanc rationem amplectitur Franciscus Suarez loco citato, non ut conuincentem omnino rem hanc, sed ut sufficientē supposita manifesta experientia in omnibus causis agentibus immediatē per sua supposita, & ut propinquius attingentem, & indicantem propriā causam necessitatis huius coniunctionis.

Sed mihi haec ratio videtur insufficientis: quia in ea cōmittitur aperta petitio principij. Quod sic probo. Agens & passum solū habent rationem actus, & potentiae, quatenus agēs producit aliquid in passo actuans, & perficiens ipsum tanquam potētiam receptiuam: ergo idem est dicere requiri coniunctionem inter agens, & passum, quia se habent ut actus, & potentia, atq; dicere requiri, quia se habent ut agens, & passum; & hoc est cuius rationem inuestigamus.

131

Secundus modus explicandi Capreoli.

132

Impugnatur.

133

Confirmatur: quia quavis de-
mus agens secundum se, & non
solum ratione effectum esse actum
passi, nihil potest concludi: quia
agens ita sumptum non est actus
intrinsecus passivi, sed extrinsecus:
& cum dicimus, agens & passum
postulare in distantiam inter se,
loquimur de actu intrinseco, qui
per suam entitatem informat, vel
actuatur immediate potentiam.

Tertius mo-
dus Molinae.

Tertius modus explicandi eam-
dem rationem est Ludouici de
Molina, prima parte, q. 8. art. 1.
disputatione 2. §. opinio hac.
Vbi etiam supponit, dari unam
rationem communem virtuti acti-
uae increatae & create, & eam ex-
plicat hoc modo: Nulla virtute
neque creata, neque increata fieri
potest, ut eadem res siue mate-
rialis, siue immaterialis transeat
per motum ab vno loco in alium,
nisi transeundo per medium inter-
iectum: ergo similiter nulla vi fieri
potest, ut actio transmittatur ab
agente in passum distans, nisi prius at-
tingat medium propinquius agen-
ti, & per ipsum quasi continuo tra-
nsitu, & motu perueniat ad distans.

134

Impugna-
tur.

Sed hanc rationem impugnat
Franciscus Suarez loco citato, &
merito: quia est apertum discrimen
inter antecedens, & consequens:
nam in casu antecedentis eadem res
numero, quae est in vno loco, tra-
nsit ad alium distans, at vero in ca-
su consequentis non est eadem nu-
mero actio in agente, & ab eo
transit in passum distans, sed primo
incipit esse in passu ut coprodu-
cta ad productionem termini, sicut
actiones productivae dicuntur pro-
duci. Et confirmatur: quia iuxta
hoc etiam in hac ratione comit-
titur petitio principij, quia cum

transmitti actionem ab agente in
passum non sit aliud quam inci-
pere esse in passu, non erit aliud
actionem non posse transmitti ab
agente in passum distans nisi per me-
dium, quam non posse incipere esse in
passu distans, nisi prius sit in medio:
& hoc est id, de quo disputamus.

135

Quare his rationibus relictis mi-
hi videtur dicendum etiam dari unam
rationem huius coniunctionis sum-
ptam ex parte virtutis activae com-
munem virtuti create, & increa-
tae, & hanc rationem consistere in
necessitate coniunctionis virtutis
activae cum sua actione: quia possumus
conferre hoc argumentum: Ne-
cesse est virtutem activam esse coniu-
ctam actioni, qua producit effectum:
ergo etiam est necesse esse coniu-
ctam ipsi effectui: & ulterius: ergo
etiam est necesse suppositum, quod
immediate agit per hanc virtutem,
esse coniunctum per se ipsum eidem
effectui. Haec ultima consequentia
patet ex solutione primae obie-
ctionis, vbi saepe diximus esse eam-
dem rationem quantum ad coniunctio-
nem cum effectu de virtute efficien-
te ipsum, & de supposito, quod hac
virtute tanquam principium concu-
rit ad eum: & prima etiam patet: quia
cum actio, quae est productio ef-
fectus sit ipsa formalis datio, &
communicatio esse, & entitatis res-
pectu effectus non potest non esse
coniuncta effectui, vel per identi-
tatem, ut communior tenet senten-
tia, vel alio modo: quidquid ali-
qui dicant ponentes actionem in a-
gente, atque adeo saepe distans ab
effectu de quo nunc non est dispu-
tandum. Antecedens vero probatur
primo: quia actio sumpta pro pro-
ductione effectus est causalitas

Vera solutio.

136

diatè

137

diatè coniuncta virtuti activae, cu-
ius est causalitas. Antecedens nunc
supponitur ut certum ex ijs, quae
in physicis, & in metaphysica di-
ci solent de causalitatibus singu-
larum causarum. Et consequentia
probat, tum quia causalitates re-
liquarum causarum sunt eis im-
mediate coniunctae, ut patet in sin-
gulis, etiam in causalitate finis,
quae distinguitur ab ipso fine rea-
liter, cum sit motio actualis volun-
tatis, & est coniuncta fini secun-
dum esse apprehensum, licet non
secundum esse reale: tum etiam
quia causalitas uniuscuiusque cau-
sae est id, quod tanquam actu secun-
do causa proxima, & intrinsece
attingit effectum: impossibile au-
tem est id, quo causa ita attingit
effectum esse separatam ab ipsa cau-
sa. Et demum: quia virtus, qua agens
immediate, tanquam principio
quo, concurret ad effectum, debet
esse ipsi agenti coniuncta: ergo
maiori ratione causalitas, cum sit
id, quo agens immediate tanquam
actualitate secunda concurret ad
effectum debet esse eidem agen-
ti coniuncta. Ultimo: quia (ut di-
xi in probatione primae conse-
quentiae) actio ita est causalitas
causae efficientis, ut sit ipsa forma-
lis datio, & communicatio, qua
agens communicat suam actuali-
tatem effectui: ergo debet esse
coniuncta entitati, & actualitati
agentis: quia non potest aliqua enti-
tas communicari, & dari forma-
liter per id, quod est ab ipsa sepa-
ratum; sicut communicatio pas-
siva, siue potius participatio, non
potest esse separata ab entitate,
cui convenit.

Nota.

138

Obiectio.

Et si obijcias contra totam hanc
rationem, solum probari in ea actio-

nem esse coniunctam agenti, &
effectui, non tamen agens, & ef-
fectum habere inter se coniunctio-
nem: quia dici potest actionem
procedere ab agente, & quasi siue
re per medium nihil producen-
do in eo, quousque perueniat ad
terminum distantem, in quo pro-
ducendus est effectus.

139

Responde-
tur.

Respondetur impossibile esse a-
ctionem, quae formaliter est produ-
ctio, esse a parte rei aut recipi in
aliquo subiecto, & non producere
aliquid: quia productio activa non
est formaliter completa sine pro-
ductione passiva, cum consistat
formaliter in vno respectu trans-
cendentali agentis ut dantis, &
producentis ad effectum ut da-
tum, & productum in fieri.

140

Obiectio. 2.

Et si ulterius obijcias id in quo
hoc secundo medio secunde obie-
ctionis probatur rationem coniu-
ctionis inter agens & effectum non
sumi ex parte actionis, scilicet ra-
tionem hanc non habere locum in Deo:
quia Deus non operatur actione
formaliter transeunti, quod etiam est
contra hanc rationem, quam nos ex-
plicamus: quia si actio qua Deus
operatur non transit formaliter in
effectum, sed manet in Deo, non po-
terit ex eius coniunctione cum Deo,
& cum effectu colligi coniunctio
Dei cum effectu. Respondetur pri-
mo, forte esse falsum, actionem, qua
Deus non tanquam principio quo,
sed tanquam actione producit suos
effectus, non esse formaliter trans-
euntem, de quo agendum est loco ibi
dem citato, ex prima parte. Secun-
do respondetur, quavis dicamus
actionem, qua Deus tanquam actione
operatur, non esse formaliter trans-
euntem, sed immanentem, & virtualiter
transeuntem, posse, & debere concedi

Responde-
tur 1.

Responde-
tur 2.

141

ipsam esse coniunctam effectui, non quidem per identitatem, sed per immediationem, & propinquitatem, quoniam alias non potest intelligi quomodo sit secundum suam entitatem ipsa formalis datio esse, & entitatis respectu effectus. Et hoc non repugnat rationi actionis immanentis: quia cum hac coniunctione actionis cum effectu stat ipsam actionem manere intra Deum, & esse ipsam substantiam Dei. Sicut etiam ipse Deus habet hanc coniunctionem, & nihilominus manet in se, & non dicitur transire formaliter extra in effectum.

Ad confirmationem secundum principia.

Ad confirmationem, quae in eodem secundo medio proponitur multi etiam ex schola D. Thomae negant antecedens, & potissimum propter difficultatem, quae in hac confirmatione continetur, scilicet infirmari consequentiam, qua ex eo quod Deus operatur ubique colligitur ipsum esse ubique; si admittatur posse instrumentum per se ipsum immediate producere concursu physico effectum distantem. Sed Caietanus 3. parte quaest. 13. art. 2. Conimbricenses lib. 2. physicorum, caput 2. quaest. 2. art. 2. & Franciscus Suarez, disputatione 30. metaphysicae, sectione 7. num. 20. & tom. primo tertiae partis, disputatione 31. sectione 7. admittunt hoc antecedens, & distinguunt consequens primae consequentiae. Si enim intelligatur de creatura concurrente tanquam causa principali aut virtute propria, negant consequentiam; si vero intelligatur de creatura concurrente ut instrumento Dei, concedunt consequentiam: quia satis est Deum,

Caietan. Coimbri.

Suarez.

Creatura, ut instrumentum Dei potest attingere effectum distans, sufficientem quod Deus, qui est causa principalis, illum attingat immediate.

qui est principale agens esse coniunctum effectui ut instrumentum, quod solum operatur virtute eius, possit concurrere ad eundem effectum, quamvis distet ab eo secundum locum. Et consequenter negant secundam consequentiam: & ad probationem dicunt, illam maximam: quidquid Deus potest facere per causam secundam operantem, efficienter, non vitaliter potest facere se solo, esse intelligendam de effectu, non autem de modo concurrenti ad eum: quia saepe modus concurrenti importat imperfectionem repugnantem Deo, sicut patet in modo concurrenti proprio causae secundae, qui est cum dependentia, & in nostro casu in modo concurrenti proprio instrumenti, qui est per virtutem alienam, & cum maiori subordinatione, & dependentia.

Et ego existimo, hanc solutionem posse defendi: quia quamvis nullo modo concedant illud antecedens de instrumentis agentium creatorum contra Conimbricenses, & aliquos ex Thomistis, qui ad explicandum id utuntur exemplo concursus actus phantasiae ad actum appetitus sensitivi, & actus virtutis motivae, quae est in corde, aut in cerebro ad motum externorum membrorum; tamen de instrumentis Dei facile ipsum concedam cum Caietano, & Franciscus Suarez locis citatis; & rationem discriminis explicabo statim.

Sed contra solutionem hanc est difficilis obiectio: quia in hoc casu non solum Deus, sed etiam

143

144

Obiectio.

instru-

145

instrumentum concurrat ad effectum per actionem a se procedentem, & dependentem immediate, alias instrumentum nihil efficeret, sed solum Deus ad eius presentiam: ergo sicut ex vi huius actionis, & non habita ratione immentitatis colligitur Deum esse coniunctum huic effectui, ita etiam colligitur instrumentum esse coniunctum ei.

Confirmatur: quia supposito instrumentum ita concurrere, nulla est ex rationibus adductis pro necessitate coniunctionis agentis cum effectu, excepta prima, quae non habeat eandem vim ad hoc probandum de instrumento, sicut de Deo. Et probatur: quia etiam instrumentum ita concurrens comparatur ad passum, sicut actus ad potentiam, & ad effectum, sicut terminus a quo ad terminum ad quem transit actio, & ad actionem, sicut causa efficiens ad suam causalitatem.

146

Respondetur Quando causa operatur modo sibi connaturali, debet esse immediata supposito; secus quando operatur ut in instrumentum Dei, & ratio est, quia elevatur supra proprium modum operandi.

Ad hoc argumentum concessio antecedenti neganda est consequentia: & ratio discriminis est, non colligi coniunctionem causae cum effectu ex illo modo efficiendi nisi cum causa operatur modo sibi connaturali, & Deum non posse extrahi a modo operandi, sibi connaturali, instrumentum vero posse extrahi per elevationem factam saltem a Deo, licet non ab aliquo agente creato.

Quod ut intelligatur advertendum est, naturalem modum operandi causae concurrentis per actionem a se immediate procedentem, postulare, ut haec actio tanquam eius causalitas sit ipsi immediate coniuncta, ex quo (ut dixi) sequitur etiam ipsam causam esse coniunctam effectui; & quia

Deus nulla vi, neque aliena, neque propria potest elevari supra modum naturalem operandi, ideo respectu eius valet absolute illa consequentia. At vero creatura licet cum operatur ut causa propria, & principalis non possit elevari supra hunc modum operandi: quia desineret operari ut causa propria, neque etiam cum operatur ut instrumentum agentis creati, quia

potentia agentis creati limitatur iuxta modum naturalem operandi sui instrumenti, sicut etiam est alligata certis instrumentis, & determinatae naturae, & determinati modi operandi: Tamen cum operatur ut instrumentum Dei, bene potest elevari super eum modum operandi: quia (ut recte dixit Caietanus) omnipotentia Dei, sicut non est alligata neque instrumentis, neque instrumentis certae naturae, sed sine instrumento, & per quodcumque instrumentum potest producere quemcumque effectum producibilem per instrumentum; ita etiam non est alligata modo connaturali operandi instrumenti, sed potest supplere in quocumque instrumento omnem conditionem requisitam ad modum naturalem operandi ipsius instrumenti, & ex consequenti potest elevari instrumentum non solum ad producendum effectum tanquam principium a quo procedat actio, sed etiam ad producendum sine coniunctione cum ipsa actione: quia haec coniunctio solum requiritur ad operandum modo connaturali, non vero simpliciter ad operandum; & ideo respectu creaturae non valet illa consequentia absolute, sed solum cum operatur modo connaturali.

147

Deus non potest operari in subiectum distans, quia non potest elevari, & extrahi a sua naturali operatione.

148

149

Et ex his patet solutio ad confirmationem, saltē quantum atinet ad meram rationem: quia coniunctio causæ efficiētis cum sua causalitate, atque adeo cum actione, solūm requiritur ad operandum modo connaturali, & ideò in instrumēto potest suppleri virtute Dei, non verò in ipso Deo, in quo (vt dixi) non potest habere locum eleuatio supra id, quod est ipsi naturale, siue quoad modū essendi, siue quoad modū operandi.

Ad tertium mediū principale.

Ad tertium medium propositum in hac secunda obiectione responderetur, negādo antecedēs: & ad probationem responderetur, ante mundi productionem fuisse præsuppositam coniunctionē Dei cum spatio, in quo mundus erat producēdus. Et ad obiectionem contra hoc factam respondebimus articulo vltimo huius Controversiæ, vbi explicabimus qua ratione Deus non solūm sit in rebus, sed etiam in spatijs, in quibus sunt ipsæ res, & extra hūc mundum.

150

Ad tertiam obiectionem principale.

Ad tertiam obiectionē principalem patet solutio ex conclusionibus statutis: quia in eis est explicatum quo sensu hæc ratio sit dicenda à priori, vel à posteriori. Et hæc de prima parte huius articuli.

SECUNDA PARS
ARTICVLI.

Examinatur secunda ratio.



In secunda parte examinandū est, an altera ratio, qua ex proprio modo essendi substantiæ Dei, proba-

ri solet ipsum esse in omnibus rebus, sit efficax, siue absolutè, siue precisè stando in solo lumine naturali. Et vt intelligatur difficultas proponemus prius rationem ipsam, quæ est huiusmodi: *In Deo est formaliter hic modus essendi, qui appellatur presentia in ordine ad locū: ergo Deus ratione huius modi essendi, siue huius presentie est presens omnibus rebus.* Probat hæc ratio, Deū esse in omnibus secundū id, quod vnicuique est maximè intimum, & ita vt concludatur Deum non solūm esse iuxta res, sed etiam intra ipsas: quia Deus secundū suum modum essendi eodem modo se habet ad vnamquamq; rem quoad totam suam entitatem. Hac ratione vtuntur Richardus in distinctione 37. art. 1. q. 1. Ocham eadem distinctione, quæstione vnica. §. circa secundum, Gabriel, quæstione vnica, art. 2. in probatione secundæ cōclusionis, Scotus in 2. distinctione 2. quæst. 5. §. contra hoc, & in 4. distinctione 10. quæst. 2. §. dico ergo, verficuio, & ad probationem, Gregorius de Valentia, 1. p. q. 8. puncto 1. in probatione primæ conclusionis. Et melius omnibus Franciscus Suarez, disputatione 30. metaphysicę, sectio. 7. nume. 44. Et hi omnes probant tã antecedens, quã consequentiam varijs medijs.

151

Modus essendi qui appellatur presentia in ordine ad locū est formaliter in Deo.

152

Richardus. Ocham.

Gabriel.

Scotus.

Greg. Val.

Suarez.

Probat antecedens. Greg. Vale.

Et imprimis antecedens probat primò Gregorius de Valentia, & Ocham, & alij ex Scriptura & Sanctis: nam ex Scriptura adducunt ea testimonia, quibus significatur Deum nō comprehendī hoc vniuerso, aut replere totum vniuersum; de quibus dice-

mus

153

Ocham. Gabriel.

mus articulo sequēti: & ex Sanctis ea, in quibus significatur idē, & Deum esse vbique, & in omnibus rebus, quæ partim attulimus articulo primo huius Controversiæ, & partim adducemus articulo sequenti; & aliqua ex his legi possunt apud Magistrum in 1. distinctione 37.

Secundò probat idem antecedens Ocham, & Gabriel: quia impossibile est dari rem aliquā, quæ existat à parte rei, & tamen nusquam sit, neque habeat hunc modum essendi, qui dicitur presentia in ordine ad locum.

Tertiò probat Scotus: quia omnes Theologi concedunt esse in Deo quoddam attributum, quod appellatur immensitas; & eis fauet symbolum Athanasij, vbi sic habetur: *Immensus Pater, immensus Filius, &c.* & per hanc immensitatem intelligunt presentiam illimitatam per respectum ad locum.

Suarez.

154

Vltimò probat illud antecedens Franciscus Suarez, quia ex eo quod in corporibus est presentia in ordine ad locū, & quia hæc presentia considerata precisè quoad id quod importat formaliter, & remotis imperfectionibus adiunctis ex parte subiecti materialis, non importat imperfectionem repugnantē substantiæ immateriali: colligimus conuenire substantijs immaterialibus similem presentiam in ordine ad locum: ergo eadē ratione poterimus colligere esse formaliter in Deo hanc presentiam in ordine ad locū: quia si id quod precisè importat presentiam in ordine ad locum abstrahatur à conditionibus, quæ ei adiungun-

tur ratione subiectorum, cuiusmodi sunt in corporibus extensio, & in substantijs immaterialibus limitatio, non includit aliquam imperfectionē, ratione cuius non possit esse formaliter in Deo.

Et confirmatur hæc probatio: quia omnes gradus, & modi essendi, qui sunt in creaturis sunt etiam in Deo; aut eminenter, si secundū suam rationem formalem abstractam à creaturis important imperfectionem; aut formaliter, si secundū suam rationem formalem ita abstractā nullam important imperfectionem.

Consequentiā probatur.

155

Et deinde consequentiā probant etiam prædicti autores multis medijs. Ex quibus duo tantū proponemus, quæ vidētur magis efficacia. Primum sit, quia omnia quæ sunt in Deo formaliter, saltem cum secundū proprium, & præcisum conceptum, quo ab alijs distinguuntur, important perfectionem; quod de absolutis non potest negari, inter quæ continetur hic modus essendi, important hanc perfectionem infinitam in proprio genere: vt patet discurrendo per singula, & colligitur à priori ex infinitate Dei in genere entis: ergo cum infinitas, quæ huic modo essendi, qui dicitur presentia, potest conuenire in proprio genere, sit illimitatio, & carentia termini in ordine ad locum, sequitur presentiam in ordine ad locū, quæ est in Deo, esse illimitatam, & carere termino ex parte locorum; atque adeo extendi ad omnia loca, & consequēter ad omnes res, quæ sunt in eis.

Alterum medium est, quia si in

157

Deo est, hæc præsentia vel est limitata ad unum certum locum, vel illimitata ad omnem locum. Si dicatur hoc secundum, habemus intentum: & primum dici non potest: quia nulla est ratio neque ex parte locorum, neque ex parte Dei, propter quam eius præsentia sit magis determinata ad unum locum, quam ad alium, nisi dicas fuisse ab æterno determinatam per liberam electionem Dei, sicut etiam fuit ab æterno per eandem electionem determinatum spatium, & tempus imaginariū, in quo producendus erat mundus. Quod tamen est absurdum; quia sequeretur ex eo Deum esse ab intrinseco mutabilem in ordine ad locum: quia sicut Deus liberè determinavit suam præsentiam ad illum locum, relictis alijs locis, ad quæ potuit eam determinare, ita etiam post determinationem manet simpliciter, & ab intrinseco liber ad separandum suam præsentiam ab illo loco, & ad terminandum eam ad alium locum: ergo simpliciter & ab intrinseco est mutabilis in ordine ad locum: quia eo modo, quo aliquid habet potentiam ad deferendum unum locum, & acquirendum alterum, habet etiam potentiam ut moveatur in ordine ad locum.

Obiectio.

Sed contra rationem hanc sic explicatam est difficultas: quia tota eius vis fundatur in antecedenti, & tamen antecedens nullo ex medijs propositis in eius favorem probatur efficaciter, quod de rationibus explicabitur statim, & de testimonijs videtur satis apprensus: quia ad eorum verificationem satis est Deum non

comprehendi hoc uniuerso, & implere omnia sua potentia, & providentia, & insuper non distare ab eis secundum suam substantiam, ad quæ omnia non requiritur coniunctio, aut præsentia positiva suæ substantiæ.

Prima Conclusio.

Dico primò. Si hæc ratio fundatur in antecedenti ut cognito ex diuina reuelatione habet certitudinem demonstrationis Theologicæ. In hoc ferè omnes conueniunt, & probatur: quia antecedens videtur certum secundum fidem propter testimonia Scripturæ, quæ in eius probatione diximus adduci in eius favorem, ut ostendemus articulo sequenti, & ostensum est articulo præcedenti, quantum attinet ad testimonium Sapientiæ, quod nunc explicamus. Et consequentia est euidens, ut patet ex eius probationibus, quæ euidenter conuincunt.

Secunda Conclusio.

Dico secundò. Si antecedens sumatur ut cognitum præcisè ex vi luminis naturalis, & per alia media quam per operationem immediatam immediatione suppositi circa locum, aut rem cuius respectu tribuitur Deo præsentia, non habet hæc ratio euidenciam, neque maiorem certitudinem quam probabilitatis.

Ad huius conclusionis explanationem, & probationem aduertendum est, nos supponere ut certum conuenire Deo for-

159

Illa ratio prout innitur reuelationi est demonstratio Theologica.

160

Prout innitur rationi naturali solum habet probabilitatem.

ma-

161

maliter præsentiam in ordine ad locum siue immensitatem, sumptam pro hac præsentia i. limitata in ordine ad locum: & posse hoc à nobis cognosci, & probari lumine naturali, & solum negari dari aliquod mediū propter operationem immediatam immediatione suppositi circa locum, aut res, quæ sunt in loco per quod hoc possit efficaciter probari.

Fonseca.

Et in hoc sensu admittunt hæc conclusionem Fonseca lib. 5. metaphysicæ, caput, 15. q. 9. sectione 5. §. illud porrò. Vbi quamuis admittat Deum, & substantias separatas habere semper præsentiam ad locum, & esse in illo, tamen dicit non posse hoc à nobis cognosci naturaliter nisi ex operatione, quam exercent in loco immediatè immediatione suppositi, atque ita concedit non posse naturaliter à nobis haberi certam notiam de antecedenti huius rationis per alia media, quam per operationem. Et probatur imprimis testimonio D. Thomæ, qui 1. part. q. 8. art. 1. & 2. dicit Deum esse in rebus, & in loco quatenus aut in rebus, aut in loco aliquid operatur: & cum non possit esse huius doctrinæ sensus Deum esse in rebus, aut in loco per ipsam operationem, tanquam per rationem formalem existendi in loco aut rebus, ut ostendemus articulo sequenti, sequitur sensum esse non posse à nobis cognosci esse Deum in rebus, nisi quatenus cognoscimus operari ipsum in omnibus rebus.

Probatur testimonio D. Thom.

Probatur ratione.

Et deinde probatur ratione: quia si secludamus à Deo operationem, & rationem principij huius operationis non possumus na-

turali lumine cognoscere euidenter esse aliquid in Deo, ratione cuius sit necesse ipsum importare habitudinem propinquitatis, aut distantiam localis ad res: ergo seclusa operatione transeunti, nullum est mediū, per quod nos naturali lumine possumus cognoscere euidenter Deum esse præsentem, aut coniunctum rebus secundum locum. Consequentia patet: quia præsentia, aut coniunctio secundum locum, est quædam habitudo, aut relatio propinquitatis secundum locum, saltem fundamentaliter. Et antecedens probatur: quia si à Deo secludamus operationem transeuntem, & esse eius principium solum remanet in ipso propria substantia intellecta per modum naturæ præsuppositæ ad reliqua, & intellectus, & voluntas quatenus nostro modo intelligendi sunt principia actuum intelligendi, & volendi, & ipsi actus & attributa, ubi prætermittimus Trinitatem personarum: quia loquimur de ijs, quæ naturali lumine rationis cognoscimus esse in Deo, sed nullum horum secundum propriam rationem importat villo modo habitudinem propinquitatis, aut distantiam localis ad creaturas: quia unumquodque eorum intelligitur completum, & perfectum secundum proprium conceptum sine tali habitudine, ut patet discurrendo per singula: ergo si à Deo secludamus operationem transeuntem, & rationem principij eiusdem operationis, non possumus naturali lumine cognoscere euidenter esse in ipso aliquid, ratione cuius sit necesse importare habitudinem

163

164

pro-

165

Obiectio.

propinquitatis, aut distantiae localis ad res.

Dices, esse in Deo attributum immensitatis, de cuius ratione est habitudo praesentiae ad res sine ullo termino aut limite.

Responde-

tur. Sed contra: quia nos hoc argumento non contendimus probare non esse in Deo huiusmodi attributum, sed non dari rationem aliquam naturalem seclusa operatione transeunti, quae id possit euidenter probari: & ita ad respondendum huic argumento non est factis asserere esse in Deo hoc attributum, sed oportet adducere rationem quae id probetur.

Et confirmatur: quia nulla ex probationibus antecedentis illius secundae rationis id efficaciter conuincit, ut ex eorum solutione constabit.

166

Ad secundam rationem respondetur.

Quare ad illam secundam rationem respondetur, quamuis admittatur antecedens esse verum, posse negari, probari euidenter per aliquod medium naturale secluso eo, quod desumitur ex operatione transeunti. Et ad primam probationem respondetur, testimonia Scripturae & Sanctorum non pertinere ad lumen naturale. Ad secundam respondetur, multos ex discipulis D. Tho. admittere de Deo, & de Angelis saepe esse nullibi per respectum ad locum, & solum esse in se ipsis, atque adeo non habere hunc modum essendi, qui dicitur praesentia in ordine ad locum tunc; & nos saltem de Deo concedimus seclusa operatione transeunti non posse assignari rationem aliquam naturalem ad probandum esse ponendam in ipso talem praesentiam. Et non probatur sufficienter op-

positum, ex eo quod videatur impossibile rem aliquam existere actu a parte rei, & nusquam esse ut in loco, quia videri hoc impossibile non prouenit ex aliqua repugnantia ex parte ipsius rei, quae dicitur esse nusquam, sed ex nostro modo intelligendi: nam quia pro hoc statu intelligimus immaterialia ex materialibus, de quibus iudicamus esse id impossibile, ideo videtur etiam nobis impossibile substantiam immaterialem existere actu a parte rei, & non esse alicubi.

Ad tertiam probationem respondetur, Theologos, cum dicunt esse in Deo attributum immensitatis ita sumptum, aut id supponere ut certum ex reuelatis, aut probare rationibus parum efficacibus, quales sunt haec quas dissoluimus, nisi vitetur ratio, quae sumitur ex operatione transeunti.

Ad ultimam probationem respondetur. Primo negando antecedens: quia quamuis demus Angelos non esse formaliter praesentes loco per ipsam operationem transeuntem, sed per suam substantiam (quod ego verius existimo) poterit defendi non probari efficaciter ratione naturali eos habere hunc modum praesentiae, nisi talis ratio sumatur ex operatione transeunti, sicut defenditur a Fonseca loco citato, & potest probari ratione proposita pro nostra conclusione, quamuis non tam efficaciter sicut de Deo, quod in materia de Angelis est ostendendum.

Secundo respondetur, admisso antecedenti, negando consequentiam: & ratio discriminis est duplex. Prior est: quia in an-

167

168

tece-

169

Extensio, & diuisibilitas non conuenit formaliter, & per se praesentiae locali.

recedenti supponitur imperfectionem extensionis, & diuisibilitatis non conuenire praesentiae locali, secundum propriam rationem formalem, sed solum ratione subiecti materialis, & ideo posse praesentiam abstrahi ab hac imperfectione: & hoc potest a nobis explicari, & ostendi manifesta experientia in anima rationali, cui conuenit praesentia ad corpus, quod informat, sine hac extensione, & diuisibilitate. At vero in consequenti supponitur imperfectionem limitationis ad certum, & finitum locum non conuenire praesentiae locali secundum propriam rationem formalem, sed solum ratione subiecti creati; & ideo posse praesentiam abstrahi ab hac imperfectione, & hoc nullo exemplo potest nobis ostendi, imò omnia quae in creaturis cernimus mouent ad oppositum.

Posterior ratio est, quoniam in antecedenti supponitur esse in substantia immateriali aliquid, ratione cuius sit ei necessaria haec praesentia. Quia licet ab ea separatur ratio principij operatiui actione transeunti, non potest separari potentialitas ad dependendum ab aliqua causalitate extrinseca, & ad recipiendum aliquid per eam, quoniam alias separaretur ab ea ratio entis creati: & ratione huius potentialitatis, & dependentiae intelligimus eam importare ordinem ad locum, sicut ipsa causalitas, vel actio procedens a causa extrinseca importat huiusmodi ordinem. At vero in consequenti non supponitur manere in Deo, aliquid, ratione cuius sit ei necessaria haec

praesentia: quia separatur ex suppositione ab ipso ratio principij operatiui actione transeunti, & ipse de se caret omni potentialitate passiva, quoniam haec repugnat puro actui.

Ad confirmationem respondetur, non probari, hanc praesentiam in ordine ad locum non importare secundum propriam rationem formalem imperfectionem aliquam, aut limitationis ex parte loci, aut dependentiae a loco quantum ad aliquid, ratione cuius sit necessaria huiusmodi praesentia rei, cui tribuitur. Nos vero, quia vel ex reuelatis, vel ex operatione ostendimus efficaciter conuenire Deo formaliter hanc praesentiam, colligimus ulterius eam secundum propriam rationem formalem abstractam a subiectis non importare imperfectionem.

ARTICVLVS III.

Quid sit Deum esse in omnibus rebus.

QUONIAM haecenus egimus de ijs, quae pertinent ad quaestionem, an est, scilicet de medijs, quibus ostendi potest conuenire Deo esse in omnibus rebus: Nunc consequenter est agendum de quaestione, quid est, & explicandum est, quid sit hoc quod dicimus, Deum esse in omnibus rebus.

Et quia aliqua sunt apud omnes certa, & aliqua controuersa, & dubia, ut certa ab incertis separemus supponendum est primo, Deum posse dici praesentem rebus tribus modis inter se distinctis, per ordinem ad eosdem

171

I

mo-

2

Tribus modis dicitur Deus præsens rebus, duratione, causalitate & loco.

modos præsentiæ repertos in creaturis comparatis inter se inuicem, scilicet duratione, causalitate, & loco. Nam quia Deus habet durationem coëxistentem durationi creaturæ; quamuis neque esset eius causa, neque esset ei coniunctus loco, intelligimus ipsum esse præsente eidem creaturæ secundum durationem: sicut duæ creaturæ, habentes durationes coëxistentes, dicuntur esse sibi inuicem præsentes secundum durationem: hoc est, simul duratione, quamuis neque vna sit causa alterius, neque ei coniuncta secundum locum. Et ulterius: quia Deus est causa creaturæ, quamuis distaret ab ea secundum locum, intelligimus ipsum esse præsente eidem creaturæ secundum causalitatem; quod est habere suam causalitatem terminatam ad eandem creaturam: sicut etiã in creaturis, quando vna agit in aliam quamuis loco distet ab ea, dicitur ei præsens secundum causalitatem. Et tandem: quia Deus habet suam entitatem, & substantiam coniunctam, & propinquam entitati creaturæ secundum locum; dicitur ei præsens secundum locum.

3

Et quamuis hæc præsentiæ in omnibus postulet præsentiæ durationis, (quia quæ non habent durationem non habent existentiam, & ex consequenti neque sunt in loco, neque sunt sibi præsentiæ secundum locum) & in Deo supponat præsentiæ causalitatis respectu creaturæ, (quia creatura neque existit, neque est in loco nisi per Dei causalitatem & influxum) tamen valdè distinguitur ab vtraque præsentiæ:

quia secundum propriam rationem non attenditur secundum durationem, neque secundum habitudinem causæ, & effectus, sed præcise secundum locum.

Explicatur autem hic modus præsentiæ in Deo, per esse in rebus, & non per esse propinquum rebus, sicut in creaturis. Quia Deus non dicitur præsens rebus per extrinsecam iuxtapositionem, sed per illapsum quendam intrinsecum, quo Deus est vnitus vnique rei secundum id quod est ipsi maximè intimum.

Secundò supponendum est, quòd, sicut cœpimus dicere articulo præcedenti in probatione conclusionis, hæc præsentiæ habet modum vnionis inter Deum & res quibus dicitur præsens. Et ideò sicut in vnione duorū corporum possumus cōsiderare tria, scilicet relationem vnionis, & fundamentum huius relationis, (quod est contactus immediatus ipsorum corporum, secundum proprias entitates, & appellatur vnio fundamentalis quasi in actu secundo, & exercito) & id quod in vnoquoq; eorum est, quo tangit, aut potest tangere alterum: (quod est propria quãtitas, & appellatur vnio fundamentalis per modum actus primi: quia præsupponitur ad actuale contactum, sicut quo, & sicut actus primus, & potest ab eo separari) Ita proportionaliter sunt hæc tria distinguenda in hac præsentiæ, qua Deus dicitur esse in omnibus rebus; ita vt detur relatio præsentiæ in vtroque extremo, quæ & dicatur præsentiæ relatiua; & fundamentum huius relationis, quod sit actualis cōtactus immediatus

4

In vnione duorū corporum tria reperitur, scilicet relatio vnionis, fundamentum relationis, & id quod vnũtur.

5

inter

6

inter Deum, & creaturas secundum proprias entitates; quod etiam appellatur præsentiæ fundamentalis quasi in actu secundo & in exercitio: & tandè id quod in Deo, & in creaturis est, quo se tangunt, aut possunt tãgere; quod etiam appellatur præsentiæ fundamentalis per modum actus primi. Quia etiam comparatur ad actualem cōtactus per modum principij quo, & potest ab eo separari saltè ex parte Dei, vt ante productionem creaturarum.

Relatio vnionis in Deo est relatiua, in creaturis vt realis.

7

His suppositis primò certum est apud omnes præsentiæ relatiuam esse in Deo relationem rationis, & in creaturis relationem realem.

Et probatur: quia ex parte creaturarum hæc relatio habet totum quod requiritur vt sit realis, & ex parte Dei non habet sufficiens fundamentum, neq; capacitatem: quia neque Deus est eiusdem ordinis cum creaturis, neq; est capax alicuius forme realis, siue absolutæ, siue relatiuæ aduenientis ipsi de nouo, & ex tempore. Dico autem esse hoc certum apud omnes: quia omitto paucos quosdam ex Nominalibus; qui cōtendant relationes Dei ad creaturas esse reales.

Fundamentum huius relationis est, entitas substantialis Dei, & creaturæ.

Secundò certum est extrema quibus conuenit præsentiæ fundamentalis in exercitio, siue in actu secundo, esse Deum, & creaturas, secundum proprias entitates: ita vt ipsa substantia Dei sit id quod tanquam quod est præsens creaturæ secundum locum, & ex consequenti tangit eam contactu actuali, in quo consistit hæc vnio fundamentalis.

Et probatur, quoniam aliàs

8

Deus nõ diceretur esse in rebus denominatione intrinseca, & per suam entitatem, sed denominatione extrinseca, scilicet scripta ab aliquo existente extra ipsum, & tangente creaturas.

Difficultas huius Controversia consistit in assignando ad quo Deus se vnit circa vnus.

Sed quãuis hæc certa sint, dubium est, & valdè controuersum quid sit id quod ex parte Dei se habet tanquã quo, & vt actus primus respectu huius vnionis fundamentalis in exercitio, ad eum modum quo quãtitas mollis est id quo corpora se tangunt. Et in hoc sunt variæ sententiæ.

Prima sententia Richardus.

Prima est Richardi in 1. dist. 37. art. 1. quæst. 1. vbi dicit Deum ratione suæ infinitatis positiuæ esse in omnibus rebus. Et quia in infinitate est summa simplicitas, ideò ita esse in omnibus rebus, vt in qualibet sit totus.

9

Probat.

Et probat hoc, quantũ ad existentiam in omnibus rebus esse ex ipsa ratione infiniti positiuæ, quæ est continere omnia, atque adeò esse in omnibus tanquã cōtinens in contento. Et quantum ad modum existendi in rebus, scilicet ita vt totus sit in qualibet re, ex ratione summæ simplicitatis, quæ est carere omnino partibus; atque adeò esse vbicunque fuerit sine vlla diuisione, aut exclusionem partium.

Secunda sententia Aureoli.

Secunda sententia est Aureoli in primo dist. 37. art. 1. §. quinta demum proposita. Vbi dicit duo: primum est, id, ratione cuius Deus dicitur esse præsens, & intimus omnibus rebus; si præcise, & formaliter consideretur, non esse aliquid positiuum, siue absolutum, siue relatiuum existens in Deo, & multò minus extra Deum. Secundum est, esse

nega-

10

Primum probatur.

negationem distantiae, & elongationis ab omnibus rebus.

Primum probatur: quia id quod est extra Deum, non potest esse id quo Deus intrinsecè, & secundum suam entitatem est coniunctus, & praesens creaturis. Et id quod est id in Deo, vel est relatio, vel aliquid absolutum. Si sit relatio, vel erit relatio in communi, & haec non potest determinate esse ratio praesentiae; vel relatio causalitatis, & neque haec potest esse ratio praesentiae secundum locum: quia non respicit locum, sed effectum: vel est in particulari relatio praesentiae, & propinquitatis localis; & haec praesupponit fundamentum; scilicet contactum entitatum actualem: atque adeo non potest esse ratio huius contactus, & coniunctionis. Si verò sit aliquid absolutum multò minus potest esse ratio praesentiae, & coniunctionis secundum situm: quia omne absolutum quod est in Deo abstrahit ab ordine ad situm: ergo non potest esse ratio simultatis, aut praesentiae secundum situm: quia ea quae sunt simul in aliquo, verbi gratia in causalitate, aut duratione, aut situ, & id quod est ratio, ut sint in eo, simul debent convenire in habitudine ad id, in quo sunt simul.

11

Secundum probatur.

Secundum etiam probatur. Tum à sufficienti partium enumeratione: quia si debet assignari aliquid quod sit ratio tanquam quo huius praesentiae, & hoc non est aliquid positivum, siue absolutum, siue relatum, neque in Deo, neque extra Deum: restat, ut sit aliquid negativum: & hoc non potest esse aliud quam negatio distantiae. Tum etiam: quia haec

negatio distantiae est aliquis modus praesentiae, vel ratio alicuius praesentiae, & non alterius quam localis.

Tertia sententia est Capreoli, Caietani, Sylvestri, & Ferrarientis locis citatis. art. praecedenti, & ferè omnium recentiorum Thomistarum exponentium Divinum Thomam 1. p. q. 8. Qui dicunt, rationem tanquam quo huius praesentiae fundamentalis ex parte Dei, esse operationem transeuntem, qua aliquid efficit, aut conservat in rebus, quibus est praesens. Ita ut seclusa hac operatione Deus nullam habeat praesentiam positivam in ordine ad locum, sed solum sit indistans negativè ab omni loco, & ab omni spatio.

Et probatur haec sententia primò autoritate D. Thomae. Nam 1. parte, quaest. 8. articulo primo in corpore, ita inquit: *Deus est in omnibus rebus, non quidem sicut pars essentiae, vel sicut accidens, sed sicut agens adest ei, in quod agit.* Et in solutione ad primum, sic ait: *Deus est in omnibus rebus, ut creans omnium esse.* Et articulo secundo sequenti, in fine corporis, inquit, Deum replere omnia loca per hoc quod dat esse omnibus locatis, quae replent omnia loca. Et art. 3. in principio corporis referens tres modos quibus Deus est in re aliqua, inquit: *Unum esse quo est per modum causa agentis, & sic esse in rebus creatis ab ipso.* Et in fine eiusdem corporis inquit, Deum esse in omnibus rebus in quantum adest omnibus, ut causa essendi. Et in solutione ad primum inquit, Deum substantia sua adesse omnibus, ut causa essendi.

12

Tertia sententia. Capreol. Caiet. Sylvester. Ferrar. Thom.

13

Probatur autoritate D. Thom.

Ex

14

Probatur ratione.

Ex his autem modis loquendi videtur aperte colligi: Deum habere actu hanc praesentiam fundamentalem in creaturis in quantum in eis operatur; atque adeo operationem esse rationem formalem, & id quo Deo convenit habere actu hanc praesentiam.

Secundò probatur ratione: quia operatio est id quo Deus attingit immediatè creaturas: ergo etiam est id quo Deus est praesens creaturis fundamentaliter. Consequentia patet, ut dixi in secunda suppositione. Praesentia fundamentalis consistit in contactu immediato inter Deum, & creaturas: Ergo idem est ratio formalis, & tanquam quo respectu praesentiae fundamentalis, & respectu contactus. Antecedens probatur, quia omnis contactus sit media aliqua quantitate, tanquam quo, & idè sicut quantitas est duplex, scilicet mollis, & virtutis: ita contactus est duplex: unus proprie dictus, qui fit per quantitatem mollis; & alter metaphoricè dictus, qui fit per quantitatem virtutis: non quomodocunque sumptam, sed pro actione transeunti: Ergo cum Deus non possit tangere creaturas per quantitatem mollis (quoniam caret ea) sequitur solum posse tangere eas per quantitatem virtutis, atque adeo per actionem transeuntem in eas.

Confir.

Confirmatur, quia Divinus Thomas. 1. part. quaest. 8. art. 2. in responsio. primi inquit. *Incorporalia non esse in loco per contactum quantitatis dimensivae sicut corpora, sed per contactum virtutis.* Et in solutione secundi hoc

15 Quantitas duplex.

magis explicans, & loquens de indivisibili, quod est extra totum genus continui, cuiusmodi est Deus, ita inquit: *Tale indivisibile non applicatur ad continuum, sicut aliquid eius: sed in quantum contingit illud sua virtute.* Unde sequitur, quod virtus sua se potest extendere ad unum, vel multa, ac parvum, vel magnum, secundum quod est in uno, vel pluribus locis, & in loco parvo, vel magno.

Ultimò nihil est ex parte Dei quo ipse Deus importet ordinem ad situm, & locum, praeter operationem transeuntem in locum: ergo etiam nihil est, quo Deus sit simul loco, & situ cum creaturis: quod est esse praesentem eis fundamentaliter praeter eandem operationem. Antecedens probatur, quia habere firmum est proprium rerum corporalium; atque adeo res incorporeales non possunt habere situm: neque importare ordinem ad ipsum nisi per aliquid corporeum tanquam quo; & ex parte Dei nihil est corporeum praeter hanc actionem transeuntem. Et consequentia probatur, quia, ut dixi in opinione Aureoli, ea quae sunt simul loco, & situ debent convenire in hoc, quod est habere locum, & situm: Et ex consequenti nihil potest esse ratio, & tanquam quo, ut aliqua sint simul secundum situm; nisi etiam importet ordinem ad situm saltem tanquam quo.

Prima conclusio.

INFINITAS positiva Dei non est ratio, & tanquam quo, ut Deus habeat actu, & in exercitio praesentiam fundamentalem in omnibus rebus.

Infinitas positiva Dei non est id quo Deus servit creaturis.

H Hac

16

17

18

Hæc statuitur contra primam sententiam, & admittitur ferè ab omnibus Theologis. Et probatur facile, quia vel per infinitatē positivam intelligitur infinitas quasi extensionis in ordine ad locum, vel infinitas intensiois, aut perfectionis in genere entis. Primum apertè est contra ipsam sententiam: Tum, quia per infinitatem positivam Dei, loquendo absolutè, & sine addito, non intelligitur infinitas in ordine ad locum, sed infinitas simpliciter, & in genere entis. Tum etiam, quia in ipsa sententia dicitur, in infinitate, de qua est intelligenda, contineri summam simplicitatem. Quod proculdubio nō potest intelligi de infinitate extensionis in ordine ad locum. Quia hæc benè potest intelligi sine sūma simplicitate, ut in corpore infinito. Et secundum dici non potest, quia infinitas perfectionis solūm consistit in carentia termini ex parte perfectionis, atque adeo distinguitur ab infinitate in ordine ad locum; quæ consistit in carentia termini ex parte loci. Ergo nō potest esse ratio existendi ubique, & in omnibus rebus, quia existere ubique importat infinitatē in ordine ad locum.

Confirmatur, quia maior perfectio non est ratio existendi in maiori loco; ut maior intensio, aut perfectio caloris non est ratio existendi in minori loco quā minor intensio: ergo neque infinita perfectio est ratio existendi in infinito loco: quia sicut se habet magis ad magis; ita se habet infinitum ad infinitum.

Secunda conclusio.

20

RATIO, & id quo Deus est in omnibus rebus, non est ex parte Dei sola negatio elongationis, aut distantie ab ipsis rebus. Hæc statuitur contra secundam sententiam, & admittitur etiam ferè ab omnibus.

Id, quo Deus se vnit creaturis non est sola negatio indistinctia.

Et probatur, quia omnis negatio alicuius formæ, ut conveniat alicui subiecto præsupponit in eo aliquid positivū ratione cuius ei cōveniat. Ut quia negatio visus convenit lapidi præsupponit in eo propriam naturā positivam tanquam rationē propter quā ei conveniat: & idem est de alijs negationibus. Ergo si Deo convenit negatio distantie à rebus, præsupponit in ipso aliquid positivū tanquam rationē propter quā ei conveniat: & ex cōsequenti hæc negatio non est prima ratio præsentie Dei in rebus; sed illud positivū quod præsupponit.

21

Tertia conclusio.

ACTIO transiens ad creaturas, non est ex parte Dei ratio formalis unionis fundamentalis cū creaturis sumptæ in exercitio, & quasi in actu secundo, siue id quo Deus est actu præsens fundamentaliter creaturis ad eū modum quo quantitas mollis est id quo vna substantia corporea est actu præsens, & unita fundamentaliter alteri.

Actio transiens ad creaturas non est quo Deus se illis vnit

Hæc statuitur contra tertiam sententiam, & admittitur ab Scotus, Gabriele, Molina, Francisco Suarez locis citatis articulo præcedenti, & ferè ab omnibus qui defendunt probari efficaciter

Scotus. Gabriel. Molina. Suarez.

præsen-

22

præsentiam Dei in omnibus rebus, ex eius operatione immediata immediatione suppositi, circa easdem res; præterquam à Thomistis citatis, qui non valuerūt explicare vim huius rationis; nisi supponendo operationem esse id quo Deus est actu præses, & coniūctus creaturis. Quod tamen non est necessarium: quia ratio illa respectu huius unionis fundamentalis in exercitio non est à priori tanquam ex formali, & quoad materiale, & quod: sed tanquam ex conditione necessario præsupposita, ut sit alterum extremū huius unionis: scilicet creatura, ut dictū est articulo præcedenti in priori parte secundæ cōclusionis. Et ideò sicut ex actione immediata immediatione suppositi, qua agens creatū producit aliquem effectum, colligitur tale agens esse actu coniūctum effectui, & colligitur à priori tanquam ex conditione necessario requisita, ut effectus sit; atq; adeo, ut unio agētis cum ipso sit actu: & tamē huiusmodi actio nō est id quo agens est actu coniūctum effectui: ita etiam ex actione immediata Dei potest colligi eius præsentia actualis in creatura, & colligi à priori tanquam ex conditione eodem modo requisita; quamvis talis actio nō sit id quo formaliter Deus est sic præsens, & coniūctus creaturis.

Probatur.

Et probatur hæc cōclusio primo; quia operatio nō est id quod se habet ex parte Dei tanquā quo per modū actus primi respectu coniunctionis ipsius Dei cū creaturis: ergo neq; est id quo Deus actu, & in exercitio coniungitur creaturis, aut attingit eas imme-

24

diatè. Consequentia probatur, quia in omni unione fundamentalis idem est quod se habet ut quo per modū actus primi, & ut quo in ipso exercitio unionis: vel idē est quo proximè potest unū extremum attingere alterum, & quo actu attingit ipsum. Sicut in unione corporum eadem quantitas se habet ut quo, per modū actus primi, & in exercitio unionis: quia eadē quantitas est id quo unū corpus potest attingere alterum, & quo actu, & in exercitio attingit ipsum. Et antecedēs potest probari omnibus argumentis, quibus articulo præcedenti probauimus secundam partē secundæ conclusionis: scilicet rationem, quæ sumitur ex operatione, non esse à priori respectu præsentie fundamentalis sumptæ per modum actus primi: quia præsentia fundamentalis sumpta per modū actus primi idem est, atque id quod ex parte Dei se habet tanquam quo, ut actus primus respectu coniunctionis Dei cum creaturis.

25

Et deinde probatur quia Deus per suā substantiam coniungitur in exercitio creaturis: ergo id quod se habet tanquam quo per modū actus primi respectu huius coniunctionis pertinet ad eius substantiam. Et ex consequenti non est actio transiens. Probatur, quia si huiusmodi actio sit formaliter transiens non est in Deo, sed extra ipsum in effectu. Si verò sit tantū virtualiter transiens non pertinet secundū hanc rationē præcisè sumptā ad eius substantiā: sed pro Dei voluntate potest adesse ipsi: ut cū actu operatur, & abesse, ut si nihil operetur.

2. probatur

H 2

Secundò

26

Secundò probatur hæc conclusio, ex quo magis confirmabitur præcedens argumentum: Quia Deum esse unitum, & præsentem fundamentaliter non est formaliter habere esse agentis immediati respectu creaturarum, sed habere esse coniuncti, & uniti per suam substantiam creaturis: ergo id quo formaliter Deus est ita unitus, & præsentis creaturis non est actio immediata immediatione suppositi in ipsas creaturas. Consequètia probatur: quia inter quod, ut materiale formaliter constitutum, & quo, ut formale constituens, debet esse proportio, ita ut quod, non sit extra rationem formalem quo, & actio immediatè non importat formaliter rationem immediationis secundum substantiam in ordine ad locum: sed rationem immediationis in agendo: quæ rationes sunt inter se distinctæ. Et antecedens probatur, primò ex Scriptura. Nam. 3. Regum. 8. sic habetur: *Si enim cælum, & cæli cælorum te capere nò possunt*, & in hoc loco Sapientiæ quæ explicamus: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*, & Ieremiæ. 23. *Cælum, & terram ego impleo*. Quibus locis fit sermo de hac præsentia Dei in rebus; & tamen non significatur Deum habere esse agentis immediati, respectu omnium rerum, sed habere suam substantiam ita intimè unitam omnibus creaturis, ut per eam omnia repleat.

Deinde probatur ex Sanctis, qui ad hoc propositum multa dicunt. Et quia multa eorum testimonia videri possunt apud Theo-

3. Reg. 8.

Ierem. 23.

logos citatos, & peculiariter apud Gregorium de Valentia; solum referam aliqua ex Augustino, & Diuo Thoma. Et imprimis Augustinus tomo 2. epistola. 53. quæ est ad Dardanum, in solutione primæ quæstionis, ut explicet modum, quo Deus sit præsentis omnibus rebus, & ubique, utitur exemplo qualitatis; verbi gratia sanitatis corporeæ, aut albedinis, quæ quoad perfectionem intensivam est tota secundum suam entitatem in toto subiecto, & tota in qualibet parte eius: & inquit: *Qualitas corporis, qua sanitas dicitur, cum sanum corpus est totum, tanta est in maioribus, quanta in minoribus partibus: non enim quæ minus magna sunt, idè minus sana sunt; aut quæ ampliores, idè saniores. Absit ergo, ut quod potest in corpore qualitas creati corporis, non possit in se ipsa substantia creatoris. Est ergo Deus per cuncta diffusus*. Et statim adducit ea testimonia Scripturæ, quæ proposuimus, & alia, in quibus significatur Deum esse ubiq;: & reddit rationem hanc communè, *Quia substantialiter Deus est ubique diffusus*. Et tomo. 1. libro 7. confession. cap. 5. ut explicet Deum ita esse in omnibus creaturis, ut non contineatur ab eis, sed sit extra eas, & excedat eas; cõparat vniuersas creaturas spõgiæ magnæ sed finitæ. & Deum mari infinito ambienti ipsam spongiam, & penetranti eam quoad omnes eius partes: & sic alloquitur Deum: tanquam si mare esset ubique, & vndique per immensa spatia, infinitum solum mare, & haberet intra

28

August.

29

se

30

se spongiam quâlibet magnam, sed finitam tamen, plena esset spongia illa ex omni parte sua immenso mare: *Sic creaturam tuam finitam, te infinito plenam putabam, & dicebam: Ecce Deus, & ecce qua creabit Deus, & ecce quomodo ambit, & implet ea*. Quo exemplo apertè significat Augustinus, Deum per suam substantiam esse intimè unitum creaturis: Tum, quia sic esset illud mare unitum spongiæ: tum etiam, quia aliàs non posset esse verum creaturam esse plenam Deo: cum ad hoc non sufficiat pendere à Deo, ut dante, & conseruante ei suam entitatem.

D. Thom.

31

Et præterea Diuus Thomas 1. part. quæstion. 8. articulo. 2. in solutione secundi argumèti, explicans modum, quo Deus quâuis sit indiuisibilis, sit in omnibus rebus, & ubique: sic ait: *Aliud autem indiuisibile est, quod est extra totum genus continui: & hoc modo substantia incorporea, ut Deus, Angelus, & anima dicuntur esse indiuisibiles. Tale igitur indiuisibile nò applicatur ad continuû sicut aliquid eius: sed in quantum contingit illud sua virtute*. Vbi Diuus Thomas per contactum virtutis non intelligit contactum, qui sit media actione procedenti à virtute operatiua Dei, & transeunti in effectum. ut probatur ex exemplo animæ nostræ, quæ tangit corpus per propriam substantiam, informando ipsum, & non media aliqua actione: sed intelligit contactum, qui sit per unionem substantiæ talis indiuisibilis ad continuum. Et quia

32

nos intelligimus hunc contactum per aliquam causalitatem, quam substantia huius indiuisibilis exerceat circa continuû: idè ipsam substantiam appellat virtutem, & eius contactum appellat contactum virtutis. Quare Diuus Thomas ibi apertè significat huiusmodi indiuisibile vniri continuo, & rebus, per propriam substantiam immediatè. Et in solutione tertij ut explicet quomodo Deus sit totus in toto, & totus in qualibet parte, utitur exemplo qualitatis corporeæ supra adducto, ex Augustino: & ita inquit. *In substantiis incorporeis non est totalis nec per se, nec per accidens, nisi secundum perfectam rationem essentia. Et idè sicut anima est tota in qualibet parte corporis: ita Deus totus est in omnibus, & singulis*. Vbi D. Tho. quia utitur exemplis qualitatis corporeæ, & animæ nostræ, & quia dicit Deum totalitate essentiæ esse in rebus omnibus, & singulis: videtur apertè significare Deum per suam substantiam esse immediatè unitum rebus. Et articulo. 4. in fine corporis sic ait. *Quotcumque loca ponantur oportet, quod in quolibet sit Deus, non secundum partem, sed secundum se ipsum*.

Et demum potest hoc antecedens confirmari ratione; quia nisi Deus per suam substantiam, ut quod, immediatè sit coniunctus creaturis, solum diceretur coniunctus eis denominatione extrinseca.

(.i.)

(i)

H 3

Vbi-

34

Ultima conclusio.

Id, quo
Dens est
presens om-
nibus crea-
turis est, qui
da modus
essendi ip-
sius Dei,
qui est in-
finitas in
ordine ad
locum.

ID, quod ex parte Dei se habet tanquam quo, per modum actus primi respectu unionis fundamentalis Dei cum omnibus rebus sumptæ in exercitio; siue id, quo Deus est actu presens omnibus rebus, est quidam modus essendi ipsius Dei, qui est infinitas in ordine ad locum.

Ad huius conclusionis explanationem, & probationem aduertendum est, distingui in Deo secundum rationem nostram quatuor modos infinitatis: Scilicet perfectionis, potentiaæ actiuæ, in ordine ad durationem, & in ordine ad locum.

Et vniuscuiusque harum infinitatum propria ratio poterit explicari ex communi ratione infinitatis. Nam sicut ratio infinitatis in communi explicatur per carentiam termini, quauis sit positua: ita ratio propria infinitatis perfectionis explicabitur per carentiam termini ex parte perfectionis. Et ratio infinitatis potentiaæ actiuæ per negationem termini ex parte effectus. Et ratio infinitatis in ordine ad durationem per negationem termini ex parte durationis. Et ratio infinitatis in ordine ad locum per negationem termini ex parte loci. Et de hac vltima infinitate intelligitur nostra conclusio. Ita vt sensus eius sit, Deum ratione huius infinitatis esse actu presentem, & coniunctum secundum locum omnibus rebus. Sicut ratione infinitatis in ordine ad durationem, est actu presens secundum

35
Quatuor
modi infi-
nitatis po-
nuntur in
Deo.

durationem eisdem rebus.

Et probatur primò auctoritate D. Thomæ, qui concedit hæc duo: scilicet in Deo esse hanc infinitatem in ordine ad locum; & ratione eius Deum esse in omnibus rebus, & vbi que. Nam. 1. part. quæstion. 8. in titulo aut proæmio quæstionis sic ait. *Quia verò infinito conuenire videtur, quod vbi que, & in omnibus sit; considerandum est utrum hoc Deo conueniat.* Vbi Diuus Thomas apertè docet secundum ex illis duobus, quæ proposuimus: scilicet ex infinitate Dei colligi eius presentiam in omnibus rebus, & vbi que. Et probatur ostenditurque apertius primum: scilicet ipsum loqui determinatè de infinitate in ordine ad locum. Tum ex titulo quæstionis septimæ præcedentis: vbi Diuus Thomas proponens materiam explicandam in ea quæstione, & in octaua, de qua agimus, sic ait: *Considerandum est de eius, scilicet Dei, infinitate, & de existentia eius in rebus. Attribuitur enim Deo quod sit vbi que, & in omnibus rebus, in quantum est incircumscribibilis, & infinitus.* Quibus verbis significat Diuus Thomas radicem huius presentiaæ, de qua agit, & de qua ipse acturus erat quæstione sequenti, esse infinitatem non quamcunque, sed incircumscriptionis: quæ non potest explicari nisi per carentiam termini circumscribentis; atque ad eò ex parte loci.

Tum etiam, quia ibi Diuus Thomas non loquitur de infinitate perfectionis: quia egerat de ea, quæstione. 7. articulo. 1.

36
D. Thom.

37

neque

38

neque de infinitate secundum durationem; quia erat acturus de ea, quæstione. 10. articulo. 2. neque de infinitate potentiaæ actiuæ; quia etiam erat de ea acturus, quæstione. 25. articulo. 2. Quare superest, vt loquatur de infinitate in ordine ad locum.

Probatur
ratione cõ-
clusio.

Secundò probatur ratione; quia in Deo est formaliter infinitas in ordine ad locum: ergo Deus ratione huius infinitatis tanquam quo, est presens, & coniunctus omnibus rebus secundum locum. Consequentia probatur: quia in rebus creatis id quo limitantur in ordine ad locum, scilicet quantitas, est id quo sunt presentes loco definito, & limitato. Ergo etiam in Deo id quo est illimitatus in ordine ad locum, scilicet hæc infinitas, est id quo presens est omnibus rebus, & omnibus locis. Tum etiam, quia in Deo infinitas in ordine ad durationem, est ratio, & id quo est presens omnibus rebus secundum durationem: ergo etiam infinitas in ordine ad locum, est ratio, & id quo est presens omnibus rebus secundum locum. Et antecedens probatur ex communi consensu Theologorū, qui concedunt esse in Deo quoddam peculiare attributum distinctum à reliquis eo genere distinctionis, quo reliqua distinguuntur inter se; quod appellant immensitatem, & per hanc immensitatem intelligunt infinitatē. Quia sicut infinitum dicitur quod caret fine: ita immensum appellatur, quod caret mensura, quod est carere fine, & termino. Et nõ

39

In Deo est
immensitas.

possunt intelligere infinitatem perfectionis in genere entis; quia hanc appellant infinitatem per essentiam; neque infinitatem potentiaæ actiuæ, quia hanc appellant omnipotentiam; neque infinitatem durationis, quia hanc appellant æternitatem. Quare necesse est, vt intelligant infinitatem in ordine ad locum.

possunt intelligere infinitatem perfectionis in genere entis; quia hanc appellant infinitatem per essentiam; neque infinitatem potentiaæ actiuæ, quia hanc appellant omnipotentiam; neque infinitatem durationis, quia hanc appellant æternitatem. Quare necesse est, vt intelligant infinitatem in ordine ad locum.

Dices, Theologos per hanc immensitatem non intelligere modum essendi positium, quæ nos appellamus infinitatem in ordine ad locum, sed negationem distantiaæ. Sed contra; quia vel negatio distantiaæ sumitur pro habitudinis omnis posituaæ negatione ad locum, vel determinatè pro negatione habitudinis, quæ est distantia. Si dicatur primò, sequitur Deum ratione illius negationis non magis esse coniunctum rebus secundum locum, quàm distantem ab eis, quia illa negatio (cùm cõsistat in abstractione ab omni habitudine ad locum) æqualiter abstrahit ab vtraque habitudine ad locum, scilicet ab habitudine propinquitatis, & distantiaæ. Et ex consequenti Deus ratione eius non magis dicitur propinquus rebus, quàm distans ab eis.

Et ex hoc sequitur vltèrius, Deum ratione illius negationis non posse dici immensum, sicut nec infinitum: quia ratione eius nihil habet, aut respicit, ex parte cuius careat termino: sed solum posse dici abstractum ab omni habitudine positua ad locum; quod etiam tribuit multi subiectis imma-

40

Obiectio.

Respondetur

41

H 4

riali-

42

rialibus creatis, si secundum se considerentur.

Si verò dicatur secundum, potest contra obijci id, quod in probatione secundæ conclusionis obiecimus contra secundam sententiam: scilicet omnem negationem alicuius formæ determinatæ, ut conueniat alicui subiecto præsupponere in eo aliquid positium, ratione cuius ei conueniat. Atque adeò negationem hanc distantia respectu cuiuscunque loci præsupponere in Deo aliquid positium: quod non potest esse aliud, quàm hæc infinitas in ordine ad locum, de qua nunc loquimur.

Obiectio.

Et si contra hoc obijcias id, quod nos in probatione primæ conclusionis obiecimus contra primam sententiam. Scilicet hanc infinitatem non esse extensionis, quia in Deo non est extensio; atque adeò debere esse intensiois; & infinitatem intensiois non importare ordinem ad locum, ut in eadem probatione ostensum est.

Respondetur

Respondetur, esse infinitatem cuiusdam extensionis, non formalis, quoniam hæc repugnat Deo, sicut habere partes, sed virtualis in ordine ad locum, & explicari per hoc, quod est præstare in ordine ad locum totum id quod extensio formalis potest præstare; remotis tamen imperfectionibus. Sicut etiam dicimus æternitatem esse extensionem quandam virtualem in ordine ad durationem, & explicamus eam per hoc quod est posse præstare in ordine ad durationem totum id, quod duratio, quæ formaliter

In Deo est infinitas extensionis virtualis.

sit extensa, & habeat partes, potest præstare, remotis etiam imperfectionibus. Quare cum in hac conclusione dicimus, infinitatem in ordine ad locum, esse rationem huius præsentia, non loquimur de ipsa infinitate sumpta præcise, ut infinitas est: sed per eam intelligimus extensionem hanc virtualement in ordine ad locum; quæ quia est infinita, est ratio ut hæc præsentia nullum habeat terminum ex parte rerum, ad quas extenditur.

44

Ex hac conclusione sequuntur tres quasi proprietates huius præsentia Dei in rebus sumptæ in exercitio. Prima est indiuisibilitas. Nam quia ratio huius præsentia est ex parte Dei aliquid formaliter indiuisibile, & inextensum, & virtualiter tantum extensum: ideò quamuis omnes res corporeæ sint actu diuisibiles, & extensæ, Deus erit in eis modo indiuisibili; atque adeò erit totus in omnibus, & totus in singulis earum partibus.

Tres proprietates præsentia diuina in rebus.

45

Secunda proprietas est, illimitatio in ordine ad ipsas res. Nam quia extensio virtualis, quæ est in ordine ad ipsas res ratio huius præsentia, est finita: ideò quamuis re ipsa Deus non sit actu præsens rebus, nisi cum actu sunt, atque adeò finitis, & limitatis, quoad extensionem: tamẽ præsentia Dei nõ limitatur ex parte ipsarum rerum: Quia ita extenditur ad res, quæ de facto sunt; ut possit extendi simul, & sine vlla sui mutatione, ad plures alias sine termino si habeant esse.

Tertiã proprietã est, necessitas

ex

46

ex suppositione productionis rerum. Nam quia hæc extensio virtualis conuenit Deo secundum suam substantiam, & sine subordinatione ad libertatem suæ voluntatis: ideò quamuis liberam sit Deo producere creaturas: tamen supposito quod eas producat, non est ipsi liberum non esse eis actu præsentem per suam substantiam; non solum respectu causalitatis, sed etiam sine respectu ad eam, ita ut si per impossibile creaturæ producerentur sine Dei concursu, Deus esset eis actu præsens, quauis, ut dixi, non possit cognosci à nobis euidenter naturali lumine hæc præsentia nisi ex operatione.

47

Ad fundamentum primæ sententia

Ad fundamentum primæ sententia.

Respondetur, infinitum positum si abstrahatur ab hac infinitate in ordine ad locum, non continere omnia, continentia virtuali, & eminentiali, & ideò non esse necessarium, ut sit eis coniunctum in ordine ad locum.

Ad fundamentum secundæ sententia.

Ad fundamentum secundæ sententia.

Quoad priorẽ partem respondetur, hanc infinitatẽ, quam dicimus in Deo esse rationem coniunctionis cum rebus in ordine ad locum, esse quendam modum essendi absolutum.

In quo consistat situs formaliter.

Et ad id, quod contra hoc obijcitur concedimus omnia quæ sunt in Deo, pro ut sunt in ipso, abstrahere ab ordine ad situm

proprie sumptum. Quia situs proprie sumptus consistit in dispositione totius, resultante ex collocatione partium in ordine ad locum. Et ideò neque reperitur in Deo, neque in vlla re carente partibus; cuiusmodi sunt omnes res immateriales. Et consequenter concedimus, nihil eorum, quæ sunt in Deo, esse rationem præsentia secundum situm: verum negamus sequi ex hoc non posse id, quod est in Deo, esse rationem præsentia secundum locum, quia præsentia secundum locum non requirit partes in re, quæ dicitur præsens: sed solum coniunctionem propriae entitatis cum loco. Et ex hoc manet soluta posterior pars huius fundamenti, quæ sumitur à sufficienti partium enumeratione.

48

Præsentia secundum locum nõ requirit partes in re quæ est præsens.

Ad argumenta tertiæ sententia.

49

Ad primum argumentum tertiæ sententia respondetur, omnia illa testimonia Diui Thomæ præter tertium, conuenire in hoc, quod in eis dicitur, Deum esse in rebus, ut causam efficientem eas, & earum esse, & ita omnia admittere eandem explicationem: scilicet Diuum Thomam loqui de eo, ex quo nos cognoscimus Deum esse præsentem rebus: quia hoc est operatio immediata in ipsas res, ut explicui secunda parte articuli præcedentis, non verò de eo quod se habet tanquam quo, respectu huius præsentia

Ad primum tertiæ sententia.

H 5

Et

50

Et de tertio testimonio dici potest esse intelligendum de repletionem loci propria corporibus, quæ non importat tantum præsentiam corporis in loco, sed etiam occupationem eiusdem loci: ita ut aliud corpus non possit esse simul præsens in eodem loco, ut ex verbis ipsius est ostensum articulo primo, in solutione rationis dubitandi.

Ad rationem primam respondetur.

Ad secundum respondetur, negando antecedens, & ad probationem dicendum est, infinitatem extensionis virtualis in ordine ad locum habere modum quantitatis, qua mediante tanquam quo fiat contactus, in quo dicimus consistere præsentiam fundamentalem Dei in rebus, & eam appellari quantitatem virtutis. Quia nos intelligimus hanc extensionem virtuale esse in Deo per ordinem ad aliquam causalitatem, sicut propter hanc rationem diximus in probatione ultimæ conclusionis contactum per propriam substantiam appellari à Diuo Thoma contactum virtutis. Et ex hoc patet solutio ad confirmationem.

51

Ad ultimam respondetur.

Ad ultimum respondetur, committi in eo defectum; quia tam in antecedenti quam in consequenti confunditur locus cum situ, & esse in loco cum habere situm: cum tamen hæc duo sint valde distincta, ut explicui in solutione fundamenti secundæ sententiæ. Et ideo licet concedamus, nihil eorum quæ sunt in Deo formaliter, quatenus sunt in ipso, importare ordinem ad situm, aut esse simul cum aliquo re secundum situm; non sequi-

Differunt inter se esse in loco, & habere situm.

tur non importare ordinem ad locum; aut esse simul cum alijs rebus secundum locum.

ARTICVLVS.IIIII.

Vtrum Deus non solum sit in omnibus rebus, sed etiam in omnibus spatijs, tam intra hoc vniuersum, quam extra ipsum, & fuerit in eis ante mundi creationem?

1

PRO tituli intelligentia, seu explicatione aduertendum est, duobus modis posse Deum esse præsentem spatio in quo est res aliqua. Primo mediata, & per accidens: secundo immediata, & per se. Primo modo dicitur præsens, quando ratione sui est præsens alicui rei; & quia res hæc est præsens alicui spatio, ideo etiam Deus est præsens eidem spatio. Secundo modo dicitur præsens, quando non ratione alterius, sed immediatè ratione suæ entitatis est præsens spatio.

Duplici modo potest Deus esse in rebus, primo mediata, & per accidens, secundo immediata, & per se.

2

Et potest facillè intelligi discrimen inter hos duos modos præsentia ex eo, quod omnes concedunt in Angelis, scilicet posse duobus modis moueri localiter, atque adeo fieri præsens alicui loco. Vno modo per se, hoc est, per proprium motum; & alio modo per accidens, hoc est ad motum alterius rei, cui sint coniuncti: quia etiam Angeli medio hoc duplici genere motus, poterunt acquirere duos modos præsentia ad aliquem locum.

Et in hac questione non disputamus de prior modo, quo Deus

potest

3

potest dici præsens alicui spatio: sed solum de posteriori. Quia ex articulo præcedenti supponimus ut certum, conuenire Deo priorem modum præsentia respectu totius spatij, in quo sunt res ab ipso condita; quia impossibile est Deum esse intimè præsentem alicui rei secundum totam suam entitatem, & non esse præsentem toti spatio, in quo est entitas talis rei.

Secundò aduertendum est, loquendo de posteriori modo præsentia ad spatium, eandem esse rationem, ut conueniat, vel non conueniat Deo in tribus casibus expressis in titulo questionis. Scilicet aut respectu spatij, in quo re ipsa sunt corpora producta in hoc vniuerso, in quo est totum ipsum vniuersum: & respectu spatij, quod supposita productione huius vniuersi, est extra ipsum; & respectu spatij, quod præcessit vniuersi productionem. Quia tam ex parte Dei quam ex parte spatij, est eadem ratio, ut tribuatur, vel negetur Deo huiusmodi præsentia in his tribus casibus: & ideo omnes sunt comprehensivi titulo vnius questionis, & in omnibus poterit hoc dubium eadem ratione definiri. Quare sensus tituli est: Vtrum Deus ratione suæ entitatis sit præsens omnibus spatijs, quæ sunt siue intra hoc vniuersum, siue extra ipsum, & in eis fuerit ante huius vniuersi conditionem.

Prima sententia.

IN qua re duæ sunt opposita sententia. Prima est eorum qui respondent negatiue. Pro qua

Integer tituli sensus.

citatur multi ex scholasticis, in quantum vel absolute eam sequuntur, vel aliqua dicunt quæ videtur ei fauere. Nam imprimis expressè eam amplectuntur Scotus in .1. distinct. 37. question. vnica. §. respondeo, versiculo, confirmatur; Capreolus quæst. vnica, artic. 3. in solutione ad 4. argumentum. Marsilus in 1. quæst. 39. articulo secundo, in solutione ad octauam rationem principalem, & ad nonam Scoti contra primam conclusionem. Et aliqui ex recentioribus expositoribus D. Thom. prima parte, quæst. 8. Et deinde Richardus in primo, distinct. 37. art. 1. quæst. 4. Et Altifiodorensis lib. 2. suæ summ. capite. 16. dicunt, Deum extra mundum non esse actu in spatio, sed in se ipso. Et tandem Alexander Alensis prima part. summæ q. 9. membro. 4. Richardus articulo citato q. 3. in solutione quinta. Ocham eadem distinctione. quæstion. vnica, in solutione ad primam principale. Et Gabriel quæstion. vnica, art. 8. dubio. 3. dicunt, non conuenire Deo semper, & ab æterno, aut necessariò esse vbi que: & tamen si præsentia, secundum quam Deus dicitur esse vbi que, conueniret Deo respectu spatij, conueniret ipsi semper, & ab æterno, & necessariò.

Et probatur hæc sententia primò. Quia spatium illud quod ponitur vel intra vniuersum occupatum corporibus, vel extra vniuersum, non est ens reale: ergo non est ei præsens actu. Antecedens probatur. Tum, quia nec est ens increatum, cum omne ens reale, præter Deum, sit per participationem, atque adeo

5

Scotus.

Capreol.

Marsilus.

Richardus.

Altifiodor.

6

Alexan.

Ocham.

Gabriel.

Argum. 1.

habeat

7

habeat esse per creationem) neque creatum, cum ab æterno, & necessariò se habeat semper eodem modo: quod tamen enti creato convenire non potest: quia & liberè producitur à Deo, & de facto nullum est productum ab æterno. Tum etiam, quia inter substantiam, & accidens non datur medium; & tamen hoc spatium non est substantia cum non sit immaterialis: quia eo modo, quo est ens, habet extensionem formalem, quæ repugnat substantiæ immateriali. Neque materialis, quia esset compositum ex alia materia, & forma distinctis realiter inter se. Neque etiam est accidens, quia vel existeret per se, vel præsupponeret aliquam substantiam corpoream, cui inhæreret: & utrumque est inconueniens. Et consequentia probatur, quia præsentia realis vnius extremi ad aliud, est mutua ex parte vtriusque extremi; ita ut vnumquodque eorum sit alteri præsens: ergo præsupponit duas condiciones in ipsis extremis: scilicet esse realiter distincta inter se, & vnumquodque eorum esse verum ens reale, & realiter existens. Probatur hæc consequentia quoad priorem conditionem: Quia idem non dicitur propriè sibi realiter præsens; & nunc comparamus Deum ad spatium, tanquam ad aliquid à se realiter distinctum: & quoad posteriorem, quia quod secundum se non est ens reale, non est secundum se subiectum præsentia realis.

Confirm. 1.

Confirmatur primò, quia præ-

sentia realis mutua inter aliqua extrema consistit in coëxistentia reali ipsorum extremorum inter se in ordine ad id secundum quod dicuntur sibi præsentia; scilicet ad tempus, vel ad locum: ergo præsupponit existentiam realem vtriusque extremi; quia coëxistere præsupponit existere, atque adeò quæ non existunt realiter, non coëxistunt realiter.

9

Confirmatur secundò, quia Deus non est secundum suam essentiam præsens realiter chimeræ, aut rebus antequam creentur. Et tota ratio, propter quam non sit ita præsens, est quia chimera, & res antequam creentur sunt verè nihil: ergo propter eandem rationem non est præsens spatio, quia spatium hoc non minus est verè nihil quam chimera, aut saltem quam res antequam creentur.

Confirm. 2.

10

Secundò. Deus non est præsens spatio circumscriptiue, neque diffinitiue, neque repletiue, aut per suam entitatem, & substantiam replendo ipsum: ergo nullo modo est ei præsens. Consequentia probatur à sufficienti partium enumeratione: Quia rårum potest aliqua res esse præsens per suam substantiam alicui loco, aut spatio tribus modis enumeratis in antecedenti. Et antecedens probatur: quia imprimis non est præsens circumscriptiue, quia hic modus præsentia requirit coëxtensionem partium rei, quæ dicitur præsens per correspondentiã ad partes spatij, vel loci, ita ut tota res sit præsens toti spatio, & pars eius parti spatij. Atque adeò

Argum. 2.

repug-

11

repugnat Deo propter eius nimiam indiuisibilitatem, & inextensionem. Neque etiam est præsens diffinitiue, quia hic modus præsentia solum conuenit rebus quæ ita sunt præsentia alicui spatio, aut loco, ut simul non possint esse præsentia alteri; atque adeò repugnat Deo propter eius immensitatem. Neque tandem est præsens repletiue: quod sic probo. Ut aliqua res per suam substantiam repleat aliquid, quod est esse præsentem ei repletiue; requiritur in eo quod repletur capacitas, ut repleatur: sed in spatio, de quo loquitur, non est capacitas, ut repleatur per substantiam Dei: ergo in hoc spatio non est Deus per suam substantiam præsens repletiue. Probatur hæc minor, primò: Quia vel huiusmodi capacitas est potentia realis positiua, vel priuatio, vel pura negatio. Primum dici non potest, quia talis potètia, & aptitudo non reperitur nisi in ente reali, & tamen spatium, non est ens reale, ut ostensum est in argumento præcedenti. Et propter eandem rationem non potest dici secundum: Quia priuatio cum non importet nudam negationem; sed coniunctam aptitudini subiecti ad recipiendum formam oppositam præsupponit subiectum quod sit ens reale. Neque tandem potest dici tertium: Quia pura negatio est omninò, & simpliciter nihil, & non ens: & in nihilo, & non ente simpliciter, non est capacitas, ut actu repleatur per aliquam entitatem realem.

Et secundò probatur eadem minor, quia quidquid sit hæc ca-

pacitas spatij, saltem non est ut repleatur per substantiam Dei; quia de facto non repletur: sed semper manet eodem modo capacitas, ut repleatur per aliam entitatem, siue corpoream, siue incorpoream: quod tamen de nulla capacitate ad recipiendum dici potest, ut patet in capacitate vacui ad recipiendum corpus, & in capacitate materiae ad recipiendum formam.

Confirmatur testimonio Diui Thomæ specialiter quoad tertium modum præsentia, qui est replere spatium per propriam substantiam: Quia. 1. part. q. 8. articulo. 2. inquit duobus modis posse aliquid esse in loco; scilicet, ut in re, sicut accidentia loci sunt in loco; & ut in loco, sicut locata sunt in loco replendo ipsum locum; & Deum utroque modo esse in omnibus locis: sed priori modo esse in quantum omni loco dat esse, & virtutem locatiuam, & posteriori modo in quantum dat esse omnibus locatis quæ replent omnia loca.

Ex qua doctrina D. Thomæ apertè sequitur Deum non esse præsentem repletiue, saltem spatio, quod est extra hoc vniuersum, quia non dat esse alicui locato quod repleat tale spatium.

Tertiò. Prima habitudo quam Deus importat ad omnia, quæ sunt extra spatium, est habitudo causæ efficientis: ergo non importat habitudinem præsentia ad spatium, siue huiusmodi habitudo sumatur formaliter pro relatione; siue fundamentaliter pro præsentia fundamentali, quæ est fundamentum relationis. Consequentia patet:

quia

13

Confirmatur
D. Thom.

14

15

quia non importat habitudinem causæ efficientis ad spatium, cū sit verè nihil, & non ens, quod non potest esse effectus. Et antecedens probatur: quia Deus primò distinguitur ab omni eo quod est extra ipsum, in hoc quod est esse ens per essentiam; adq; adeò principium effectiuū ipsius.

Cōfirmatur

Confirmatur, quia reliquæ habitudines, quæ conueniunt Deo per ordinem ad ea quæ sunt extra ipsum, siue sumantur formaliter pro relationibus, siue fundamentaliter pro eo quod ex parte Dei se habet, ut fundamentum vniuscuiusque relationis, non conueniunt ipsi in actu secundo, & quasi in exercitio; nisi præsupposita habitudine causæ efficientis: ergo idem est dicendum de hac habitudine præsentia. Consequentia patet ex paritate rationis. Et antecedens probatur, quia Deus non importat habitudinem Domini, neque Gubernatoris in actu secundo, & in exercitio respectu creaturarum, nisi præsupposita habitudine causæ efficientis ad eadem creaturas.

16

Vltimum argumentū.

Vltimò, neque ex reuelatis, neque ex lumine rationis naturalis habemus sufficiens fundamentum ad dicendum Deū esse præsentem spatio, quod est extra hoc vniuersum: ergo non est dicendum. Probatur antecedens quoad priorem partem: quia ex reuelatis solum adducuntur quedam testimonia Scripturæ, quæ adduximus articulis præcedentibus in quantum in eis dicitur Deum esse maiorem toto hoc vniuerso, & extra, aut supra ip-

sum. Quæ tamen omnia facilem habent explicationem, quia non dicuntur ad significandum Deū præsentem in spatio, quod est extra mundum: sed solum ad significandum ita esse præsentem in toto hoc mundo, ut non circumscribatur, neque comprehendatur, aut definiatur ab ipso. Et ex ratione naturali solum potest efficaciter probari Deum esse actu præsentem vbi actu operatur, ut ostensum est secunda parte articuli. 2. Quare cum Deus neque operetur aliquid in spatio, quod est extra mundum, neque ante mundi constitutionem fuerit aliquid operatus, siue in illo spatio, siue in eo quod mundus occupat; sequitur non posse ex ratione naturali efficaciter probari Deū aut esse nunc præsentem in spatio, quod est extra mundum, aut fuisse præsentem ante mundi constitutionem, vel illi spatio, vel ei, in quo mundus est conditus.

17

18

Secunda sententia

Hic opposita, est eorum, qui respondent affirmatiue, quantum ad omnes tres casus contentos in titulo. Hanc sequuntur expressè Maior in primo, distinctione. 37. quæst. 2. Aureolus eadē distinctione, art. 3. §. tertia quoque. Caietanus in illud Ioannis. 12. Ego lux veni in mundum. Fonseca libro. 5. metaphys. capite. 15. quæstion. 9. sectione. 4. Molina 1. part. quæst. 8. articulo. 1. disp. 3. Gregorius de Valentia eadem q. puncto. 2. Franciscus Suarez

Maior.

Aureol. Caietan.

Fonseca.

Molina.

Valentia. Suarez.

dispu-

19

Conimbricenses.

disputatione. 30. meta physica, sectione. 7. numero. 28. & Conimbricenses libro. 8. physicorū, q. 2. articulo. 2. & 3. Et meo iudicio possunt pro hac sententia citari ferè omnes autores citati pro præcedenti, præter Capreolū, & recetiores aliquos expositores Diui Thomæ. Quia omnes cum negant Deum esse præsentem in spatio, quod est extra mundum, loquuntur de præsentia in spatio tanquam in re aliqua habente verum esse reale posituum. Et voluerunt per hoc rejicere sententiam quorūdam antiquorū, qui ut refert Aristot. 4. physicorum cap. 4. dicebant spatium, quod repletur corporibus, esse verum ens posituum, & reale; & hunc sensum explicuerunt omnes, sed expressius Alexāder, & Richardus. Et quia fundamenta huius sententiæ pendent ex eius explicatione, quæ tradetur in sequentibus conclusionibus; adducuntur in earum probationibus, & præcipue in probatione secundæ. Sit

20

Deus nō est in loco imaginario, sed in loco reali.

Prima conclusio.

DEVS neque est in spatio, siue quod repletur corporibus in hoc vniuerso, siue quod extra vniuersum non est repletum corporibus; neque fuit in eo ab æterno ante mundi conditionem, tanquam in loco reali, aut aliquo alio ente posituo, & reali.

In hanc conueniunt omnes autores citati pro vtraque sententia. Et probatur facilè, quia spatium non est aliquod ens reale, ut ostensum est in primo

argumento primæ sententiæ. Et de eo potest videri proluxa disputatio contra Philoponū apud Benedicūm Pereira, libro. 11. physicorum cap. 4. & 5. & Fonsecam libro. 5. metaphysicæ. cap. 13. quæst. 6. sectione. 7. Ergo Deus non est in eo tanquam in loco, aut ante reali.

21

Pereira.

Secunda conclusio.

DEVS per suam substantiam immediatè, & per se replet totum spatium, de quo fit sermo in præcedenti conclusione, & repleuit ab æterno ante mundi constitutionem. In hanc peculiariter conueniunt, autores citati pro secunda sententia, & eam optimè explicat Franciscus Suarez loco ibidem citato.

Deus per suam substantiam immediatè replet totum spatium etiam imaginarium.

Et probatur primò, quia vnumquodque corpus ratione suæ extensionis formalis, seu quantitatis, & extensionis formalis, replet per suam substantiam immediatè, & per se spatium sibi proportionatum: Ergo etiam Deus ratione suæ extensionis virtualis replet per suam substantiam immediatè, & per se ipsum spatium sibi proportionatum. Et cum sua extensio sit infinita, replebit spatium infinitum. Atque adeò non solum illud quod est intra hoc vniuersum, sed etiam illud quod est extra.

22

Probatur ratione efficaci.

Et idem argumentum fieri potest de Deo, comparato ad totum hoc spatium ante mundi constitutionem. Quia etiā ante quā produceretur mundus cōueniebat Deo huiusmodi

infini-

23

infinita extensio virtualis. Hæc consequentia patet ex paritate rationis, suppositis his, quæ de hac extensione virtuali Dei diximus articulo præcedenti: Quia extensio hæc infinita in ordine ad locum, idè appellatur virtualis, quia non est formalis: & potest præstare totum id quod extensio formalis præstat in ordine ad locum, remotis imperfectionibus: Ergo sicut extensio formalis est sufficiens ratio, ut corpus per suam substantiam repleat immediatè, & per se spatium sibi proportionatum: ita etiam extensio virtualis infinita est sufficiens ratio, ut Deus per suam substantiam repleat immediatè, & per se spatium infinitum. Et antecedens probatur: Quia si Deus annihilaret v. g. aquam contentam in vase, & non substitueret loco eius aliud corpus, esset verum dicere de spatio contento intra latera vasis, incipere de nouo post aquæ annihilationem esse non plenum aliquo corpore: Ergo ante annihilationem erat plenum aliquo corpore, & non alio quàm corpore aquæ: ergo aqua ratione suæ extensionis replebat per suam substantiam immediatè, & per se totum illud spatium. Et idem argumentum fieri potest de quocunque alio corpore comparato ad spatium proportionatum suæ quantitati.

Obiectio.

Ad hoc solent respondere autores oppositæ sententiæ distinguendo antecedens: Si enim in eo per spatium intelligatur aptitudo, quæ est in lateribus loci, aut superficiæ ambientis ad recipiendum, & continendū

corpus quod ambit, aut aliud loco eius, verum est: si autem intelligatur illa intercapedo, quæ intra hæc latera continetur, falsum est, quia cum huiusmodi intercapedo sit pura negatio non potest corpus aliquod eam replere. Et consequenter negant consequentiam: quia spiritus, qualis est Deus, non replet spatium priori modo sumptū. Sicut & in ipsa superficiæ ambientis, non est aptitudo ad continendum spiritum: sed solū ad continendum corpus.

Verūm hæc solutio facilè potest impugnari, quia corpus non solūm replet superficiæ ambientem, & eius concavitatem: sed etiam spatium, quod intra hanc concavitatem continetur. Quod ostendi potest duobus medijs. Primū est, quia corpus non solūm occupat concavitatem superficiæ, sed etiam spatium intra eam contentum, & ita non solūm impedit ne aliud corpus sit in concavitate superficiæ, sed etiam ne sit in spatio: Ergo non solūm replet superficiem, sed etiam spatium. Patet consequentia, quia proprius modus, quo corpus, ut corpus, replet aliquid, est impedire per suam quantitatem, ne aliud corpus sit ibidem.

Secundum medium est, quia si in exemplo proposito Deus nō annihilaret aquam sed vas; & non substitueret loco eius aliud corpus ambiens aquam, & sua virtute contineret aquam ne difflueret, esset verū dicere aquam replere spatium illud, quo antea continebatur intra vasis concavitatem. Imò re ipsa est concedendum contingere hoc in

25

Respondetur

26

ultimo

27

ultimo corpore cœlesti: atque adè in toto hoc mundo, quatenus eo terminatur. Nam corpus illud, & totus mundus, ut includit ipsum, replet, & occupat spatium aliquod, scilicet illud, in quo est, & tamen non replet concavitatem alicuius superficiæ ambientis ipsum, nisi ponamus superficiem imaginariam, de qua erit eadem difficultas quæ de spatio.

Suarez.

Et hoc idem explicat Fraciscus Suarez, optimo exemplo. Nam ante Christi Ascensionem nullum corpus erat extra orbem cœlestes, atque adè erat verum dicere non repleti spatium illud quod est extra orbem, neque partem eius corpore aliquo: & tamen post Christi Ascensionem iuxta probabilem sententiā collocatū est eius corpus extra omnes orbem; ita ut pedes eius sint supra superficiem conuexam ultimi orbis; atque adè est verum dicere corpus Christi replere spatium, in quo est, quamuis nō repleat concavitatem aliquam superficiæ ambientis.

28

Confirmatur ratio principalis.

Et confirmatur primò totum hoc argumentum: quia extensio formalis in ordine ad locum, quæ conuenit corporibus ratione suæ quantitatis, nō potest separari ab actuali repletionem spatij finiti sibi proportionati saltem naturaliter; etiam si huiusmodi spatium non sit contentum intra concavitatem alicuius superficiæ ambientis ipsum spatium: ergo etiam extensio virtualis in ordine ad locum, quæ conuenit Deo ratione suæ immensitatis, imò est ipsa immensitas Dei, nō potest villo modo separari ab actuali repletionem spatij sibi pro-

portionati, quod est infinitum. Consequentia patet ex proportionem, quam diximus seruari inter extensionem virtuales, & formalem. Et in antecedenti addidi illam limitationem, saltem naturaliter: quia modus, quo corpora naturaliter replēt spatium, duo includit inter alia, scilicet extensionem partium corporis, in ordine ad extensionem partium spatij, & impedimentum ne simul sit in eodem spatio aliud corpus: & ab utroque potest supernaturaliter separari, ut de primo patet in corpore Christi in Sacramento Eucharistiæ; & de secundo in corporibus, quibus virtute diuina datum est esse simul cum alijs corporibus in eodem spatio.

Confirmatur secundò: quia si daretur corpus, habens infinitam extensionem formalem, replet actu infinitum spatium: ergo etiam Deus, quia habet infinitam extensionem virtuales, quæ est sua immensitas, replet actu infinitum spatium.

Secundò probatur hæc conclusio, explicando quid sit Deum per suam substantiam replere spatium, de quo loquimur. Pro quo supponendum est Augustinum, epistola 57. ad Dardanum, in solutione primæ questionis, ut explicet quomodo Deus sit ubiq; & omnia repleat præsentia suæ substantiæ, uti his verbis: Porro autem, quod parum distinctè putauimus posse intelligi, cum dicimus Deum esse ubique totum, nisi adderemus in se ipso, videt & legitius exponendum. Quomodo enim ubique si in se ipso? ubiq; scilicet,

29

Proportio inter extensionem virtuales, & formalem.

Confirmatur.

30

Probatum secundò Conclusio. Quid sit Deum replere spatium August.

I

quia

31

quia nunquam est absens: in se ipso autem, quia non continetur ab ipsis, quibus est praesens, tanquam sine eis esse non posset. Nam spatia locorum: tolle corporibus, nusquam erunt, & quia nusquam erunt, non erunt. In quibus verbis duo sunt consideranda. Primum, Augustinum aperte dicere corpora replere ea spatia, in quibus sunt: Quia per spatia locorum non intelligit concavitatem superficiei ambientis, neque medium occupatum a loco, corpore facile cedenti, cum sit eadem difficultas de corpore, in quo est superficies ambiens, & de corpore quod praesupponitur in spatio; atque adeo insinuare etiam id quod dicit de praesentia Dei ubique, esse intelligendum de praesentia in omnibus spatijs. Alterum est, Augustinum, ut explicet quomodo Deus dicatur esse ubique, docere, non esse necessarium concedere absolute ipsum esse in rebus, aut locis, vel spatijs, ne significetur in ipso aliqua indigentia loci, aut dependentia ab eo, ut sit sicut reperitur in corporibus: sed cum hac explicatione, ut dicamus, Deum esse in se ipso, & nullum esse locum, cui non sit praesens. Itaque, iuxta Augustini sententiam, ut Deus sit in omnibus rebus, & ubique, duae conditiones requiruntur, & sufficiunt. Scilicet, ipsum esse in se ipso, & ad se per suam substantiam praesentem omnibus rebus, & omnibus locis.

32

Et quamvis primum horum sufficiat ad confirmandum conclusionem testimonio Augustini: tamen ex secundo est conficienda haec nostra secunda probatio.

Nam pari ratione dicemus, ut Deus dicatur replere per suam substantiam omnia spatia, non esse necessarium concedere absolute ipsum esse in spatijs: ne significetur, haec spatia esse aliqua entia positiva, & realia; sed satis esse dicere ipsum esse in se ipso, in omnibus spatijs in quantum re vera est in se ipso. Et nullum est spatium in quo non sit per suam substantiam praesens.

Et potest argumentum reduci ad hanc formam. Sufficiunt haec duae conditiones, ut Deus dicatur esse in omnibus: ergo etiam sufficient, ut dicatur esse in omnibus spatijs.

Vt modo probatur: quia Deus potest creare aliquod corpus extra hunc mundum in spatio distincti ab eo: ergo potest per suam substantiam replere illud spatium: ergo & nunc ante creationem replet; imo & ab aeterno replevit ipsum. Et idem argumentum fieri potest de spatio, quod repletur hoc mundo: quia nunc Deus per suam substantiam replet hoc uniuersum: ergo ab aeterno replevit ipsum.

Dico autem, hoc argumentum esse idem cum primo: quia eius antecedens conuenit cum consequenti primae consequentiae illius argumenti, & ideo satis erit probare illud consequens, & secundam consequentiam, quae ex eo deducitur, ut probata maneat omnia, quae pertinent ad secundum argumentum. Quare agamus de primo argumento. Et imprimis de antecedenti nulla est, neque potest esse difficultas: quia potestas Dei creatiua, non est limitata ad spatium, in quo crea-

33

Replere Deum omnia spatia, est esse in se ipso in omnibus spatijs.

Probatur tertia conclusio. Deus potest creare aliquid in spatio imaginario.

34

tus

35

tus est hic mundus. Et prima consequentia probatur: quia Deus per suam substantiam est praesens in spatio, in quo aliquid est ab ipso creatum; atque adeo replet per suam substantiam tale spatium: quia idem est esse praesentem per suam substantiam, & replere: ergo si Deus potest creare aliquod corpus in illo spatio, etiam potest replere ipsum per suam substantiam.

Et secunda etiam probatur: quia alias sequeretur Deum posse mutari in ordine ad spatium. Probatur sequela, quia potest se habere in ordine ad spatium aliter quam prius, siquidem inciperet de nouo per suam substantiam replere spatium quod antea non replebat, & mutari non est aliud quam aliter se habere nunc quam prius.

36

Ad hoc respondent aliqui negando primam consequentiam: quia dicunt Deum non replere spatium sed solum res in ipso creatas. Verum hoc satis est impugnatum in primo argumento.

Obiectio:

Alij respondent negando secundam consequentiam. Et ad probationem negant sequelam: & ad eius probationem dicunt, Deum per mutationem corporis creati in illo spatio, & sine sui mutatione, posse incipere esse praesentem ubi antea non erat praesens: Sicut etiam sine sui mutatione dicitur creans, & operans de nouo.

Respondetur.

Sed contra: quia Deum replere per suam substantiam spatium non est denominatio extrinseca sumpta ab actione transeunti, aut a productione passiva creaturae, neque sola relatio rationis: ergo

non potest aduenire Deo de nouo sine ipsius mutatione.

Confirmatur: quia incipit esse de nouo, hoc quod est Deum replere spatium, & non per mutationem aliquam, aut productionem spatij: quia spatium secundum se semper se habet eodem modo: ergo per mutationem Dei.


Ad argumenta prima sententia respondetur.

Ad primum primae sententiae concessio antecedenti neganda est consequentia, si consequens intelligatur de praesentia, quae consistat in repletionem spatij per propriam substantiam iuxta sensum secundae conclusionis. Et ad probationem distinguendum est antecedens. Si enim intelligatur de praesentia, qua unum extremum, facta comparatione ad alterum, dicitur ei praesens, verum est: quia sicut haec praesentia sumpta formaliter pro relatione, est eiusdem denominationis in utroque extremo, & realis; saltem ex parte extremi capacis: ita etiam sumpta fundamentaliter. Si tamen intelligatur de praesentia, quae consistit in repletionem vnus extremi per substantiam, & entitatem alterius (sicut Deus dicitur praesens spatio, ut explicatum est in secunda conclusione) falsum est: quia ad hoc genus praesentiae, non est necesse utrumque extremum dici, aut esse realiter praesens; sed solum requiritur unum esse realiter repletum, & alterum realiter repletum. Ad quod satis est praesupponi ex parte eius extremi quod re-

37

Ad primum argumentum principale respondetur.

38



39

Utrum spatium dicatur repleti non requiritur esse quid reale, sed solum non repugnantia.

pletur, non repugnantiam ut repleatur: sicut patet quando corpus dicitur replere spatium, in quo est.

Quare etiam est neganda consequentia huius probationis quantum ad utramque conditionem: quia ut unum extremum dicatur repleri realiter per alterum, non est necesse reperiri inter ipsa distinctionem realem positivam, qualis est illa quantum ens reale distinguitur ab alio: sed sufficit distinctio realis negativa; quae consistit in hoc quod unum extremum realiter non sit alterum, qualis est illa, qua negationes, aut privationes distinguuntur ab entibus positivis realibus. Neque etiam est necesse, utrumque extremum esse ens reale, & realiter existens, sed sufficit in altero realis non repugnantia ut repleatur; sicut patet in exemplo proposito de corpore replente spatium.

40

Ad primam confirmationem.

Ad primam confirmationem respondetur, quamvis concedatur totum quod in ea concluditur, non esse contra nos: quia non constituimus hanc praesentiam Dei respectu spatij, in mutua praesentia reali ex parte utriusque extremi: sed in repletionem spatij per substantiam Dei, ad quam non est necessaria coexistentia realis extremorum, sed realis repletio, quae ex parte unius sit quasi activa, & ex parte alterius quasi passiva.

Ad secundam confirmationem.

Res ante quam sit non habet non repugnantiam ut repleatur.

Ad secundam confirmationem respondetur, Deum non ideo non esse actu praesentem chimerae, & rebus, ante quam creentur, quia haec omnia sunt actu nihil: sed quia ita sunt nihil, ut non importent actu non repugnantiam ut

repleantur per substantiam Dei, saltem secundum praesentem statum, & antecedenter ad productionem. Et haec ratio non habet locum in spatio.

41

Ad secundam responsum.

Ad secundum responderetur negando antecedens: quia Deus est in spatio repletivè, hoc est replendo ipsum per propriam substantiam, & entitatem, ut explicatum est in secunda conclusione.

Et ad objectionem contra hoc factam in probatione antecedentis, respondetur distinguendo maiorem. Si enim per capacitatem intelligatur aliqua potentia, vel aptitudo realis ad repletionem; falsa est, loquendo universaliter de omni eo, quod repleri potest per susceptionem alicuius entitatis. Si vero intelligatur non repugnantia ad eandem repletionem, vera est; & loquendo de capacitate ita sumpta pro non repugnantia, neganda est minor, qua dicitur, non esse in spatio capacitatem ut repleatur per substantiam Dei.

42

In quo consistat non repugnantia ut repleatur.

Et ad primam eius probationem respondetur posse explicari quid sit haec non repugnantia, exemplo alterius non repugnantiae, quae ex parte obiecti respondet potentiae creativae Dei. Nam sicut illa non est aliqua potentia realis, neque privatio, neque pura negatio: sed importat duo in suo integro conceptu, quorum unum est negativum; quod est negatio impossibilitatis, ut aliquid creetur; & alterum positivum, quod est possibilitas ut creetur; siue huiusmodi possibilitas sit de nominatio extrinseca sumpta a potentia creativa, siue intrinseca, ut alij volunt: Ita etiam dice-

mus

43

mus, hanc non repugnantiam, de qua loquimur, importare negationem impossibilitatis ut repleatur, & possibilitatem etiam ut repleatur, siue huiusmodi possibilitas sit denominatio extrinseca, sumpta ab entitate replente, siue intrinseca, & tenens se ex parte ipsius spatij. Et sicut illam non repugnantiam explicamus nomine creabilitatis: ita hanc possumus explicare nomine replebilitatis.

44

Ad tertiam principalem.

Et ad secundam probationem eiusdem minoris, respondetur, ut plurimum convincere hanc non repugnantiam, qua spatium potest repleri per substantiam Dei esse distinctae rationis ab ea, qua potest repleri per corpus: sicut multi dicunt in eadem parte substantiae esse potentias distinctarum rationum, ad recipiendum simul accidentia diversarum specierum.

Ad confirmationem patet solutio ex articulo 1. & 3. ubi explicuimus illa verba D. Thomae. Ad tertium respondetur, antecedens solum esse verum de ijs, quae extra Deum sunt entia positiva,

& realia, & hoc solum convincere eius probationem.

45

Ad confirmationem.

Ad confirmationem respondetur, eius antecedens esse eodem modo intelligendum, & hoc convincere exempla domini, & gubernatoris, quae ad eius probationem adducuntur.

Ad ultimum.

Ad ultimum respondetur negando antecedens: & ad eius probationem quoad priorem partem respondetur ex testimonijs, ex quibus colligitur convenire Deo peculiare attributum immensitatis, si adiungatur ratio propria huius immensitatis explicata articulo 3. colligi satis probabiliter hanc sententiam. Et quoad posteriorem partem respondetur ex operatione, quam Deus potest exercere in spatio, quod est extra mundum, posse colligi Deum esse ibi praesentem secundum suam substantiam. Tum: quia haec praesentia est conditio praerequisita ad operationem, ut diximus articulo 2. Tum etiam, quoniam aliam sequeretur, Deum posse mutari, ut in ultima probatione huius conclusionis est deductum.

46





CAPVT SECVNDVM.



ACTA præcedenti capite generali exhortatione ad studiū iustitiæ, & virtutis: in hoc capite Sapiens refert errorē quendam prauorum hominum, quo maximè ab hoc studio auertuntur. Est autem is error existimare, finita hac vita nō superesse aliam, in qua homines pro diuersitate meritorum vitæ præsentis sint permansuri in æternis cruciatibus, aut gaudij. Seruatq; Sapiens hunc ordinem.

Primò proponit ipsum errorē: & deinde refert consilia, quæ ratione huius erroris homines prauiniiebant, vt se totos sine fræno traderent voluptatibus, & à se quàm longissimè auerterēt, siue iure, siue iniuria, quidquid molestum posset occurrere tam ex parte hominum, quàm ex parte aliarum rerum: cuius occasione describit concilia Iudæorum contra Christum. Et tandem explicat radices huius erroris, vt simul ipsum aliqua ratione confutet. Cōtextus verò capitis in particulari sic potest explicari.

In hanc venerunt cogitationem ij, qui de rebus non rectè sentiunt: Breuis est vita nostra,

& tristitia atque molestia plena, & cum eius finis aduenerit non est remediū, quo quis possit morti subtrahi, neq; aliquis post mortem est ad nos reuersus. Itaque non solum vita hæc est finienda, sed etiam post eam nulla alia nobis vita supererit: quia sicut ex nihilo sumus ad hanc vitam euocati, ita ea finita, non remanebit ex nobis aliquid magis quàm si nūquam fuisset huius vitæ participes. Atq; hæc vitæ nostræ incōstantia, & breuitas ostenditur: quia veluti fumus quidā est flatus, aut spiratio existēs in naribus nostris; & sermo noster, veluti scintilla quædā excitata, & cōseruata cordis agitatione, qua extincta in cineres rediget: corp⁹ nostrū, & spiritus euanescent, sicut tenuis, & mollisaër. Et elabetur vita nostra sicut nubes, quæ ex se nullū vestigiū relinquit, & dissoluet sicut nebula, quæ radijs solis dissipatur, & calore fugatur. Et ex hac vita decedētes nullam nostri memoriā relinquemus, sed nomen nostrū sempiterna obliuio delebit, & nullus opera nostra memoria retinebit. Deniq; tēpus nostrū summa velocitate, vt umbra transibit, & ex morte nō dabitur nobis reuocare gradū, & ad superas auras regredi: quia fores eius sūt veluti appenso sigillo obseratæ,

&


5 & nemo est inde regressus. Quare cum hæc ita sint, agite iam perfruemur bonis præsentibus, & ad delicias nostras vtamur rebus creatis, idq; summa celeritate dū in flore, & quasi iuuentute sunt, & adhuc vigent, & recreare, nos possunt. Vinum optimum abundè sumamus, & vnguētis suauissimis nos inspergamus, & nullius tēporis flores relinquamus. Conficiamus nobis coronas ex baccis rosarum, ne postquā aperta fuerint marcescant. Nullam sit præteritū, quod petulantia, & lasciuia nostra non peruagetur. Nullus nostrum sit huius nostræ petuantiæ expertus, neque vllus sit locus, in quo eius signa non edamus: quoniā in hac vna re summa nostræ felicitatis sita est. Opprimamus etiam vi pauperem iustum; & nullius conditionis homini insolentia parcat nostra: etiam viduæ, neque seni; neque senes canos annosos reueremur. Habeamus fortitudinē nostram pro lege iustitiæ; ita vt id iustum, & æquū cēseamus, quod viribus nostris præstare valuerimus: quia quod infirmum est, & imbecillum nullius est vtilitatis. Insidiamur ergo iusto: quia incōmodus, & intractabilis est nobis, nec adduci potest, vt opera nostra probet: imò exprobrat nobis peccata, quæ contra legis præcepta committimus, & lōgè lateque diuulgat errata instituti nostri. Profitetur se cognitionē Dei habere, & filium Dei se appellat. Redarguit, atque corripit acriter non solum excogitationes nostras, vel solo aspectu est nobis molestus. Quia distinctam valdè ab alijs viuendi rationem

7 sequitur. Proferria, & re adulterina, atq; fucata nos reputat; & à nostræ vitæ instituto tanquā à foedissimarum sordium contagione se longè segregat. Et adeo præfert iustorū etiam afflictorū conditionem felicitati eorum, quos ipse tanquā iniustos inculcat, vt iustorum exitus felices, atq; beatos esse prædicet. Et vltra hæc omnia in tantam est superbiam elatus, vt gloriatur se patrem habere Deum. Videamus ergo, an vera sint quæ loquitur, & experiamus qualia erunt quæ ad exitum eius pertinent? Si enim verò est filius Dei, proteget, & defendet eum Deus, & eripiet de manibus inimicorum. Exquisita cōtumeliarum, & tormentorū exempla in eum edamus, vt ita exploremus quanta sit eius æquanimitas, & patientia in eis perferendis. Morte valdè ignominiosa eū condemnemus: quia ex verbis, quæ dolor vehemens expresse-rit, inspiciemus, & observabimus qualis sit.

8 Hæc cogitauerunt, & in hos errores præcipites induciti sunt: quia voluntariè propria malitia excæcati sunt. Et ignorauerunt mysteria, & secreta Dei, & neq; sunt ducti spe mercedis operibus iustis constitutæ, neq; considerauerunt honorem animarū immacularum. Quoniā Deus magno consilio ita condidit hominē, vt in incorruptione, & integritate degeret, & esset imago similitudinis suæ: inuidia autem diaboli mortem inuexit in orbē terrarum, quam experientur omnes, qui diaboli factioni adhæserint, & eius ductum sequi voluerint.

I 4

CON-



CONTROVERSA I.

Vtrum ex illis verbis: Deus creauit hominem in exterminabilem, colligatur hominem fuisse creatum cum natura integritate, requisita ut & pars rationalis in eo esset Deo subiecta, & pars sensiuua rationali?

I
Nomine integritatis intelligitur tota perfectio naturalis quam super naturalis.

VT titulus huius Controuersie intelligatur aduertendum est. Primò, per integritatem naturæ humanæ intelligi complementum, & perfectionem quoad ea omnia, quæ ipsa natura postulat, vt bene se habeat, tã in ordine ad naturalia, ad quæ habet inclinationem, & propensionem naturalem; quàm ad supernaturalia, ad quæ habet capacitatem, & potentiam remotam, siue obedientialem.

Significatur autè hoc genus perfectionis nomine integritatis: quia & secundum se integratur ex varijs quasi partibus, & etiam integratur naturam quoad omnia, quæ secundum vtrumque modum inclinationis videtur postulare.

Secundò notandum est, sicut homo quoad vtrumque modum inclinationis potest considerari, in duplici genere, scilicet physico, & morali: ita perfectionem hanc,

quam integritatem appellamus, comprehendere omnia, quæ ad perficiendum ipsum secundum vtrumque genus requiruntur. Quare in genere physico continet omnem hominis perfectionem quoad animam, & eius potentias: ad quam perfectionem pertinet scientia in intellectu, & modus operandi ipsius intellectus, & dispositio potentiarum sensitiuarum, quæ ei ministerialiter deseruiunt. Tum etiam quoad corpus, siue secundum se, siue secundum extrinseca. Ad quæ perfectionem pertinent immortalitas corporis, & immunitas ab ægrotudinibus, & doloribus, & alijs accidentibus, quæ possunt nocere corporibus; & extrinsecus, locus paradisi, cum reliquis omnibus, quæ extra ipsum hominem Deus præparauit ad eius vitam, & conseruationem; inter quæ peculiariter debet computari arbor vitæ.

Et in genere morali continet omnia, quæ requiruntur, vt homo antecederet ad habitum saltem proximam ad operationem

fit

5
fit bene dispositus in ordine ad Deum finem naturalem, & supernaturalem: & vt possit proxime operari bene moraliter in ordine ad Deum, vt habet rationem vtriusque finis, & vt non patiar difficultatem, quantum est ex parte omnium, quæ sunt ipsi intrinseca.

Hic solum agitur de perfectione morali hominis.

Tertiò notandum, nos in hac Controuersia non esse disputaturos de hac integritate in tanta latitudine, sed solum vt continet perfectionem hominis in genere morali, in ordine ad finem naturalem, & supernaturalem. Et ideo in titulo interrogasse de terminatè de integritate ad operandum bene moraliter in ordine ad vtramque rationem finis ultimi.

6
In tribus cõstitit dispositio ad perfectionem moralem.

Verum perfectio hominis completa in hoc genere, vt diximus in præcedenti notabili, importat tres quasi dispositiones, aut perfectiones. Primam, quæ ipse homo secundum se, aut secundum essentiam animæ suæ (quatenus præsupponitur ad potentias, quæ sunt principia proxima operandi moraliter) habet se in ordine ad finem vltimum: Quia sicut esse præsupponitur ad operari: ita etiam bona dispositio ipsius esse in ordine ad finem debet præsupponi. Secundam, quæ homo bene se habet quantum ad potentias proximè operatiuas moraliter, in ordine ad eundem finem; quæ sunt intellectus dirigendo, & voluntas eliciendo, & imperando actus. Et tertiam, quæ rectè se habeat quantum ad ea quæ in ipso possunt reddere difficilem operationem, scilicet quantum ad motus appetitus sensiti-

7
ui, ratione quorum redditur in intellectu, & voluntate difficile prosecutio boni honesti. Et quia quæuis harum perfectionum requiritur suo modo ad operationem moralem, ideo totam hanc perfectionem comprehendimus in titulo, nomine integritatis ad operandum bene moraliter in ordine ad finem naturalem, & supernaturalem.

Integer tituli sensus.

Quare sensus tituli est: Vtrum ex verbis propositis colligatur, primum hominem fuisse à Deo creatum cum his tribus dispositionibus, quibus perficeretur ad operandum bene moraliter, in ordine ad finem vltimum tam naturalem quàm supernaturalem? Habebitque hæc Controuersia, quatuor articulos. Primus erit, an certum sit hominem fuisse creatum à Deo cum his tribus dispositionibus? Et an id colligatur ex verbis propositis: Et reliqui tres de modo, aut medio, quo homo tunc habuerit vnamquamque harum dispositionum, aut perfectionum.

ARTICVLVS I.

An homo in creatione habuerit tres prædictas perfectiones? & an id colligatur, ex verbis propositis? Vbi etiam explicabitur eorum sensus.

Argumenta pro parte negatiua.

PARS negatiua probatur primò quoad primam perfectionem quia huiusmodi perfectio non fuit in primo homine simpliciter naturalis: quia mansisset in homine post peccatum, siquidem per peccatum

1

tum, non amisit homo aliquid ex ijs, quæ ipsi erant naturalia. Quod tamen videtur inconueniens: quia ratione peccati esset homo auersus à fine ultimo, & ratione huius perfectionis cõuersus in eum; atq; adeò simul esset auersus, & cõuersus. Neq; etiam fuit simpliciter supernaturalis, si quidẽ perficiebat hominẽ in genere moris in ordine ad finẽ vltimũ naturalẽ; nõ solum mediatẽ & ex consequenti, scilicet quatenus perficiebat in ordine ad finem supernaturalem: cuius ratio supponit tanquam fundamentum rationem finis naturalis; sed etiam immediatẽ, & directẽ: quia non est dicendum hominem caruisse hoc modo perfectionis in ordine ad finem naturalem, quia fuerit eleuatus ad supernaturalem.

2

Neque tandem fuit partim naturalis, & partim supernaturalis: ita vt fuerit duplex perfectio; vna naturalis in ordine ad finem naturalem; & altera supernaturalis in ordine ad supernaturalem. Tũm, quia de naturali poterit fieri argumentum factũ contra primam partem, scilicet mansisse in homine post peccatum. Tũm etiam, quia supernaturalis, esset ordinis gratiæ. Et tamen Paulus 1. ad Corint. 15. constituens discrimen inter primum Adam, & secundum, sic ait: *Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem.* Quibus verbis videtur significare primum hominem nõ fuisse factum cum spiritu, aut perfectione pertinente ad ordinem gratiæ. Et tandẽ: quia duæ istę perfectiones in ordine ad duas rationes finis vlti-

1. Cor. 15.

mi, non benẽ coniunguntur inter se: quia naturalis mansisset in homine post peccatum; atque adeò ratione eius esset homo rectus in ordine ad finem vltimum naturalem, & conuersus ad eum: & supernaturalis amitteretur per peccatum; atque adeò ratione huius priuationis esset homo obliquus respectu finis vltimi supernaturalis, & auersus ab eo; quæ duo simul stare nõ possunt.

Dices, perfectionem hominis in ordine ad finem supernaturalem esse aliquid naturale superadditum nature, quod amitteretur per peccatum.

Sed contrã: quia vt homo sit rectus, & benẽ dispositus in ordine ad finem naturalem, nõ indiget aliquo dono naturali superaddito suæ nature: quia per solam entitatem suæ nature, vt liberam ab omni peccato, esset hoc modo rectẽ dispositus.

Secundò probatur quoad secundam perfectionem. In potẽtijs, quibus homo est proximẽ operatiuº benẽ moraliter, scilicet in intellectu, & voluntate, non fuit aliqua perfectio superaddita, aut naturalis, aut supernaturalis: ergo absolutẽ nulla fuit. Cõsequentiã patet à sufficienti partium enumeratione: & antecedens probatur: quia perfectio potentiarum operatiuarum proportionatur perfectioni essentiæ. Si ergo homo in sua creatione nõ accepit à Deo aliquã perfectionem suæ essentiæ in genere moris, vt ostensum est argumento præcedenti, sequitur neque accepisse perfectionem potentiarum in eodem genere.

Suppono autẽ in antecedenti

3

Respondetur.

Impugnatur.

4

Secundum argumentum.

ti

5

ti hanc perfectionem, si quæ est, debere esse superadditam entitati potentiarum; quamuis oppositum supposuerim de perfectione prima respectu essentiæ: quia vt essentia sit ordinata in finem suæ nature, sufficit propria entitas, libera ab omni peccato. Tamen vt potentia perficiatur ad operandum proximẽ indiget aliquo superaddito suæ entitati.

Tertium argumentum.

Tertiò probatur quoad tertiam perfectionem: quia nisi mutetur natura voluntatis, & appetitus sensitui, non potest voluntas ratione coniunctionis cum appetitu sensitui, non pati difficultatem in prosecutione boni honesti. Sed in creatione primi hominis, non est facta talis mutatio nature, & voluntatis, & appetitus sensitui: ergo neque est data homini talis perfectio, vt eius voluntas, atque adeò ipse non pateretur difficultatem in prosecutione boni honesti. Minor patet ex communi omnium consensu. Et maior probatur: quia appetitus sensitui secundum suam naturam non potest non delectari oblato obiecto delectabili: quia causa necessaria, & naturalis operatur circa suũ obiectum debitẽ applicatum, sicut visus circa suum. Et voluntas coniuncta appetitui sensitui inclinatur naturaliter, propter talẽ coniunctionem, in bonum eiusdem appetitus: ergo in casu quo appetitus ita delectatur, non potest voluntas non pati tristitiam ex cõmutatione boni delectabilis pro honesto; atque adeò non potest non pati difficultatem ratione huius tristitiæ. Patet hæc consequentiã: quia tristitia sequitur natura-

6

liter ex coniunctione mali, quod est priuatio cõuenientis, aut delectabilis, vt docet D. Thomas 1. 2. q. 35. art. 1.

Et idem argumentum fieri potest de ipso homine: quia cum voluntas sit inclinatio totalis hominis, necesse est, vt cum voluntas tristatur, aut delectatur, & homo ipse absolutẽ dicatur tristari, aut delectari.

Vltimò probatur, nõ colligi ex testimonio proposito datas fuisse homini in sua creatione has tres perfectiones: quia testimoniũ illud intelligitur de corporis immortalitate. Quod probatur imprimis ex voce *inexterminabile*, quæ habetur apud nostrũ interpretẽ. Nã noster interpretes sæpe vitur metaphoricẽ verbo, *exterminare*, & nominibus ab eo deductis: & cũ ita vitur eis loquitur de pertinentibus ad mortem corporeã; vt multis exẽplis etiã ex hoc libro deductis potest cõprobari. Nã capite præcedẽti sic ait: *Nõ est in illis medicamentũ exterminij.* Quæ verba ibidẽ exposuimus de veneno inferente mortẽ & corruptionem corporeã. Et capite sequenti: *ab itinere iusto abierunt in exterminij, & quod à nobis est iter exterminij.* Vbi nomine *exterminij* significatur mors corporalis. Et cap. 18. *Cum primũ fuit exterminium primogenitorũ, sponderunt populum Dei se esse.* Quæ verba necessariò sunt intelligenda de morte corporali primogenitorũ. Et ibidem habetur nomen *exterminatio* in eadem acceptione, cũ dicitur: *Suscepta est autem à populo tuo sanitas iustorum quidem; iniustorum autẽ exterminatio.* Et in eadem significatione

7

D. Thom.

Vltimum argumentum.

8

tu-

9

Sapient. 11.

Sapient. 12.

sumitur ibi verbum exterminare: nam sic habetur: Neque enim ad sepeliendum vini sufficiebant: quoniam uno momento, que erat preclarior natio eorum exterminata est. Et cap. 11. Quorum, scilicet scintillarum, non solum lasura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere. Et capite 12. Misisti antecessores exercitus tui nespas, ut illos paulatim exterminarent.

Et deinde probatur ex Textu Græco, in quo pro inexterminabile habetur præpositio, εως, quæ significat in, & nomen ἀφθαρτος, quod significat, incorruptibilitatem, & immortalitatem. Et quia est in casu dandi, qui apud Græcos sæpe deseruit pro ablativo, ideò ambæ voces ita coniunctæ, sonat Latinè, in incorruptibilitate, aut in immortalitate; quod intelligendum videtur de immortalitate aliqua; & non de integritate, de qua loquimur.

Et tandem probatur ex verbis sequentibus: Invidia autem diaboli mors introiit in orbem terrarum. Quæ ratione particule aduersantis, autè, referenda sunt ad præcedentia: atq; adeò ad illa, de quibus agimus. Quare sicut hæc (iuxta communem Sanctorum sententiam) intelliguntur de morte corporis: ita etiam illa debent intelligi de corporis immortalitate. Ita vt sit sensus: Deus fecit hominem immortalem, invidia autem diaboli reddidit eum mortalem.

August.

In hac re sequuti sunt partem negatiuam Pelagiani, qui (vt refert Augustinus, tomo 2. epistola 106. quæ est ad Bonifacium, vel Paulinum ultra medium, &

tomo 6. libro de hæresibus ad Quoduuldeum, capite 88. insinuabant primum hominem talè fuisse conditum quales nunc nascuntur ceteri homines. Nam in priori loco Augustinus, inter aliquas propositiones, quas dicit fuisse obiectas Pelagio, & ab eo anathematizatas in Concilio Palestino, ne ipse à Concilio anathematizaretur, refert hanc secundo loco.

Infantes nuper nati in illo statu, in quo Adam fuit ante prauaricationem. Et in posteriori dicit Pelagium negasse: Paruulos secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ primæ natiuitate contrahere. Quod est negare contrahere damna in natura humana, quæ subsequuta sunt ex peccato originali: atque adeò asserere naturam humanam ante peccatum primi parentis non habuisse maiorem aliquam perfectionem, aut integritatem, quam post peccatum.

Et ex hæreticis nostri temporis Calvinistæ, & Lutherani fauent huic parti, vt refert Bellarminus, tomo 3. libro vnico de gratia primi hominis, capite 1. quatenus asserunt naturam humanam post peccatum primi hominis, non habere aliquam perfectionem minus quam ante peccatum, præter libertatem arbitrij.

Et præter hæreticos etiam aliqui ex Scholasticis fauent eidem parti, quantum ad aliquid, scilicet quoad negationem reëtitudinis, & integritatis in ordine ad finem supernaturalem. Nam aliqui ex eis negant Adamum fuisse conditum in gratia, quæ per se, & per virtutes supernaturales, quæ

11

12

Bellarmin.

ad

13

Alensis. Bonauent.

Scotus.

Marfil.

14

Gabriel.

ad eam consequuntur est causa totius perfectionis, & integritatis, in ordine ad finem supernaturalem.

Ita sentiunt Alensis 2. parte q. 96. membro 1. Bonauentura in 2. distinctione 29. articulo 2. q. 2. Scotus eadè distinctione quæstion. vnica. §. ad primum, in solutione quarti: quia cum ageret in illa quæstione de gratia, in qua primus conditus est, dixit fuisse conditum in iustitia originali. Et in solutione illius argumenti distinguit iustitiam originalem à gratia. Et Marfilus in 2. quæst. 16. articulo 6. qui etiam addit Adamum neque in creatione, neque vnquam ante peccatum habuisse gratiam gratum facientem.

Et quantum ad instans creationis reputat hanc sententiam tam probabilem sicut oppositam Gabriel in 2. distinctione 29. q. vnica, articulo 3. in fine solutionis primi dubij. Nã ibi dicit posse inquiri, vtrum Adam fuerit creatus in gratia? Et responderet, hoc dubium esse decidendum, sicut aliud simile, quod ipse disputauerat de Angelis: & tamen in 2. distinctione 4. q. vnica, articulo 2. vbi proposuit hoc dubium de Angelis, dixerat vtramque partem posse probabiliter defendi; sine pertinacia, & temeritate.

Resolutio quæstionis.

Notabile.

Pro solutione est aduertendū propter sententias horum auctorum oportere explicare duas difficultates, quæ continentur in hac quæstione circa has tres perfectiones. Primam, an omnes fuerint datæ Adæ ante peccatū?

Secundam, an fuerint ei datæ in momento suæ creationis? Quia, sicut constat, ex his autoribus omnes, præter hæreticos, conueniunt circa primam in parte affirmatiua: tamen circa secundam multi sequuntur negatiuam. Et quamuis sufficeret statuere partem affirmatiuam circa secundam, vt ex eo maneret confirmata etiam pars affirmatiua circa secundam: tamen quia non habet æqualem certitudinem hæc pars in vtraque difficultate, & quia existimo, ex eius suppositione circa primam difficultatem posse desumi efficax argumentum, ad confirmandum eam circa secundam; ideò distinctis conclusionibus respondebo vtrique difficultati, saltem quantum ad primam perfectionem.

Prima Conclusio.

ADAM ante peccatum habuit primam perfectionem in ordine ad finem vltimū tam naturalem, quam supernaturalem.

Ad huius conclusionis explicationem, & probationem aduertendum est, hanc perfectionem in ordine ad finem vltimū naturalem solum importare entitatem ipsius naturæ humanæ cum negatione violationis præceptorum, quæ directè respiciunt eundem finem. Et in ordine ad finem supernaturalem, supponere eandem entitatem cum suâ negatione; & superaddere aliquod donum supernaturale; ratione cuius homo efficiatur gratus, &

15

16

Ante peccatum habuit Adæ primam perfectionem in ordine ad finem naturalem, & supernaturalem. In quo constat hæc perfectio.

acce-

17

acceptus, & proportionatus in ordine ad finem supernaturalem: & sufficiens quantum est ex dignitate requisita in operante ad exercendum opera meritoria eiusdem finis. Et præterea negationem violationis præceptorum, quæ directè, & per se respiciunt finem supernaturalem: cuiusmodi sunt illa, quæ dantur de actibus supernaturalibus. Quare sensus huius conclusionis est, primum hominem ante peccatum habuisse ex parte naturæ, ut præsupponitur potentijs tantam perfectionem, ut præter entitatem suam habuerit prædictum donum supernaturale cum negatione violationis omnium præceptorum tam naturalium, quam supernaturalium.

Et probatur habuisse hæc omnia: nati imprimis habuisse entitatem suæ naturæ cum negatione violationis omnium præceptorum naturalium, satis notum est, cum (ut statim dicemus) necesse fuerit creari hoc modo à Deo.

Et confirmari potest ex eo quod ulterius est probandum; scilicet habuisse etiam donum illud supernaturale cum negatione violationis omnium præceptorum: Quoniam entitas præsupponitur ad illud donum, & negatio præceptorum naturalium violationis, non solum includitur in negatione violationis omnium: sed etiam est conditio requisita ad recipiendum, & retinendum illud donum: quia non poterit homo simul cum peccato mortali habere donum, quo actu sit gratus, & acceptus in ordine ad finem supernaturalem.

Et præterea dici solet de rectitudine, quæ respicit finem supernaturalem, præsupponere tantquam suum fundamentum eam rectitudinem, quæ est in ordine ad finem naturalem.

Et hoc secundum probatur primò testimonijs Conciliorum: Nam in Arausicano secundo, Canon 19. sic habetur: *Natura humana etiam si in illa integritate, in qua condita est, permaneret; nullo modo se ipsam (creatore suo non adiuvante) servaret. Unde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?*

Ex quibus verbis colligitur reparari per Christi gratiam in hominibus eam salutem, quam per peccatum primi hominis perdidit, atque adeò primum hominem ante peccatum habuisse eandem salutem, quæ proculdubio consistit in hac perfectione in ordine ad finem supernaturalem, de qua in hac conclusione loquimur.

Et in Concilio Tridentino, Sessio 5. Decreto de peccato originali. §. 1. sic habetur: *si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, &c. anathema sit.* In quibus verbis aperte dicitur, primum hominem ante peccatum fuisse constitutum in sanctitate & iustitia. Et cum sanctitas, & iustitia, à qua homines simpliciter dicuntur sancti, & iusti apud Deum, vel consistat in hac perfectione in ordine ad finem supernaturalem, de

19

Con. Arau.

20

Cōci. Trid.

qua

21

qua in hac conclusione loquimur, vel includat eam, bene tequitur, primum hominem ante peccatum habuisse huiusmodi perfectionem.

Et eodem modo colligitur idem ex verbis, quæ habentur. S. sequenti: *si quis. Ad prævaricationem sibi soli, & non eius propagini, asserit nonuisse, & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, &c.* Quia etiam hic dicitur aperte, primum hominem accepisse à Deo sanctitatem, & iustitiam ante quam peccaret.

Et notanda sunt pro hæc parte hæc verba, quæ statim ibidem apponuntur: *Aut inquinatum illum per inobedientiam peccatum. mortem, & pænæ corporis tantum in omne genus humanum transfuisse, non autem & peccatum, quod mors est anima.* Nam peccatum non appellatur mors animæ, nisi quatenus privat gratia, quæ est eius vita. Atque adeò ex his verbis colligitur, Adamum per peccatum amisisse gratiam, quæ causa est huius perfectionis, de qua loquimur.

22

Ephes. 4.

Secundò probatur testimonijs Scripturæ. Nā ad Ephesios 4. sic habetur: *Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* Vbi Paulus, iuxta Chrysostomi, & ferè omnium expositionem, opponit vetustatem, quam ratione peccati primi parentis contrahimus ex ipso, novitati spiritus, siue spirituali, quam ha-

23

bemus ex Christo in Evangelio. Quare cum hæc novitas, quantum attinet ad hanc vitam, consistat in dono isto supernaturali, quo perficimur in ordine ad finem supernaturalem, sequitur vetustatem illam etiam includere destructionem huius perfectionis; atque adeò primum hominem per peccatum amisisse hanc perfectionem, quam antea habebat.

Et idè videtur significare Paulus ad Colossenses 3. vbi ita inquit: *Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui renouatur in agnitionem eius qui creavit illum.* Nam ex his verbis, ut ibi advertit Adamus ex Augustino lib. 4. de Trinitate, capite 3. & libro. 6. contra Iulianum, capite 5. rectè colligitur eandem animi perfectionem fuisse destructam per vetustatem, quæ reparatur per renovationem.

Coloss. 3.

24

Et confirmatur significari hoc quod diximus in utroque testimonio: quia Concilium Tridentinum Sessio 5. Decreto de peccato originali. §. 5. ut explicet quomodo qui baptizatur exuat veterem hominem, & induant novum, defumit hæc verba ex utroque testimonio. *Nihil est damnationis ijs qui verè cōsepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem evertunt, & novum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innocij, ac Deo dilecti effecti sunt.*

Cōci. Trid.

Tertiò probatur testimonijs Sactorum, quæ latè referunt, magis

in

Gratianus. 25 Bellar.

in 2. distinctione 29. Gratianus, de Poenitentia, distinctione 2. ca. tolle Charitatē, & Bellarminus, tom. 3. lib. vnico, de gratia primi hominis c. 3. vbi quamuis in titulo dicatur, probari Adamum fuisse in gratia creatum, tamen in progressu capitis cum adducitur hæc testimonia, solum colligitur ex eis, Adamum ante lapsum habuisse gratiam. Et vere omnia præter pauca hoc solum probant. Et hæc omnes probationes sunt adedò efficaces, vt propter eas sit hæc conclusio habenda tanquam certa secundum fidem.

Secunda Conclusio.

In momento creationis accepit hanc perfectionem Adam.

26

Hanc perfectionem in ordine ad vtrumque finem tam naturalem, quam supernaturalem, accepit Adam à Deo in ipso momento suæ creationis.

Hæc conclusio, quantum ad hanc perfectionem in ordine ad finem naturalem est certa secundum fidem: quia de fide est Adamum in sua creatione accepisse à Deo propriam entitatem, & etiã accepisse eam sine vilo peccato habituali, atque adedò cum negatione violationis præceptorum naturalium: quoniam aliàs Deus esset autor illius peccati, sicut & entitatis: cum non posset provenire ex actu alterius hominis, sicut originale in pueris provenit ex actu Adæ: neque ex actu proprio præcedenti: quia nullus actus Adæ potuit præcedere instans creationis, per quam accepit esse.

Et non potest responderi, Ada-

mum in illo instanti peccasse actu proprio, quem tunc potuit habere reliberum: Nam vt omittamus quæstionem illam, quæ solet disputari ad probandum Angelos non potuisse peccare in instanti suæ creationis, scilicet, an peccatum illud esset refundendum in autorem naturæ? videtur hoc esse apertè contra Scripturam, Genes. 1. & 3. vbi tam apertè significatur intercessisse aliquam temporis durationem, inter creationem, & lapsum primi hominis; atque adedò amissionem status innocentiae, per quam coeperunt erubescere, vt de eo nullum possit esse dubium.

Verum quantum attinet ad hanc primam perfectionem, pro vt respicit finem supernaturalē, non est tam certa hæc conclusio, neque tam facilis eius probatio. Et quamuis in ea conueniatur cum Diuo Thoma, prima parte quæst. 95. articulo primo, omnes eius Expositores, & Scholastici, præter illos, quos ante primam conclusionem retuli pro sententia opposita: & præterea Bellarminus loco citato; & Benedictus Pererius libro quinto Commentariorum in Genes. in disputatione, quæ inscribitur de secunda excellentia status innocentiae, idest, de gratia gratum faciente, quæst. prima. Tamen non damnant oppositam sententiam, neque conueniunt in probationibus huius sententiae, neque dicunt eas, quibus vtuntur, esse efficaces, aut conuincere intentum: imò quidam eorum aliorum probationes conantur infirmare. Possunt verò hæc probationes reduci ad tria genera. Ex quibus

27

28

D. Thom.

Bellarmin. Pereira.

pri-

29

primum continebit testimonia Scripturæ, quæ sunt duo.

Qua ratione homo sit similitudo, & imago Dei.

Genesis. 1. Probatur conclusio ex sacra Scriptura.

PRIMUM est illud Gen. 1. Faciamus hominē ad imaginē, & similitudinē nostrā. Quæ verba habentur etiã in hoc capite. Nam post verba, quæ explicamus continuo subiiciuntur hæc: Et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum, scilicet hominem.

Bellarmin. Valentia. Homodicitur factus ad imaginē Dei secundum naturam, & ad similitudinē secundum gratiam.

30

Et vtitur hoc testimonio Bellarminus loco citato, & Greg. de Valentia. 1. p. disp. 7. de statu innocentie. q. 2. p. 2. & ex eodem desumunt hoc argumētum: Homo intelligitur esse ad imaginem Dei secundum naturam; & ad similitudinē secundum gratiam: ergo homo simul cū natura, rationē cuius factus ad imaginem Dei, accepit gratiam, ratione cuius fuerit factus ad eius similitudinē. Cōsequētia patet, quia hæc verba significāt quid Deus dederit homini cū creauit eū. Et antecedens probatur ex Sactis, qui ita exponunt duas illas voces, imaginem, & similitudinē, vt imaginem referant ad naturam, & similitudinē ad gratiam.

Origin. Basil.

Theod. Iren, Cyprian.

Ambros.

Hieron.

Ita has voces distinguit ex Græcis Origenes lib. 3. Periarthon, c. 6. Basilus homil. 10. in Genes. Chrysostomus, homil. 9. in Genes. Theodoretus in quæstionibus in Genes. q. 20. Et ex Latinis, Irenæus lib. 5. aduersus hæreses. c. 6. Cyprianus in sermone de bono patietate, Ambrosius lib. de dignitate conditionis humanæ. c. 2. & 3. & lib. 6. exameron. c. 7. & 8. Hieronymus in illud Ezech. 28.

Tu signaculum similitudinis, August. lib. cōtr. Adimantū Manich. c. 9. Rupertus lib. 2. de Trinitate, & operibus eius. c. 3. & 5. Et alii qui pro hac expositione referūt D. Thom. 1. p. q. 93. articul. 9.

Et confirmatur esse ita distinguēdas has voces: quia Eccle. 17. sic habetur: Deus creauit de terra hominē, & secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se vestiuit illum virtute. Vbi illud secundum se refertur ad Deum; & idem valet quod ad sui similitudinē: atque adeò significatur, Deum fecisse hominē ad sui similitudinē, in quantum vestiuit eum virtute.

Sed proculdubio hoc testimonium parum fauet huic sententiæ, quia non est certum illud discrimen, quod constituitur inter duas illas voces, imaginem, & similitudinē; Imò Benedictus Pererius libro. 4. commentariorum in Genes. in historia Mosis de creatione Adami, & Eux, ex capite. 1. & 2. Genes. descripta, in illud ad imaginem, & similitudinē nostram, dicit non esse satis consentaneū diuinæ Scripturæ. Quod probat tribus argumentis, ex quibus duo tantum referemus.

Primum est, quia Genes. 5. dicitur Adā genuisse filiū Seth, ad imaginem, & similitudinē suam. Vbi quamuis ponantur duæ illæ voces, imago, & similitudo, non potest inter eas habere locum illa distinctio.

Secundum est, quia Scriptura, cū vult significare hominem esse Deo similem, vtitur variè his vocibus, aut coniunctis, aut separatis, & tamen semper idem significat, scilicet eundem modum similitudinis. Aliquādo enim po-

31 August. Rupert.

Impugnatur argumētum ex hac autoritate Genes. Pereira.

32

Impugnatur. 1.

K nit

33

nit vtrunq; nomen, & in eodem casu, vt in hoc testimonio: *ad imaginē, & similitudinem nostrā.* Aliquādo ponit vtrunq; nomē, sed in diuerso casu, vt in hoc nostro capite, *Ad imaginē similitudinis sua fecit illum.* Aliquādo verò omittit nomen similitudinis, & ponit nomen imaginis, vt Genes. 9. *Ad imaginē quippe Dei factus est homo.* Et tandem aliquando omisso nomine imaginis, ponit nomē similitudinis, vt Iacob. 3. *In ipsa (scilicet lingua) benedicimus Deum, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.*

Genes. 9.

Iacob. 3.

Et si quæras: cur posito nomine imaginis fuerit additum nomen similitudinis?

34

Respondetur, non addi ad significandum aliquid, in quo homo sit similis Deo, distinctum ab eo, in quo est eius imago: sed solum ad significandum modū, & gradum perfectionis ipsius imaginis in ratione imaginis. Quasi diceretur, faciamus hominem ad imaginem nostram, quæ sit nobis simillima; atque ad eō sit in ratione imaginis perfectissima.

Ex D. Tho.
Similitudo
est duplex.

Quod D. Thomas loco, quem diximus illos autores citare pro sua expositione, asseruit expresse, & explicuit hac ratione: *Similitudo dupliciter comparatur ad imaginem, scilicet, vt ratio communis; quia omnis imago est similitudo, & non è contra, cum imago supra similitudinem addat esse expressam ad aliquid representandum; & vt quid consequens tanquam modus, & gradus sue perfectionis in ratione imaginis. Quia cum eiusdem rei possint esse plures imagines inæquales inter*

Imago addit
supra similitudinem.

se, in perfectione imaginis; illa dicetur perfectior, quæ fuerit simillior.

35

Et præterea colligitur ex textu Hebræo, in quo pro, *Ad similitudinem nostram*, habentur voces, quæ ad verbum sonant Latinè, secundum similitudinem nostram: ita vt sensus sit: Faciamus hominem, qui sit imago nostra similis nobis quantum fuerit possibile in natura.

Et tādē colligitur ex verbis huius capituli supra positus: scilicet, *Ad imaginē similitudinis sua fecit illū.* Nam vel dicendū est genitiuū *similitudinis* iuxta cōsuetudinē linguæ Hebræicæ poni pro adiectiuo in casu accusadi, in quo est nomen *imaginē*; ita vt idē sit ad imaginē similitudinis suæ, atq; ad imaginē similem sibi, sicut filius dilectionis suæ ponitur pro filius dilectus sibi. Vel nomen similitudinis poni loco nominis proprietatis, ita vt significetur ad imaginē eius quod est ipsi maxime propriū, scilicet intellectualitatis. Cui expositioni fauet textus Græcus, in quo ad verbū habetur, ad imaginem suæ, aut propriæ proprietatis.

36

Et ad testimonia Sanctorū, quibus cōfirmata est illa distinctio, respōdetur, Sāctos qui ea vtūtur referre imaginem ad naturā intellectualem, & similitudinē ad capacitatem gratiæ gratū facientis; ita vt sensus sit: Faciamus hominem, qui sit secundum naturam suam imago nostra, & præterea sit capax similitudinis nobiscū per gratiam gratū facientē.

Et si obijcias cōuenire homini hanc capacitātē, quatenus est naturæ intellectualis, atq; ad eō ad imaginē Dei; & ex cōsequēti,

iuxta

37

iuxta hanc solutionem tribui homini secundum idē esse ad imaginem, & similitudinem Dei, quod est non distinguere significata harum vocum.

Respondetur, quamuis homini cōueniat hæc capacitas gratiæ secundū id, ratione cuius dicitur ad imaginē Dei, tamē nō ita explicari hoc per nomen imaginis sicut per nomen similitudinis.

Voluerunt autē Sancti distinguere hoc modo duas illas voces, non tā quia ipsarū vocū proprietates id postulare, quā vt explicaret quid ex eis colligi possit, quo nos ad morū reformationē exhortatēmur: quasi ita arguerentur: Facti sumus nō solū ad imaginē Dei, sed etiam capaces similitudinis cū ipso, per gratiā, & virtutes: ergo sicut Deus est iustus, sanctus, bonus, & omnes habet virtutes, remotis imperfectionibus: ita & nos adiuti ope suæ gratiæ debemus conari effici ei in his omnibus similes.

38

Et quāuis possemus ostendere esse hunc sensum Sanctorū, cum vtūtur illa distinctione discurrendo per eorū testimonia: solū adducemus testimonium Anacleti Pape, quē autores citati referunt pro sua sententiā. Nam epist. i. ita inquit: *Sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, iustus, patiens, atq; mitis, & misericors, & cetera sanctorū virtutum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, vt charitatem haberet, vt bonus esset, & iustus, vt patiens, atq; mitis, mūdus, & misericors foret. Quas virtutes quāto plus quisque in se ipso habet, tāto propior est Deo, & maior est, ac*

Anacletus
Papa.

sui conditoris gerit similitudinem. Et paulò inferius: *Quapropter quisque diligentius attendat primam conditionis suæ excellentiā, vt venerandam sanctæ Trinitatis in se ipso imaginē agnoscat, honoremq; similitudinis diuine, ad quā creatus est, nobilitatem morum, executionē virtutum, dignitatem meritorū, habere contendat.* Quibus verbis Anacletus quantum attinet ad gratiā, siue charitatē, & virtutes actu, non explicat quid homo in sua cōditione acceperit: sed ad quid debeat sumo studio incumbere, ratione eius dignitatis, & capacitatis, quam accepit in quantum fuit ad imaginem, & similitudinem Dei conditus.

39

Quare ad formam argumenti desumpti ex hoc testimonio, potest negari antecedens. Et ad cōfirmationem negari potest, primò illud *secundum se* referri ad Deum: quia in Græco est in numero plurali, *secundum se ipsos*, & refertur ad homines.

40

Et deinde quāuis referatur ad Deū, & valeat idem quod ad similitudinem suam, negari potest per virtutē significari gratiā, aut virtutē vt opponitur vitijs. Quia loco eius in Græco habetur nomē, quod significat, robur, & fortitudinē. Vnde aliqui intelligūt significari his verbis, Adamum fuisse conditū in perfecto robore corporali, ad similitudinem Dei, qui quasi vndique est circū amictūs fortitudine: iuxta illud Psalmi. 92. *Indutus est Dominus fortitudinem.* Et alij hoc extendunt ad perfectionem scientiæ, & acumen intellectus, quo runc homo cuncta poterat penetrare.

Psalm. 92.

Et tandem nulla est ratio, quæ

41

conuincat hæc verba esse intelligenda de ipso instati creationis, neq; in contra adiungitur illis. *Deus creauit hominem de terra.*

Quid sit Deum fecisse hominem rectum.

Ecclesias. 7.

ALTERVM testimonium est illud, Eccles. 7. *Solum modo noc inueni quod fecerit Deus hominem rectum: & ipse se infinitis miscuerit questionibus.*

D. Thom.

Ex quo Diuus Thomas. 1. p. quæst. 95. articulo 1. vt desumat argumentum supponit duo. Primum, est hanc rectitudinem, in qua Deus creauit primum hominem positam fuisse in tribus rectitudinibus, quasi partialibus, ex quibus ipsa totalis rectitudo cõsurgebat, quarum prima erat subiectio partis rationalis ad Deum vt ad vltimum finem. Secunda erat subiectio partis sensitiuæ ad rationalem. Et tertia erat subiectio corporis ad animam.

42

Et hoc probat Diuus Thomas, quia hæc verba intelliguntur de rectitudine data homini in sua creatione: & de rectitudine perfecta hominis, vt homo est. Non est autem perfecta rectitudo hominis, nisi includat has tres rectitudines, siue subiectiões partiales.

Secundum est, has tres rectitudines habuisse hunc ordinem inter se, vt prima fuerit causa secundæ, & secunda tertiæ.

Et hoc etiam probat Diuus Thomas eadem ratione: scilicet, quia pars sensitiua tunc primò caruit subiectione ad rationalem, & corpus ad animam, cum rationalis est auersa per peccatũ à Deo, vt constat Genesis tertio.

Et his suppositis D. Thomas sic argumentatur: Hæ tres rectitudines datæ sunt Adæ in momento suæ creationis, & duæ vltimæ fuerunt supernaturales: ergo etiam prima. Et ex consequenti Adam in instanti, in quo creatus est, accepit à Deo primam perfectionem, de qua in nostra conclusione loquimur, in ordine ad finem supernaturalem. Antecedens quoad primam partem patet ex prima suppositione. Et quoad secundam probatur: quia si fuissent aliquo ex illis duobus modis naturales, mansissent in homine post peccatum; quia homo per peccatum non amisit aliquid, quod fuerit ipsi ita naturale, sicut neq; Angelus. Et primam consequentiam probat D. Thom. ex secunda suppositione.

43

Quia iuxta eam prima rectitudo fuit reliquarum causa, & effectus non est potior, aut præstantior quàm sua causa. Et ex his manet probata secunda consequentia: quia subiectio partis rationalis, in ordine ad finem vltimum nõ potest esse supernaturalis, nisi respectu finis vltimi supernaturalis. Et hæc subiectio est idem cũ illa prima perfectione in ordine ad finem vltimum supernaturalem.

44

Confirmatur. Quia Augustin. videtur colligere hæc sententiã ex hoc fundamẽto. Nam lib. 14. de ciuitate. c. 11. ita inquit: *Fecit Deus hominem rectum. ac per hoc voluntatis bonæ: non enim reclusus. esset bonam non habens voluntatem.* Et capite. 27. *Primus homo rectus, hoc est bonæ voluntatis, creatus fuerat.* Et tamen apud Augustinum non est voluntas bona nisi beneficio gra-

Augustin.

tia

45

Probaturnõ esse efficacẽ argumentũ ex hac autoritate.

tia diuinæ; atq; aded nisi media rectitudine, & bona dispositione supernaturali partis rationalis.

Sed neque ex hoc testimonio ostenditur efficaciter hæc veritas. Nam quamuis in eo significetur, hominem fuisse à Deo creatum cum tota illa perfectione, siue recta constitutione, aut dispositione, quæ requirebatur, vt sine vlla difficultate, aut labore posset exequi propriũ munus, & officium hominis, quod est viuere secundũ rationem, obediendo in omnibus suo conditori, nõ significatur fuisse creatum cũ perfectione, & dispositione proportionata in ordine ad finem supernaturalem. Quia sicut omnes concedunt potuisse à Deo creari hominem cum priori ex his perfectionibus sine posteriori: ita etiam in testimonio, in quo significatur fuisse creatum cum priori, non significatur fuisse etiã de facto creatum cũ posteriori.

46

Neque oppositum probatur argumento proposito, etiam admissa prima suppositione absolute, & secunda in bono sensu, quem postea explicabimus. Nã antedẽs quoad priorem partem est concedendum; & quoad posteriorem distinguendum. Si enim cùm dicitur duas vltimas rectitudines esse supernaturales, sit sensus, esse supernaturales tanquam dispositiones proportionatas in ordine ad finem supernaturalem, ita vt per eas homo rectificetur, & perficiatur, immediate, & per se in ordine ad hunc finem: falsum est, quia ille modus subiectionis partis sensitiuæ ad rationalem, & corporis ad animam potuit conue-

nire homini, non eleuato in finem supernaturalem. Si verò sensus sit, esse supernaturales, tanquam dona gratuita, hoc est, non debita naturæ, quia neque sunt partes eius, neque oriuntur ex eius principijs verum est. Et consequentia est neganda tã prima, quàm secunda.

47

Et ad probationem primæ, ex qua manebit soluta probatio secundæ respondetur; secundam suppositionem posse habere duos sensus. Primus est, primam rectitudinem fuisse propriè causam reliquarum, quia propria efficientia, aut per naturalem emanationem, concurrebat ad eas. Secundus est, fuisse impropriè causam: quia licet nullum præstaret concursum ad earum productionem, & conseruationem; erat necessariò requisita ad conseruationem ex lege Dei, qui statuerat non conseruare illas duas rectitudines in homine, nisi quandiu ipse non amitteret primam per peccatum, vt constat ex illo Genesis. 2. *In quocum-*

48

que enim die comederis ex eo, morte morieris. Et in hoc secundo sensu tantum est vera illa secunda suppositio, & non in primo; & hoc solum conuincit eius probatio. Ad hoc autem vt prima rectitudo esset hoc modo causa reliquarum, non fuit necesse, ipsam fuisse supernaturalem, neque vt proportionatã fini supernaturali: quia reliquæ non habebant hunc modum supernaturalitatis: neq; vt donum gratuitum superadditum naturæ; quia ille modus causalitatis non postulabat tantam proportionem. Quod articulo sequenti magis explicabimus.

Gen. 2.

K 3

Ad

49

Ad confirmationē respōdetur, Augustinum cū dicit nō esse in homine bonam voluntatem sine auxilio diuinæ gratiæ, loqui de homine post lapsum: quia sicut non potuit homo reparari post lapsum, nisi per gratiā Dei; ita neque potuit habere bonam voluntatem.

Probatur conclusio testimonio Sāctorum.

Secundum genus probationis desumitur ex varijs testimonijs Sāctorum, qui videntur significare primum hominem fuisse conditum in gratia gratū facientem, atq; adeo cum perfectione illa prima, in ordine ad finem supernaturalem; de quo loquimur in conclusione nostra. Et testimonia hęc referunt Belarminus, Benedictus Pererius, & Gregor. de Valentia locis citatis. Et ferē omnia sunt Sāctorum, quos retulimus in argumento desumpto ex primo testimonio præcedentis probationis.

50

Sed mihi etiam hęc probatio videtur parū efficax: Quia Sācti, vel loquuntur in cōmuni de fœlicitate status, in quo primus homo fuit conditus, non explicando in particulari aliquid quod pertineat ad gratiā gratū facientē, siue ad perfectionem illā: qua ratione exponendus est Augustinus, cū libro de correptione, & gratia. c. 10. & 11. dicit, parē fuisse rationē Angelorum, & primorum hominum, in multis, quantum ad statū in quo fuerunt conditi: & de Angelis dicit libro de ciuitate. 12. c. 9. fuisse conditos in gratia. Vel cum loquuntur in particulari de hac gratia, & perfectione, nō loquuntur determinatē de ipso momēto creationis

Augustin.

hominis, sed indeterminatē de tēpore, quo permansit sine lapsu in peccatū. Et ita ex eorū verbis solum potest colligi, hominē ante lapsum habuisse gratiam gratū facientem, atque adeo perfectionem illam primam, in ordine ad finem supernaturalem, de qua loquimur in conclusione. Et hoc modo explicuit testimonia Sāctorum, quibus solet probari hominem fuisse creatum in gratia, Diuus Thomas. 1. part. quæstione. 95. articulo. 1. in corpore, vbi ita inquit: *Quidam dicunt, quod primus homo non fuit creatus in gratia, sed tamen postmodum gratia fuit sibi collata antequam peccasset.* Et statim, vt probet esse concedendum hoc secundum, sic ait. *Plurima autem Sāctorum autoritates attestantur hominem in statu innocentia gratiam habuisse.*

51

Et tamen, vt impugnet primum, & probet, hominem in momento suæ creationis habuisse gratiam, non adducit testimonia Sāctorum; sed testimonium ex Ecclesiaste. c. 7. de quo in præcedenti probatione egimus. In quo satis apertē insinuat, Sāctos id non asserere.

52

Tertium genus probationis sumitur ex varijs rationibus congruentiæ, vt Deus homini in momento suæ creationis infunderet gratiam. Inter quas potissima est illa, qua Diuus Thomas vtitur. 1. part. quæstione. 62. articulo 3. vt id probet de Angelis, quæ est huiusmodi: Omnes res naturales, quæ successu temporis per diuinam prouidentiam sunt factæ, fuerunt productæ à Deo in principio crea-

Tertio probatur conclusio rationibus congruentiæ.

tionis

53

tionis rerum secundum quasdam feminales rationes: ergo etiam status beatitudinis, quem successu alicuius durationis poterant consequi à Deo creature rationales; scilicet Angelus, & homo: fuit à Deo productus in initio creationis ipsorum, secundum quandam rationem eius feminalem: & ex consequenti secundum gratiam gratum facientem; aut, quod idem est, secundum perfectionem, de qua loquimur in nostra conclusione. Antecedens patet, quia ita asseritur ab Augustino, libro. 8. super Gen. ad literam, capite. 3. Et cōsequenti quoad primam partem consequentis probatur: quia oportet seruari proportionem inter productionem rerum naturalium, & supernaturalium. Et quoad secundam, quia gratia gratum faciens, eo modo comparatur ad beatitudinem, quo ratio seminalis in natura, ad effectum naturalem. Et propterea appellatur semen Dei: iuxta illud. 1. Ioannis. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semē eius manet in eo.*

Augustin.

54

1. Ioann. 3.

Confirmatur, quia ceteras res produxit Deus ita perfectas in suo esse, vt vel dederit eis omnem suam perfectionem, vel media necessaria, vt eam consequerentur: Vt lapidi dedit grauitatem, qua consequeretur esse in centro, & sic de alijs: Ergo etiam hominem, quem Deus à sua creatione ordinauit in finem supernaturalem obtinendum per propria merita, produxit ita perfectum, vt ei dederit gratiam, quæ est medium neces-

farium ad operandum meritorie, & consequendam beatitudinem.

Sed hęc probatio est parum efficax, & Diuus Thomas solum vtitur ea ad explicandum, quæ fuerit congruentia, vt Deus de facto creauerit hominem cū gratia iustificante.

Et facillimè potest ei responderi. Nam quantum ad argumentum, potest dici esse magnum discrimen inter antecedens, & consequens: quia in antecedenti fit sermo de perfectione debita vniuerso, vt esset completum secundum suam naturam: quia nisi species, quæ erant multiplicandæ in vniuerso continerentur in ijs, quæ à Deo sunt creatæ tanquam in semine; deesset vniuerso in sua creatione aliquid per se requisitum ad suam perfectionē, scilicet huiusmodi species: at verò in consequenti fit sermo de perfectione, quæ non erat debita vniuerso ad eius cōplementum: sed liberè superaddita ei ex diuina bonitate, & misericordia.

Et eodem modo potest assignari discrimen inter antecedens, & consequens confirmationis. Et addi potest, hominē duobus modis posse dici ordinatum in finem supernaturale; scilicet extrinsecè, hoc est per diuinā voluntatem dandi ei pro suo tempore media, quibus possit hunc finem consequi: sicut modò est ordinatus puer, antequam per Baptismum liberetur à peccato originali: & intrinsecè, hoc est per intrinsecam acceptationem in ordine ad eundem finem, quæ est gratia gratum

55

56

K 4 faciens:

57

faciens: sicut idem puer post susceptum Baptismum est ordinatus. Et qui negaret, Adamum fuisse creatum in gratia, consequenter diceret, non fuisse in sua creatione ordinatum in finem supernaturalem posteriori modo, sed solum priori: Et ideo non fuisse necessarium, ut tunc darentur ipsi intrinseca media, quibus posset operari ad consecutionem huius finis; sed pro tempore à Deo constituto.

*Præ ratio
conclusionis,
& efficax.*

Quare aliter probatur hæc pars hac ratione. Omnes perfectiones, quæ datæ sunt Adæ, ut capiti totius naturæ humanæ per generationem, datæ sunt ipsi simul cum natura, in ipso momento suæ creationis: sed hæc perfectio, quæ est bona dispositio, siue rectitudo intrinseca in ordine ad finem supernaturalem data fuit Adæ, ut capiti totius naturæ humanæ, per generationem: ergo data fuit ipsi in momento suæ creationis. Minor patet, quia si Adam non peccasset omnes eius filij nascerentur non solum cum iustitia originali, sed etiam cum iustitia gratuita, quæ est merendi principium. Quod D. Thomas probat 1. part. quæst. 100. articulo. 1. in solutione. 2. Quia omnes nascerentur cum iustitia originali; ergo, & cum gratia gratum faciente: quia radix iustitiæ originalis, est subiectio supernaturalis rationis ad Deum, quæ est per gratiam gratum facientem. Quæ tamen ratio parvam habet efficaciam, ut paulò superius dixi, loquendo de ipso primo homine.

*Concilium
Tridentin.*

Et ideo melius probatur: Quia in Concilio Tridentino

ses. 5. decreto de peccato originali. §. 2. definitur, Adamum acceptam à Deo sanctitatē, & iustitiam non solum sibi, sed etiam nobis perdidisse.

Ex quo duo sequuntur ad hoc propositum. Primum est, Adamum accepisse à Deo sanctitatem, & iustitiam non solum pro se, sed etiam pro nobis, quoniam aliàs, non amisisset eam pro nobis. Et hoc est accepisse eam, ut caput totius naturæ. Ex quo immediatè probatur illa minor. Alterum est, Adamum si non peccasset fuisse conseruaturum eandem sanctitatem sibi, & nobis; atque adeò omnes eius filios fuisse nascituros cum eadē sanctitate.

Et ne aliquis dicat, Conciliū per sanctitatem, & iustitiam intellexisse tantum donum iustitiæ originalis; notandum est imprimis id, quod in probatione primæ conclusionis diximus circa hoc idem decretum: scilicet sanctitatem, & iustitiam, à qua homines dicuntur simpliciter sancti, & iusti apud Deum, includere gratiam gratum facientem. Et deinde notandum est, in eodem decreto peccatum originale, quatenus est amissio huius sanctitatis, & iustitiæ appellari mortem animæ: quod non posset dici nisi huiusmodi sanctitas, & iustitia esset vita animæ; atque adeò gratia gratum faciens. Et tandem notandum est, idem Concilium. §. 4. & 5. sequenti, definire, paruulos per peccatum originale impediri ab ingressu Regni cœlestis. In quo apertè supponit, eos in Adam, ratione illius sanctitatis, & iustitiæ, ha-

59

60

buisse

61

buisse ius ad Regnum cœlorum.

Et maior probatur, quia Adā simul cum natura, atque adeò in sua creatione, accepit esse caput totius naturæ humanæ per generationem: ergo & tunc accepit omnes perfectiones, quæ vel ex naturæ rei, vel ex Dei institutione pertinebant ad esse talis capitis, atque adeò omnes quæ datæ sunt ipsi, ut tali capiti. Cōsequentia huius probationis patet, quia Deus in prima rerum creatione non produxit aliquid imperfectum quantum ad ea, quæ requirebantur ad suum esse; atque adeò si creauit Adamum, ut caput, etiam creauit ipsum cum omnibus requisitis ad esse talis capitis. Et antecedēs probatur: Quia idem fuit creare Adamum, ut primum hominem, à quo esset tota natura humana cōmunicanda alijs per generationem, & creare ipsum, ut caput totius naturæ humanæ per generationē.

Obiectio.

Sed dices, hoc esse verum de capite quoad conditiones debitas naturæ humanæ, non autem quoad conditiones nō debitas; quales sunt morales, & præsertim illæ, quæ pertinent ad ordinem gratiæ gratum facientis.

Respondetur.

Sed contrā: Quia ipsa Adamus fuit constitutus caput, quoad perfectiones tā debitas morales, quàm & supernaturales, & non fuit constitutus quoad hæc omnia per partes, ita ut primum fuerit constitutus quoad aliqua, & postea quoad alia: quia nulla est ratio diuidendi constitutionem in esse capitis, quoad hæc omnia: Ergo simul est constitutus quoad omnia, atq; adeò si in momento suæ creationis

est constitutus caput quoad naturam, & perfectiones ipsi debitas, etiam fuit tunc constitutus caput quoad perfectiones morales, & pertinentes ad ordinem gratiæ.

Confir.

Confirmatur primò. Quia antequodlibet instans signatū post creationem Adæ, potuit ipse peccare pro se, & pro sua posteritate. Et de tali peccato deberent dici trita, quæ in hoc argumento retulimus dici in Concilio Tridentino de eo peccato, quod de facto commisit. Scilicet Adamum per ipsum amisisse sibi, & nobis sanctitatem, & iustitiam, quam accepit; & incurrisse mortem animæ, & exclusionem à Regno cœlesti. Ergo etiam ante quodlibet tale instans erat Adā constitutus caput omnium hominum, quoad sanctitatem, & iustitiam, & vitam animæ, & ius, vel acceptationem, & ordinationem intrinsecam, ad Regnum cœlorum. Et ex consequenti acceperat hæc omnia. Prima consequentia patet, quia non posset Adam amittere illa omnia sibi, & nobis, nisi quoad omnia esset constitutus caput nostrum. Et secunda etiam patet: quia, ut diximus in hoc argumento, non est Adam constitutus caput nostrum, quoad aliquid, nisi cum habeat illud. Et antecedēs quoad 1. partem etiā patet, quia certum est Adamum statim post instans suæ creationis potuisse peccare. Et quoad secundam probatur, quia Concilium, ut diceret illa omnia de peccato Adæ, non habuit fundamentum in aliqua reuelatione, vel traditione de tempore,

63

64

K 5 de

65

de quo Adam acceperat à Deo oppositas perfectiones : sed in doctrina absoluta Scripturæ de statu Adæ cum primum potuit peccare; scilicet immediatè post instans suæ creationis.

Confir. 2.

Confirmatur secundò. Quia cum primum collocavit Adam in Paradiso, atque adedò immediatè post suam creationem imposuit ei præceptum, per cuius transgressionem peccavit pro se, & nobis; & incurrit amissionem trium bonorum, quæ connumeravimus ex Concilio, scilicet, sanctitatis, & iustitiæ, & vitæ animæ, & acceptationis intrinsecæ, atque iuris ad Regnum cœlorum: ergo iam tunc erat constitutus caput nostrum quoad omnia illa bona, & acceperat illa à Deo. Consequentia patet, quia aliàs, non posset per transgressionem illius præcepti peccare pro se, & nobis, nec amittere illa bona. Et antecedens probatur. Quia Gen. 2. sic habetur.

66

Genesi. 2.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradisum voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum: Præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno Paradisi, comedere de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: in quacunque enim die comederis ex illo, morte morieris. Quæ verba intelligenda sunt: tum de tempore, quod immediatè successit creationi Adæ; quoniam statim ut creatus est Adam, fuit in Paradisum illatus, ut etiam ex commoditate loci haberet statim feliciorum statum. Tum etiam de præcepto propter cuius transgressionem amisit illa bona, ut patet ex Gen. 3. ubi Deus sic al-

Genesi. 2.

loquitur Adam: Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes; maledicta terra in opere tuo, &c.

67

Tertia conclusio.

ADAMVS in ipso momento creationis accepit à Deo secundam perfectionem, quæ consistit in bona dispositione intellectus, & voluntatis ad operandum benè moraliter in ordine ad finem vltimum tam naturalem quam supernaturalem.

In instanti creationis sue accepit homo secundam perfectionem.

Hæc conclusio duas continet partes, sicut præcedens. Prima est, Adamum in sua creatione accepisse intellectum, & voluntatem, cum bona dispositione ad operandum benè moraliter, in ordine ad finem vltimum naturalem. Et hæc probatur satis efficaciter ex testimonio Ecclesiast. 7. adducto in probatione præcedentis conclusionis: scilicet: Fecit Deus hominem rectum. Nam rectum ibi, idem valet, quod benè constitutum ad exequendum proprium munus suum: & quia proprium munus hominis est exercere operationes conformes rectæ rationi in ordine ad finem vltimum, sibi proportionatum, scilicet naturalem: & principia, quibus proximè potest hoc præstare, sunt intellectus, per modum dirigētis, & voluntas per modum elicētis, & operantis, sequitur Deum creasse hominem cū tota perfectione, & bona dispositione, requisita ex parte intellectus ad facilè, & expeditè dirigēdum actiones humanas, iuxta

68

Probatur.

69

Confirmatur

exigentiam rectæ rationis: & ex parte voluntatis ad elicendum, & operandum easdem actiones.

Et confirmatur. Quia homo secundum suam naturam est rationalis, atque adedò habet propensionem, & inclinationē naturalem ad bonum rectæ rationi consentaneum: ergo, ut produceretur à Deo benè constitutus, & dispositus secundum suam naturam, & naturalem inclinationem, necesse fuit creari cum bona dispositione, requisita ex parte intellectus, & voluntatis ad prosequendum huiusmodi bonum.

2. Probatur

70

Deinde probatur hæc pars, quia sequitur ex prima parte præcedentis conclusionis. Si enim homo fuit à Deo creatus cum bona dispositione ex parte essentiæ animæ suæ, in ordine ad finem suum vltimum naturalem: benè sequitur fuisse creatum cū bona dispositione, requisita ex parte potentiarum animæ; scilicet intellectus, & voluntatis, in ordine ad eundem finem. Quoniam aliàs non fuisset seruata proportio in creatione hominis, inter essentiæ animæ, & suas potentias, quantum ad perfectionem, & dispositionem moralem in ordine ad finem vltimum naturalem.

Confirmatur. Quia aliàs vix posset explicari, in quo excederet homo, sicut de facto est à Deo creatus, hominem conditū in puris naturalibus quantum ad hanc perfectionem ex parte essentiæ animæ suæ, & potentiarum partis rationalis; scilicet intellectus, & voluntatis. Quia in essentiæ animæ, & potentiarū,

71

& negatione violationis omnium præceptorum naturalium, nō habet plus vnus homo quam alter, in sua creatione: ergo, ut quantum ad hanc partem explicetur inæqualitas, necesse est dicere hominem in statu naturæ integræ habere in intellectu, & voluntate meliorē dispositionē ad operandum iuxta exigentiam rationis rectæ in ordine ad finem vltimum naturalem.

D. Thom.

Et potest hoc rursus confirmari ex eo quod Diuus Thomas prima secundæ, quæstione. 85. articulo 2. & 3. docet de diminutione inclinationis naturalis, facta ad virtutem in homine per peccatum primi parentis, & de vulneribus naturæ humanæ inflicti per idem peccatum. Nam imprimis articulo 2. docet, esse in parte rationali hominis, prout comprehendit has duas potentias, scilicet intellectum, & voluntatem, inclinationem naturalem ad virtutem, & hanc inclinationem fuisse diminutam per peccatum hominis: non quidem, quia fuerit detractum aliquid de entitate ipsarum potentiarum, sed quia apposita sunt impedimenta, quibus potentiæ retardantur, & redduntur minus habiles, & pròptæ ad prosequendum bonum virtutis. Et cum nō dicat, neque possit dicere Diuus Thomas huiusmodi impedimenta, quatenus proueniunt ex peccato originali; consistere in aliquo positivo, & physico: necesse est, ut dicat consistere in carentia alicuius rectitudinis, & bonæ dispositionis, quam potentiæ habeant ante peccatum in ordine ad hoc bonum. Et deinde art. 3.

72

73

docet quatuor vulnera fuisse subsequuta in natura humana ex peccato originali: scilicet ignorantiam, infirmitatem, malitiam, & concupiscentiam. Et ex his ignorantiam dicit consistere in destitutione intellectus ab ordine ad verum, & malitiam in destitutione voluntatis ab ordine ad bonum; atque adeo supponit utramque potentiam ante peccatum fuisse perfectam, & recte dispositam in ordine ad verum, & bonum.

74

Secunda pars est utramque potentiam partis rationalis, scilicet intellectum, & voluntatem habuisse hanc perfectionem, & bonam dispositionem ad operandum bene moraliter in ordine ad finem ultimum supernaturalem. Et hæc pars sequitur aperte ex præcedenti conclusione, quia secundum legem Dei ordinariam, non perficitur, & disponitur bene essentia anime rationalis in ordine ad finem supernaturalem, nisi etiam perficiantur intrinsecè, & secundum se prædictæ duæ potentie in ordine ad eundem finem. Et ratio congruentiæ reddi potest, ut seruetur proportio inter potentias, & essentiam, quoad perfectionem supernaturalem, sicut seruetur quoad naturalem.

Quarta conclusio.

In instanti creationis accepit homo tertiam perfectionem.

PRIMVS homo in momento suæ creationis accepit à Deo tertiam perfectionem, quæ consistit in remotione difficultatis, quam ratione motuum appetitus sensitivi posset pati ad operandum bene moraliter. Itaque

accepit appetitum sensitivum, ita subordinatum rationali, ut ab eo nullo modo retardaretur, neque impediretur in exercitio operum, quæ essent recte rationi consentanea.

Ad huius conclusionis explanationem, & probationem, aduertendum est naturam humanam duabus quasi naturis partialibus constare; scilicet rationali, qua proximè ad perfectionem Angelorum accedit: & sensitiva, in qua cum brutis convenit: & ideò duas habere virtutes appetitivas; vnam rationalem, quæ est voluntas, & deseruit potissimum ad appetendum id, quod naturæ rationali est conueniens; quamuis adæquata eius inclinatio sit ad omne id, quod est naturæ humanæ bonum: & alteram sensitivam, quæ appellatur appetitus sensitivus, & deseruit ad prosequendum bona sensibilia, & corporea, quæ naturæ sensitivæ sunt proportionata: & consequenter etiam habere duas virtutes cognoscitivas, quarum vna dirigat in suis appetitionibus appetitum rationalem, & altera sensitivum.

Et quia bona, in quæ feruntur hi duo appetitus, sæpe sunt inter se contraria, & repugnantia; & appetitus sensitivus quavis subijciatur rationali, quantum ad prosecutionem sui boni, sicut inferior superiori, nõ tamen subijcitur serviliter, sed politicè, & ita ut possit eius imperium prætergredi, vel præveniendò ipsum, vel inclinando ad oppositum: ideò appetitus rationalis ex hac coniunctione cum sensitivo potest multis modis pati diffi-

75

Duplex appetitus in homine, sensitivus & rationalis.

76

Difficultates quas patitur appetitus rationalis in prosecutione rationis.

cultatem

77

tatem in prosecutione boni honesti; quia & iudicium intellectus, cuius ductum sequitur appetitus rationalis, potest observari propter motus appetitus sensitivi, & ipse appetitus rationalis propter inclinationem, quæ habet ad omne id, quod per intellectum proponitur, ut bonum integræ naturæ humanæ, possit pati difficultatem in commutatione boni sensibilis pro bono rationis; atque adeò in prosecutione boni rationis, quod est bonum rectæ rationi consentaneum.

78

Quare sensus nostræ conclusionis est Deum in hominis conditione tali harmonia, & proportionem coniunxisse has duas partes, ut superior, scilicet rationalis, quandiu hæc harmonia duraret nullam ex parte inferioris, scilicet sensitivæ, posset pati difficultatem in prosecutione boni honesti.

Probaturs conclusio.

Et hæc conclusio ita intellecta est certa secundum fidem. Et probatur primò duobus testimonijs Scripturæ: quorum primum est illud Genesis. 2. *Erat autem nudus, Adam scilicet, & uxor eius, & non erubescabant.* Quæ verba intelliguntur de primis parentibus ab instanti suæ creationis; quoniam ab eo tempore erant nudi, & significabant eos habuisse carnem, ita subditam rationi, ut nullum ex parte eius paterentur motum turpem, aut pudendum de quo erubescerent. Quia cum *erubescencia*, ut docet Divus Thomas prima secundæ quæstione. 41. articulo. 4. *sit timor de turpitudine alicuius actus, ut committendi*, ad differentiam

Erubescencia quid sit.

79

verecundiæ, quæ respicit turpitudinem actus, ut facti, idem est dicere illos non erubuisse de sua nuditate, atque dicere fuisse securos non esse passuros ex parte carnis motum aliquem turpem, de quo, quia propter nuditatem esset manifestus, posset erubescere.

Augustin.

Et ita Augustinus libro. 2. de Genesi ad literam cap. 2. exponens hæc verba sic ait: *Nudi erant primi homines, & non confundebatur. Nullus erat motus in corpore cui verecundia deberetur: nihil putabant velandum, quia nihil senserant refranandum. Quid enim puderet eos, quando nullam legem senserant in membris suis repugnantem legi mentis suæ?*

80

Eccles. 7. Quid sit hominem fuisse creatum rectum.

Alterum testimonium est illud, quod superius adduximus, ex Eccles. 7. scilicet, *Fecit Deus hominem rectum.* Vbi per rectum significatur bene constitutum, & dispositum ad exercendum opera consentanea humanæ naturæ, quæ sunt conformia recte rationi, non autem esset homo ita dispositus, nisi haberet partem sensitivam subiectam rationali. Et significari hoc per rectum colligitur imprimis ex voce *יָשָׁר* quæ loco eius habetur in Hebræo, nam hæc vox significat rectum, ut opponitur curvo, aut obliquo, quod à Latinis appellatur *directum*, & ab Hispanis *derecho*, aut *endereçado*, & constat non posse has duas partes, scilicet sensitivam, & rationalem, ex quibus natura humana componitur, esse hoc modo rectas, siue directas, nisi inferior, scilicet sensitiva subdatur superiori; scilicet rationali.

Et

81

Et deinde colligitur ex Paraphrasi Chaldaica, in qua sic habetur: *Fecit Deus hominem primum rectum ante se, & innocentem.* Et adhuc aptius colligitur ex versione septuaginta Interpretum in qua pro hoc nomine habetur in accusativo nomē εὐδαι, quod Græcis significat rectum, hoc est non obliquum, aut tortuosum, ab εὐ, benè, & δαι, pono, quasi benè positum: & ita exponitur à Damasceno libr. 2. fidei orthodoxæ. cap. 12. ubi referens illud Gen. 2. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram;* & ut explicet quā perfectionem Deus tunc contulerit homini, allusit ad hunc locum, ita dicens: *Creavit itaque Deus hominem omni prauitate carentem, rectum, studiosum, liberū omni molestia, & agitudine animi, curis vacuum, omni virtutum genere ornatum, &c.* Vbi per rectum utitur Græcè eodem accusativo.

82

Et tandem potest hoc ostendi ex eo ipso contextu, nā propterea Sapiens continuò subiunxit, *Et ipse (scilicet homo) se infirmitatis miscuerit questionibus:* quasi innuens culpa hominis accidisse, ut ab illa animi tranquillitate, & promptitudine atque facilitate ad benè operandum, in qua fuit conditus ceciderit in eam animi perturbationem, & difficultatem ad benè operandum, quam nunc patitur. Ex quo etiā veram sententiam siue resolutionem à se indagatā circa quæstionem, quā proposuerat, tradit, scilicet unde proueniat, ut ex mille hominibus vix vnus reperitur, qui officium adimpleat

suum. Quare sensus huius testimonij rectè ad hoc propositum expressit Montanus his carminibus.

*Rectum hominem, dominum q̄ sui,
benè denique rectum,
Conditor ille Deus perfecerat, at-
tamen ipsi
Multa sibi numeranda graui, at-
que agitanda labore.
Et miseris voluenda modis pepe-
rere libentes.*

Secundò probatur hæc conclusio ratione fundata in doctrina Conciliorum, quæ est huiusmodi: Primo parenti ante lapsum data est hæc subiectio appetitus sensitui ad rationalem, ut donum totius naturæ humanæ, atque ad eò tanquam capiti eiusdem naturæ: ergo data est in ipso momento suæ creationis. Cōsequentiā patet, quia ut ostensum est in probatione secundæ conclusionis, perfectiones, quæ ut dona naturæ humanæ data sunt Adæ, ut capiti ipsius naturæ, data sunt ei in momento suæ creationis, simul cum natura. Et antecedens probatur duobus testimonijs Conciliorum. Primū est Concilij Trident. sess. 5. decreto de peccato originali. §. 5. quoniam ibi definitur, concupiscentiam, per quam intelligitur tota deprauatio potentiarū animæ, & peculiariter hæc rebellio partis sensitivæ contra rationalem, ratione cuius tantam patimur difficultatem in prosecutione honesti, esse in nobis effectum peccati primi parentis: ergo consequenter manet definitum, hanc concupiscentiam nō fuisse in Adamo ante peccatum, nec fuisse futuram in nobis, si

83

Probatur
2. conclusio.

84

Concili.
Trident.

ipfi

85

ipse non peccasset, quod est oppositam perfectionem, ut donum naturæ, fuisse datam ipsi Adamo tanquam capiti eiusdem naturæ. Hæc consequentiā probari potest: tū quia si secluso peccato primi parentis esset futura concupiscentia in nobis, nō posset tale peccatum dici causa concupiscentiæ: tum etiam à simili, quia ex eo quod Concilium. S. 2. eiusdem decreti definit, Adamum per peccatum transfudisse in omne genus humanū mortem, & pœnas corporis, colligimus oppositam immortalitatem corporis, ut donum naturæ humanæ, fuisse datam Adæ, tanquam capiti ipsius naturæ. Et antecedens huius probationis potest facile ostendi ex verbis ipsius Concilij: quia in principio ut explicet quid per Baptismum auferatur ex effectibus peccati primi parentis in nobis, dicit auferri reatum peccati originalis, & non auferri concupiscentiam, quæ relinquitur ad agonem. Et postea expresse definit, hanc concupiscentiam aliquando appellari ab Apostolo peccatū, quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.

Con. Arau.

Alterum testimonium ad probandum primum antecedens huius argumēti est Concilij Arausicani secundi, capit. 19. ubi sic habetur: *Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam, creatore suo non adiuuante, seruaret.* In quo testimonio distinguitur integritas naturæ, quæ data est Adæ in sua creatione à salute spiritali, quæ consistit in gratia; & definitur non suffice-

re integritatem, sine auxilio Dei ad custodiendum hanc salutem. Quod clarius explicatur his verbis quæ statim subiunguntur: *Vnde cum sine gratia Dei salutem nō possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?* Quoniam sicut Concilium per id, quod reparandum erat, intelligit salutem animæ, quæ consistit in gratia iustificante, ita etiam intelligit eā per salutem, quæ erat custodienda. Et cum non possit dici, per integritatem naturæ significari, eam perfectionem, quam haberet natura humana in puris naturalibus, necessariò dicendum erit significari aliam perfectionem supernaturalem, quæ non potest esse aliud quàm hæc subiectio partis sensitivæ ad rationalem.

Quod etiam potest confirmari, quia iuxta communem modum loquendi Sanctorum, & omnium Theologorū, hæc subiectio intelligitur per integritatem naturæ.

Et his addi possunt alia verba eiusdem Concilij. c. 25. & Conc. Trid. sess. 6. decreto de iustificat. c. 1. scilicet, liberum arbitriū per peccatum primi hominis fuisse viribus attenuatum. Quæ verba potissimum sunt intelligenda de viribus ad operandū benè moraliter, quia vires in ordine ad actus supernaturales omninò sunt amissæ per peccatum, & in ordine ad naturales possunt dici attenuatæ, in quantum propter amissionem huius subiectiois non potest liberum arbitrium tam firmiter, & perfectè operari benè moraliter sicut antea.

87

88

Cōci. Trid.

Tertiò

89

Probat. 3.

Tertio potest hæc conclusio probari multis testimonijs Sanctorum, qui cum referunt bona, quæ homo habuit ante peccatū, & amisit per peccatum connumerant hanc subiectionem partisenfitiuæ ad rationalem, & loquuntur de homine absolute pro toto tempore præcedenti peccatum; adque aded à momēto suæ creationis. Hoc significat Irenæus lib. 3. aduersus hæreses cap. 35. vbi sic ait: *Condemnatione autem transgressionis accepit homo, tedia, & terrenum laborem, & manducare panem in sudore vultus sui, & conuerti in terram, ex qua assumptus est. Et per tedia intelligit effectum amissæ huius subiectionis. Et aptius cap. 37. sequenti, vbi loquens de succintorio, quod primus homo sibi fecit ex folijs ficulneis; sic ait: Condignum tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum: quoniam indolem, & puerilem amiserat sensum, & in cogitationem peiorem venerat, frænum continentie sibi, & uxori suæ circumdedit.* Athanasius in oratione contra idola in principio, vbi explicans qualem Deus creauerit hominem, ita inquit: *Hominemq; rerum contemplatorem, peritumq; communicatione sua cum illo similitudinis effecit, tribuens ei suæ aternitatis intellectum, & cognitionem, ut dum hanc similitudinem natura tueretur, nunquam neque à cognitione, imaginationeq; Dei abisteret, neque à conuictu Sanctorum desiliret, sed possidens donatoris sui gratiam, possidens quoq; propriam ex patris ratione vim,*

Irenæus.

90

Athan.

exultaret pariter, & Deo familiaris esset, viuens innoxiam, beatamq; hoc est, immortalem vitam. Et paulò inferius: Ille enim, scilicet primus homo, quandiu mentem habuit ad Deum, Deiq; contemplationem intentam, auersus alienusq; fuit à corporeis spectaculis; vbi autem suasu serpentis abstiit à cogitando intelligendoque Deo, se ipsum considerare occupit, statim in concupiscentias corporeas uterque delapsus est, seque nudos esse cognouerunt, quo cognito erubuerunt. Et in libro de Incarnatione Verbi, fol. 1. à principio: Introduxit igitur eos in suū ipsius Paradisum, edictumq; præscripsit, ut si gratiam illam cõseruarent, probiq; permanerent, fruerentur in Paradiso sine mæore, sine dolore, sine anxietate, hilarissima vita. Cyril. lib. 1. in Gen. circa medium, inquit primos homines cõpisse agere vitam simplicem. Et paulò inferius sic ait: *Creatus homo principio est, suæ voluntatis habenas penes se habens, & quodcumq; vellet eligere potestatem liberam obtinens. Quæ verba non solùm significant libertatem voluntatis, quam nos habemus, sed ita perfectam, vt ex parte concupiscentiæ nullam pateretur difficultatē in prosecutione honesti. Quod magis explicuit paulò inferius his verbis: Nam cum semel se peccato dedisset, scilicet homo, naturaq; agrotante, ad res illicitas pronus simul atque maligni spiritus perpetuò ferretur, &c. Vbi omnē propensionem ad malū tribuit ægritudini, quæ mansit in natura ex peccato. Et apertissimè in libro*

91

92

Cyrl.

natione

93

Basil.

natione vnigeniti, c. 28. in sermone, cui titulus est, de eo quod verbum Deifactum sit homo. Vbi ita inquit: *Fatemur ergo per Adæ prauaricationē humanā fuisse corruptam substantiā, & intelligentiā nostram voluptatibus carnis, & insitis motibus accidentibus nostre nature velut tyrannica dominatione compressam.*

Basiliius in illud Esai. 7. *Butyrū & mel comedet, &c.* vbi ita inquit: *Recurrans ad ea quæ in Genesi scripta sunt de ligno scientie boni, & mali, illinc deprehendes quo in statu vixerit Adā ante peccatū, & inuenies assimilē ei qui nunc descriptus est, quia nil dū mali fuerat expertus: quare & Dominus quidē, in habitu adhuc puerili cõsistens, imitari voluit ipsius Adæ intemeratā simplicitatē. Et exponit Prophetā de statu Christi cū natus est ex Virgine, qui sine vlla inclinatione ad malū elegit bonū. Damasc. lib. 2. fidei c. 10. vbi de primo homine loquens, sic ait: *At post transgressionē quando equiparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est eis; præparans concupiscentiā irrationalē vt dominaretur menti rationali. &c.* Vide apertius li. 13. c. 13. & li. 2. de peccatorum meritis & remissione, cap. 22.*

94
Damasc.

August.

Et tanidē August. quili. 14. de ciuitate c. 10. de statu primorum hominū loquēs, ita inquit: *Erat deuitatio tràquilla peccati, qua manente nullū omnino aliūde malū, quod contristaret innuebat. Et paulò inferius: quā igitur fælices erāt primi homines, & nullis agitabantur perturbationibus animorū, &c.* Et ca. sequenti vt explicet qualis fuerit mutatio facta in natura humana per peccatū primorū parē

tū, ita inquit: *Vt tanta corruptioni quāta videmus, & sentimus, & per hanc subiaceret, & morti; & tot, & tantis tamq; inter se cõtrarijs perturbaretur, & fluctuaret affectibus qualis in paradiso ante peccatū, licet in corpore esset animali, utiq; non fuit. Et in fine eiusdē c. vt doceat peccatū illud potuisse facile vitari, & ided fuisse grauius, sic ait: *Vbi præsertim nondū voluntati cupiditas resistebat, quod de panatransgressionis postea subsequū est.**

95

Probat. rationibus conclusio.

Vltimò solet hæc cõclusio probari tribus rationibus, quib; supposita Dei potestate ad dādū homini hanc perfectionē explicatur cõgruētia vt de facto dederit eā.

Prima sumitur ex parte ipsius Dei: quia videtur cõsentaneū diuinæ bonitati, & sapiētiae, vt opus suū quatenus ab ipso procedit, sit omni ex parte perfectū, & rectū, & benè dispositū; nō autē esset homo benè dispositus quoad suas partes, si sensitiua, quæ est inferior non esset subiecta rationali, quæ est superior.

96

Secūda sumitur ex parte hominis, cui etiā est valdè congrua huiusmodi perfectio; tū vt has duas partes haberet inter se benè ordinatas; tum etiā vt sine impedimēto, & difficultate posset viuere secundum rationem; quod est ipsi proprium.

Tertia sumitur ex parte vtriusq; scilicet Dei, & hominis: quia cõgruū est, & in ordine ad diuinam bonitatē, & in ordine ad innocētiam siue immunitatem ab omni peccato, quam homo habebat in sua creatione, vt nō crearetur in tāta infelicitate, & miseria quanta est pati rebellionem partis sensitiuæ contra rationalem. Vnde ex

L

Phi-

97

Philosophis aliqui cū ignorarent radicē huius miserīe fuisse peccatū originale, vel accusabāt naturā quod crudelis fuerit erga hominē, quem huic miserīe subiecit sine vlla culpa ex parte ipsius, vel dicebāt animas hominū fuisse in cœlo creatas extra corpora, & propter scelera, quæ ibi cōmiserūt detrudi in corpora, tanquam in locū aptum ad luendam pœnam, & ratione huius miserīe, & alijs modis.

Ultima Conclusio.

EX hoc testimonio, de quo agimus, colligitur, hominē in momēto suæ creationis accepisse à Deo tres perfectiones explicatas in præcedentibus conclusionibus.

Probat: quia in antecedentibus, & cōsequentibus significatur hominē fuisse à Deo creatū cum ea perfectā dispositione, quæ necessaria erat vt posset mereri æternā beatitudinem, atq; adeo cū perfectā dispositione ex parte essentia, & potentiarū in ordine ad vltimū finem tā naturalē, quā supernaturalem: ergo cū dicitur Deū fecisse hominē inextermabilem, supponitur fecisse eū cū tota illa perfectā dispositione; & significatur fecisse nō educibilem extra terminos eiusdē perfectionis; & vlteri⁹ cū alia, quæ necessaria erat vt posset facillē vitare peccata, propter quæ esset educendus extra illos terminos; atque adeo cum subiectione partis sensitivæ ad rationalem.

In cōsequenti huius cōsequentiæ continentur tres partes: & vt probemus consequentiā quoad singulas supponendū est, vocem

98

inextermabilem valere idem atq; non educibilem extra terminos suos, & debere referri ad terminos eius dispositionis siue perfectionis, de qua hoc loco fit sermo: quia exterminare significat extra terminos facere, aut educere: & cum possit sumi propriè, vt cum intelligitur de terminis loci; & metaphoricè, vt cum intelligitur de terminis alicuius perfectionis siue corporeæ, siue spiritualis, debet in vnoquoq; loco referri ad terminos eius rei, de qua in eo fit sermo: & hoc loco fit sermo de perfectione animorū in ordine ad finē suū, vt in probatione antecedentis ostendemus. Et ex hoc patet prima pars, scilicet hac voce supponi Deū fecisse hominem cum tota illa perfectā dispositione, & significari fecisse eum non educibilem extra terminos: quia cū hæc vox valeat idē atq; non educibilem extra terminos suos, necessariò ad cōplementū suæ significationis debet supponere rē de cuius terminis intelligatur: quare hoc loco supponet perfectionem, de qua fit sermo, & significabit fuisse hominem factum non educibilem extra terminos eius.

Et ex eodem principio patet secunda pars consequentis, scilicet significari hac voce fuisse hominem factū cū alia perfectione requisita, vt posset facillē vitare peccata propter quæ esset educendus extra terminos illius perfectionis: quia educi hominē extra terminos illius perfectionis esset amittere eam; & non dicitur homo nō educibilis, quia nullo modo posset amittere talem perfectionem, sed quia esset sibi facillē

99
Quid significet hæc vox inextermabilis.

100

Homo facillē poterat in iustitia originali vitare peccata.

non

101

non amittere; quare cū non esset eam amissurus nisi propter peccata mortalia, sequitur significari hac voce, hominem fuisse factū cum alia perfectione requisita vt facillē hæc peccata vitaret.

Et ex hoc sequitur tertia pars, scilicet, significari eadē voce fuisse hominem factū cum subiectione partis sensitivæ ad rationalem: quia suppositis principijs naturæ & gratiæ ad adimplendū præcepta, & consequenter ad vitandū peccata, tota difficultas provenit ex rebellionem partis sensitivæ cōtra rationalem. Et propterea Theologi cum D. Thoma, in principio materiæ de gratia, dicunt hominem in statu innocentia, in quo nō pateretur hæc rebellionem, non indignisse auxilio aliquo speciali præter illud quod est gratia annexum ad adimplendum omnia præcepta obligantia sub mortali, & ad vitandum omnia peccata mortalia collectivè. De quo videri potest Bellarmus tomo 3. lib. 1. de gratia primi hominis, cap. 4. Et antecedens probatur: quia immediatè ante ea verba, de quibus agimus, præcesserant hæc: *Nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem speraverant iustitia, nec diiudicaverunt honorē animarum sanctarum.* Quibus verbis explicat radicem ex qua provenit, vt impij, de quibus sermonem facit, tam stulti, & impia verba loquerentur. Hanc verò radicem dicit fuisse *excacationem mentis eorum*, quæ tanta fuit, vt neque consideraverint mysteria secreta Dei; neq; habuerint spem mercedis constitutæ operibus iustis, scilicet æternæ beatitudinis, neq; etiam potuerint diiudicare

102
Bellar.

quantus sit honor animarū sanctarum, siue quod sit præmiū eis propositū. Quæ omnia aperte colliguntur de perfecta dispositione animarum sanctarum ad merendū operibus iustis hanc mercedem. Et cum statim apposuisset Sapiens hæc verba: *Quoniam Deus fecit hominem inextermabilem*, subiecit continuo ista: *Et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.* Quæ verba iuxta communem omnium sententiam intelliguntur de libertate arbitrij ad operandum in ordine ad finē siue meritorie, siue alio modo.

Cōfirmatur: quia quamvis per *inextermabilem* significetur incorruptibilem aut immortalem, sicut in vltimo argumento diximus ostendi ex Textu Græco, in quo habetur *in incorruptibilitate*, non intelligitur de incorruptibilitate quoad corpus, aut saltem nō de ea sola, sed simul de incorruptibilitate quoad esse morale, siue quoad rectitudinem in ordine ad finem vltimum: ergo ex his verbis benè colligitur, hominem fuisse à Deo creatum cum hac rectitudine, & cum incorruptibilitate quoad eam, siue cum perfectione requisita ad retinendum eā sine vlla difficultate: quæ perfectio, vt dixi, est subiectione partis sensitivæ ad rationalem. Probat antecedens: tum, quia verba antecedentia, & subsequentiā; inter quæ continentur ea, de quibus agimus, non intelliguntur de vita corporis, sed de rectitudine, & sanctitate morali, & de libertate ad eā requisita; vt constat ex probatione antecedentis argumenti principalis: ergo etiam hæc non sunt intelligenda de incorrupti-

103

104

L 2 bili-

105

August.

bilitate quoad vitā corporis, aut saltē nō de ea sola, sed simul quoad recitūdinē moralē. Tū. quia August. li. 1. de peccatorum meritis, & remissione, cap. 9. & quoties contra Pelagianos vult probare hominem non fuisse moriturum nisi peccasset, quāuis adducat verba, quæ statim sequuntur, scilicet: *Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarū,* nunquam adducit ea, de quibus hic agitur: & tamen si esset apertum debere intelligi de immortalitate corporis, efficacius potuisset August. ex eis probare suū intentum, cum ex eo quod fecerit Deus hominem immortalem quoad corpus, apertē sequatur non esse moriturum, nisi propter culpam aliquam. Et non potest dici Augustinum ex inadvertētia prætermisisse hæc verba, cū sint immediate coniuncta illis, sed quia sensit non esse apertum debere intelligi de immortalitate corporis. Et idem argumentum potest sumi ex doctrina ferē omnium Sāctorum, qui etiam ut idē probent utantur illis verbis, & non his, de quibus agimus.

Ad argument a principalia respondetur.

Ad primū

AD primū respōdetur perfectionem illam primam in primo homine fuisse partim naturalem, & partim supernaturalem non iuxta distinctionem propositam in ipso argumento, sed iuxta aliam propositam in explicatione primæ conclusionis: nam, ut ibi diximus, hæc perfectio in primo homine include-

bat duo, scilicet respectu finis naturalis entitatem naturæ cum negatione violationis omnium præceptorum, & respectu finis supernaturalis aliquod donum supernaturale, per quod homo efficiebatur acceptus, & proportionatur in ordine ad eundem finem: & ex his primum erat naturale, & secundum supernaturale.

Et ad obiectionem factā contra primum negatur mansisse illā partem primæ perfectionis in homine post peccatum: quia quāuis manserit tota entitas naturæ nō mansit negatio violationis omnium præceptorum, sed expulsa fuit per oppositam priuationem conformitatis cum lege, quæ relicta est in ipso homine ex suo peccato: quia cū huiusmodi negatio habeat rationē boni requirit integram causam ad suā consistentiam, atq; adeo conformitatē cū omnibus præceptis obligantibus sub mortali, & ideò per violationem cuiuscunque expellitur. Cum verò dicitur hominē per peccatū non amisisse aliquid ex ijs, quæ erāt ipsi naturalia, intelligitur de pertinentibus ad entitatem suæ naturæ, non verò de superadditis, siue per modum negationis moralis, siue per modū entitatis physicæ, quamvis pertinerēt ad ordinem naturalem, ut distinguitur à supernaturali. Quo modo autem negationi opponatur priuatio, & alia, quæ difficultatem habent circa hanc negationem, & circa priuationem oppositam, quæ habet rationem termini peccati actualis, explicāda sunt in materia de peccatis.

Et ad obiectionem factā contra secundum respondetur, Paulū

107

108

Quid est hominem per peccatū nō amisisse aliquid ex naturalib⁹.

109

Athana.

Chryso.

Bellarmin.

110

Ad secundū argumentum.

cōparare corpus primi hominis cū corpore Christi, & de illo dicere fuisse factū in animā viuētē: quia per animam habebat viuere vita illa corporea, & imperfecta, & de hoc fuisse factum in spiritū viuificantem: quia verbum Dei, quod est spiritus habebat virtutē viuificandi nos. Cum quo tamē stat, quod primus homo quoad animā fuerit factus cū spiritu, aut perfectione pertineti ad ordinē gratiæ Et ita exponit hoc testimonium Athanasius, lib. de Incarnatione Christi, 2. fol. à principio. Et eodem modo exponunt Chrysostomus, & alij Græci, in Cōmētario ad ipsum, quamvis Bellarminus tom. 3. lib. 1. de gratia primi hominis, cap. 3. in fine, parum immutatam referat eorum expositionem.

Et ex his manet soluta obiectio facta contrariumq;: quia explicatum est qua ratione primū quāuis fuerit naturale non manserit in homine post peccatum, atque adeo ipse non manserit ratione eius rectus in ordine ad finem vltimū naturalem, nec conuersus ad eum.

Ad secundum respōdetur negando antecedens, de quo plura dicemus art. 3. vbi explicabimus quæ nam fuerit perfectio superaddita potētis partis intellectiue in primo homine, & an fuerit naturalis, vel supernaturalis. Et ad probationem respondetur, negando, primum hominē in sua creatione non accepisse à Deo perfectionem suæ essentiæ in genere moris, ut explicatum est in solutione præcedentis argumenti: & quamvis huiusmodi perfectio quoad alteram partem non fuerit

aliquid positium superadditū essentiæ, sed sola entitas naturæ cum negatione violationis præceptorum, non sequitur esse dicendum idem de perfectione potentiarum, quamvis consideretur ut respōdet huic parti perfectionis essentiæ, sicut responderet in homine condito in statu naturæ integræ sine gratia gratū faciente, quia in essentia non ponitur perfectio ut operetur, sed solum ut benè se habeat in ordine ad suū finem, & potest benè se habere in ordine ad finē naturalem per suam entitatem cum negatione violationis omnium præceptorū obligantium sub mortali. At verò in potentijs ponitur perfectio ut benè operentur, & ideò necesse est ut sit superadditū suæ essentiæ.

Ad tertium respondetur, negando maiorem, & ad probationem respondetur, ex perfectione superaddita appetitui sensitivo, & volūtati posse prouenire ut appetitus sensitivus nullum motum habeat, quo præueniat volūtatem, aut voluntas non patitur tristitiā, atq; adeo neque difficultatem in commutatione boni sensibilis, in quod fertur appetitus sensitivus pro honesto. Quod magis explicabimus art. vltimo.

Ad vltimum respondetur negando non colligi ex testimonio, de quo agimus, datas fuisse Adæ in sua creatione tres perfectiones superius explicatas.

Et ad primam probationē, quæ sumitur ex significatione vocis *inexterminabile* respondetur, nō strū interpretem cum vitur methaphoricē verbo *exterminare*, non sumere ipsum determinatē pro auferre vitam corporeā, sed

111

Ad tertium respondetur.

112

Ad vltimum respondetur.

113

Iudith.3.

pro educere rem aliquam extra terminos suos, quod est destrucere eam, quantum ad illud esse quod de ea consideratur, ut Iudith.3. *Præceperat enim illi Nabuchodonosor ut omnes deos terre exterminaret, hoc est, præceperat ne tanquam dii colerentur. Et idè sequitur statim ut ipse solus diceretur Deus ab his naturalibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari. Psalm. 79. Exterminabit eam aper de sylua, hoc est, populum tuum tanquam vineam proculcabit hostis crudelis, & Matt. 6. Exterminant enim facies suas; ubi in Græco habetur verbum, quod significat obscurare; ut sit sensus, natiuum, & bonum faciei colorem studiose immutant. Atq; ita in hoc loco, quia in antecedentibus, & consequentibus fit sermo de perfectione hominis morali, in exterminabilem valebit idem, atq; ineducibile extra terminos istius perfectionis: ac si diceretur, ita Deus firmum constituit hominem in ea perfectione, ut esset inexpugnabilis ab ea, nisi ipse sua culpa velet eam deferere.*

Psal. 79.

Matt. 6.

114

Et ad secundam probationem, quæ sumitur ex lectione Græca, respondetur eam posse intelligi de incorruptibilitate quoad hanc perfectionem moralem, ut dixi in confirmatione probationis ultimæ conclusionis: & fauet huic expositioni modus, quo hanc lectionem refert Athanasius, li. de Incarnatione Verbi fol. 2. à principio, & lib. de Incarnatione Christi, fol. etiã secundo, scilicet Deus fecit hominẽ ad immortalitatẽ: quia sensus est; Deus fecit hominẽ ita dispositũ, & perfectũ ut posset sine vlla difficultate ad immor-

Athanas.

talitatẽ beatitudinis peruenire. Quẽ sensum admittit etiã lectio, quæ hodie habetur in codicibus Græcis: ubi nomẽ incorruptibilitatis est in datiuo. Quare potest exponi hoc modo, Deus fecit hominẽ incorruptibilitati, quod valet idẽ atq; ad incorruptibilitatẽ.

Et ad tertiam probationẽ, quæ sumitur ex verbis sequentibus, scilicet: *Invidia autem diaboli, &c.* respondetur, verba illa ratione particulae aduersatiuæ, autẽ, debere, referri ad hæc de quibus agimus, non tamen propter ipsa, sed propter obiectionẽ, quæ ex eis desumiposset. Nam cũ dixisset Sapiẽs, Deum fecisse hominẽ cum bona dispositione quoad animã secundum essentiã, & potentias in ordine ad finem naturalem, & supernaturalem, & cũ virtute ad præstandum sine vlla difficultate totũ id quod requirebatur ut non amitteret hanc dispositionẽ, posset aliquis obijcere videri incongruũ animam tam perfectã vniri corpori corruptibili; & idè Sapiens ut responderet huic tacitæ obiectioni proposuit illa verba: *Invidia autem diaboli, &c.* Quasi diceret, congruũ quidem erat hominem tam perfectũ quoad animã non mori, & ita productus est à Deo cũ ea immortalitate ut posset non mori, invidia autẽ diaboli factũ est ut necessariò moriatur.

115

116

ARTICVLVS II.

Per quid formaliter, & quomodo à Deo acceperit homo primã animã perfectionẽ, quã pertinebat ad eius essentiã.



RES continet difficultates hic titulus. Prima est quid sit id per quod

Declaratur titulus questionis.

ho-

1

homo, tanquam per formam acceperit à Deo primã perfectionem, quæ pertinebat ad essentiã animæ suæ: quod est querere, cũ Deus fuerit causa efficiens illius primæ perfectionis quid fuerit causa formalis.

Secunda est, an huiusmodi forma fuerit ordinis naturalis, vel supernaturalis. Tertia, an homo ad accipiendum à Deo hanc perfectionẽ se disposuerit per actus liberi arbitrij quibus se conuerterit in Deum ut autorem gratiæ, & beatitudinis supernaturalis. Et quidem quantum attinet ad duas priores difficultates sufficiunt, quæ diximus articulo præcedenti in probatione primæ conclusionis, & in solutione primi argumenti: quia ex eis constat, causam formalem huius perfectionis includere duo, scilicet negationem violationis omnium præceptorum; & donũ gratiæ gratũ facientis: & ex his primum esse naturale, & secundũ supernaturale.

2

Et quantum attinet ad tertiam difficultatẽ non potest esse Controversia circa eam partem huius primæ perfectionis, quæ consistit in sola entitate naturæ cum negatione violationis præceptorum: quia sicut homo nõ potuit se disponere ad accipiendum à Deo propriam entitatem suæ naturæ, ita nec ad accipiendum eã cum illa negatione: quia cum nullus fuerit ordo in productione naturæ quoad suam entitatem, & quoad illam negationem non minus repugnabit præsupponi ex parte hominis, dispositionem ad illam negationem, quam ad entitatem suæ naturæ. Quare solum poterit esse Controversia in hac

3

tertia difficultate circa secundã partem huius primæ perfectionis, quæ consistit in gratia iustificatẽ. Et ut intelligatur eius sensus supponenda sunt duo.

Primum est, nos loqui de dispositione propriè sumpta, quæ sit preparatoria ad gratiã, & habeat propriè rationem causæ dispositiuæ respectu eius, atq; adeò præcedat ipsam ordine naturæ, & non solum dicatur dispositio latè, quia pertineat ad ornatum eius ad eũ modum, quo actus secundus dicitur dispositio respectu actus primi, quia pertinet ad ornatum, & complementum ipsius.

Alterum est, per actus, quibus deberet fieri conuersio hominis in Deũ, quæ esset dispositio vltima ad gratiam, intelligi eos, quibus nunc homo conuertitur in Deũ cũ disponitur ad gratiã, excepto actu penitentię qui tũc nõ esset necessarius cum nullũ præcessisset in homine peccatũ. Quare intelliguntur tres actus quorum vnus esset ex parte intellectus, scilicet, fidei, & duo ex parte voluntatis, scilicet, spei, & dilectionis Dei supernaturalis. Atq; ita sensus huius quæstionis est: *Virũ primũ homo in ipso momento suæ creationis habuerit hos tres actus prius ordine naturæ quam à Deo receperit gratiã, & per eos propriè se disposuerit ad recipiendum gratiã.*

4

In qua re Soto li. 1. de natura, & gratia cap. 5. & Molina 1. p. q. 62. art. 3. in solutione primi argumenti, sequuntur aperte partem negatiuam: & in eandem conueniunt omnes, qui de Angelis eã defendunt.

Et potest hæc pars probari primo argumentis communibus ho-

L 4

mini

5
mini & Angelo: quia de eis quātū ad hoc videtur esse eadem ratio. Et deinde duobus, quæ peculiariter habēt difficultatem in homine: quia ex parte affirmatiua sequuntur duo, quæ videntur repugnare sententiæ D. Thom. affirmantis nō fuisse futuram incarnationem Verbi si Adam non peccasset.

6
Primum est Adamū ante peccatum habuisse fidem de Christi incarnatione, non quatenus ordinabatur ad liberationem à peccato per Passionem, & Resurrectionem, sed quatenus ordinabatur ad consummationē glorię. Et imprimis sequi hoc ex illa parte cōcedit D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7. vbi docet, incarnationem pertinuisse semper aliquomodo ad obiectum fidei, & in Adamo ante peccatum pertinuisse secundū illam rationē, vbi videri possunt, quæ ad probandum adducit.

Et deinde hoc repugnare illi sententiæ D. Tho. probatur: quia eo posito reuelatio incarnationis requisita ad illā fidem præcessit à parte rei ordine reali ipsam fidem: ergo etiam præcessit eam respectu diuinæ scientiæ ordine rationis, atque adeo prius ordine rationis fuit à Deo cognitum infallibiliter futuram esse incarnationem quā futurū esse peccatum Adæ. Patet prima consequentia ex illa propositione cōmuniter recepta apud Theologos, talis est ordo secundū rationem inter aliqua obiecta respectu diuinæ cognitionis, qualis est secundū rem inter ipsa à parte rei. Et ex prima sequitur aperte secūda, quia cū diuina reuelatio de quacūq; re sit infalli-

7
lis, benè sequitur ex cognitione reuelationis de futura incarnatione cognitio infallibilitatis futuri- tionis eiusdem incarnationis.

Alterum est, illam dispositionem fuisse in eodem instanti meritariam glorię. Et imprimis sequi etiam hoc ex illa parte patet: quia vltima dispositio ad gratiam in eodem instanti temporis antecedit gratiam vt disponēs ad eā, & subsequitur vt informata per eam, & secundū hanc posteriorem rationē est meritoria glorię.

8
Et deinde hoc repugnare illi sententiæ D. Thomæ probatur: quia valor illius meriti fuit effectus meritorum Christi, vt præsentium in diuina præscientia, & futurorum in tēpore: ergo sicut valor illius meriti habuit esse in tempore sine vlla dependentia, & futuratione peccati Adæ, & quāuis non esset futurum; ita etiam Christus cū suis meritis fuit præsens in diuina præscientia, & erat futurus in tempore sine dependentia à peccato Adæ, & quāuis tale peccatum nō esset futurum. Probatur antecedēs: quia gloria non solum fuit data Adæ propter valorem meritorum, quæ habuit post peccatum, sed etiā propter valorem meritorū, quæ habuerat in statu innocentia: ergo sicut gloria fuit effectus meritorum Christi, ita etiā valor meritorum per quæ consequutus est eā.

Et non videtur sufficiens solutio aliquorum, qui dicūt antecedēs esse verum de his meritis, vt viuificatis, & reparatis post peccatum, & non vt antecesserunt.

Quia viuificatio solū fuit conditio requisita vt propter illa merita daretur gloria, & ratio per se

fuit

9
fuit valor ipsorum meritorum, & hic valor semper fuit idem numero in diuina acceptatione, & ante peccatum, & post viuificationem, quæ successit peccato.

Secūdo probatur.

Secundum argumentum est: quia gratia fuit data primo homini vt capiti totius naturæ, atque adeo vt donū ipsius naturæ, & nō vt personale: ergo fuit ei data sine ordine ad suam dispositionē. Patet cōsequentia, tū quia dona nature data sunt sicut ipsa natura, atque adeo absq; præsupposita dispositione: tū etiā, quia dona capitis eo modo sunt data Adæ quocērāt trāsferenda in filios: quare sicut gratia erat transferenda in filios in sua natinitate sine vlla dispositione, ita etiam fuit data Adæ.

Homo se disposuit ad gratiā quā recepit in instanti creationis.

10
Sed nihilominus magis placet pars affirmatiua, quam sequūtur aperte omnes expositores Diuini Tho. 1. p. q. 95. art. 1. & Benedictus Pererius, lib. 5. Commentariorum in Gene. in d. cui titulus est de 2. excellētia status innocentia: idem de gratia gratū faciēte q. 1. in fine, & omnes qui id affirmant de Angelis, de quorum numero est Caietanus secūda secūda, q. 24. art. 3. & 3. p. q. 34. art. 3.

D. Thom.

Et probatur primò autoritate D. Thomæ, qui 1. p. q. 95. ar. 1. ad 5. docet potuisse primū hominē in ipso instanti suæ creationis habere motum voluntatis, quo cōfenserit acceptioni gratiæ.

Probatur ratione.

Et deinde probatur ratione: quia si homo nō habuithāc dispositionem, maximè quia non fuit possibile, aut quia non fuit congruum Deum postulare hanc dispositionem in eo qui iustificabatur nullo præsupposito pec-

11
cato vt ita Deus plus aliquid postularer ad iustificationem in subiecto, in quo præsupponeretur peccatum, quā in eo in quo nō præsupponeretur, scilicet hanc dispositionem. Sed primatio non habet locum, quia primus homo in instanti suæ creationis habuit perfectam viam liberi arbitrij, & totus motus qui tam ex parte intellectus, quā ex parte voluntatis requirebatur ad hanc dispositionē potuit consummari in instanti: neque secūda, quia vt seruetur inæqualitas in dispositione satis est ad dispositionem eius, qui iustificatur post peccatum, requiri actum poenitentia: qui tamen non requiritur ad iustificationem eius, qui non iustificatur post peccatum.

12
Et deinde datur ratio desumpta ex D. Thomæ. 1. 2. q. 112. ar. 2. quæ æqualiter probatur esse præsupponendam in vtroq; dispositionem, scilicet quia forma constituens aliquam naturam, requirit materiam dispositam ad ipsam: quare cū gratia sit forma quædam quasi constitutiua naturæ: quia dat subiecto primū esse in ordine supernaturali, postulabit semper in suo subiecto dispositionem, vbi fuerit possibilis.

Ad primū respondetur

Ad primum admissio actum fidei quo Adamus se disposuit ad gratiam habuisse pro obiecto in incarnationem quatenus ordinabatur ad cōsummationē glorię, negatur repugnare hoc illi sententiæ D. Thomæ: & ad probationem concessio antecedēti, neganda est vtraq; cōsequentia; & ad propositionē illā qua probatur dicendū est non esse intelligēdā

13

de ordine reali quoad substantiā, quem obiecta habent inter se à parte rei, sed de ordine causalitatis, quem habent vel ex natura rei, vel quantum ad causalitatem finalem ex institutione Dei libere ordinantis vnum ad alium tantquam ad finem, & revelationem, solum fuisse priorem quam peccatum quoad substantiam, non tamen ordine causalitatis: de quo agendum est latius 3. p. q. 1. ar. 3.

Ad secundum.

14

Ad secundum respondetur, concedendo illam dispositionem quatenus informabatur gratiā fuisse meritoriam gloriæ, & negando repugnare hoc idem sententiæ D. Thomæ. Et ad probationem supposita sententia eorum, qui dicunt gratiam datam Adæ in statu innocentiae non fuisse effectum meritorum Christi. Respondetur negando antecedens, & ad probationem sufficiens est solutio ibidem assignata, & ad obiectionem contra eam factam respondetur, merita illa non solum habuisse ex meritis Christi viuificationem actualem, sed etiam permanentiā sui valoris in acceptatione Dei: quia nisi Deus propter merita Christi statuisset dare homini lapsi reparationem, non solum quantum ad resurrectionem à peccato, sed etiam quantum ad restitutionem bonorum, quæ amiserat, & viuificationem suorum meritorum non maneret valor horum meritorum in acceptatione Dei in ordine ad beatitudinem, sed omnino extingueretur simul ab ipso statu innocentiae. Et quauis viuificatio actualis solum se habeat vt conditio necessaria requisita; tamen permanentia valoris in acceptatione Dei habet se vt ratio per se, vel

tantquam modus essendi ipsius: & ideo sicut causa, quæ dat suo effectui permanentiam in suo esse potest dici causa alterius effectus, quem prima, vt ita permanens producit, sic etiam merita Christi, quæ fuerunt causa permanentiæ meritorum Adæ in acceptatione Dei, poterunt dici causa meritoria gloriæ, non solum absolute, sed etiam quatenus respondebat illis meritis vt ita permanentibus.

Secundò respōdetur, iuxta sententiam eorum, qui dicunt gratiā fuisse datam Adæ in statu innocentiae ex meritis Christi, concedendo antecedens, & negando consequentiam: & ad probationem dicendum est, ex causa, quæ habet cōnexionem cum certa conditione, posse in executione prouenire effectum, qui nullam habeat cōnexionem cum tali conditione.

ARTICVLVS III.

Per quid formaliter habuerit homo secundam perfectionem, quæ pertinebat ad potentias animæ rationalis.



D tituli explicationem nota primò, cum quaeritur per quid habuerit illam secundam perfectionem, sensum esse quid fuerit in homine causa formalis illius perfectionis: quia cum homo habuerit de facto huiusmodi perfectionem, & non per intrinsecam entitatem suarum potentiarum, vt dictum est art. 1. oportet explicare quid fuerit superadditum entitati potentiarum, per quod tanquam per causam formalem habuerit eam. Vbi non sumimus proprie,

15

I
Declaratio
tituli quaestio-
nis.

2

&

3

& in rigore nomen causæ formalis pro forma verè, & proprie informante has potètiās, sed late prout comprehendit omne id quod respectu ipsarum potentiarum vt per modum actus secundum præsupponuntur ad operationes rectas in ordine ad finem naturalem, & supernaturalē, est eis ratio vt sint dispositæ, & perfectæ ad exercendum tales operationes, siue proprie vniatur eis per informationem aut inhaerentiam, siue non ita vniatur, sed per quandam assistentiam, in ordine ad huiusmodi operationes: sicut Angelus assistens alicui homini vt rectè operetur ad consequendum beatitudinem dicitur late causa formalis, vt homo sit perfectus in ordine ad eandem operationem.

4

Secundò nota, hanc secundam perfectionem posse sumi duobus modis, scilicet, vt donum personale, & vt donum totius naturæ. Primo modo sumitur vt comprehendit omnes perfectiones harum potentiarum, quæ datæ sunt primo homini vt erat quoddam indiuiduū, & singularis persona naturæ humanæ. Secundo modo sumitur vt comprehendit tantum eas perfectiones harum potentiarum, quæ datæ sunt primo homini vt capiti totius naturæ per generationem, atq; adeò toti naturæ in ipso. Quod est dicere sumi primo modo vt comprehendit eam perfectionem harum potentiarum, quæ ita est data primò homini vt ab ipso non esset deriuanda ad posteros in eorum generatione. Et secundo modo sumi vt cōprehendit eam perfectionem harum potentiarum, quæ

data est primo homini, vt ab ipso simul cum natura deriuaretur ad posteros in eorum generatione, quauis non concurreret efficiēter ad huiusmodi perfectionem, sed disponendo eius subiectum, scilicet ad animā, & suas potentias.

Et in hoc titulo sumitur hæc perfectio secundo modo, atq; ita non disputamus de omnibus perfectionibus habituum intellectuum, tam speculatiuorum quam practicum, & virtutum moralium, quæ datæ sunt primo homini in momento suæ creationis, partim quia futurus erat gubernator, & instructor, atq; doctor omnium hominum, & partim vt tanquam opus immediatè productū à Deo procederet ab ipso omni ex parte perfectum: sed solum de perfectionibus, quæ datæ sunt primo homini, & in ipso toti naturæ humanæ vt quoad potentias partis rationalis, scilicet intellectum, & voluntatem esset benè dispositus ad exercendas operationes rectas in ordine ad vltimum finem tam naturalem, quam supernaturalē. Quare sensus huius quæstionis est, quid fuerit causa siue ratio formalis huius bonæ dispositionis in homine?

Prima Conclusio.

C A V S A formalis huius dispositionis in ordine ad vltimum finem supernaturalē consistebat in habitibus infusis, & donis supernaturalibus comitantibus gratiā gratū facientē secundum legem Dei ordinariam, ex parte intellectus, & voluntatis, quoad intellectum in habitu fidei vel prudentiæ infusæ, & quoad

Hæc perfectio consistebat in habitibus infusis, & donis supernaturalibus.

VO-

7

voluntatem in habitus spei, & charitatis, & virtutum moralium infusarum, quæ subiectantur in voluntate.

Probat: quia per huiusmodi habitus, & dona essent potentie rationales, scilicet, intellectus & voluntas, benè dispositæ ad exercendum operationes rectas in ordine ad vltimum finem supernaturalem.

Confirmatur: quia secundum legē Dei ordinariam per hos habitus, & per hæc dona perficiuntur intellectus, & voluntas in ordine ad has operationes: ergo eodē modo perficiebatur in statu innocentie.

Contra conclusionem arguitur.

8

Sed contra conclusionē hanc est argumentum: quia neque fides, neque poenitentia, neque misericordia potuerunt esse in primo homine ante peccatū. Et imprimis de fide solet hoc probari ratione particulari, desumpta ex primo homine, quia non habuit à quo audiret veritates fidei, & fides est ex auditu.

Et non satis est dicere, auduisse eas à Deo per revelationē: quia ex hoc sequuntur duo inconvenientia. Primum est, Adamum habuisse evidentiam veritatum fidei, atque adeo non habuisse fidem. Secundum est, eius fidem fuisse alterius speciei à nostra.

Et sequi primū probatur: quia Adamus posset colligere quantumque veritatē fidei per consequentiam evidentem ex duabus præmissis sibi euidētibus: vt si ita argumentaretur; reuelatio cuiuscūque propositionis, quæ est facta à Deo, est vera, sed reuelatio huius propositionis, Deus est trinus & vnus, est facta à Deo: ergo est

vera, atque adeo etiam ipsa propositio est vera. In quo argumento consequentia esset evidens Adamo; & etiam maior, quia euidens erat ipsi, Deum neque posse falli, neque fallere; & minor, quia euidenter cognoscebat illam reuelationem esse de obiecto supernaturali, & excedente facultatem naturalem cuiuscunq; intellectus creati, atque adeo esse factam à Deo vel immediatē per se ipsam, vel vtente ad id ministerio alterius creaturæ sibi ignotæ. Et sequi etiam secundum probatur, quia reuelatio diuina, quæ est ratio formalis obiecti fidei fuisse facta Adæ à Deo immediatē, & nobis fit per Ecclesiam.

Et deinde tam de fide, quam de reliquis duabus virtutibus probatur ratione communi desumpta ex felicità illius status: quia in illo statu non esset possibile reperiri obiecta formalia illarum virtutum: ergo neque ipsas virtutes. Probat antecedens: quia imprimis de ratione obiecti formalis fidei est obscuritas, cum fides ex propria specie, atque adeo ex obiecto formali, sit ænigmatica cognitio, hæc autem obscuritas repugnat felicità illius status. Et deinde ad obiectum formale poenitentie pertinet peccatum vt destruibile per actus factos ex affectu compensandi ipsum; & tamen quandiu status ille permaneret non poterat reperiri in hominibus peccatum, neque mortale, neque etiam veniale, iuxta magis receptam sententiam. Et tandem ad obiectum formale misericordie pertinet miseria alterius vt

9

10

sub-

11

Respondetur.

subleuanda nostris operibus, & tamen in illo statu nulla miseria reperiretur.

Ad hoc argumentum respondetur negando non potuisse illas virtutes esse in primo homine ante peccatum. Et ad primam probationem ex parte fidei bona est solutio ibi assignata. Et ad obiectionem contra eam factam negandum est, sequi aliquod ex illis inconuenientibus. Et ad probationem primi dici potest primò. Quamuis concedatur Adamum habuisse evidentiam consequentiam, & vtriusque præmissæ, solum posse colligi habuisse evidentiam conclusionis in attestante, hoc est, in testimonio dicentis, & non in aliquo habente connexionē intrinsecam, & per se siue per modū causæ, siue per modū effectus cū ipsa conclusione, & hanc evidentiam nō repugnare obscuritati fidei: quia benè stat propositionē aliquā esse euidentē in testimonio extrinseco, & esse obscurā in se ipsa. Et secundo dicitur potest minorē illius argumenti non fuisse euidentē Adamo: quæ omnia latius sunt explicanda 2. 2. q. 5. art. 1. contra Durandū, qui hoc argumento conuictus negauit Angelos habuisse fidē.

Et ad secundam probationem ex parte fidei, & reliquarum virtutum respondet D. Thomas 1. p. q. 95. art. 3. in cor. & ad 3. & 5. virtutes, quæ important ex parte sui obiecti formalis aliquam imperfectionem esse duplices: quia quarundam imperfectio non repugnabat perfectioni status innocentie, sicut imperfectio fidei, & spei non repugnabat: quia non erat de ratione illius status clara

D. Thom. Virtutes, quæ ex parte subiecti important imperfectionem, sunt in duplici differentia.

visio nec fructio Dei, & aliarum imperfectio repugnabat perfectioni illius status, sicut imperfectio alienæ miserie, quam respicit misericordia, & imperfectio propriæ culpæ, quam respicit poenitentia repugnabat statui innocentie, in quo nulla miseria aut culpa poterat reperiri. Et de prioribus dicit D. Thomas non solum quoad habitum, sed etiam quoad actum potuisse conuenire homini in eo statu: & de posterioribus potuisse conuenire quoad habitum, sed non quoad actum. Vbi supponit D. Thomas duplici ex capite posse prouenire vt imperfectio alicuius virtutis repugnet alicui subiecto: scilicet ex incapacitate ipsius subiecti, aut ex perfectione ei superaddita, quæ repugnantiam habet cum tali imperfectione: & dicit, quando imperfectio prouenit ex priori capite, non posse virtutē neque quoad habitum, neque quoad actum conuenire subiecto: quia subiectum quod est incapax alicuius imperfectionis, etiam est incapax dispositionis per se ordinatæ ad eam: quando verò imperfectio prouenit ex posteriori capite, distinguendum esse, quia aut perfectio opposita est intrinsecè, & simpliciter immutabilis, & inamissibiliter in subiecto, & tunc virtus, neque quoad actum, neque quoad habitum potest conuenire tali subiecto: quia repugnat subiectum habere immutabiliter perfectionem repugnantem alicui imperfectioni, & simul habere dispositionē per se ordinatā ad eandem imperfectionē, aut perfectio opposita est in subiecto simpliciter, & ab intrinseco amissibiliter,

13

Quando virtus repugnet esse in subiecto, & quando solum illi repugnat eius actus.

14

&

15

& mutabiliter, & tunc actus virtutis non potest esse in tali subiecto: quia ratione perfectionis opposita excluditur respectu talis subiecti obiectum formale, ad quod actus debet terminari: tamen habitus bene potest esse in tali subiecto: quia non repugnat subiectum habere dispositionem per se ordinatam ad imperfectionem, cuius simpliciter est capax, quamvis quoad durat opposita perfectio, & in sensu composito non sit eius capacitas reducibilis ad actum.

Et ita in nostro casu: quia primo homini solum repugnabat respicere alienam miseriam, & proprium peccatum ratione perfectionis status innocentiae, & haec perfectio erat in eo simpliciter, & ab intrinseco amissibilis, & mutabilis, potuerunt esse in ipso habitus infusi poenitentiae, & misericordiae, ut per eos esset ipse bene dispositus ad habendum actus poenitentiae, & misericordiae data opportunitate ex parte materiae, sicut simpliciter, & absolute poterat dari. Quod D. Thomas loco citato, appellat esse bene dispositum ad habendos hos actus sub conditione: quia per actus sub conditione non intelligit actus conditionatos, quos tunc haberet homo, cum non daretur materia, sed actus absolutos, quos erat habiturus cum daretur materia. Et ita adducit ex Aristotele 4. ethi. exemplum verecundiae, quae est de turpifaculo etiam in homine studioso, tamen sub conditione, in quantum studiosus est per eam ita dispositus, ut si turpe aliquid committeret verecundaretur. Et haec solutio est notanda ad reddendum rationem, propter quam D. Thomas

D. Thom.

Aristo.

dicat de aliquibus virtutibus, scilicet de fide, spe, & poenitentia non potuisse esse in Christo, nec etiam in Beatis, saltem secundum legem Dei ordinariam, & esse, in deo & debere esse secundum eandem legem in eo, qui in hac vita eueheretur quasi transeunter ad visionem Dei, & poenitentiam esse in confirmatis in gratia, etiam si eorum confirmatio extendatur ad peccata venialia, ut in B. Virgine.

Secunda Conclusio.

CAUSA, siue ratio formalis huius secundae perfectionis in ordine ad finem naturalem, quantum erat ex parte intellectus consistebat in habitu principiorum vniuersalium moralium, & praeterea in habilitate naturali ipsius intellectus ad inferendum ex his principijs iudicia particularia directiua actionum in particulari, quae proueniret ex varia, & bona dispositione virium sensitiuarum cognoscitiuarum subministrantium ipsi intellectui, & ex bona, & expedita affectione virium appetitiuarum circa finem, & tandem in assistentia Dei particulari erga ipsum hominem, ne in varijs actibus requisitis ad iudicia particularia prudentiae deficeret aut aberraret.

In hac conclusione non negamus, fuisse infusos per accidens primo homini quoad intellectum practicum omnes habitus prudentiae, & artium, saltem earum, quarum usus posset esse necessarius aut utilis hominibus degentibus in eo statu, sed solum negamus fuisse omnes hos habitus infusos ipsi ut capiti totius naturae per generationem. Quare duo

17

18

con-

19

continentur in hac conclusione. Primum est perfectionem siue dispositionem, quae primo homini ita sumpto data est quoad intellectum practicum ad dirigendum operationes humanas in ordine ad vltimum finem naturalem, non includere virtutem prudentiae acquisite completam quoad omnia, quae ad ipsam pertinent.

Secundum est includere illa tria, scilicet habitum principiorum moralium, habilitatem intellectus, & particularem assistentiam Dei.

Et ad vtriusque probationem supponendum est id, quod saepe supra diximus, solum eas perfectiones datas fuisse primo homini ut capiti totius naturae per generationem, quae transferendae erant ad posteros in eorum natiuitate, si durasset status innocentiae.

Et hoc supposito probatur primum: quia homines in statu innocentiae non erant nascituri cum prudentia perfecta quoad omnia quae ad ipsam requiruntur: ergo prudentia ita perfecta non fuit data Adae ut capiti totius naturae per generationem. Consequentia patet ex suppositione: & antecedens probatur autoritate, & ratione D. Thomae, nam i. q. 101. art. 1. in corp. docet posteris Adae in statu innocentiae non fuisse dandas in eorum natiuitate scientias, quae ipsi Adae fuerunt infusae per accidens in momento suae creationis, sed ab ipsis fuisse acquirendas progressu temporis, inuentione, aut doctrina, sine vlla difficultate: ergo idem dicendum est de prudentia. Patet consequentia, tum ex paritate rationis, tum etiam, quia Diuus Thomas ibi, nomine scientiae comprehendit

20
Homo in statu innocentiae non erat nasciturus cum perfecta prudentia.

D. Thom.

omnem cognitionem intellectualem, tam speculatiuam quam practicam. Quod imprimis probatur, quoniam alias Diuus Thomas dimittit explicuisset perfectionem cognitionis intellectuales, cum qua nascerentur posteris Adae in statu innocentiae. Et deinde probatur ratione, quia ipse Diuus Thomas ibidem videtur, quia eandem vim habet respectu cognitionis practicae, & respectu speculatiuae ut ex ipsa constabit, quam nunc proponemus ut conficiamus secundam hanc nostrae sententiae probationem; sic: Naturale est homini non habere scientiam congenitam siue speculatiuam, tam circa factibilia, quam circa agibilia, sed acquirere eam per sensus, & experientiam: ergo in statu innocentiae non nascerentur filij perfecti in scientia, siue speculatiua, siue practica. Antecedens probat D. Thomas in corpore articuli: quia anima vnitur corpori, quia indiget eo ad propria operationem intellectualem, quod tamen non esset verum, si esset ipsi naturale habere scientiam congenitam, & non acquirere eam per sensus, sicut patet in Angelis: & in argumento. Sed contra: quia ut inquit Aristoteles 3. de anima, nostra anima per naturam est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, constat autem eandem esse naturam animae nostrae modo, quae tunc esset. Et consequentiam etiam probat Diuus Thomas: quia in ijs, quae sunt supra naturam soli autoritati creditur, & ideo ubi autoritas deficit sequi debemus naturae conditionem. Quare cum nulla autoritate conuincatur, esse nascituros filios

21

22

Aristo.

Adae

23

Adæ perfectos in tota illa scientia speculatiua, & practica, & naturale esset ipsis acquirere eam per sensus, & experientiam, dicendum est eos non fuisse natos ita perfectos in scientia.

Et confirmatur esse Diuum Thomam intelligendum de tota scientia speculatiua, & practica etiam morali sumpta in particulari pro prudentia: quia in illo articulo proponit tertio loco hoc argumentum: Pueri mox nati iustitiam habuissent: sed ad iustitiam requiritur scientia, quæ dirigit in agendis: ergo scientiam habuissent. Quod argumentum apertè intelligitur de prudentia; quoniam hæc est quæ dirigit in agendis, hoc est, in actionibus humanis. Et respondet his verbis:

24

Ad tertium dicendum, quod pueri habuissent sufficientem scientiam ad dirigendum eos in operibus iustitiæ, & vniuersalia principia iuris, quam multo plenius tunc habuissent, quam nunc naturaliter habemus, & similiter aliorum vniuersalium principiorum. Vbi Diuus Thomas apertè dicit, vt filij Adæ nascerentur cum scientia sufficienti ad dirigendum eos in operibus iustitiæ, satis esse eos nasci cum scientia habituali vniuersalium principiorum iuris multo pleniori quàm nunc naturaliter habemus: Et æquiparat Diuus Thomas hanc scientiam principiorum moralium cum alia principiorum speculatiuorum. Quare de vtraque scientia, scilicet speculatiua, & practica loquitur D. Thomas in illo articulo, & de vtraque dicit solùm fuisse dandam filiis Adæ in sua natiuitate

te quoad habitus principiorum vniuersalium.

Et si objicias filios Adæ fuisse nascituros cum virtutibus moralibus, quas appellamus acquisitas, quia essent nascituri cum iustitia originali, quæ saltem includit has virtutes: ergo & cum prudentia: quia virtutes morales requirunt prudentiam. Respondetur negando antecedens, & eius probationem, imò hoc argumento probabimus articulo sequenti, virtutes morales non pertinuisse ad iustitiam originalem.

Et ex his manet probatum secundum; si adiugamus pertinuisse ad felicitatē illius status carere omni molestia, & difficultate, quæ posset esse causa alicuius tristitiæ, & ad rectitudinem habere ex parte intellectus aptitudinem & dispositionem facilem, & expeditam ad dirigendum operationes humanas sine vllō defectu; quoniam ex his bene sequitur filios Adæ fuisse nascituros cum illis tribus, quæ retulimus in cōclusionē, & cum peruenirent ad vsum rationis possent facile, & sine labore acquirere prudentiam, & sine vllō defectu dirigere actiones suas in ordine ad finem naturalem.

Et cōfirmatur testimonio D. Thomæ, qui articulo citato, dicit filios Adæ fuisse nascituros cum tali dispositione ex parte intellectus, vt cum perueniret ad vsum rationis possent sine vlla difficultate acquirere scientias. Et in solutione tertij inquit, ad hanc dispositionem pertinere cognitionem habitualement principiorum vniuersalium tam moralium quàm speculatiuorum.

Et

25

Obiectio.

26

D. Tho.

27

Et ex hac cōclusionē constat, falsam esse sententiā Marfilij in 2. q. 13. a. 3. vbi inquit, filios Adæ in statu innocentie fuisse nascituros cum quadam scientia habituali infusa, quæ esset directiua iustitiæ originalis.

Vltima Conclusio.

CAUSA, siue ratio formalis secundæ perfectionis in ordine ad finem vltimum naturalem, quantum erat ex parte voluntatis, non importabat aliquem habitum, vel aliquid reale positium superadditum voluntati, sed solam entitatem voluntatis, connotando remotionem impedimenti, quod præter defectum intellectus, & rebellionem appetitus sensitui poterat pati in prosecutione boni honesti.

Hæc cōclusio debet intelligi sicut præcedens, ita vt per eam non negetur fuisse infusos per accidens voluntati Adæ eos habitus virtutum acquisitarum, qui iuxta varias sententias fuerint ponendi in voluntate, sed solū asseratur non fuisse infusos ei vt capiti naturæ humanæ per generationem: & per eam ita intellecta excluduntur duæ sententiæ.

Prima est Scoti in 2. disp. 29. quæst. 1. §. potest dici; & Gabrielis. disp. 30. q. 1. art. 2. & cōc. 1. 2. qui ponunt in voluntate primi hominis qualitatem quandam superadditam entitati, & libertati naturali voluntatis, supernaturalē, atque adeò per se infusam ipsi à Deo, & distinctam ab habitibus supernaturalibus consequentibus secundum legem Dei ordinariam ad gratiam: &

dicunt per hanc qualitatem habuisse voluntatem primi hominis perfectam subiectionem ad rectam rationem, & ad rectitudinem in ordine ad vltimum finem naturalem.

Secunda est Benedicti Pererij lib. 5. commentariorum in Gen. in disp. de 3. excellentia status innocentie. Idem de iustitia originali. q. 1. §. nō igitur erat. Vbi dicit fuisse in voluntate primi hominis duos habitus naturales, per quos complebatur eius perfectio in ordine ad vltimum naturalem: Vnum Religionis erga Deum, vt est prima causa, & vltimus finis naturalis rerum omnium, & alterū iustitiæ erga proximum, quæ diuiditur in distributiua, & commutatiua.

Et huic sententiæ adherent aliqui ex recentioribus, qui plures alias virtutes morales ponunt in voluntate, in ordine ad finem vltimum naturalem: nam quidam ponunt charitatem naturalem ad diligendum super omnia Deum, quatenus est principium, & finis naturæ: & alij ponunt tot virtutes morales circa passiones, quot iuxta sententiā Diui Thomæ ponuntur in appetitu sensitivo, & de omnibus dicunt fuisse datas primo homini, vt capiti naturæ humanæ per generationem, vt per eas persiceretur, & disponeretur bene voluntas, tam circa finem naturæ, quàm circa media ei proportionata.

Sed contra vtramque sententiā probatur nostra cōclusio: quia supposita bona dispositione, & rectitudine ex parte intellectus ne deficeret, aut negatiue,

29

Pererij.

30

Contradictoria que sententiam probatur conclusio.

Excluduntur duæ sententiæ.

suis

M

siue

31

sive privatiuè, aut contrariè in directione voluntatis ad bonum honestū, & supposita subiectione appetitus sensitivi ad partem rationalem, ne suis motibus retardaret, aut impediret eam in prosecutione honesti, nihil esset necessarium in voluntate hominis, vt esset benè disposita ad benè operandū in ordine ad vltimum finem naturalē. Ergo ad hanc bonam dispositionem voluntatis, non est necessarium ponere in primo homine vllā qualitatem infusam, sicut dicebat Scotus, aut aliquam virtutem moralem, vt dicebant autores secundæ sententiæ. Consequentia patet, quia supponimus non esse necessariam, vt fiat bona dispositio intellectus, vt diximus in præcedenti conclusione, neq; vt fiat subiectio appetitus, vt ostēdimus articulo sequenti. Et antecedēs, scilicet posita illa dispositione intellectus, & subiectione appetitus ipsam voluntatem secundū se, & sine vllō superaddito esse benè dispositā, probatur: quia si nō esset benè disposita, aut id proveniret ex improportione quoad gradū entis, scilicet quia ille modus operandi esset gradus & ordinis superioris; & hoc dici nō potest, quia pertinet ad ordinē naturę: aut ex improportione quoad facilitatem, scilicet quia voluntas nō habet vires sufficientes ad superandū omnē difficultatem, quæ reperitur in illo modo operandi, & neq; hoc dici potest, quia voluntas cū non sit potentia organica non potest pati difficultatem in exercitio operationum circa obiectum proportionatū quoad gradum entis, ratione ali-

32

cuius sibi intrinseci, quia secundū se non possit sine defatigatione, aut corruptione aliqua attingere suis actibus illum obiectum, ad eum modū, quo Aristoteles dixit sensum corrupti ab excellenti sensibili, & motorem materialem non posse moueri infinito tempore, quia defatigaretur: ergo solum potest pati difficultatem ratione alicuius impedimenti extrinseci retardantis ipsam, ne facilè, & expedite operetur circa illud obiectū. Et vltorius. Sed totum impedimentum extrinsecum, quo potest retardari, consistit in defectu aliquo directionis ex parte intellectus, aut in motu insurgente in appetitu sensitivo ad bonum repugnans bono honesto: ergo supposita ex parte intellectus dispositione sufficienti, vt facilè non deficiat in directione, & ex parte appetitus dispositione ad obediendū rationi, nō potest voluntas pati difficultatem in exercitio harum operationum.

Confirmatur, quia posita in homine vtraque dispositione ex parte intellectus, & appetitus sensitivi, nulla maior esset difficultas in eius voluntate ad obediendum rectè rationi, & Deo vt est finis naturę, quàm in voluntate Angeli: ergo sicut in voluntate Angeli non est necessaria ad hoc qualitas aliqua supernaturalis infusa, neque virtus moralis naturalis saltem congenita, & innata, ita neque in voluntate primi hominis.

Sed ad hoc argumentum due solent adhiberi solutiones. Prima est quorundam recentiorum Scotistarum, qui vt defen-

33

34

Sed contra.

dant

35

dant primam sententiam, respondent hanc secundam perfectionem ex parte voluntatis, nō solum importare facilitatem in sequendo ductum rationis in ordine ad Deum finem naturę, sed etiam delectationem maiorem quàm sit ea, qua appetitus fertur in bonum sensibile, & qua voluntas ei acquiescit. Et in argumento proposito solum probari, sufficere bonam dispositionem intellectus, & subiectionem appetitus, vt voluntas operetur sine difficultate, non tamen, vt operetur cum delectatione, quia remotio impedimentorum, quæ sit per dispositionem intellectus, & subiectionem appetitus, solum se habet vt remouens prohibens respectu facilitatis, atque adeo hoc genere causalitatis solum potest esse causa facilitatis nō verò delectationis. Quare cum voluntas humana nō habeat ex sua natura hanc delectationem, sequitur necessariā esse ad hoc aliquam qualitatem supernaturalem infusam.

Et ad confirmationem respondēt, solum conuincere non esse necessariam talem qualitatem propter facilitatem, non tamen absolutè non esse necessariam, quia potest esse necessaria propter delectationem, vt dictum est.

Respondetur

Sed hæc solutio est contra mentem Scoti, qui tantum ponit prædictam qualitatem, vt voluntas sine difficultate causante tristitiam sequatur rectam rationem. Et deinde supponit falsum, scilicet dispositionem, quæ sufficit vt voluntas sine difficultate operetur, non sufficere vt operetur cū delectatione. Quod sic proba-

Delectatio, siue sit actus elicitus à potentia appetitiua, vt vult Diuus Thomas, siue passio proueniens immediatè ab obiecto, vt vult Scotus, consequitur naturaliter, & necessariò ad coniunctionem cum bono conuenienti secundū naturam subiecti, nisi propter aliquam dispositionem repugnantem impediatur. De quo videnda sunt quæ dicunt Diuus Thomas. 1. 2. q. 3. 1. Caietanus, ibidem artic. 4. Sed in hoc casu subdi in actuali operatione rectè rationi, & Deo, vt est finis naturę, esset bonum conueniens voluntati secundū suam naturam, & nulla esset dispositio repugnans ex parte ipsius voluntatis, aut hominis. Ergo ex coniunctione, cum hac operatione necessariò sequeretur delectatio. Et ita prædicti autores in solutione confirmationis non assignant sufficientem rationem, propter quam voluntas Angeli non indigeat illa qualitate ad operandum delectabiliter, sicut voluntas hominis, quia voluntas hominis propter adiunctum appetitum sensitivum in nostro casu, non magis pateretur difficultatem impediendam suam delectationem quàm si non haberet eū adiunctum.

Secundò respondent alij, vt defendant voluntatem, etiam si nulla sit rebellio in appetitu sensitivo pati difficultatem in prosecutione boni, quod dicit ordinem ad alterum. Et deinde addunt alij, etiam respectu proprii boni habere difficultatem propter indeterminationem, quæ ex propria libertate habet ad vtrāq; partem. Sed contra primum obijcitur,

37

D. Thom. Caiet.

38

*Sed contra.**Respondetur*

M 2

volun-

voluntatem non pati difficultatem in bono alterius, nisi quia tale bonum repugnat bono proprio, ut patet in voluntate Angelii. Et contra, secundum illam indeterminationem non sufficere, ut voluntas non sit bene disposita in ordine ad bonum sibi proportionatum, sed ut plurimum, ut sit capax habitus.

ARTICVLVS. III.

Per quid formaliter habuerit homo tertiam perfectionem, qua pertinebat ad appetitum sensitivum.

1

Supponimus appetitum sensitivum in primo homine non habuisse hanc perfectionem, siue bonam dispositionem, ratione suae naturae aut entitatis intrinsecae, quoniam alias etiam post peccatum retineret eandem perfectionem; cum nihil ex eius entitate fuerit deperditum per peccatum, & inquirimus quid tunc fuerit causa formalis huius perfectionis in appetitu primi hominis, sumendo nomen causae formalis late, prout comprehendit omne id, quod quomodocunque est ratio ad modum formae, siue per intrinsecam informationem aut inherenciam, siue per extrinsecam assistentiam, siue per causalitatem dimanationis, aut resultantiae, quae ab aliquibus reducitur ad causalitatem efficientem. Quare sensustituli est, quid fuerit aliquo ex his modis causa formalis illius tertiae perfectionis in appetitu primi hominis in statu innocentiae? In qua re quatuor inuenio distinctas sententias.

2

1. **S**ententia prima est Henrici, quod libet. 6. q. 11. ubi dicit tria. Primum est datam fuisse voluntati primi hominis rectitudinem quandam naturalem distinctam ab omni supernaturali, & insula, quam habuerit primus homo in statu innocentiae. Et hoc probat, quoniam alias non esset verum, hominem propter peccatum Adae fuisse vulneratum in naturalibus, sed tantum fuisse spoliatum gratuiti donis; quod est contra communem sententiam Theologorum: & sequela patet, quia non potuit vulnerari in naturalibus, nisi amittendo aliquid de rectitudine naturali, ad quod supponitur datam fuisse ei hanc rectitudinem.

Prima sententia.

2. **S**ententia secunda est, praedictam rectitudinem ita fuisse simul naturalem homini, & superadditam suae naturae, ut & ipsa potuerit amitti per obliquitatem peccati, & natura ea amissa non maneret secundum se recta, & integra, sed obliqua, & corrupta. Et hoc explicat exemplo rectitudinis in virga, & cuiuslibet figurae in quantitate, nam rectitudo est naturalis, & superaddita quantitati virgae, & nihilominus manente quantitate virgae potest amitti per oppositam obliquitatem, & curuitatem, & ea amissa non manet quantitas virgae recta, sed curua, & tortuosa.

3. **S**ententia tertia est, praedictam rectitudinem ita fuisse simul naturalem homini, & superadditam suae naturae, ut & ipsa potuerit amitti per obliquitatem peccati, & natura ea amissa non maneret secundum se recta, & integra, sed obliqua, & corrupta. Et hoc explicat exemplo rectitudinis in virga, & cuiuslibet figurae in quantitate, nam rectitudo est naturalis, & superaddita quantitati virgae, & nihilominus manente quantitate virgae potest amitti per oppositam obliquitatem, & curuitatem, & ea amissa non manet quantitas virgae recta, sed curua, & tortuosa.

4. **S**ententia quarta est, praedictam rectitudinem ita fuisse simul naturalem homini, & superadditam suae naturae, ut & ipsa potuerit amitti per obliquitatem peccati, & natura ea amissa non maneret secundum se recta, & integra, sed obliqua, & corrupta. Et hoc explicat exemplo rectitudinis in virga, & cuiuslibet figurae in quantitate, nam rectitudo est naturalis, & superaddita quantitati virgae, & nihilominus manente quantitate virgae potest amitti per oppositam obliquitatem, & curuitatem, & ea amissa non manet quantitas virgae recta, sed curua, & tortuosa.

3
Henrici dicit tria.
Primum.

Probatur.

4

Secundum dictum.

Probatur exemplo.

Probatur ratione.

posset

5

posset amitti per obliquitatem peccati quam entitas naturae. Et deinde, si deperdita per peccatum hac rectitudine mansisset natura secundum se recta, & integra, sequeretur, hominem creatum in puris naturalibus, sine peccato, & sine praedicta rectitudine naturali, habere eundem modum obliquitatis, & carentiae rectitudinis, quem habet homo post peccatum originale, atque adeo esse eodem modo puniendum. Probatur sequela, quia homo ita creatus haberet carentiam huius doni, quod appellatur rectitudo naturalis, & naturalia salua, & integra, & hoc idem haberet homo post peccatum: & tota ratio quare hic sit dignus punitione est carere hac rectitudine naturali.

Tertium dictum.

6

5. **S**ententia quinta est, praedictam rectitudinem ita fuisse simul naturalem homini, & superadditam suae naturae, ut & ipsa potuerit amitti per obliquitatem peccati, & natura ea amissa non maneret secundum se recta, & integra, sed obliqua, & corrupta. Et hoc explicat exemplo rectitudinis in virga, & cuiuslibet figurae in quantitate, nam rectitudo est naturalis, & superaddita quantitati virgae, & nihilominus manente quantitate virgae potest amitti per oppositam obliquitatem, & curuitatem, & ea amissa non manet quantitas virgae recta, sed curua, & tortuosa.

Probatur.

6. **S**ententia sexta est, praedictam rectitudinem ita fuisse simul naturalem homini, & superadditam suae naturae, ut & ipsa potuerit amitti per obliquitatem peccati, & natura ea amissa non maneret secundum se recta, & integra, sed obliqua, & corrupta. Et hoc explicat exemplo rectitudinis in virga, & cuiuslibet figurae in quantitate, nam rectitudo est naturalis, & superaddita quantitati virgae, & nihilominus manente quantitate virgae potest amitti per oppositam obliquitatem, & curuitatem, & ea amissa non manet quantitas virgae recta, sed curua, & tortuosa.

7. **S**ententia septima est, praedictam rectitudinem ita fuisse simul naturalem homini, & superadditam suae naturae, ut & ipsa potuerit amitti per obliquitatem peccati, & natura ea amissa non maneret secundum se recta, & integra, sed obliqua, & corrupta. Et hoc explicat exemplo rectitudinis in virga, & cuiuslibet figurae in quantitate, nam rectitudo est naturalis, & superaddita quantitati virgae, & nihilominus manente quantitate virgae potest amitti per oppositam obliquitatem, & curuitatem, & ea amissa non manet quantitas virgae recta, sed curua, & tortuosa.

Secunda sententia

7. **E**st Soti quod lib. 1. de natura, & gratia. c. 5. Vbi dicit, causam siue rationem formalem huius perfectionis, aut bonae dispositionis fuisse gratiam gratum facientem: itaque supponit, primum hominem fuisse creatum cum gratia gratum faciente; & dicit hanc gratiam pro illo statu innocentiae fuisse maioris dignitatis, quam sit in statu naturae reparatae post lapsum: quia in illo statu non solum faciebat hominem gratum Deo, & erat radix virtutum, & donorum supernaturalium, sed etiam compecebat appetitum sensitivum, ne aliquis in eo insurgeret motus contra rectam rationem, & roborabat corpus, ne ex parte eius deesset congruum ministerium rationi, ut ita voluntas tranquilla, & sine vlla difficultate superderetur Deo. Et hanc sententiam sequitur Gregorius de Valentia. 1. p. d. 7 q. 2. puncto. 2. §. sed tamen. Vbi dicit effectus penes quos eodem puncto in principio distinxerat gratiam gratum

7

Scoti.

8

Valentia.

M 3

ficien-

9

facientem, & iustitiam originalem potuisse provenire ab vno habitu secundum rem, & inter effectus iustitiæ originalis connumerat hanc bonam dispositionem, siue subiectionem appetitus sensitivi.

Probatur 1. D. Thom.

Fundamentum potissimum huius sententiæ desumitur ex duobus testimonijs D. Thomæ. Primum habetur. 1. part. q. 95. artic. 1. in corp. vbi D. Thomas hæc verba ex August. lib. 13. de Ciuit. capit. 13. *Postea quam precepti facta transgressio est, confestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate, confusi sunt,* ita explicat: *Ex quo datur intelligi si deserente gratia soluta est obedientia carnis ad animam, quod per gratiam in anima existentem inferiora ei subdebantur.*

10

Ex quibus verbis hoc desumitur argumentum: De eadem gratia loquitur D. Thomas, cum primum præsupponit ex Augustino gratia deserente soluta fuisse obedientiam, & cum postea ex hoc infert, gratiam fuisse causam obedientiæ, quoniam aliàs argumentum quo ipse vitur, quod fundatur in illa propositione, si negatio gratiæ fuit causa negationis obedientiæ, etiam affirmatio gratiæ debuit esse causa affirmationis eiusdem obedientiæ, nullam haberet vim: sed in antecedenti quod præsupponit loquitur de gratia gratum faciente, tum quia de ea loquitur Augustinus, tum etiam quia ipsa est quæ deserit hominem propter peccatum mortale: ergo etiam loquitur de ea in eo quod in consequenti infert.

Probatur 2.

Secundum testimonium ha-

betur. 1. 2. q. 62. arr. 3. Vbi D. Thomas distinguit duos effectus iustitiæ originalis: vnum formalem, quem dicit fuisse rectitudinem, siue subiectionem mentis in ordine ad Deum; & alterum materiale, siue secundarium, quem dicit fuisse rectitudinem, siue bonam dispositionem potentialium in ordine ad sua obiecta.

11

D. Thom.

Ex quo etiã possumus ita argumentari: Eidem habitui tribuit D. Thomas hos duos effectus: vnu vt formalem, & alterum vt materiale: ergo sicut primũ tribuit gratiæ, ita etiam secundum. Quod clarius dixit D. Thomas in. 2. disp. 32. q. 1. vbi inquit, restitui nobis in Baptismo iustitiã originalem quoad formale: quoniam hoc est idem ac si diceret restitui nobis gratiam, quatenus facit nos gratos Deo, non tamen quatenus vires inferiores subiebat rationi.

12

Confir.

Confirmatur, quia ex Diuo Thoma duo habemus. Primum est, omnes effectus, qui tribuntur gratiæ, & iustitiæ originali posse provenire ab vno habitu secundum rem, quia vt modò dicebamus ponit eos subordinatos inter se in ratione formalis, & materialis. Secundum est, gratiam, & iustitiam originalem esse in eodẽ subiecto, quia. 1. 2. q. 120. artic. 4. ponit gratiam in essentia animæ tanquam in subiecto, & ibidem posuerat iustitiam originalem. quæst. 88. art. 2. ad secundum.

Et ex his potest colligi, gratiam esse causam huius effectus iustitiæ originalis, qui est subiectionis appetitus sensitivi, quia si vnus habitus sufficit ad effectus

gratiæ

13

gratiæ, & iustitiæ originalis, frustra ponentur plures habitus, & hic habitus qui sufficit erit habitus gratiæ, tum quia nullus alius habitus poterit esse causa effectuum gratiæ: tum etiam, quia gratia iuxta sententiam Diui Thomæ conuenit subiecto cum iustitia originali.

Tertia sententia

EST aliorum, qui dicunt causam formalem huius subiectionis, & bonæ dispositionis appetitus sensitivi fuisse qualitatem quãdam supernaturalem, & infusam, distinctam realiter à gratia gratum faciente, & proinde pertinentem ad gratiam gratis datam, quam constituunt in ipso appetitu sensitivo, vt in subiecto: atq; adeò asserunt esse materiale, & corporale. In hac sententiã conueniunt Richardus in 2. d. 30. artic. 3. q. 2. in corp. Durandus. d. 20. q. 5. nu. 20. & Marsilius in. 2. q. 19. artic. 3. in solutione ad tria dubia, quæ simul proponit post. 6. conclusionem. Quamuis Richardus nihil dicat de huius qualitatis subiecto, aut natura, scilicet an fuerit materialis, vel immaterialis; & Durandus nu. 7. solum admittat ex suppositione fuisse conditionem materiale, & nu. 8. videatur dicere, esse idem cum rectitudine appetitus, quæ in ipso appetitu est collocanda.

Richardus. Durand. Marsil.

Probatur.

Fundamentum huius sententiæ, quantum ad distinctionem huius qualitatis à gratia gratum faciente, est, quia Adamus per penitentiam recuperavit gratiam, & non formam, quæ esset

causa huius bonæ dispositionis in appetitu sensitivo. Et quantum ad subiectum, quia forma est in eodem subiecto cum suo effectu formali. Et quantum ad naturam, quia sicut appetitus sensitivus est potentia materialis, ita etiam omnes qualitates, quæ ei inhaerent sunt materiales.

15

Quarta sententia

EST Caietani, qui dicit duo. Primum est, causam formalem huius subiectionis appetitus sensitivi esse donum quoddam supernaturale distinctum à gratia gratum faciente realiter, & præsupponens ipsam tanquam radicem suam. Et hoc asserit. 2. part. quæstione. 95. articulo. 1.

Caietan.

16

Et probat, quia esse donum supernaturale, & præsupponere gratiam, tanquam radicem suam, colligitur apertè ex doctrina D. Thom. ibidẽ: distingui verò realiter à gratia ostenditur ex eo, quod significatur Genesis. 3. de Eua, scilicet comedisse de ligno vetito, atque adeò peccasse mortaliter, & amisisse gratiam gratum facientem, antequam peccaret Adam, & tamen non cruciuisse de sua nuditate, & ex consequenti neque amisisse donum impediens inordinatos carnis motus, nisi postquam Adam peccauit, quia tunc dicitur: *Et aperti sunt oculi amborum, cumq; cognouissent se esse nudos, &c.*

Probatur.

D. Thom.

Secundum est, hoc donum non fuisse causam huius subiectionis appetitus immediatè per se ipsum, sed medio vigore

M 4

quo-

17

quodam, qui in superiori parte animæ nostræ naturaliter resul-
tabat ex coniunctione ad ip-
sum, ad conservandum statum
in omnibus rationi consonum,
ita ut per hunc vigorem imme-
diatè fieret, ne in appetitu sensi-
tuo esset aliquid, quod repug-
naret perfectioni huius status: &
hoc asserit. 1. 2. quæstio. 109. ar-
ticulo 2. 3. & 4. §. in articulo se-
cundo, versiculo, quoad secun-
dum. Vbi imprimis ostendit po-
tuisse hunc vigorem resultare in
parte rationali, quia univèrsali-
ter receptum est, supremum or-
dinis inferioris coniunctum su-
periori, non solum participare
perfectionem superioris, sed
etiã secundum propria perfici. Et
duobus exemplis: primum est
cogitativa, quæ in homine pro-
pter coniunctionem cum intelle-
ctu perficitur secundum se ip-
sam, ita ut melius operetur. Al-
terum est vegetativa, quæ etiam
melius operatur coniuncta sen-
sitiva, quàm separata ab ea.

18

D. Thom.

Et deinde probat, resultasse
de facto hunc vigorem, & fuisse
causam subiectionis appeti-
tus, testimonio D. Thomæ, qui
1. 2. quæstione. 91. articulo. 6. ita
inquit: in quantum per diuinam
iustitiam homo destituitur ori-
ginali iustitia, & vigore rationis,
ipse impetus sensualitatis, qui
eum ducit, habet rationem legis.
Vbi Divus Thomas apertè di-
cit, hominem per peccatum ori-
ginale amisisse duo, scilicet ius-
ticiam originalem, & vigorem
rationis, & ex hoc provenisse ut
ducatur imperu sensualitatis:
quod est dicere, hominem ante
peccatum habuisse illa duo, sci-

licet iusticiam originalem, & vi-
gorem rationis, & utrumque si-
mul fuisse causam subiectionis
appetitus sensitivi ad rationem.

Quinta sententia

ES T Scoti, & Gabrielis lo-
cis citatis articulo præce-
denti in probatione ultimæ con-
clusionis, qui supponunt duo-
bus modis posse auferri ab ho-
mine rebellionem appetitus sen-
sitivi contra rationem. Primò
quantum ad effectum tristitiæ, &
difficultatis, quæ ipsa ex rebello-
ne sequitur in voluntate in pro-
sequutione boni honesti, relicto
sensibili, in quod fertur appeti-
tus sensitivus; ita ut quamvis in
appetitu sit motus, & inclinatio
actualis ad bonum sensibile sibi
applicatum, atque adeò ratione
huius inclinationis ipse appeti-
tus patiatur dolorem, & difficul-
tatem, cum homo relicto tali bo-
no sensibili prosequitur hone-
stum, tamen voluntas non magis
propter hoc patiatur tristitiam,
aut difficultatem, quàm si in ap-
petitu non esset talis rebellio,
aut inclinatio.

Secundò quantum ad ipsam
rebellionem, ita ut in appetitu
sensitivo nullus sit motus incli-
nans ad bonum sensibile, præ-
ter, aut contra imperium ratio-
nis rectæ, & ex consequenti nul-
la sit difficultas, aut tristitia, cum
homo libera voluntate relinquit
quodcumque bonum sensibile
pro honesto: & hoc supposito
dicunt duo.

Primū est. Ut ab homine au-
ferretur priori modo rebellio
appetitus sensitivi requirebatur

19

Scoti.
Gabriel.

20

&

21

& sufficebat donum quoddam
supernaturale, & infusum, quod
esset proportionatum illi effe-
ctui, & constitueretur in volun-
tate tanquam in subiecto. Et hoc
probat, quia imprimis requiri ta-
le donum, & debere esse in vo-
luntate ut in subiecto videtur no-
tum, quia nulla facultas naturalis
sive cõgenita, aut ex vi principio-
rum naturæ, aut tanquam eis
debita, siue acquisita, posset ad
hoc sufficere. Ergo requirebatur
donum supernaturale, & infu-
sum, quod necessariò deberet
esse in voluntate, quia omnis for-
ma perficiens aliquam poten-
tiam in ordine ad operationem
suam, est collocanda in ipsa po-
tentiã in subiecto. Et deinde suf-
ficere huiusmodi donum etiam
est notum, quia supponitur esse
proportionatum ad effectum, &
nulla est ratio, propter quam nõ
potuerit à Deo produci donum
ita proportionatum.

22

Secundum est. Ut ab homine
auferretur posteriori modo re-
bellio appetitus sensitivi requi-
rebat, & sufficebant simul cū
dono voluntatis, duo aliã dona
etiam supernaturalia, & infusa,
quæ essent in utroque appetitu
sensitivo, scilicet concupiscibili,
& irascibili, ut in subiecto. Et
hoc probant, quia per donum
existens in voluntate non pos-
set impediri, ne appetitus sensi-
tivus inclinaretur in suum obie-
ctum debite applicatum, atque
adeò ne pateretur ratione huius
inclinationis difficultatem, &
tristitiam, si oporteret relinque-
re hoc obiectum ad obedi-
endum rationi.

Et si objicias his autoribus id,

quod articulo precedenti cõ-
pimus dicere, scilicet frustra po-
ni donum in voluntate, si ponã-
tur hæc duo dona in appetitu
sensitivo.

Respondent imprimis, ad per-
fectionem status innocentia nõ
oportuisse tolli rebellionem ap-
petitus sensitivi in secundo sen-
su, sed solum in primo, præser-
tim cum voluntas posset benè,
& meritorie uti illa rebellionè,
scilicet reprimendo eam, cum
esset de malo obiecto, aut mo-
derando ne excederet limites
rationis, cum haberet obiectum
bonum, aut etiam ordinando in
finem aliquem bonum, ut ad
obediendum alicui præcepto. Et
deinde dicunt, ad tollendam il-
lam rebellionem in secundo sen-
su debuisse poni donum in vo-
luntate, ut ab ea tanquam à pri-
mo mouente inciperet hæc per-
fectio appetitus, ita ut rebellio
tolleretur partim per donum
existens in appetitu, & partim
per vim, & efficaciam voluntatis
subijcientis sibi plenè ipsum ap-
petitum.

Ultima sententia

ES T Benedicti Pererij, lib. 9.
cõmentariorum in Gene-
sim in disp. de 3. excellentia sta-
tus innocentia. Idem de iustitia
originali, quæstione. 1. §. in ap-
petitu verò sensitivo. Vbi inquit
causam formalem huius perfe-
ctionis appetitus sensitivi fuisse
virtutes morales acquisitas, siue
potius acquisibiles ex natura sua,
quæ per se pertinent ad appeti-
tum sensitivum, non tamen in
quocumq; gradu, sed in perfe-
ctissimo, & heroico.

23

24

Benedict.
Pererij.

M 5

Et

25

Et ad huius sententiæ explanationem supponendum est, addi in ea consultò tres quasi limitationes. Prima est, non intelligi de omnibus virtutibus moralibus, tam supernaturalibus quã naturalibus, sed solùm de naturalibus, quas appellamus acquisitas, seu potius acquisibiles ex natura sua, quia iuxta sententiã hanc virtutes morales, quæ essent causa huius subiectionis appetitus, non acquirerentur de facto per proprios actus uniuscuiusque hominis, quamvis essent ex natura sua acquisibiles, & augetur de facto, sed unicuique infunderentur in sua natiuitate, nõ quidem per se sicut virtutes supernaturales, quæ quia non possunt nostris viribus acquiri dicuntur per se infusæ, sed per accidens. Quod rectè intellexit Durandus in. 2. dicti 29. quæstio. 2. num. 5. Vbi quamvis neget hominem in statu innocentie habuisse virtutes morales, quæ ordinantur ad moderandum passionem appetitus sensitui, dicit: *Si forte aliquis senserit habuisse eas, quia pertinerent ad iustitiam originalem, cuius munus erat subicere appetitum sensituum rationi, debere consequenter fateri huiusmodi virtutes non fuisse in eo acquisitas, sed innatas, aut infusas scilicet per accidens.*

Secunda limitatio est, non debere intelligi de omnibus virtutibus moralibus, quæ ex natura sua sunt acquisibiles per nostros actus, sed solùm de illis, quæ sunt in appetitu sensituo, vt in subiecto, quia ex his virtutibus moralibus quædam versantur circa bonum passionis

26

moderata, quod est proprium ipsius operantis; & alia circa bonum operationis, quod est bonum alterius. Quidam dicunt solùm priores esse in appetitu sensituo, cuiusmodi sunt temperantia, & fortitudo, & reliquæ virtutes, quæ sub his pro diuersitate obiecti formalis multiplicantur: & alij dicunt etiam posteriores, vt per eas disponatur bene appetitus ad consequendum motionem voluntatis circa illud idem bonum. Et hæc sententia intelligitur solùm de virtutibus moralibus acquisitis, quarum subiectum est appetitus sensituius.

Tertia limitatio est, vt non intelligatur de his virtutibus in quocumque gradu, sed solùm in perfectissimo, & heroico: quia certum est multos ex Sanctis habuisse omnes has virtutes morales, quæ sunt in appetitu sensituo, & satis perfectas, & tamen non habuisse appetitum sensituum omninò subiectum voluntati, vt patet in Paulo, qui ad Rom. 7. inquit de se ipso: *Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c.*

Et hoc supposito probatur hæc sententia, quia per has virtutes morales in gradu ita perfectissimo, potest appetitus sensituius in homine plenè subijci parti rationali: ergo per eas fuit re ipsa subiectus in statu innocentie. Consequentia patet, quia naturale est, & consentaneum naturis rerum, vt si perfectio, & bona dispositio alicuius potentie in ordine ad suum munus potest fieri per proprios habitus ipsius, fiat re ipsa per eos: & antecedens probatur autoritate D. Thomæ,

27

28

Rom. 7.

Probatur hæc sententia.

qui

29

qui. 3. part. quæst. 19. articulo. 2. probat, Christum non habuisse fomitem, hoc est appetitum, qui actu inclinaret in bonum sensibile, contra aut præter imperium rationis, quod est habuisse appetitum sensituum omninò subiectum parti rationali, quia habuit virtutes secundum perfectissimum gradum: vbi D. Thomas ex perfectione virtutum, tanquam ex causa colligit fuisse in Christo hanc subiectionem appetitus, atque ad eò supponit vt certum, virtutes in perfectissimo gradu esse sufficientem causam ad subijciendum omninò appetitum sensituum parti rationali in cæteris hominibus.

Confirmatur

Et confirmatur ratione, qua ibi vtitur D. Thomas, scilicet, quia virtus moralis, quæ est in parte quæ nata est obedire rationi, qualis est appetitus sensituius, facit eam esse rationi subiectam. Ergo quanto virtus fuerit perfectior, tantò faciet hanc partem esse magis subiectam, atque ad eò si fuerit summè perfecta, & secundum supremum gradum, faciet eam esse omninò subiectam.

30

1. Nota.

Appetitus sensituius licet ex natura sua habeat obedire rationi, nihilominus habet proprios motus.

Resolutio quæstionis.

PRO solutione, nota primò appetitum sensituum ex sua natura esse natum obedire parti rationali, sicut inferior suo superiori, non tamen seruiliter, & ad nutum, ita vt non habeat proprios motus præter, & contra id, quod præcipit pars rationalis, sed politicè, aut ciuilitè, ita vt habeat proprios motus etiam

contrarios, & repugnantes imperio partis rationalis: quod D. Thomas. 1. 2. quæst. 59. articulo. 4. ad tertium, explicat ex doctrina Aristotelis, qui. 1. polit. docet, animam regere corpus principatu despotico, hoc est, dominatiuo, sicut dominus regit seruum; & id eò corpus ad nutum, & absque contradictione obedire animæ in omnibus, in quibus natum est moueri ab ipsa; at verò partem rationalem regere appetitum sensituum principatu politico, hoc est, ciuili, quo reguntur ciues, qui liberi sunt, & habent in aliquibus propriam voluntatem etiam contra superioris imperium: & id eò appetitum sensituum non obedire ad nutum, & absque contradictione parti rationali, etiam in his, in quibus natus est moueri ab eo, sed sæpè inclinari, & moueri ad sua obiecta, non solùm præueniendo motionem voluntatis, sed etiam repugnando ei.

Secundò nota, cum dicimus appetitum posse habere motum proprium sine subordinatione ad voluntatem, non esse intelligendum primariò, aut determinatè, respectu obiecti, quòd sit contrarium rectæ rationi, sed respectu boni sensibilis, quòd in differenter potest esse contrarium, aut conforme rectæ rationi. Potest autem appetitus habere motum proprium circa hoc obiectum duobus modis. Primò repugnando, & contradicendo ei, vt cum voluntas est positiuo reijcit aliquod bonum sensibile, vel supposita sufficienti aduertentia ex parte intellectus,

31

D. Thom.

Arist. Anima regit corpus principatu despotico ratio verò appetitum sensituum principatu politico.

32

2. Nota. *Quomodo possit appetitus habere motum proprium rationi contrarium.*

non

33

nō vult elicere actū circa ipsum, sed aut suspendit omninō actū, aut habet actum circa aliud obiectum illi repugnans, & tamen appetitus actu amplectitur ipsum. Secundō, praueniendo motionem, aut imperium voluntatis, vt cum ante quam voluntas habeat aliquem actum formalem, aut virtualem circa aliquod bonum sensibile, appetitus habet actum prosecutionis, aut fugę circa ipsum. Et supponimus nunc tertiam perfectionem, de qua in hoc articulo agimus, importare tam perfectam subiectionem appetitus ad partem rationalem, vt excluderet vtrumque modum mouendi se sine subordinatione ad voluntatem, ita vt appetitus esset ad eō subiectus parti rationali, vt neque posset suis actibus eius imperio repugnare, neque etiam ipsum prauenire, sed solum exiret in actum excitatus, & motus a parte rationali, & obediens eius imperio. Et hoc quantum ad vtrumq; modū, colligitur satis aperte ex probationibus. 4. conc. art. 4. Tū, quia ex eis colligitur hominem in illo statu caruisse omninō perturbationibus, & motibus passionū, quę nō essent regulatę per rationē, sub qua vniuersalitate comprehenduntur omnes passionēs, quę quomodocunque non subijciuntur ordinationi rationis, siue repugnando ei, siue praueniendo eam. Tū etiam, quia quocumque ex his duobus modis appetitus non subijceretur parti rationali, esset ei causa impedimentī, & difficultatis in prosecutione honesti.

34

qui causas quasi formales huius plenę subiectionis appetitus sensitiui ad partem rationalem. Prima est quardam particularis assistentia, & prudentia Dei erga hominem, qua Deus multis modis impediret, ne appetitus sensitiuus suis motibus repugnet parti rationali, aut impediret eā. Secunda est hęc eadem prouidentia Dei particularis, vt annexa alicui conditioni ex parte hominis siue naturali, siue supernaturali, non quidem ex natura rei, sed ex Dei institutione, & pacto; ita vt Deus instituerit habere hanc particularem prouidentiam erga hominem, quando ipse homo prædictam conditionem retineret. Tertia est donum aliquod habituale inherens homini, quod physicē, vel immediatē per se ipsum, vel per aliquam resultantiam sine productione nouę formę, vel media alia forma accidentali, cuius sit radix, disponderet hominem, & eius potētias, ita vt appetitus sensitiuus esset omninō subiectus parti rationali.

3. Nota.

Tertiō nota, tres posse distin-

hanc

gui causas quasi formales huius plenę subiectionis appetitus sensitiui ad partem rationalem. Prima est quardam particularis assistentia, & prudentia Dei erga hominem, qua Deus multis modis impediret, ne appetitus sensitiuus suis motibus repugnet parti rationali, aut impediret eā. Secunda est hęc eadem prouidentia Dei particularis, vt annexa alicui conditioni ex parte hominis siue naturali, siue supernaturali, non quidem ex natura rei, sed ex Dei institutione, & pacto; ita vt Deus instituerit habere hanc particularem prouidentiam erga hominem, quando ipse homo prædictam conditionem retineret. Tertia est donum aliquod habituale inherens homini, quod physicē, vel immediatē per se ipsum, vel per aliquam resultantiam sine productione nouę formę, vel media alia forma accidentali, cuius sit radix, disponderet hominem, & eius potētias, ita vt appetitus sensitiuus esset omninō subiectus parti rationali.

Prima conclusio.

PER extrinsecam Dei prouidentiam potuit fieri hęc subiectio appetitus sensitiui ad partem rationalem, tamen re ipsa non est ita facta, sed medio aliquo dono intrinsecē inherenti ipsi homini.

Prima pars ab omnibus admitti debet, quia in ea solum explicatur quid Deus per suam prouidentiam extrinsecam, & sine productione alicuius doni in homine potuerit facere, circa

35

Tres cause subiectionis appetitus sensitiui ad rationem.

36

Potuit Deo per prouidentia extrinsecam subijcere appetitum rationem.

Probat.

37

hanc subiectionem appetitus. Et videtur certum Deum potuisse, ita se habere erga appetitū sensitiuum in homine, remouendo motiua excitantia proprios motus, & applicādo alia, quibus detineretur suauiter in subiectione, & aliquando denegando cōcursum, & alijs modis nobis ignotis, vt quamuis nō superadderet, & intrinsecē aliquod donū contineret ipsum in hac subiectione ad partem rationalem, quia in hoc non potest ostendi aliqua sufficiens ratio repugnantia.

38

Hęc subiectio facta est per aliquid inherens.

Et ad hoc confirmandum pos sunt deseruire ea, quibus. 1. 2. quæstion. 6. articulo. 4. solet probari posse Deum necessitatem inferre cuiusque potentia vitali etiam liberę, quoad suos proprios actus elicitos, tam ad eorum exercitium quā ad omissionem, quia ex eis benē sequitur posse Deum determinare appetitum sensitiuum in homine ad omninō obediendum parti rationali etiam non praueniendo eius motionem.

Et secunda pars probatur, quia possibile erat fieri hęc subiectionem appetitus per dona habitualia inherentia homini: ergo non est facta per solam extrinsecam assistentiam Dei. Antecedens patet, quia nulla potest assignari ratio repugnantia. Et consequentia probatur: quia cū Deus omnia suauiter disponat non facit se solo præsertim longo tempore, quod per causas secundas potest efficere.

Ex hęc conclusione sequitur, non fuisse causam huius subiectionis appetitus hanc eandem

39

assistentia Dei, vt annexam gratia habituali, ex Dei institutione, quasi Deus institueret solum interim dum gratia perseuerabat in homine habere talē modum prouidentia erga eum, vt eius appetitus nullum motum haberet, quo praueniret rationem, vel repugnet ei. Probat, quia in hoc casu sola prouidentia Dei extrinseca esset causa huius subiectionis, & gratia solum se haberet, vt cōditio necessariō requisita ex Dei institutione ad habēdum hunc modum prouidentia erga hominē. Et contra hoc potest fieri argumentum, quo probauimus secundam partem huius conclusionis. Et ex eo manet impugnata secunda sententia in quodam sensu, quo aliqui ex recentioribus Thomistis, cū explicent Diuum Thomam in loco citato pro vltima sententia sequuntur eam, dicētes, gratiam, quatenus habebat adiunctam hanc Dei prouidentiam particularem fuisse causam subiectionis appetitus.

40

Secunda conclusio.

CASA huius subiectionis, nō fuit donū aliquod habituale existens in essentia animæ, neque per se ipsum immediatē, neque per resultantiam physicā alicuius formę distinctē existentis, aut in voluntate, aut in appetitu sensitiuo, neque per resultantiam, etiam physicam alicuius vigoris in parte rationali ad subijciendum appetitum, aut alicuius perfectionis in appetitu ad obediendum sine intermedia aliqua forma distincta.

Hęc subiectio non est facta per donum inherens essentia animæ.

Prima

41

Donū quod est in essentia animæ non potest d. sponere, aut actuare subiectū à se distinctum.

Prima pars probatur, quia donum quod est in essentia animæ non potest per se ipsum disponere, aut actuare subiectum realiter distinctū ab essentia animæ, cuiusmodi est appetitus sensitivus. Ergo neque potest esse immediatè per se ipsum causa formalis alicuius perfectionis, aut subiectionis in ipso.

Et secunda pars probatur, quia donum cui conveniret esse illo modo causam formæ, quæ immediatè subijceret appetitū, neque fuit gratia gratum faciēs, neque aliud donum ab ea realiter distinctum: ergo nullum donum existens in essentia animæ, fuit per resultantiam physicam alterius formæ causa subiectionis appetitus. Consequentia patet à sufficienti partium enumeratione. Et antecedens quoad primam partem patet, quia gratia gratum faciens est omninò eiusdem naturæ, & speciei in statu naturæ reparatæ post lapsum, & in statu innocentie, sed in statu naturæ reparatæ non est causa per resultantiam physicam, alicuius formæ subijciētis omninò appetitum, ut est certum secundum fidem, aliàs in iustificatis non maneret concupiscētia, cōtra determinationem Concilij Tridentini, ses. 5. decreto de peccato originali. §. 5. Ergo neque in statu innocentie fuit hoc modo causa talis formæ.

Et non potest responderi, gratiam ex natura sua esse causam per physicam resultantiam illius formæ, sed in hoc statu esse impeditam hanc resultantiam propter rationem, quam ibidem assignat Concilium, & non in illo.

Cōc. Trid.

Quia hoc impedimentum esset præter & supra naturam gratiæ, atque adeò miraculosum, sicut impedimentum, quo fieret ne ex natura aliqua specifica resultarent suæ passionēs. Imò esset contra dignitatem gratiæ in hoc statu.

Et quoad secundam partem probatur idem antecedens, quia frustra poneretur tale donum in essentia animæ, cum non esset necessarium propter aliquem effectum, quem haberet in ea: nam neque huiusmodi effectus esset bona dispositio animæ in ordine ad finem supernaturalē, quia hoc est proprium gratiæ gratum facientis, neque bona dispositio in ordine ad finem naturalem, quia ad hoc non indigebat anima aliquo dono superaddito, sed per suam entitatem cum negatione violationis omnium præceptorum obligantium sub mortali esset benè disposita.

Et ex his manet probata tertia pars, quia neque ex gratia, neque ex alio dono existente in essentia animæ, posset resultare physicè ille vigor in parte rationali, aut illa perfectio in appetitu sensitivo.

Et confirmari potest, quia tam vigor partis rationalis, quam perfectio appetitus sensitivi, esset & præsupponens eius productionem saltem ordine naturæ, & separabilis ab ea etiā postquam semel daretur, sicut de facto est separatus effectus superadditus entitati vtriusque subiecti, & perficiens eam. Ergo postulabat aliquam formam in eadem potentia, quæ esset eius causa. Patet consequentia, quia

43

44

non

45

non potest superaddi hoc modo alicui entitati novus effectus, sine nova forma, quæ sit causa. Nisi dicas, ipsum vigorem, aut ipsam perfectionem habere modum formæ, sicut de aliquibus modis accidentalibus solet dici. Sed tunc obijci poterit non dici hoc consequenter ad ipsam sententiam, quia in ea supponitur huiusmodi vigorem, aut perfectionem convenire potentia secundum suam intrinsecam entitatem.

Impugnatur prima sententia principalis.

46

Nulla rectitudo naturalis existens in voluntate est causa huius subiectionis

Ex hac conclusione sequitur priuò contra primam sententiam, nullam rectitudinem naturalem, existentem in voluntate primi hominis, fuisse ex natura rei causam huius subiectionis appetitus. Probatur, quia non posset esse ex natura rei causa, nisi aliquo ex tribus modis contentis in conclusione: & imprimis non esset causa primo modo propter rationē, qua id probauimus de dono existente in essentia animæ: neque secundo modo, quia illa rectitudo vel esset in ordine ad finem supernaturalem, & sic esset supernaturalis, & infusa, imò esset ipse habitus charitatis, quia rectitudo voluntatis in ordine ad finem supernaturalem est proprius effectus charitatis: quod est contra ipsam sententiam: & non magis posset esse hoc modo causa subiectionis appetitus quàm habitus charitatis, vel in ordine ad finem naturalem: & sic aut consistet in sola entitate voluntatis, connotando remotionem impedimenti ex parte intellectus, & appetitus, ut diximus artic. 3. conclus. vltima: & sic non erit

causa subiectionis appetitus, sed supponet eam factam per aliam causam: aut in ipsa entitate cum negatione violationis omnium præceptorum respicientium directè, & immediatè finem naturalem; & sic non posset esse causa formæ, per quam subijceretur appetitus, quia reperiretur in homine condito in puris naturalibus, in quo esset rebellio appetitus: aut consisteret in aliqua entitate pertinente ad ordinē naturæ, & superaddita entitati voluntatis; & hoc etiam est contra ipsam sententiam. Et præterea sequitur ex eo, vel hanc entitatem nullo modo esse connaturalem voluntati, atque adeò esse per se infusam, quod negatur ab Henrico; aut non magis posse esse causam huius subiectionis quàm ipsam voluntatem nudam. Et propter hanc rationem nõ esset causa tertio modo.

47

48

Secundò sequitur contra secundam sententiam in eo sensu quo eam videtur sequi Sotus, & apertius Gregorius de Valentia, gratiam non esse ex natura rei causam subiectionis appetitus aliquo ex his tribus modis contentis in hac conclusione, & potest probari eadem ratione.

Impugnatur secunda sententia.

Tertiò sequitur, falsum esse vtrumque dictum quartæ sententiæ, præter id, quod in primo continetur de distinctione iustitiæ originalis sumptæ pro dono, quod erat causa huius subiectionis à gratia gratum faciente.

Impugnatur quarta sententia.

Et ut hoc constet aduertendum est circa vtrumq; ita coordinari in eis gratiam, & iustitiā originalem sumptam pro illo dono, ut ponatur in essentia animæ

tan-

49

tanquam in subiecto, & gratia, vt radix ex natura rei iustitiæ originalis, & iustitiæ radix, ex qua resultat vigor in parte rationali, qui est immediata causa subiectionis.

Tertia conclusio.

Causa formalis subiectionis appetitus erat donum quoddam habituale.

Causa formalis immediata subiectionis appetitus fuit donum quoddam habituale, quod secundum suam speciem, & substantiam, & ex parte finis erat naturale, & quoad modum, quo habebatur, supernaturale, & continebat duos habitus, ex quibus vnus erat in appetitu irascibili, & alter in concupiscibili; atque adeo quilibet eorum erat corporeus, & extensus ad extensionem sui subiecti, & distinguebantur inter se non solum numero, & realiter, sed etiam specie.

Hæc conclusio quatuor continet partes, in quibus supponitur, quæ fuerit vis, & causalitas horum habituum, & explicatur eorum natura; & quoad aliquas sequitur eam autores tertie sententiæ; & quoad alias autores quintæ; & quoad omnes, præter quartam, quæ est de distinctione specifica horum habituum, sequitur eam Molina. 1. part. in fine post quæstio. 113. in tractatu de opere sex dierum, disp. 27. & imprimis quantum ad id, quod in omnibus partibus huius conclusionis includitur, scilicet hos habitus fuisse causam formalem, & immediatam perfectæ subiectionis appetitus, probatur à sufficienti partium enumeratione, quia hæc subiectio fuit perfectio

Molina. Probat.

superaddita naturæ humanæ, & præsupponens suam productionem saltem ordine naturæ, & separabilis ab ea etiam postquam fuit ei data: ergo habuit aliquam causam formalem distinctam à propria entitate ipsius naturæ humanæ: at hæc causa non fuit extrinseca prouidentia Dei, siue sola, siue vt adiuncta alicui dono, aut supernaturali, aut naturali; neque rectitudo aliqua naturalis, siue in essentia animæ, siue in voluntate; neque gratia gratum faciens, aut aliqua ex virtutibus supernaturalibus, quæ ipsam comitantur secundum legem Dei ordinariam: ergo à sufficienti partium enumeratione sequitur fuisse donum habituale, quod in hac conclusione describitur. Et deinde probantur singulæ partes.

Prima est, hoc donum secundum suam speciem, & substantiam fuisse naturale, & quoad modum quo habebatur supernaturale. Quæ facillè manebit probata si aduertamus tribus modis posse aliquod donum dici naturale. Primo, quia ex propria specie non eleuat naturam ad modum essendi, vel operandi, qui secundum suam speciem, & ex parte finis, in quem ordinatur, sit ipsi improportionatus, sed solum perficit eam in modo essendi, vel operandi, qui secundum speciem suam, & proprium finem est naturæ proportionatus. Secundo, quia per se, & secundum propriam speciem est aliquid ipsius naturæ, aut tãquam pars, aut tanquam profluens, vel acquisibile ex eius principijs, siue de facto ita acquiratur, siue non. Nam

51

52

Probat. 1.

Tribus modis posse aliquid donum dici naturale.

ex

53

ex his constat, donum, quod erat causa huius subiectionis fuisse naturale primo modo, quia non eleuabat hominem ad modum essendi, vel operandi, qui secundum suam speciem, & proprium finem esset supernaturalis, sed solum perficiebat ipsum in modo operandi ex fine, & specie sibi proportionato, qui est viuere secundum rationem. Et è contra non fuisse naturale, sed supernaturale secundo modo non solum, quia de facto non fuit acquisitam proprijs viribus, quod esset satis, vt diceretur infusum per accidens, sed etiam, quia ex propria specie habebat, vt neq; profueret ex principijs, neque posset acquiri per facultatem naturæ, sed solum posset accipi per infusionem à Deo, quod satis est, vt dicatur per se infusum. Et in hac parte conueniunt Caietan. loco citato ex. 1. 2. pro sua sententia, Soto libro. 1. de natura, & gratia, capite. 9. Vega libr. 12. super Concilium, capite. 11. & Bellarm. tomo. 3. libr. 1. de gratia primi hominis, capite. 5. & 6. & ferè omnes, qui dicunt donum hoc fuisse supernaturale. Et iuxta eam est intelligenda damnatio facta à Pio V. & Greg. XIII. huius propositionis: *Integritas primæ conditionis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio; sed naturalis eius conditio*, quam refert Bellarminus, libro citato capite. 1. in fine. Non enim damnant Pontifices appellari illam integritatem naturalem primo modo, sed secundo: & ita in ipsa propositione pro eodem sumitur naturalis, &

Caietan.

Soto. Vega.

Bellarmin.

Pius. 5. Gregor. 13.

non indebita, aut debita, Secunda pars est, hoc donum comprehendisse duos habitus, quorum vnus erat in appetitu concupiscibili, & alter in irascibili. Et hæc probatur: quia cum hi appetitus distinguantur realiter nulla erat ratio, cur potius hoc donum esset in vno eorum quàm in altero, neque si tantum esset in vno posset vt causa formalis sedare passiones in altero; atq; proinde oportuit donum hoc fuisse distinctum in duos habitus pro numero ipsorum appetituum.

Et ex hac parte sequitur tertia, scilicet vnumquemque ex his habitibus fuisse corporeum, & extensum ad extensionem sui subiecti, quia etiam vnusquisque ex his appetitibus, in quibus hi habitus subiectabantur, erat potentia materialis, & organica.

Et etiam sequitur quarta, scilicet hos habitus fuisse non solum numero, & realiter distinctos, sed etiam specie, quia sicut ex eo, quod hi appetitus habent distincta organa, & distinctos modos tendendi in sua obiecta, colligimus virtutes morales quibus disponuntur in ordine ad hæc obiecta distingui inter se specie, ita etiam poterimus idem colligere de his habitibus, quibus etiã disponebantur hi appetitus in ordine ad eadem obiecta.

Sed obijcies, quia cum munus virtutum moralium sit moderari passiones per eas fieret hæc subiectio appetitus, atque adeo ad hoc frustra ponuntur hi duo habitus in appetitu sensitivo.

Respondetur imprimis, mihi

55

56

Obiectio.

Respondetur

N videri

57

videri probabile non potuisse per virtutes morales acquisite fieri connaturaliter hanc totalem subiectionem appetitus. Dico autem, connaturaliter, ut intelligatur hoc de his virtutibus secundum suam speciem, & secundum intensiorem, & perfectionem, quam ex propria natura possunt habere, & non prout per voluntatem Dei possunt eleuari ad effectus excedentes gradum suae naturae. Et probatur primo, quoniam alias sicut haec virtutes secundum suam speciem, & totam intensiorem ei respondentem, sunt naturaliter acquisibiles ab homine, & non sunt ex ordine per se ipsarum; ita etiam haec totalis subiectionis appetitus esset naturaliter acquisibilis ab ipso, quod nullus concedet. Secundum, quia actus, per quos haec virtutes sunt acquisibiles, non possunt disponere appetitum ad non praeveniendum imperium voluntatis, sed solum ad sequendum ipsum. Ergo etiam ipsae virtutes non possunt esse causa tantae subiectionis in appetitu, ut non praeveniatur imperium voluntatis. Tertium, quia non magis disponitur appetitus per suas virtutes ad obediendum voluntati, quam voluntas per suas ad obediendum rectae rationi. Ergo sicut voluntas non obstante quacunque perfectione naturali virtutum acquiratarum potest habere motum contrarium rectae rationi, alias per virtutes acquisite posset voluntas confirmari in ordine ad bonum rationis naturalis; ita etiam appetitus non obstante

Probatur 1.

58

quacunque perfectione suarum virtutum acquiratarum, poterit habere motum repugnantem imperio voluntatis.

Secundum respondetur, quamvis demus subiectionem appetitus posse fieri per virtutes morales valde intensas, negandum esse fuisse re ipsa factam in primo homini per eas: & probatur, quia ad hoc oporteret has virtutes in eo gradu datas fuisse primo homini, ut capiti naturae humanae per generationem, sicut subiectionis appetitus est ita ei data, atque adeo fuisse in eodem gradu communicandas reliquis hominibus in eorum natiuitate. Ex quo sequuntur tria inconuenientia. Primum est, has virtutes non fuisse acquirendas ab hominibus in statu innocentiae per proprios actus, neque quantum ad infimum gradum, neque quantum ad supremum. Cuius contrarium potest ostendi argumento, quod articulo praecedenti fecimus de prudentia acquisita. Secundum est, has virtutes in eo statu fuisse amittendas per quodlibet peccatum mortale; non solum in esse virtutum, sed etiam in esse habituum, quia hoc modo erat causa subiectionis appetitus, quae per quodcumque peccatum mortale erat amittenda. Quod potest impugari argumentis, quibus solet probari, non amitti nunc habitus virtutum acquiratarum per quodcumque peccatum mortale. Tertium est, haec virtutes in eo gradu secundum quem erant causa subiectionis appetitus, non potuisse ab hominibus acquiri post lapsum

59

Respondetur
2. objectioni

60

primi

61

primi hominis, sicut nec ipsa subiectionis potuit acquiri per proprios actus. Quod etiam potest impugari, quia videtur certum multos ex Sanctis habuisse has virtutes magis intensas quam Adam in sua creatione.

Et non potest responderi, has virtutes non fuisse causam subiectionis appetitus, secundum suam naturam praecise sumptam, sed prout habebant adiunctam particularem Dei providentiam: Quia contra hoc potest obijci id, quod contra secundam sententiam obiecit in fine primae conclusionis.

Ultima conclusio.

62

Gratia fuit
radix huius
doni.

GRATIA gratum faciens fuit radix ex Dei institutione huius doni, quod fuit causa subiectionis appetitus, & quantum ad eius productionem, & quantum ad conseruationem. In hac conclusione non asserimus gratiam habuisse aliquem influxum, siue physicum, siue moralem, respectu illius doni, sed solum fuisse ex Dei institutione conditionem necessariam, ut illud donum produceretur, & conseruarentur in hominibus, quia Deus decreuerat non dare hominibus illud donum, nisi praesupposita in eis gratia gratum faciente, nec datum conseruare, nisi quantum ipsi permanerent in gratia. Ad eum modum, quo aliqui tribuunt causis secundis causalitatem respectu suorum effectuum, quia Deus ad eorum praesentiam producit huiusmodi ef-

fectus; & Sacramentis veteris legis respectu gratiae, quia Deus ad praesentiam eorum dabat gratiam.

Et in hoc sensu potest haec conclusio probari ratione, quae ut retulimus articulo primo in probatione secundae conclusionis videtur D. Thomae. 1. parte, quaestione. 95. articulo. 1. ad probandum, eam rectitudinem, quae consistebat in subiectione mentis ad Deum fuisse causam eius rectitudinis, quae consistebat in subiectione appetitus sensitui ad partem rationalem, scilicet, quia ut Augustinus inquit amissio primae rectitudinis secundae, ut etiam colligitur ex eo, quod in Genesi dicitur de erubescencia, quam primi patentes sentierunt de sua nuditate, cum primum peccauerunt, atque adeo etiam esse primam rectitudinem in homine fuisse causam, ut esset in eo secunda, quia ubi negatio est causa negationis, etiam affirmatio est causa affirmationis, nisi aliqua ratio discriminis assignetur, quae hoc loco non potest assignari sufficiens: praesertim si supponamus, sicut loco citato diximus, primum hominem fuisse creatum in gratia. Et cum haec ratio non possit intelligi de causa ex natura rei, ut ibidem ostendimus, & latius in probatione secundae conclusionis huius articuli, sequitur esse intelligendam de causa ex institutione Dei.

Confirmatur, explicando rationem congruentiae, ut Deus ita hoc instituerit, quia sup-

63

D. Thom.

64

65

positis duobus, scilicet primum hominem in sua creatione accepisse à Deo gratiam, & hanc subiectionem appetitus, quod ostendimus conclusione secunda, & quarta articuli citati, & Deum potuisse dare homini has duas perfectiones subordinatas inter se quoad causalitatem, eo modo, quem in hac conclusione explicamus, videtur fuisse sufficientem rationem congruentiæ ad ita faciendum, ut sicut pars sensitiva habet ex natura sua quoddam genus subiectionis, & obedientiæ ad rationalem, ita etiam perfectio partis sensitivæ subordinetur perfectioni partis rationalis.

66

Quomodo
possit defen-
di secunda
sententia.

Ex hac conclusione manent explicata tria: primum est posse secundam sententiam habere hunc verum sensum, gratia est causa subiectionis appetitus in quantum per modum radicis, ex institutione Dei fuit causa habituum, qui erant immediata causa eiusdem subiectionis. Secundum est, potuisse Deum homini, non elevato per gratiam in finem supernaturalem, dare hoc donum cum dependentia à rectitudine naturali, tanquam radicem ex Dei institutione, quia nulla est ratio, neque ex parte talis rectitudinis, neque ex parte ipsius domini, quæ oppositum postulare. Tertium, non fuisse necessarium aliquod miraculum, ut Eva statim atque per peccatum amisit gratiam, non amisit subiectionem partis sensitivæ ad rationalem, sicut significatur, cum de ea non dicitur erubuisse statim de sua nu-

ditate, quia cum gratia non fuerit ex natura rei radix domini, quod erat immediata causa subiectionis appetitus, potuit Deus sine ulla immutatione naturæ conservare donum illud in Eva, usque ad peccatum hominis, qui erat caput naturæ, & tunc Eva amisisset iustitiam originalem, quoad id, quod in ea erat præcipuum, scilicet quoad gratiam gratum facientem, & rectitudinem essentiæ in ordine ad finem ultimum, non tamen quoad omnia, quæ ad eam pertinebant, cum adhuc retineret donum hoc, quod erat causa immediata subiectionis appetitus.

Ex omnibus his conclusionibus, & ex earum probationibus potest facile desumi solutio ad fundamenta reliquarum sententiarum, quatenus impugnant nostram, præterquam ad fundamentum ultimæ, ad quod Thomistæ, qui alias sententias defendunt, adhibent varias solutiones, ne cum negant virtutes morales esse sufficientem causam subiectionis appetitus, & idem ponunt aliquid aliud, quod fuerit eius causa in primis parentibus, videantur contradicere D. Thomæ, quatenus ex perfectione harum virtutum in Christo colligit non fuisse in eo rebellionem appetitus contra rationem.

Nam Caietanus ibidem respondet, animam Christi habuisse eam integritatem, & perfectionem naturæ in ordine ad bonum virtutis, quam habebant animæ in statu innocentiae, & idem

67

68

Ad funda-
menta con-
traria res-
pondetur.

Ad funda-
menta vlti-
mæ senten-
tiæ.

in eo

69

Impugna-
tur

in eo fuisse satis perfectionem virtutum ad subijciendum appetitum.

Sed hæc solutio nil valet, quia iuxta eam subiectio appetitus non esset tribuenda perfectioni virtutum, sed integritati naturæ. Et præterea, quia per hanc integritatem Caietanus intelligit vigorem supra explicatum, & tamen non dicit quomodo potuerit esse in Christo sine iustitia originali.

Solutio alio-
rum impug-
natur.

Alij respondent, Divum Thomam loqui de virtutibus prout in Christo habebant adiunctam specialem providentiam Dei. Sed hæc solutio, quamvis sufficiat ad explicandum, cur in alijs hominibus ex perfectione virtutum non sequatur plena subiectio appetitus, non est satis ad reddendum rationem, propter quam perfectio virtutum cum eadem providentia non fuerit causa subiectionis appetitus in primis parentibus.

70

Modus quo
in Christo
erat appeti-
tus sedatus.

Et idem, ut respondeamus supponendum est, Divum Thomam per gradum perfectissimum gratiæ, & virtutum non intellexisse gradum intensiōis, ut Caietanus videretur supponere, neque adiunctam extrinsecam providentiam Dei, ut dicunt Auctores secundæ solutionis, sed consummationem, & perfectionem quandam, quam gratia, & virtutes habebant secundum proprium genus in Christo, ratione unionis humanitatis cum persona Verbi. Hæc autem perfectio non pertinebat ad intensiōem physicam, quamvis etiã huiusmodi intensio fuerit in eis maxima secundum legem Dei

ordinariam, sed ad statum quendam accidentalem connotatum per gratiam, & virtutes, quatenus erant in natura humana ita unita, ratione cuius status gratia, & virtutes hoc habebant, ut possent extendi ad omnes effectus suos, & perfectissimo modo. Et quia virtutes morales tantò sunt perfectiores, quantò sunt magis expeditæ, & faciles ad exercendum proprios actus, & hoc convenit eis, quatenus excluduntur vitia opposita, & frænantur passiones appetitus sensitivi, idem in Christo habebant illum statum, & supremum gradum perfectionis, quia ratione prædictæ unionis habebant omnino exclusa à suo subiecto impedimenta, tam ex parte vitiorum, aut pravarum dispositionum, quam ex parte passionum appetitus.

Et esse Divum Thomam ita intelligendum patet, quia cum dicit Christum habuisse perfectissimè gratiam, & virtutes, addit se supra id ostendisse, quod fecit, quæstione. 5. articulo. 2. & 9. in illo articulo 2. in solutione 2. dicit Christum habuisse virtutes perfectissimè, & ultra communem modum, quia erat dispositus ad bonum modo quoddam altiori quam alijs hominibus competit, imò & quod competere possit secundum legem Dei ordinariam.

Et hoc supposito ad formam argumenti respondetur, negando antecedens, si per gradum perfectissimum intelligatur gradus pertinens ad intensiōem physicam, vel naturam ipsarum virtutum. Et ad probationem

71

72


73

respondetur, Dium Thomam per gradum perfectissimum intellexisse statum, quem haecenus explicuimus: quare ratio, qua ibi videtur Dium Thomas non fundatur in natura, aut intensione virtutum, sed in statu, quem habebant in Christo: & non est à priori, sed quasi à posteriori, quia ex eo quod virtutes nō possent habere illum statum, nisi appetitus esset omnino subiectus rationi, colligitur fuisse ita subiectū.

Et ex hoc patet solutio ad confirmationem, qua sumitur ex ratione Diui Thomae, quia in ea, vt dixi, per virtutē summē perfectam, & secundum supremum gradum intelligitur virtus prout habet statum, quem explicui, ad quem completē ex natura sua peruenire non potest, & in Christo peruenit propter vnionem cum persona Verbi.

74

.c.



CAPVT TERTIVM.

Annotationes ad literam.

I



VONTIAM Sapiens capite procedenti dixit causā propter quam impij tam

absurdas sequerentur sentēcias, vt se totos traderent voluptatibus, fuisse excacationem mentis eorum circa futuram vitam, & defectum notitiā eius dispositionis, & perfectionis, in qua Deus condidit hominem, vt esset aptus ad consequendam foelicitatem aeternam post hanc vitam, ideò in hoc capite, vt magis eorum errorem redarguat, docet esse valdē diuersos post hanc vitam exitus, & fines bonorum, quantūuis in vita praesenti miserijs, & calamitatibus opprimantur: & malorum docet etiam esse diuersos fines, quantūquam è contra in hac vita fruatur omnibus bonis ad eam pertinentibus, & delitijs ac voluptatibus. Et quoniam comparatio haec duo continet extrema iuxta eorum numerum, caput hoc bipartitum est, & in priori parte Sapiens agit de fine bonorum, & simul aperit rationem, propter quam Deus finat bonos in

2

hac vita tot incommodis, calamitatibusque vexari; & in posteriori agit de fine malorum, quantūquam aliqua de vtroque fine in vtraque parte permisceat: atque ita exorditur.

Quamuis mali, qui diaboli factioni adhaeserint, experientur eā mortem, quae eius inuidia introiuit in orbē terrarū; tamen iustorum animę sub Dei protectione, & patrocinio quiescunt, & ideò nullo cruciatu frāgetur. Visi quidē sunt oculis insipientium mori, qui exitum eorum reputarunt miseriam, & discessum à nobis afflictionem, & exitium, cum illi re vera pace, & salute maxima perfruatur. Etenim licet in oculis hominum tormēta passi sunt, spe maxima immortalis, & aeternae vitae sustentabantur, & breuius ac leuibus poenis castigati, & eruditi magnis foelicitatibus afficientur; quia Deus illos poenis exercuit, & explorauit qua virtute essent praediti, & ob eam dignos ipsos iudicauit quos ad suae foelicitatis participationē admitteret. Vt aurum in fornace ignis ab omni scoria separatur, & purius redditur; sic Deus eos igne tribulationum, & afflictionum, ab omni etiam labe vitio-

3

4

5 rum leui secreuit; & ita factum est, ut puriores euaderent, & ut Deus eos tanquam sacrificium, quod ex omnibus fructibus, & ex omni genere virtutum ipsi totum offerebatur, exciperet, & ideo etiam in die visitationis, & iudicij erunt Deo grati: & non solum hoc totum bonum consequentur isti, sed etiam miro splendore coruscabunt, & tanquam igniculi in calamo admirabiliter micantes discurrent, ut iudices de impijs iudicabunt, & ut domini eos imperio suo subijcient, & ab hoc statu nunquam deiciantur, cum eorum Dominus, cuius praesidio sunt muniti, sit in perpetuum regnaturus. Qui omnem suam spem in Deo collocant, & se totos Deo committunt, caelesti lumine ab ipso complebuntur, ut veritatem de Deo, ac rebus alijs assequantur, & sequentes hoc lumen amore diuinae pulchritudinis inflamabuntur, & ita assidue, & inseparabiliter ei adhaerebunt; quoniam Deus suis multa dona gratiae, & benignitatis impertitur, & sic in eis amor Dei multis modis excitatur, & augetur.

6 Sed e contra impij pro meritis cogitataum, & operum suorum punientur, ut pote qui nullam iusti, aut iustitiae curam habuerint, & a Deo, & eius obedientia recesserint. Qui enim sapientiam, & disciplinam nihil faciunt incoelices sunt, & spes eorum fallaces, & labores infructuosi, & nullo pretio, aut praemio digni, & opera prorsus inutilia; mulieres eorum sunt amantes, imitantes virorum nequitiam, & filij prauj, & creatura, hoc est,

7 progenies execrabilis, quasi paterni sceleris haeredes instituti: quare foelix est mulier, quae ita fuerit sterilis, hoc est, filios non pepererit, ut simul sit immaculata, & ab illicito concubitu abstinuerit: quia in visitatione animarum, hoc est, in iudicio diuino, in quo de animarum operibus fiet inquisitio, habebit fructu loco prolis, hoc est eximium praemium suae castitatis. Et similiter foelix est eunuchus, qui non tam vitio naturae, aut hominum vi, quam virtutis amore eunuchus est, & ita nec homines afficit iniuria, nec contra Deum scelus aliquod commisit, dabitur enim ei praemium fidelitatis suae, & Religionis, & in templo Dei caelesti iucundior, & desiderabilior haereditas, quia bonorum operum gloriosus est fructus, & verae prudentiae radix stabilis, & sempiterna. Et adulterorum filij, qui parentum vitia imitantur, non peruenient ad perfectionem, & consummationem, & semel illegitimi thori funditus interibit. Etenim si eis contingat vita longaua in nullo pretio erunt, & senectus eorum sub finem inhonorata erit, & contemptibilis; si vero immaturam mortem oppetierint nullam habebunt spem, nec in die agnitionis scilicet caesarum, hoc est, diuini iudicij consolationem, quia iniquae progeniei duri, & difficiles sunt fines.

8 Circa caput hoc est obseruandum, hanc nostram literam explanationem, etsi in aliquibus videatur non omnino conuenire cum vulgata editione, posse tamen in omnibus adaptari, & quadrare omnino editioni vul-


gatae

9

gatae, quae iussu Pontificis est correctae; nam haec in hoc capite differt quoad aliqua ab ea, quae antea in omnibus libris habebatur. Cuius duo exempla proponam: primum ex principio capituli, ubi antea sic habebatur: *Et aestimata est afflictio exitus illorum, & ab itinere iusto abierant in exterminium, & quod a nobis est iter exterminij, illi autem sunt in pace:*


10 & tamen in correctione facta a Pontifice ita legitur; *Et aestimata est afflictio exitus illorum: & quod a nobis est iter exterminij, illi autem sunt in pace.* Alterum ex fine, ubi antea habebatur: *filij autem adulterorum in consummatione erunt, & iussu Pontificis positum est in consummatione.*

(?)



N 5

CAPVT



CAPVT QVARTVM.

1

DEM argu-
mentū pro-
sequitur Sa-
piens, & va-
rijs rationi-
bus desump-
tis, ex parte
finis, ostendit vitam iustorū esse
præstantiorem vita prauorum:
& quoniam capite præcedenti
prope finem multa dixerat de
fœlicitate steriliū, & spadonū,
cū virtutem amplectuntur, &
de infœlicitate eorū, qui habēt
filios ex adulterio, ideò nunc
comparatione facta inter vtrā-
que sortem, ita colligit.

2

Quanto igitur præclarius est
ad nominis immortalitatem, &
claritatem institutū eorum, qui
ob studium virtutis filijs carere,
& castam agere vitam eligunt;
horum enim memoria Deo gra-
ta est, & hominibus admiranda,
eorumque cū præsentibus sunt
exemplo reliqui homines ad
imitationem excitantur, & cū
sunt absentes, desiderio habendi
eos præsentibus inflāmantur, &
in omni æternitate coronam ge-
stātes triumphum ducunt ex vi-
ctoria impollutorum certaminū
præmium adepti: at contra mul-
tudo ab impijs parētibus pro-
pagata, non erit utilis, & spuria
vitulamina, aut adulterinæ plan-

tationes non agent radices altas,
nec firmas, aut stabiles sedes ha-
bebunt. Quamuis enim ad tem-
pus ramis effloruerint, tamē quia
firmas radices non habent à vē-
tis agitabuntur, atq; tandē eorū
vi radicitus euellētur: rami ante-
quā ad perfectionem perue-
nerint defringentur; & fructus
eorum erunt innutiles, quippe
acerbi, & immaturi ad mandu-
candum, & ad nullam rem ido-
nei: filij enim ex iniquo concu-
bitu nati testimonium dant ne-
quitia aduersus parentes suos,
dum eorum vita exploratur, &
examinatur.

Iustus verò si immatura mor-
te fuerit præuētus in requie erit,
non enim senectus in pretio est
habenda, quæ temporis diutur-
nitate, & annorum multitudine
continetur, sed quā virtus exor-
nat, & homini maturitas pruden-
tia est habenda pro canitie, &
vita immaculata pro spatio se-
nectutis: atque ita quia propter
honestatem, & sanctitatem vitæ
factus est Deo placens, hoc est,
fuit Deo gratiosus, & acceptus,
ideò ab ipso dilectus est, & prop-
terea cū inter peccatores de-
geret, translatus est ab hac vita
in aliam. Raptus est autem, ne
malitia improborum hominum
corrumperetur eius cor, aut

pru-

5

prudencia, & ne eorum dolo ip-
se deceptus relinqueret pieta-
tis, & cōtinentiæ studium, quo-
niam vitia, & peccata nugaci, &
falsa specie boni, ita fascinant
mentis oculos, vt apertissimam
virtutis pulchritudinem non vi-
deant: & inconstantia atque per-
petua mutatio concupiscentiæ
semper alia, & alia desiderantis,
mentem sinceram, & malitiæ
expertem impellit, & præcipitat
in vitia.

6

Cōsummatuſ ergo, hoc est per-
fectionem assecutus, breui tem-
pore censeatur tempora multa
impleuisse, & quia Deo erat ca-
ra anima eius ideò sedulo edu-
xit ipsum è vita, quam tot pec-
catorum pericula circūstant. At
populi videntes hominem pro-
bum in iuuentute sua mori, non
intelligunt, neque cogitatione
sua assecuntur fieri posse, vt hoc
ipsum, scilicet ita mori, sit pecu-
liare beneficium, & misericor-
dia Dei erga sanctos suos, & sit
haberi rationem electorum ip-
sius. Verū iusti mors, & nomē,
& gloria condemnabit iniquos
in vita manentes, & quasi feret

7

sententiam contra eos: & iuue-
tus breui temporis spatio per-
fectionem virtutis consecuta,
coarguet amentiam senis illius,
qui longo tempore vitæ suæ stu-
dium virtutis neglexit. Cernent
quidem impij sapientis mortē,
non tamen intelligent, quid de
illo statuerit Deus, & quo con-
silio munierit, hoc est securum
eum fecerit Deus: cernent in-
quam illi hominis iusti mortem,
& contemnent eius statum: at
dominus irridebit eos, & cor-
ruent infami funere, & infamia
sempiterna inter mortuos labo-
rabunt: quoniam Deus eos præ-
cipites in terram deturbabit, eo-
rumque statum labefactabit, &
tanto terrore afficiet, vt emitte-
re vocem non possint: & eos à
fundamentis euertet, ita vt om-
nino desolentur, & genus eorū
excindatur, manebūtque in per-
petuo cruciatu, & eorum memo-
ria funditus interibit, & inter alia
tormenta maximè cruciabuntur
suppositione scelerum suo-
rum, quæ eos redar-
guent in fa-
ciem.

8



CON-



CONTROVERSIÆ I.

Circa illa verba: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, &c. Vtrum ea, quæ dicuntur futura conditionaliter, ut sic futura cognoscat Deus certò, & infallibiliter.

I
1. Nota.

AD huius tituli explicati-
onem, nota primò, occasio-
nem huius dis-
putationis su-
mi ex verbis

propositis hoc modo: raptus est à Deo iustus, ne malitia mutaret intellectum eius: ergo Deus ordinavit raptum iusti tanquã medium ad vitandum eius mutationem; atque ex consequenti sciebat aliquo modo talem mutationem esse futuram; quoniam aliàs non posset determinatè ad impediendum eam apponere media; & non esse futuram absolutè, sed solùm sub conditione, scilicet si non impediretur per hoc medium: quare ex his verbis videtur sequi Deum cognoscere aliquo modo ea, quæ sunt futura sub conditione aliqua, & ita meritò ad eorum explicati-
onem dubitamus, an sit id certum?

2. Nota.

Secundò notandum, duobus modis dici aliquem effectum futurum, scilicet absolutè, ut cum

re ipsa futurus est, siue requiratur ad hoc aliqua suppositio, quæ etiã sit futura, siue nulla requiratur suppositio, & conditionaliter, ut cum re ipsa non est futurus: tamen si poneretur talis cõditio, aut circumstantia, quæ re ipsa non est ponenda, esset futurus: & de hoc posteriori modo futuri intelligitur titulus, & cõprehenditur sub eo tam ipse effectus positivus, quàm eius negatio, ut in testimonio proposito mutatio intellectus, & negatio mutationis.

Tertiò notandum, in effectu, qui ita dicitur futurus, scilicet sub conditione, posse distingui duas rationes; vnã possibilis, quæ cõuenit ei respectu causarũ, in quibus est virtus productiua ipsius, & ita aliqui effectus dicuntur posibles respectu diuinæ virtutis, & alij etiam respectu virtutis causarum secundarum: & alteram futuri, quæ conuenit ei quatenus præter virtutem causarum habet esse futurum, non quidem absolutè, sed sub conditione in sensu explicato vnde-

cum-

3

3. Nota.

4

5

cumque hoc ei conueniat: & titulus intelligitur de his futuris secundum posteriorem rationem, & ideo additur est illud verbũ, *ut sic futura*, quasi diceretur nõ solùm secundum rationem, quæ sunt possibiliã, sed etiã secundum rationem, quæ essent futura, si poneretur talis conditio. Dicimus autem intelligi titulum de his futuris consideratis secundum posteriorem rationem, quia prior non conuenit eis conditionaliter, sed absolutè, neque importat conditionem futuri, sed præsentis, sicut virtus causæ non pedit ex aliqua conditione, neque est futura, sed præsens.

4. Nota.

6

Quartò notandum, per cognoscere certò, & infallibiliter huiusmodi effectus secundum prædictam rationem futuriõnis intelligi habere de eis cognitionem, cui ex natura sua repugnat omninò falsitas, siue ipsi effectus secundum illam rationem habeant dererminatam, & infallibilitate atem obiectiuã, aut detenatur um modum essendi, siue hõ. Vtrum autem ad infallibilitatem scientiæ requiratur dererminatio obiecti secundum suum esse, alia quæstio est, de qua ad resolutionem nostræ difficultatis oportebit aliquid dicere. Quare integer tituli sensus est: *An circa effectus, qui non sunt futuri absolutè, sed solùm conditionaliter in quantum essent futuri, si poneretur certa aliqua circumstantia, vel conditio, habeat Deus cognitionem, cui repugnet omninò falsitas quantum ad eorum futuriõnem sumptam pro affirmatione, aut negatione: ut an circa hoc futurum, si poneretur*

Integer sensus tituli.

7

liberam arbitrium Petri sub tali vocatione, sub qua re ipsa non est ponendum conuerteretur, aut non conuerteretur, habeat Deus cognitionem alterius partis, scilicet eius, quæ futura esset, tam certam, ut nullo modo posset ei subesse falsum. Et quia distributio eorum, quæ dicenda sunt ad huius controuersiæ explicationem, faciendã est penes fundamenta sententiarum, quæ circa ipsam inter Theologos reperiuntur, prius referam huiusmodi sententias.

Sunt autem duæ sententiæ, quarũ prima est affirmatiua: sequuntur ex recentioribus Suarez tom. 1. in 3. part. disput. 5. sectio. 1. Molina. 1. part. quæst. 14. articulo. 13. disput. 14. & 17. Gregor. de Valentia ead. quæst. 14. puncto. 5. quæst. 2. in explicatione secundæ conclusionis, Vazquez. 1. part. disput. 67. Benedictus Pererius lib. 16. commentariorum in Genes. super caput 11. disput. 7. §. illud, non desistent à cogitationibus suis: Stapletonius in antidotis Apostolicis in Epistolam ad Rom. ad cap. 9. annotatio. 1. quæ est circa illa verba, *cum nondum nati essent, &c. §. Deĩ altitudine intellectus.*

Secunda sententia est negatiua, quam sub terminis in titulo propositis, nullus ex scholasticis tradidit scripto, sicut nullus disputat quæstionem sub illis terminis, tamen ex ijs, quæ dicunt de ratione, secundum quã Deo conuenit cognitio futurorum contingentium potest colligi, qui nam eorum rogati de hac quæstione hanc partem ne-

1. Sententiæ.

Suarez.

8

Molina.

Vazquez.
Greg. Val.
Pererius.

Staplet.

gati-

9

gatiuam sequerentur, & ita pos-
sunt imprimis pro ea referri om-
nes illi, qui asserunt Deum ha-
bere vnum tantum modum cog-
noscendi certò, & infallibiliter
futura contingentia, scilicet, per
præsentiam eorum in aternitate;
de quorum numero sunt Caietan.
Ferrarij. i. part. quæst. 14. articul. 13.
& Ferrara. i. contra gent. c. 67.
Nam cum solum sint in aterni-
tate præsentia ea, quæ in aliquo
tempore sunt futura, & hi effe-
ctus, de quibus loquimur, non
sunt re vera in aliquo tempore
futuri, sed solum essent futuri, si
talis conditio poneretur, ne-
queunt esse præsentia in aterni-
tate, & ex consequenti neque
possunt cognosci à Deo certò,
& infallibiliter.

Caietan.
Ferrarij

10

Deinde possunt etiam pro
eadem sententia referri alij, qui
dicunt Deum tantum cognos-
cere certò, & infallibiliter futu-
ra contingentia in determina-
tione suæ voluntatis ad eorum
esse, quod asserit Scot. in 1. dist.
39. quæst. 2. 3. 4. & 5. §. Vide cõ-
tingentia, & Durã. dist. 38. quæst.
3. Nam cum Deus nihil definie-
rit circa productionem horum
effectuum conditionatorum se-
quitur, non posse cognosci à
Deo in determinatione suæ vo-
luntatis, atque adeò, neque pos-
se cognosci ab ipso certò, & in-
fallibiliter, & quamuis aliqui po-
nant in Deo liberam determi-
nationem, circa hos effectus, ne-
que loquuntur consequenter ad
sententiam horum autorum, ne-
que verè, vt postea dicemus.

Scotus.
Durã.

Tandem pro hac sententia
referri possunt illi, qui asserunt
non esse in Deo absolutam, &

efficacem intentione dandi glo-
riam electis, atque adeò neque
certum numerum adultorum,
qui consecuturi sunt gloriam
ante præuisionem ultimi con-
sensus vniuscuiusque, quos re-
tuli in Controuersia circa illud
2. Petri. 1. *Satagite vt per bona ope-
ra vestra, &c.* Nam etsi multi,
non admittentes hanc scientiã,
defendant esse hæc omnia apud
Deum ante præuisionem ope-
rum, tamen qui id negant con-
sequenter tenentur negare hæc
scientiã, cum per eam possent ex
intentione absolutè procedere
media, quibus certò, & infalli-
biliter esset vnusquisque perdu-
cendus in gloriam, vt loco cita-
to explicui.

11

2. Petri. 1.

Ad examinandum autem, quæ
harum sententiarum sit verior
proponemus earum fundamen-
ta, & ea inter se conferendo ex-
plicabimus quæ sint magis firma,
vt ex eo constet, quæ sententia sit
verior. Possunt autem hæc fun-
damenta ad tria capita reduci,
scilicet ad autoritatem Scriptu-
ræ, testimonia Sanctorum, & ra-
tiones tam naturales, quã Theo-
logicas: & ita hæc controuersia
habebit quatuor articulos, in
quorum tribus prioribus expo-
nemus, quid ex ijs tribus capi-
tibus possit efficaciter colligi
pro vtraque sententia: & in
quarto, qui erit vltimus, quæ
harum sententiarum sit eligen-
da, si innitatur congruentijs,
& fundamentis probabili-
bus, & quis sit modus
defendendi
eam.

12

eam.

.c.

ARTI-

I

ARTICVLVS. I.

*An aliqua ex ijs duabus sententijs
colligatur efficaciter ex Scri-
ptura, & peculiariter ex testi-
monio iam proposito.*

IN hoc dubio diuifi
sunt autores cicut cir-
ca præcipuam difficul-
tatem huius controuersia: quo-
niam omnes, quos in principio
diximus sequi in illa difficulta-
te primam sententiam, scilicet
affirmatiuam, contendunt eam
efficaciter colligi, licet non om-
nino apertè ex Scriptura: & ideo
Molina disputatione. 4. conclu-
sione 1. dicit oppositam senten-
tiam esse periculosam in fide. Vt
autem id probent adducunt nõ
nulla testimonia Scripturæ. Pri-
mum est illud Genes. 11. *Descē-
dit autem Dominus, vt videret ci-
uitatem, & turrim, quam adifica-
bāt filij Adam, & dixit: ecce vnus
est populus, & vnus est labium
omnibus, cœperuntq; hoc facere,
nec desistent à cogitationibus do-
nec opere compleant.* Vbi Deus
prædicat effectum futurum, sci-
licet homines illos perductu-
ros esse ad finem opus inceptũ,
non tamen futurum absolutè,
quia nullo tempore re ipsa fu-
turus erat talis effectus, sed sub
condicione, scilicet si conatus
illorum hominum diuinitus nõ
impediretur: & ideo Deus ad
impediendum eos prouidit re-
medium dicens: *venite ergo des-
cendamus, & confundamus ibi
linguam eorum, &c.* Et statim
significatur fuisse hoc remedio
impeditos, cum subditur; *atque*

Molina.

2

Gen. 11.

*ita diuise eos Dominus ex illo lo-
co in vniuersas terras, & cessa-
uerunt adificare ciuitatem.*

3

1. Reg. 23.

Secundum testimonium est
1. Reg. 23. vbi Dauidi rogan-
ti Dominum, an Saul descen-
surus esset in Zeilam, si ipse ibi
permaneret, respondit Domi-
nus: *Descendet;* & rursus ro-
ganti, an si Saul eò veniret vi-
ri Zeilæ tradituri essent ipsum
Sauli, respõdit Dominus: *Tra-
dent.* Vbi constat Deum prædi-
xisse duos effectus liberi arbi-
trij, qui non erant absolutè fu-
turi, sed sub condicione, scili-
cet aduentum Saulis in Zeilam,
si Dauid in ea maneret, & tra-
ditionem Dauidis faciendam à
Zeilanis, si Saul ad eos veniret:
& ita neutrum effectum fuisse re
ipsa subsecutum, quia neque cõ-
ditio fuit posita, & ita subditur;
*Nuntiatumq; est Sauli, quod fu-
gisset Dauid de Zeila, & saluatus
esset, quamobrem dissimulauit
exire.*

4

Præterea parum ab eo differt
illud Matt. 24. *Nisi breuiati fuis-
sent dies illi: & cum hoc testimo-
nio conuenit illud, quod 4. Reg.
13. Elifeus dixit ad Ioas Regem
Israel: si percussisses (scilicet iactu
sagittarum) *quinquies, aut sexies,
sive septies (scilicet terram per-
cussisses): Syriamq; ad cõsum-
mationem:* Vbi Elifeus prædicat
Regi hoc futurum conditionale,
scilicet fore ab eo deustandam
Syriam si designatis vicibus ia-
ctu sagittarũ percussisset terrã:
& sicut conditio non est posita,
ita nec effectus est subsecutus. Et
parum ab vtroque differt id,
quod Ierem. 38. Sedecia rogã-
ti Ieremiam, quid esset in eo pe-*

Matt. 24.
4. Reg. 13.

Ierem. 38.

riculo

16

periculo facturus, in quo ipse cū ciuitate erat constitutus, respondit Ieremias nomine Dei his verbis: *Si profectus exieris ad principes Regis Babylonis uiuet anima tua, & ciuitas hac non succendetur igne, & saluus eris tu, & domus tua; si autem non exieris ad Principes Regis Babylonis, tradetur ciuitas hac in manus Chaldaeorum, & succendent eam igne, & tu non effugies de manu eorum.* Vbi Ieremias prædicat vtrumque extremum contradictionis, vt futurum sub conditione; & ex eis primum fuit e numero eorum futurorum conditionalium, de quibus loquimur, quia neque conditio est adimpleta ex parte Sedeciae, neque ipsum est subsecutum, vt patet ex ijs, quæ in eodē capite subduntur, & ex principio capitis sequentis.

17

Et paulò inferiùs prædicat Ieremias aliud futurum eiusdē generis, nam cum Rex ei diceret se timere ne si acceptato suo consilio exiret ad Chaldaeos facturus eorū imperata, Chaldaei ipsum traderent Iudæis, qui ad eos trās fugerant, & illuderetur ab eis; quod re vera fuit rogare Ieremiam euentum huius futuri conditionalis, scilicet, an si exiret ad Chaldaeos, & se dederet eis, Chaldaei ipsum traderent Iudæis, respondit Ieremias: *Nō te tradēt.*

Tertium testimonium est id, de quo agimus, scilicet, *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius;* vbi, vt dixi in explicacione tituli, significatur Deum præseuiſſe hoc futurum conditionalē, scilicet iustum fore peruertēdum, si in hac vita maneret, &

ideò, vt cum ab hoc malo liberaret, prouidisse remedium, quod fuit educere eum ab hac vita. Huic testimonio est simile illud, quod habetur. 3. Reg. 11. *Rex Salomon adamauit mulieres alienigenas de Gentibus, super quibus dixit Dominus filijs Israel; non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras, certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earum.* Vbi etiam prædicatur hoc futurum conditionale, scilicet futurum esse, vt filij Israel committerent peccatum idolatriæ, si consortium haberent cum gentibus, quæ colebant idola.

Item illud Isai. 1. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorrha similes essemus;* quia etiam ibi significatur, vt constat ex Paulo ad Roman. 9. omnes fuisse perituros per infidelitatem, nisi Dominus paucos aliquos electos seruare voluisset: & etiam illud Matth. 24. *Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro, sed properet electos breuiabuntur dies illi;* quia ibi significatur Deum præseuiſſe fuisse futurum, vt etiam electi superati tribulatione illius temporis deficerent à fide si tribulatio ipsa esset longior, & ideò prouidisse, vt breui tempore duraret.

Quartum testimonium est illud celebre Matt. 11. *Vatibi Chorozaim, & tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quæ facta sunt in vobis olim in silicio, & cinere penitentiam egissent;* vbi Christus prædixit hoc futurum, scilicet Tyrios,

18

3. Reg. 11.

Isai. 1.

19

Rom. 9.

Matth. 24.

Matth. 11.

&

20

& Sidonios facturos esse penitentiam, sub hac conditione si apud eos fierent eadem miracula, quæ in illis duabus ciuitatibus facta fuerunt; & tamen illud futurum verè fuit de numero eorum conditionalium, de quibus in hac quaestione loquimur: quia neque ipsum est re ipsa subsecutum cū Tyrij, & Sidonij non egerint penitentiam, neq; conditio fuit posita, cū illa miracula nō fuerint apud eos facta.

Ezech. 15.

Ad hoc testimonium reduci potest illud Ezech. 3. *Non enim ad populum profundi sermonis, & ignota lingue, tu mitteris ad domū Israël, neque ad populos multos profundi sermonis, & ignota lingue, quorū non possis audire sermones: etsi ad illos mittereris ipsi audirent te.* Quia etiam ibi prædicatur hoc futurum conditionale, scilicet Prophetam etiam si mitteretur ad vnum populum, vel ad multos ignota sibi atque difficilis linguæ, fore audiendum ab eis.

21

Gene. 3.

Pro opposita verò sententia non poterūt adduci testimonia, quæ ei directè faueant, cū nulli negetur expressè Deum cognoscere hæc futura conditionalia, sed solum poterunt adduci aliqua, quæ videantur ei aliquo modo fauere: nempè illa in quibus significatur Deum loqui de euentu horū futurorum tanquam de re dubia: vt Genesis 3. *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & uiuat in eternū.* Vbi non significatur hoc futurum conditionalē absolutè, nempè Adamum sumpturum fructum illius arboris, si maneret in paradisi-

so, sed sub dubio propter occasionem, & facilitatem sumēdum, quam opportunitas loci, & naturalis appetitus propriæ conseruationis ei præberent: & cum hoc dubio exprimitur hæc sententia in translatione Septuaginta Interpretū, vbi sic habetur: *Et nunc ne quando extēdat manum suam, & sumat de ligno vitæ, &c.* Et in Paraphrasi Chaldaica, vbi sic habetur: *Et nunc forte extendet manum suam, & sumet etiam de arbore vitæ, &c.* Et ad explicandum hoc dubium in translatione, quæ circūfertur nomine Vatabli, adduntur quædam verba hoc modo: *Et nunc periculum est ne forte mittat manum suam, &c.* Et huius rationis explicandi hæc futura sub dubio sunt multa exempla in Scriptura, præcipuè illa in quibus fit sermo de ijs futuris, apposita particula, *forte*, quæ eā vim habet vt denotet aliquam dubitationem, vt Deutero. 4. Moyses nomine Dei sic alloquitur populum: *Custodite igitur sollicitè animas vestras, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem.* Vbi tanquam res dubia pronuntiat hoc futurum conditionalē, scilicet futurum esse vt Iudæi sibi confingerent idola, si non custodirent animas suas: & cap. 7. *Ipse, scilicet Deus, consumet nationes has in conspectu tuo paulatim, atque per partem; non poteris eas debere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestia terra:* Vbi etiā significatur vt res dubia hoc futurum conditionalē, scilicet multiplicandas esse bestias terræ, si omnes illæ nationes simul deleuerentur. Et Isaiæ 48. ipse Dominus sic ait: *Prædixi tibi extunc,*

22

70. Interpr.

Translati. Chaldaei.

Vatablo.

23

Deuter. 4.

Et cap. 7.

Isaiæ. 48.

O

ante

24

ante quam venissent, scilicet mala captiuitatis, *indicaui tibi ne forte diceres, idola mea fecerunt hac, & sculptilia mea, & conflatilia madauerunt ista.* Vbi Deus prædicit tanquam rem dubiam hoc futurum conditionale, scilicet Iudæos dicturos esse mala illa fuisse illis adducta ab idolis suis, vt à veris dijs, si tanto tempore ante non fuissent à Deo prædicta. Et colligitur prædici hoc modo: quia causam, ob quam id posset iudicari de Iudæis, dicit Deus fuisse inflexibilitatem, & impudētiam eorum, & propterea præmiserat hæc verba: *Sciui enim, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, &c.* Quæ causa non erat sufficiens vt absolutè, & tanquam certū iudicaretur Iudæos id esse dicturos, sed solum vt quasi dubium, & maximè probabile pronuntiaretur.

25
Obiectio.

Neq; satisfaciunt ijs testimonijs autores oppositæ sententiæ dicentes particulam, *forte*, in Scriptura dum attribuitur Deo nō importare dubitationē: quia neque Sācti, quorū testimonio vtitur, id docent vniuersaliter de omnibus locis, neq; est vlla ratio qua cōvincatur esse ita dicendū, vt in solutione ad quartū testimoniū adductum pro illa sententiā latius explicabo; præsertim cū in nonnullis ex ijs testimonijs non solum ex particula, *forte*, sed ex alijs circumstantijs ostendatur prædici hæc futura vt res dubias.

Refutatur.

Confirmatur primò: quia particula, *forte*, in ijs testimonijs potest sumi propriè ita vt importet dubitationem aliquam absq; vilo inconueniēti, vel contra fidē, vel contra rationem: ergo ita de-

bet sumi. Paret consequentia ex regula Augustini, lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 10. scilicet voces in Scriptura debere sumi in significatione propria, quādo ex eo non sequitur aliquid quod sit dissonum fidei, aut rectæ rationi: quæ regula ab omnibus Theologis est recepta, nam aliàs nihil posset certò colligi ex Scriptura, cū esset facilè retorquere voces ad significationes improprias. Et antecedens probatur: quia duobus modis dici potest particulam, *forte*, importare dubitationem, scilicet aut ex parte Dei, & suæ cognitionis, & prædictionis, aut ex parte obiecti materialis: & primum repugnat certitudini diuinæ cognitionis, & prædictionis, non verò secundum: quia non repugnat Deum certissimè, & sine vlla dubitatione iudicare, & prædicere aliquid obiectum secundum se esse rem dubiam, & non magis determinari ad vnam partem, quā ad aliam, vt loco citato dicam, & satis prædici hos effectus in ijs testimonijs cum hac dubitatione vt prædicarentur tanquam res dubiæ.

26
August.

Confirmatur secundò: quia Deus Exod. 4. dans Moyfi signa quibus inducere posset Aegyptios vt crederent ipsi, ita inquit: *Si non crediderint tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis: quod si neque duobus quidem ijs signis crediderint, neque audierint vocem tuam, sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quid quid hauseris de fluuio vertetur in sanguinem.* Vbi apertè prædicitur vt incertus, & dubius secundum se hic effectus futurus, nem-

27
Exod. 4.

pè

28

pè Aegyptios credituros esse Moyfi sub hac conditione, si fierent priora signa: & est apertum signum huius dubitationis prouidisse Deum posteriora signa in casu, quo priora non haberent effectum.

Prima Conclusio.

Conclusio prima. Non colligitur efficaciter ex sacra Scriptura Deū cognoscere futura conditionata vt futura.

DIco primò. Ex testimonijs adductis pro prima sententia non colligitur efficaciter Deum cognoscere certò, & infallibiliter omnes hos effectus futuros conditionatos, de quibus loquimur, secundū eam rationē qua sunt futuri; ita vt certitudo se teneat ex parte obiecti materialis. Hæc conclusio in communi constabit ex responsionibus ad ipsa testimonia, & in particulari quoad testimonium huius capituli, de quo nūc agimus, præcipue probatur. Imprimis ex ipso contextu, qui nō videtur exigere esse in Deo cognitionem huius effectus, qui est peruersio iusti sub ratione certò, & omninò infallibiliter futuri, sed solum sub ratione maximè possibilis, vt ita explicetur quædam maxima: *Propensio, & quasi preparatio causarum ad eius esse;* atque adeò sub ratione futuri non omninò certò, sed certò moraliter; ita vt sensus sit, raptus est ne malitia mutaret intellectū eius, scilicet ne esset expositus tam vrgenti periculo incidendi in peccata, vt moraliter esset certum ipsum esse lapsurum in ea. Et hoc explicatur in verbis continuò sequētib; cū ad reddendam rationem horū verborum, *ne malitia, &c.* subditur: *Fascinatio enim nugacitatis ob-*

29
Satis fit locis sacra Scriptura, pro prima sententia.

curat, &c. Vbi significatur ideo prædici futuram actualem peruersionem, & deprauationem iusti: quia propter apparentiam bonitatis, quæ est in vitijs, & propter vehementiam concupiscentiæ est expositus magno, & ferè inuitabili periculo labendi in peccata. Quæ ratio solum cōuincit certitudinem moralem lapsus, non tamen certitudinē prorsus infallibilem: & hoc statim explicatur magis his verbis: *Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum:* quæ quārum ad posteriorem partem habent eundem omninò sensum cum illis: *Raptus est ne malitia, &c.* scilicet Deum immatura morte eduxisse iustum de medio iniquitatum, id est periculorum incidendi in peccata: & quoad priorem partem continet rationem, propter quam Deus ei contulerit hoc beneficium, scilicet, quia anima eius erat ipsi grata.

30

31

Deinde probatur autoritate Augustini, qui lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 14. explicans hoc testimonium sic ait: *Dictum est secundum pericula vitæ huius, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præsciuit quod futurum erat, non quod futurum non erat, id est, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, vt tentationum subtraheretur incertò, non autem quod peccaturus esset qui mansurus in tentatione non esset.* Vbi apertè ait August. significari hoc testimonio raptū fuisse iustū vt liberaretur nō quidē à peccatis in quæ cognoscebat Deus eū esse lapsurū si maneret in hac vita, sed à periculis incidendi in peccata.

August.

32

Sed hæc verba August. respō-
dent aliqui, cum in eis negatur
Deo præsentia effectuum, qui re
ipsa non sunt futuri, sed solum
essent futurisub hac conditione
si homo maneret in hac vita, de-
bere intelligi de præscientia, quæ
fit ratio vt Deus conferat homi-
ni aliquid tanquam mercedem,
aut pœnam eorum operum, quæ
à Deo præcognoscuntur vt futu-
ra sub illa conditione.

Verùm hæc solutio quamuis
posset assignari ad explicandum
qua ratione ex ijs August. verbis
nō colligatur ipsum negasse Deo
cognitionem certam, & infalli-
bilem horum futurorum condi-
tionaliū, nequit deseruire ad de-
fendendū non exposuisse ipsum
illud testimonium, de quo agi-
mus, de extractione iusti à peri-
culis incidendi in peccata. Quod
probat tum ex illis ipsius ver-
bis: *Vt tentationum subtrahere-
tur incertō*, quæ necessariō de-
bent intelligi de incerto perfe-
uerandi sine lapsu in peccata pro-
pter vehementiam tentationum:
tūm etiam, quia Augustinus vti-
tur hoc testimonio vt probet cō-
tra hæreticos, neminem esse pu-
niendum propter peccata, quæ
committeret si in hac vita relin-
queretur. Id autem probat: quia
in eo significatur esse iusto vti-
lem mortem, quatenus per eam
extrahitur à periculis peccandi,
quæ sunt in hac vita, quod non
posset dici si iustus esset punien-
dus propter peccata à quibus
per mortem præseruatur. Vbi
Augustinus non constituit hoc
diuinum beneficium erga iustū
in præseruatione ipsius à pecca-
tis, quæ commissurus esset, sed in

liberatione à periculis peccādi.
Et tandem, quia August. in prin-
cipio illius capituli ait Cyprianū
in li. de mortalitate probare mor-
tem esse vtilē fidelibus: quia sub-
trahit eos à periculis peccādi, &
in securitate non peccandi con-
stituit, & id colligere videtur ex
hoc testimonio, ipseq; acceptat
hanc Cypriani expositionem, &
vtilitur ad contendendum contra
hæreticos suum intentum, vt di-
ximus; & reuera Cyprianus tam
in fine libri citati, quam lib. 3. te-
stimoniorum aduersus Iudæos,
ad Quirinum, num. 58. ita expo-
nit hoc testimonium.

Sed obijcies: quia vel ex testi-
monijs citatis pro prima senten-
tia colligitur, Deum cognoscere
futura conditionata tantūm secū-
dum rationem possibilium, aut
etiam secundum rationē futuro-
rum, quoniam supponimus colli-
gi apertē cognoscere ea aliquo
modo, atq; ad eō secundum alte-
ram harum rationum. Primum di-
ci nō potest, quia in illis testimo-
nijs prædicuntur à Deo hæc fu-
tura non solum vt possibilis, sed
etiam vt futura; tūm quia rogan-
tur à Deo vt futura, & non vt so-
lūm possibilis: tūm etiam quia
aliās homo prudens, aut Ange-
lus etiam posset optimē respon-
dere consultationibus factis ad
Deū de huiusmodi futuris: quia
quiuis eorum potest perfectē ea
cognoscere, vt possibilis: ergo
supponitur in illis testimonijs
Deū cognoscere hæc futura etiā
vt futura sūt: quia sine hac cog-
nitione non posset Deus ea prædi-
cere vt futura, cū prædictio pro-
cedat ex cognitione, & non va-
leat vltra eam extendi. Si verō

34

Obiectio.

35

dica-

36

dicatur secundum, sequitur col-
ligi efficaciter ex illis testimonijs
Deum cognoscere omninō cer-
tō, & infallibiliter hæc futura vt
futura sunt: quod est contra con-
clusionem. Probat sequela:
quia omnis cognitio ex natura
sua est aut certa, & infallibilis, aut
incerta, & fallibilis; & Deo ne-
quit conuenire cognitio incerta
& fallibilis, cū huic cognitio-
ni quantum est ex natura sua nō
repugnet falsitas, & deceptio,
quæ tamē prorsus repugnat Deo:
ergo si ex illis testimonijs colli-
gitur Deum cognoscere hæc fu-
tura vt sunt futura, etiam colligi-
tur saltem efficaciter medio hoc
discursu cognoscere ea omninō
certō, & infallibiliter.

Respondetur.

37

Respondetur, ex illis testimo-
nijs non colligi de omnibus fu-
turis conditionatis cognosci à
Deo secundum eandem ratio-
nem possibilium, aut futurorum,
sed de quibusdā colligi cognos-
ci à Deo secundum rationē pos-
sibilium, & futurorum certō mo-
raliter, & de alijs sub ratione futu-
rorum omninō certō, & infallibi-
liter, vt in eorum expositione di-
cemus.

Quod si contra primum obij-
cias id, quod obijcitur in argu-
mento contra primam partem
disiuncti, scilicet Deum rogari
de his futuris vt futura sunt, dico
etiam respondere de eis sub ra-
tione futurorum nō quidem cū
omnimoda certitudine, sed cum
maxima morali, quam neque ho-
mo, neque Angelus posset attingere,
cū in multis pendeat ex
occultis cogitationibus hominū
& Angelorū intuentiū ad tales ef-
fectus, & ex secretis cōsilijs dispo-

sitionibusq; Dei ordinatis res in
multis ad eōdem effectus.

Et si rursus obijcias id quod
obijcitur contra secundam par-
tē, scilicet tali cognitioni ob de-
fectum omnimodæ certitudinis,
etiam non repugnare huic cog-
nitioni falsitatem.

Respondetur, defectum certi-
tudinis in cognitione horum fu-
tutorum non constitui in ipsa
cognitione, sed in obiecto mate-
riali vt est explicatum in ipsa cō-
clusionem: & ideō ex tali defectu
certitudinis non sequi non repu-
gnare falsitatem ipsi cognitioni:
quomodo autem sit omninō in-
fallibilis cognitio, per quam iudi-
catur esse futurum id, de quo nō
est omninō certum esse futurū,
intelligetur facile, si aduertamus
Deum per cognitionē huius fu-
turi non iudicare absolute ipsum
esse futurum, sed cum hac limita-
tione, nempe quantum est ex par-
te propensionis, & præparationis
causarum secundarum, & remo-
tionis impedimentorum: quod
iudicium semper est verum, licet
res quæ hoc modo iudicatur fu-
tura non eueniat.

Pro quo notanda est doctrina
D. Tho. 1. p. q. 19. art. 7. ad 2. vbi
ait, Deum velle vt multa sint futu-
ra secundum ordinem causarum
secundarum, quæ tamen secun-
dum dispositionem suæ volunta-
tis non sunt futura, & conuerso,
& ideō sæpè Deum pronuntiare
aliquid vt futurum secundum
quod continetur in ordine cau-
sarum inferiorum, vt putā secun-
dum exigentiam naturæ vel me-
ritorum: quod tamen re ipsa
non fit, quia aliter est dispositum
in superiori causa diuina. Et ad-

38

Obiectio.

Respondetur.

39

D. Tho.

40
Isa. 38.

ducit exemplum ex eo quod Elias cap. 38. prædixit Ezechia: *Morieris tu, & non viues;* quod etiam est conditionaliter intelligendum, scilicet si non egeris poenitentiam, ut patet ex sequentibus, & tamen hoc prædictum fuit esse futurum secundum exigentiam causarum secundarum, scilicet habitudinis corporis, & meritorum, & non secundum dispositionem diuini consilij, & ideo re ipsa non fuit factum: & ita saluatur infallibilis veritas illius vaticinij cum incertitudine effectus prædicti, quia per illud vaticinium non fuit prædictus hic effectus ut absolutè futurus, sed iuxta causarum secundarum exigentiam.

Obiectio.

41

Si adhuc obijcias, ex eo quod admittatur colligi ex Scriptura Deum cognoscere aliqua ex ijs futuris secundum rationem futurorum omninò certò, & infallibiliter, sequi esse dicendum idem de omnibus: nam si virtus intellectiua Dei est sufficiens ad cognoscendum hoc modo aliquod ex ijs futuris, etiã erit sufficiens ad cognoscendum reliqua, cum in omnibus sit idem modus cognoscibilitatis.

Responde-
tur.

Respondetur negando sequentiam ad probationem dicendum est non conuenire omnibus ijs futuris eisdem modum cognoscibilitatis secundum rationem futurorum, sicut neque eundem modum determinationis causarum ad suum esse, in qua ratio futuri-
tionis consistit.

Secunda Conclusio.

42

DIco secundò. Ex testimonijs adductis pro secunda sententia non colligitur efficaciter Deum non cognoscere certò, & infallibiliter hæc futura conditionata secundum rationem futurorum, & certitudine tenente se ex parte obiecti, ita ut Deus cognoscat, quæ pars contradictio nis, si talis conditio poneretur, esset futura certò, & infallibiliter. Probat, nam imprimis, etsi de mus in illis testimonijs prædici hæc futura ut futura tantum certò moraliter, non sequitur cognosci à Deo hoc modo: quia Deus id quod cognoscebat esse certò, & infallibiliter futurum conditionaliter potuit reuelare, & prædicere esse futurum certò moraliter, & quantum est ex propensione suarum causarum, cum per hoc non negaret esse futurum magis certò, scilicet omninò, & infallibiliter. Deinde non est necesse fateri reuelari in illis testimonijs hæc futura conditionalia ut futura cum aliqua dubitatione, & incertitudine, ut in eorum expositione dicemus.

Secunda cõ
clusio. Non
colligitur ef
ficaciter ex
sacra Scrip
tura Deum
nò cognosce
re futura cõ
ditionata.

43

Ad primum testimonium adductum pro prima sententia respondetur sensum illorum verborum non esse eum, qui in argumento proponitur, nempe illos homines perductos esse in finem opus inceptum, nisi diuinitus impedirentur, sed eum, quem paulò superius diximus habere illa testimonia, in quibus hæc futura conditionata significantur ut futura certò morali-

Ad primũ
testimoniũ
primæ sen
tentia.

ter

44

ter, scilicet quantum est ex parte pertinaciæ ipsorum hominum, & concurrentiæ omnium quæ requiruntur, & remotio nis impedimentorum non desistent hi homines ab opere incepto donec ipsum perficiant. Quod ostendi potest imprimis: quia pro illis verbis nostri interpretis: *Nec desistent à cogitationibus suis donec opere compleant,* quæ videtur fauere sensui in argumento adducto, habetur in Hebræo ad verbum: *Et nunc non prohibebitur ab eis omnino quod cogitauerunt ad faciendum.* & in Paraphrasi Chaldaica: *Et nunc non prohibetur ab eis omnino quod cogitauerunt facere;* & apud Septuaginta Interpretes: *Et nunc non deficient ab eis omnia, quaecumq; aggressi sunt facere.* Quæ omnes lectiones aperte significant non prædici illum effectum ut futurum absolute, sed iuxta exigentiam causarum secundarum. Eundem sensum potest habere nostra lectio hoc modo: *Nec desistent,* etiam hoc est: nec propter inefficaciam deliberationis internæ, nec propter impedimentum aliquod externum, aut defectum alicuius necessarii retardabuntur, ita ut desistant ab executione suarum cogitationum. Voluit autem noster interpretis vertere, ut magis explicaret pertinaciam hominum ad prosequendum opus inceptum, & concursum omnium, quæ ad id poterat esse necessaria.

Cyrril.

Deinde probatur testimonijs Sanctorum. Nam Cyrillus, lib. quarto in Genesim, exponens hæc verba, sic ait: *Eorum con-*

tibus creator omnium certissime restitit, non quia eiusmodi rerum effectum metuit, sed cum eos arroganter deliberare vidisset, ne se prorsus precipitarent, sua mansuetudine bonitateq; fractus diuersitate linguarum finem eorum conatibus proposuit, quod perspicuum esse debet, quæcumque homines præter suam naturam deliberauerint, etsi quandoq; Deus suo ineffabili iudicio ferat, non tamen villo sine supplicio ea pertrahere omittit. Vbi Cyril. aperte ait confusionem linguarum non esse factam à Deo ad impediendum consummationem operis quæ cognosceret esse certò futuram, id enim significant illa verba; *Non quia eiusmodi rerum effectum metuit;* sed propter duas alias causas, scilicet ad eorum utilitatem, ne præsuperbia se omninò precipitarent ad prosequendum executionem suæ deliberationis, cum viderent sibi suppetere omnia necessaria; & ad punitiorem, qua priuarentur maximo bono communionis linguæ, ut omnes homines discerent nullum peccatum esse à Deo relinquendum omninò impunitum. Et Chryso. homil. 30. in Genesim, exponens hæc eadem verba, sic ait: *Non cessabunt ab ijs quæ decreuerunt ut faciant, nihil eorum impetum, & ardorem morari poterit, sed omnia quæ statuerunt secum, studebunt perficere, ni statim pro attentatis penam luant.* Vbi etiã Chryso. dicit significari ijs verbis hunc effectum ut futurum quantum erat ex vi ardoris, & pertinaciæ ipsorum hominum, & simul attingit vtramq; causam explicatam à Cyrillo.

Chryso.

Ad 2. testi
monium.

O 4

po-

48

potest eodem modo responderi: nam duo illa verba, *descendet, & tradet*, quibus Deus respondit ad rogatum Davidis, etsi videantur significare, futuros esse certò, & omninò infallibiliter illos duos effectus, scilicet descensum Saulis in Zeilam, & traditionem Davidis in eius potestatem, possunt accipi ita ut significant eos ut futuros certò tantum moraliter, quantum erat ex parte propensionis causarum, & omnium circumstantiarum, & remotionis impedimentorum tam ex parte Dei, quam ex parte omnium creaturarum: sicut in exemplo adducto ex Isaia 38. diximus paulò superius ex mente Divi Thomæ, illud verbum: *Morieris, & non viues*, quamvis sit absolute prolutum debere intelligi de certitudine mortis secundum ordinem causarum secundarum. Et in nostro casu maior est ratio ut hoc dicamus ob maiorem incertitudinem, quam habent duo illi effectus ex natura sua.

Aut secundò, & melius respondetur, responsum Dei debere intelligi fuisse datum ad id, de quo David ipsum petebat, ideòque; sicut David non rogavit Deum an Saul esset descensurus, & an Zeilani essent ipsum tradituri: sed an Saul pararet expeditionem animo veniendi in Zeilam, ut eum cum suis perderet, & an Zeilani haberent firmum propositum ipsum tradendi Sauli: ita etiam Deum non respondisse de eo quod Saul, & Zeilani essent facturi, sed de eo de quo ipsi tunc agebant, scilicet Saullem parare descensum

suum in Zeilam cum exercitu, ut Davidem & suos perderet, & Zeilanos audita fama aduentus Saulis decreuisse tradere ipsum Sauli: in quo responso nihil futurum prædicitur Davidi, sed solum id, quod erat præsens, & ipsi occultum ac incertum, manifestatur ut omninò certum.

Colligo autem esse ita intelligendum hoc testimonium, imprimis ex ipso contextu: nam paulò superius sic habetur: *Quod cum David rescisset, quia præpararet ei clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, &c.* Vbi significatur occasionem, qua David motus fuerat, ad consulendum Deum fuisse: quia audierat Saullem machinari aduersus eum malum clam, hoc est, secretò, quasi ex insidijs; & simultimue rat ne Zeilani vellet eum tradere Sauli: & ex hoc sequitur ipsum de ijs duobus rogasse Deum, scilicet an Saul id moliretur, & an Zeilani tale consilium susceperant.

Deinde id colligitur ex Paraphrasi Chaldaica, in qua hic sensus aperte exprimitur, nam in ea sic habetur: *Num cogitantes tradere me habitatores Keghilab in manu illius? Num cogitans descendere iuxta id quod audiuit seruus tuus? Domine Deus Israël iudica nunc seruo tuo. Et dixit Dominus, cogitat descendere. Et dixit David, num cogitant tradere habitatores Keghilab me, & viros meos in manus Saul? Et dixit Dominus, cogitant tradere.*

Et ad alia duo testimonia, quæ huic adiunguntur, potest primò responderi, posse intelli-

50

51

gi

52

gi de certitudine morali futurationis utriusque effectus, scilicet, quia si Rex Ioas multoties iacularetur sagittas in terram, Deus ita præparasset omnia necessaria, ut si exiret ad bellum posset facile deuastare vniuersam Syriam: & similiter si Rex Sedecias se dederet Chaldæis certissimè flexurum esse eorum corda ad clementiam, ita ut posset ab eis certò sperare sibi, & ciuitati salutem. Quod Deus potuit infallibili scientia cognoscere esse ita certum: quia non solum sciebat, esse commune omnibus hominibus esse propensos ad condolendum ijs, quæ eorum potestati se subiiciunt; sed etiam perfectissimè comprehendebat actualem dispositionem cordis Chaldæorum, & internas cogitationes eorum, atque secretissima consilia.

53

Secundò responderetur, prædici à Deo in illis duobus testimonijs, illos duos effectus, scilicet deuastationem Syriæ faciendam à Rege Ioas, & salutem concedendam Sedeciae à Chaldæis, ut futuros omninò certò, & infallibiliter, & non tantum moraliter ex vi suæ prædissinitionis, & volitionis absolutæ, scilicet, quia absolute definiat, & statuerat apud se futuros esse illos duos effectus, si apponerentur conditiones ibidem expressæ, & ex vi huius determinationis disponderet media, ex quibus infallibiliter proueneret executio ipsorum effectuum. Quod Deus in ijs casibus multis modis posset præstare absque ulla determinatione arbitrij creati, vel addendo vires vni par-

ti siue ratione alicuius Angelii in eius auxilium missi, siue specialiter confortando eius facultatem naturalem ad pugnam, vel imminuendo eas alteri parti, siue infirmitatibus, siue immisso terrore respectu inimicorum, aut alijs rationibus Deo notis, & possibilibus, quamvis nobis sint ignotæ; sicut dici solet in multis testimonijs Scripturæ, in quibus Deus promittit alicui se traditurum in manum eius suos inimicos, aut daturum ipsi victoriã de eis.

Est autem aduertendum, esse discrimen inter conditiones, sub quibus prædicuntur futuri ij duo effectus: quia Sedeciam se dedere Chaldæis potuit habere rationem causæ respectu effectus intenti, scilicet ut motuum aptum ad flectendum eorum corda, vel ex natura rei, vel ex Dei voluntate: at verò iaculatio sagittarum nullam haberet causalitatem circa deuastationem Syriæ; sed solum esset conditio requisita ex Dei institutione, ut per alias causas sequeretur huiusmodi effectus. Cur verò Deus talem conditionem postulauerit, & quid per eam voluerit significare, suo loco explicandum est: & nunc dici potest iaculationem sagittarum fuisse aptam, ut tanquam signum assumeretur à Deo, ad significandum vastationem Syriæ faciendam bello, & armis.

Ad tertium testimonium patet solutio ex probatione primæ conclusionis, & ad id, quod additur in principio explicationis tituli huius articuli, scilicet Deum

54

55

Ad tertium testimonium.

56

ordinasse mortem iusti quasi medium ad eum finem. qui erat impedire eius peruersionem, atque adeo cognouisse, futuram esse eius peruersionem certo, nisi per hoc medium impediretur. Respondetur, finem in quem in hoc testimonio significatur Deum ordinasse mortem iusti fuisse eripere ipsum ab urgente, & maxime probabili periculo incidenti in peccata: & non est alienum à perfectione prudentiæ ordinare media ad vitanda pericula incidendi in aliquod damnum, etiam cum quis iudicat, non esse omnino certum, sed solum probabile futurum esse tale damnum. Vt si aliquis pater consideratis occasionibus, quas filius eius habet in aliqua ciuitate, iudicat esse valde probabile filium perditam vitam acturum, quamuis non sibi persuadeat id esse certo futurum, non se geret imprudenter si filium ab ea ciuitate reuocauerit, ut ipsum extrahat ab occasionibus, & periculis incidendi in peccata. Et Sancti cum referunt miseras huius vitæ, connumerant ut maximam homines in ea esse expositos periculis offendendi Deum: & ita pro maximo Dei beneficio reputant educi à periculis, occasionibusque peccandi, quamuis iudicent non esse omnino certum, & infallibile se esse lapsuros in peccata mortalia dum in huiusmodi periculis versantur.

Et eodem modo respondetur ad aliud testimonium huic adiunctum ex 3. Regum 11. illud verbum, certissime, importare maximam certitudinem moralem, & quantum est ex parte dispositio-

3. Reg. 11.

nis caularum. Et ita aliqui ibi verunt: *Profecto inclinabunt corda vestra.* Et Exod. 34. ad quem locum ibi fit relatio, enumerantur eedem nationes, atque statim subditur: *Cave ne unquam cum habitatoribus terra illius iugæ amicitias que sint tibi in ruinam;* id est in offendiculum, & periculum cadendi: eodemque modo potest explicari alterum testimonium huic adiunctum.

Ad vltimum ex Matthæi 11. respondet aliqui, cum dicimus non colligi ex Scriptura Deum cognoscere hæc futura conditionata ut certo futura, debere intelligi de ipsis futuris considerationibus, sub qua dicuntur futura, non tamen ut subordinantur determinationi Dei, qua Deus decreuerit si poneretur talis conditio facere aliquid, ex quo infallibiliter proueniret tale futurum, ut diximus in explicatione secundi testimonij. Et ita admittunt prædici à Christo eo loco conuersionem Tyriorum, & Sidoniorum, ut certo futuram sub hac conditione, si apud eos fierent illæ virtutes; & negant sequi ex hoc Deum cognoscere hæc futura conditionata ut certo futura, si secludatur ordo ad diuinam determinationem: quia Christus non cognoscebat futuram esse illam conuersionem præcisè ex vi positionis talis conditionis, sed quia ipse decreuerat, si poneretur hæc conditio, scilicet effectio virtutum apud Tyrios, dare eis auxilium efficax ad conuersionem, quo posito sequeretur omnino infallibiliter conuersio.

Ad vltimū testimonium.

59

Sed

58
Exod. 34.

60

Sed hæc solutio mihi non videtur satis apta contextui: quia Christus ibi reprehendit homines illarum duarum ciuitatum de duritia, & difficultate ad faciendum poenitentiam; & explicat hanc eorum duritiam, quia factis apud eos tot virtutibus non commouebatur ad poenitentiam: cum tamen si apud Tyrios, & Sidonios factæ fuissent eadem virtutes, ipsi poenitentiam egissent. Quæ reprehensio videtur supponere æqualitatem diuinorum auxiliorum in omnibus illis hominibus ad faciendam poenitentiam; quoniam aliàs illi quibus minora auxilia data fuissent possent respondere obiurgationi, se quidem iustissimè reprehendi absolute: quia cum haberent sufficientissima auxilia ad poenitentiam, nolabant poenitentiam facere. Nō tamen comparatione facta ad Tyrios, & Sidonios: quia sicut hic cum maioribus, & efficacissimis auxilijs poenitentiam egissent: ita etiam ipsi cum eisdem auxilijs poenitentiam facerent. Itaque dicerent ad hoc genus reprehensionis, quod fundatur in collatione ipsorum cum alijs in ordine ad operationem requiri esse ipsis data æqualia auxilia gratiæ ad operandum, atque alijs. Quod etiam videtur colligi ex illis verbis contextus: *Quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, & cetera.*

61

Duæ explanationes illius Mat. si in Tyro, & Sidone, &c.

Quare huic testimonio duæ possunt adhiberi expositiones. Prior est Iansenij in capite 47. concordia Euangelicæ, qui dicit, Christum non dixisse il-

la verba: *Olim in cinere, & siliio poenitentiam egissent,* ex præscientia, quam haberet, eius, quod illi homines essent facturi, si apud eos factæ fuissent virtutes, quæ in illis duabus ciuitatibus fuerant factæ; sed ex quadam accommodatione ad vulgarem, & communem modum loquendi, quo homines vtuntur, cum vel ad exprobandum, vel ad commendandum rem aliquam, vtuntur argumento à comparatis cum quadam exaggeratione: nam sicut homines ad significandum magnitudinem in gratitudinis, aut crudelitatis alicuius, solemus dicere, si tot beneficia in inimicum contulissem, maiorem in eo gratitudinem essem expertus: & si ita me gessissem cum fera aliqua, eam proculdubio ad clementiam flexissem. Ita Christus accommodando sermonem suum huic nostro modo loquendi, ut significaret magnam obstinationem illarum ciuitatum, quæ sua prædicatione non fuerant emolliatæ ad poenitentiam, & vitium hoc ipsis exprobrare dixit: *Quia si in Tyro, & Sidone, & cetera.*

Et imprimis dici hæc verba à Christo in modum cuiusdam exprobrationis propter illarum ciuitatum duritiam, colligitur ex verbis, quæ immediate præcesserant in contextu: *Tunc cepit exprobare ciuitates, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes: quia non egissent poenitentiam.* Induratur enim peccator culpa sua cum præueniens multis auxilijs, & inspirationibus diuinis, & alijs motibus, nō vult conuerti,

62

63

studij

iuxta

64

Ad Rom. 2.

iuxta illud Pauli ad Romanos 2. Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impenitens, &c.

Et deinde hanc exprobrationem posse explicari secundum vulgarem modum loquendi hominum, patet: quia in hoc nullum est inconueniens, cum sit regula ab omnibus recepta, Scripturam multa dicere hoc modo. Quam varijs exemplis confirmant, Martinez lib. 9. hipotyp. regula 2. & Ribera Amos 2. n. 19.

Regula August. verba sacra Scriptura esse intelligenda in sensu proprio, intelligitur solum prout opponitur metaphoricè.

65

Et non est contra hoc id quod supra retulimus ex August. scilicet voces in Scriptura accipiendas esse proprie, nisi ex eo sequatur aliquid contra fidem, aut contra rationem. Nam hoc intelligitur de acceptione vocum in significatione propria, ut opponitur contra metaphoricam. At verò cum dicimus Scripturam loqui iuxta communem modum loquendi hominum, non dicimus sumi voces metaphoricè, sed proprie, quamvis modus loquendi sit figuratus. Et Scripturam uti hyperbolicis locutionibus est valde notum, ut etiam ostendit Ribera Amos secundo, num. 34. Nec hoc derogat certitudini diuinarum reuelationum absolutarum, quia non est in omnibus eadem ratio explicandi eas hoc modo, neque ex difficultate, aut impossibilitate rei, quæ videtur significari, neque ex modo loquendi.

Posterior expositio est, Christum his verbis, non prædixisse quid esset futurum omnino certo, & infallibiliter, sed quid esset futurum certo moraliter, &

cum maxima probabilitate, si apud homines illos fuissent factæ virtutes, quæ in illis duabus ciuitatibus fuerant factæ.

Et hæc expositio colligitur ex Hyllario, qui Canonet 1. in Matthæum exponens hæc verba, sic ait: *Sed non solum Tyrj, & Sidonis, sed ipsa Sodomorū, & Gomorrhæorum faciunt leuia peccata: quia forte illis credendi fuisset affectus, si talium virtutum contemplatio contigisset.* Vbi Hyllarius non dicit assertiuè eos fuisse credituros, sed sub dubio, quod explicuit appositione particule *forte*.

Et deinde colligitur ex ipso contextu. Nam cum Christus vellet his verbis exprobrare illis duabus ciuitatibus duritiam, ut patet ex verbis præcedentibus: *Tunc cepit exprobrare, &c.* optimè intelligemus quia ratione hoc fuerit ab ipso præstitum, si dixerimus contineri his verbis hanc argumentationem; si hæc signa fierent apud Tyrios, & Sidonios præuentos auxilio sufficenti, iudicari posset habita ratione suæ duritiei, & præpensionis ad resistendum, esse maximè probabile, imò & certum moraliter eos esse credituros; & tamen id de vobis non potest iudicari, cum omnibus sit notum ex vestris operibus externis, & vobis ex interna resistètia esse vos adeo alienos à credendo. Quare maior est durities, & pertinacia vestra, quam illorum.

Et deinde quia paulò inferius sic habetur: *Et tu Capharnaum, numquid usque in cælum exaltaberis? usque in inferum descendes: quia si in Sodomis facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in te, forte mansissent usque in hanc*

66

Hylar.

67

diem.

68

diem. Vbi particula, *forte*, eam vim habet, ut denotet incertitudinem aliquam, & dubitationem ex parte effectus, scilicet penitentia, quæ posita mansissent illæ ciuitates, hoc est, non fuissent euerse. Et videtur necessariò concedendum, hanc particulam esse subintelligendam in verbis, de quibus agimus, non solum, quia idem sit argumentum contra homines illarum duarum ciuitatum, desumptum ex penitentia Tyriorum, & Sodomorum, quæ eodem modo prænantur futura, si apud eos miracula facta fuissent: sed etiam quia in Græco post vocem, *olim*, habetur particula *dv*, quæ utiq; significat, pro qua noster interpret secundo loco vertit, *forte*, & videtur eam in priori suppressisse: quia existimauit satis esse apponere eam in fine totius sententiæ.

69
Particula forte, cum tribuitur Deo, non dicit dubitationem, & quare.

Sed hoc impugnant aliqui: quia particula, *forte*, & aliæ similes, quæ vim habent importandi dubitationem in loquente, cum in Scriptura tribuuntur Deo, aut alicui personæ, cui ratione materia, de qua loquitur, repugnet dubitatio, non important dubitationem, sed apponuntur propter alias duas causas. Quarum prima est ad ostendendum homines habere libertatem arbitrij, & eam non lædi propter Dei præscientiam, & voluntatem. Secunda est ad denotandam rei difficultatem, & paucitatem eorum, qui facturi sunt id, quod dicitur.

Hierony.

Ita hoc docent Gregorius, homilia 9. in Ezechiel. Hieronymus in illud Ieremiæ 26. *Non li subtrahere verbum, si forte au-*

70

Theodor. August.

Chry.

Ambro.

Ribera.

Euseb.

Ianse. Titelm.

71

diant: & in illud Ezechiel. 2. *Et dices ad eos, &c.* Theodoretus utrobique, Augustinus in illud Psalmi 2. *Ne quando irascatur Dominus, & tractatu 37. in Ioannē in illud: Neque me scitis, &c.* Chryostomus homilia 78. in Matthæum in illud: *Fidelis seruus, & prudens.* Et Ambrosius lib. secundo de penitètia ca. quinto, multa dicit ad ostendendum, particulam hanc neque in Scriptura, neque apud prophanos autores importare semper dubitationem. Quæ latè refert Ribera, Ioel. 2. numero 22. & 23. Et idē dicit Eusebius, lib. 6. de præparatione Euangelica, capite 9. Et addunt autores huius solutionis ex Iansenio Carrusiano, & Titelmano, Matth. 11. vbi noster interpret vertit, *forte*, haberi in Græco particulam *dv*, quæ valet idem quod Latinè, utique, atque adeo non est dubitantis, sed affirmatis sine omni dubitatione.

Respondetur imprimis hanc obiectionem solum conuincere, non posse ex particula, *forte*, desumi sufficiens argumentum ad dicendum debere hoc testimoniū exponi de prædictione illius effectus conditionalis, ut futuri sub dubio: non tamen conuincere debere exponi excludendo omne dubium: quia quantumcunq; denegetur particula, *forte*, omnis vis importandi dubitationē, adhuc ipsum testimoniū poterit exponi de dubio, aut incertitudine ex parte obiecti materialis.

Deinde dico, non conuincere, non sumi ex illa particula argumentū satis probabile ad exponendum prædicto modo illud testimoniū: quia cum particula, *forte*, si proprie

su-

72

sumatur, importet aliquam dubitationem, & incertitudinem, & illa dubitatio, quæ præcisè consistit in incertitudine obiecti materialis, sine vlla dubitatione ex parte cognitionis, non repugnet Deo, vt supra diximus: videtur se qui satis probabiliter, propter illam particulam debere illud testimonium exponi de prædictione cum hac incertitudine, vt quantum fieri possit verba Scripturæ accipiantur propriè.

Et ad testimonia Sanctorum, responderetur, Sanctos loqui de dubitatione, quæ tenet se ex parte cognitionis; non verò de ea, quæ consistit in incertitudine aliqua ex parte obiecti materialis: quia cum hæc possit simul esse cū summa certitudine, & infallibilitate diuinæ cognitionis, vt supra diximus; nulla est ratio, propter quam sit à Deo excludenda. Imò eam videntur Sancti intellexisse in illis duabus causis, propter quas dicunt apponi particulas dubitandi.

Et vltèr dico, Sanctos non loqui de testimonijs, in quibus sit sermo de his futuris purè conditionatis, sed de alijs, in quibus sermo sit, vel de futuris quæ aliquo tempore sunt futura, vt Ioannis 4. dixit Christus Samaritanæ: *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo.* Quæ verba possunt ita exponi; cum scies, tunc petes. Et vtrumque videbat Christus esse futurum. Vel etiam de futuris, quæ quamuis non sint aliquando futura: tamè essent futura secundum legem Dei ordinariã, si poneretur talis, vel talis cõditio. Vt Actuum octa

Ioann. 4.

Actuum. 8.

uo: *Pœnitentiam itaque age ab nequitia tua hac, & roga Deum, si forsità remittatur tibi hac cogitatio.* Et prima ad Corinth. 9. *Ne forsità cum alijs predicauero ipse re probus efficiar.* Vel tandem de futuris, quæ necessariò sequeretur ex suppositione conditionali, si poneretur talis cõditio, vt Ioannis 5. *Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.*

Et ad id, quod additur de particula Græca & respondetur iuxta regulam Grammaticorum linguæ Græcæ eam interdum esse potentialem, & interdum expletiuam, & appellari potentialem, quia quandam potentia significationem includit, quæ explicatur per verbum *posse*, vt si dicamus posse aliquem pati, aut facere aliquid; vel quadam circumlocutione, vt si de aliquo homine dicamus, tale esse eius ingenium, vt credi possit facturum esse hoc, aut illud. Et quia nulla est regula, qua possimus discernere quando sumatur vno, & quando altero modo, idè videtur esse nobis liberum, id ex coniecturis colligere.

Sunt autem hoc loco duæ coniecturæ satis apparentes ad dicendum sumi priori modo, scilicet vt potentialem. Quarum prior est, nostrum interpretem in secundo huius reprehensionis exemplo expressisse eam per particulam, *forsità*. Posterior est, Christum post primū exemplum addidisse hæc verba: *Verumtamen dico vobis Tyro, & Sidoni remissus erit in die iudicij quàm vobis.* Et eadem subiicit post secundum exemplum de terra Sodomorum. Nam

74

Ad Cho. 9.

Ioann. 5.

75

cum

76

cum nullus sit grauius puniendus propter peccata, quæ commisset, neque leuius propter bona, quæ fecisset, sed cuiusque pœna sit commensuranda grauitati peccatorum, quæ re vera commisit, & Christus dicat Tyrios esse leuius puniendos, quia pœnitentiam egissent, signum est ipsum per eorum pœnitentiam non intelligere pœnitentiam, quam essent acturi, si apud eos fierent miracula, sed dispositionem minus repugnantem, & difficilem ad pœnitendum; ratione cuius celebantur peccare minus obstinate, atq; adeò cum minori culpa. Quare admissio sumi hoc modo hanc particulam in illo testimonio; ita eius sensum explicabimus; si apud Tyrios, & Sidonios facta fuissent miracula, non se præberent duos, & difficiles ad pœnitendum; imò quantum est ex parte suæ dispositionis præsentis, potest optimè iudicari eos esse acturos pœnitentiam.

Respondetur ab autore.

77

Stapler.

Et hæc expositio est optima, & germana contextui, quamuis Stapletonius in antidotis Evangelicis, in caput 11. Matth. exponens hæc verba, referat eam sub nomine Caluini; & dicat esse apertissimam verbi Dei corruptelam. In quo apertè deceptus est: quia vt satis est explicatū nil cõtinet contrarium fidei, aut rationi; & est valde consentanea contextui. Et argumentum, quo vtitur ad id probandum, est infirmum, scilicet: quia hac nostra expositione admissa, sequeretur id quod Christus subiicit de grauiori pœna, & condemnatione in die iudicij istarum ciuitatum, quàm Tyrij, & Sidonis, & Sodo-

morum esse inane terriculamentum: quia etiam ibi certum erit, Christum non de eo quod futurum præuiderit, sed humano more quantum rei indignitas postulare videbatur fuisse loquutum.

Nam respondetur, negando sequelam, & ad probationem negandum est Christum ibi non loqui de eo quod futurum præuiderit: quia cum videret multò maiorem esse culpam illarum duarum ciuitatum, propter earum pertinaciam, quàm culpam Tyriorum, & Sidoniorum, potuit optimè colligere ex eo, etiam pœnitentiam culpæ respondentem debere esse maiorem. Et non est eadem ratio quantum ad hoc de pœnitentia futura, si facta fuissent miracula, & de maiori grauitate pœnæ harum ciuitatum in iudicio, quàm Tyri, & Sidonis. Quia pœnitentia, etiam positis miraculis, pendebat ab arbitrio humano libero, & indifferenti ad vtramque partem; & in hoc casu neutra pars erat determinata per voluntatem Dei, etiam sub conditione positionis miraculorum. At verò quantitas pœnæ, non ita pendebat ab arbitrio creato, & erat determinata à Deo seruata proportionem ad grauitatem culpæ. Et his duobus modis potest exponi aliud testimonium huic adiunctum.

Ad testimonia proposita pro secunda sententia potest facile responderi ex eo quod ibi diximus, scilicet in nullo eorū negari, Deū cognoscere hæc futura cõditionata omninò certò, etiã ex parte obiecti materialis; & idè ex eis solùm conuinci tribui in Scrip-

78

79

Ad testimonia pro secunda sententia.

tura

I tura Deo aliquando cognitionem horum futurorum, quæ ex parte obiecti materialis solû habet eam certitudinem, quæ quantum est ex dispositione, & propensione causarum potest haberi.

ARTICVLVS II.

An aliqua harum sententiarum colligatur efficaciter ex doctrina Sanctorum, & peculiariter Augustini, & D. Thomæ?

Testimonia Sanctorum asserentium Deum cognoscere futura conditionata certo.

2

PRIMAM sententiam, quæ est affirmatiua, probant aliqui colligi aperte ex doctrina Sanctorum: quia Sancti, ut respondeant huic quæstioni, Cur Deus quamuis sciret primos homines, & Angelos si crearentur esse peccaturos, creauerit eos? Admittunt Deum cognouisse certò, & infal libiliter, tam primos homines, quam aliquos ex Angelis si crearentur esse lapsuros in peccatum. Et deinde assignant rationes propter quas Deus, quamuis id certissimè cognouerit creauerit homines, & Angelos. Vbi Sancti loquuntur de scientia futurorum conditionatorum. Quod ostendi potest, tum ex conditione expressè apposita propositioni, cum dicitur, si homines, vel aliqui ex Angelis creentur hoc tempore, & sub talibus circumstantiis peccabunt; tum etiam, quia loquitur de scientia Dei prout ordine rationis præsupponitur ad decretum diuinæ voluntatis, circa creationem hominum, & Angelorum. Quoniam aliàs facilius responderent illi quæstioni, negando Deum ante quam voluerit creare homi-

nem, sciuisse eum esse peccatorem.

3

Hierony.

Quare Hieronymus lib. 3. contra Pelagianos, cap. 2. ita proponit hanc quæstionem: *Aut sciuit Deus hominem in paradiso positum præuaricaturum esse mandatum illius, aut nesciuit: si sciuit, non est in culpa is qui præscientiam Dei vitare non potuit, sed ille qui talem condidit, ut Dei non posset scientiam deuicare: si nesciuit; cui præscientiam tollis, aufers & diuinitatem?* Et deinde, inquit, huius generis esse plures quæstiones in Scriptura, ut cur Deus elegerit Saul in Regem, quem sciebat futurum esse impiissimum? Et cur Christus Iudam elegit in Apostolum, quem sciebat futurum esse ipsius proditorem? Et postea ita respondet: *Vis audire rationem? Deus presentia iudicat, non futura: nec condēnat ex præscientia quem nouerit talē fore, qui sibi postea displiceat: sed tanta bonitatis est, & ineffabilis clementia, ut eligat eum, quem interim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis, & penitentia.* Vbi Hierony. aperte admittit conuenire Deo præscientiam horum peccatorum: & deinde explicat qua ratione homines, quos præsciebat ita esse peccaturos, creauerit, aut elegerit in aliquod munus, & neque fuerit eis causa mali, neque abstulerit liberam facultatem ad vitandum huiusmodi peccatum.

4

Et idem admittit ut certum, proponens eandem quæstionem nomine Martionistarum, Tertul. lib. 2. aduersus Marcionem, cap. 5. 6. & 7. Et Damascenus, lib. aduersus Manicheos prope mediū.

Tertul.

Damasc.

Et

5 Theodor.

Et Theodoretus quæst. 87. in Genes. dicit, Deum quia præsciuerat hominem propter peccatum futurum esse mortalem, fecisse eum distinctum in masculum, & foeminam, quia sic esset magis aptus generationi filiorum, quæ necessaria erat ad speciei conseruationem.

August.

6

Secundò idē probatur. Quia Sancti sæpè dicunt multi immatura morte extrahi ab hac vita, ut liberentur ab ijs peccatis, quæ Deus sciebat esse commissuros si uiuerēt. Nā Aug. lib. de bono perseverantia. c. 9. ita inquit. *Certè poterat illos Deus præsciēs esse lapsuros, ante quā id fieret, auferre de hac vita.* Et lib. 1. de peccatorum meritis, & remis. c. 2. sic ait. *Ex ipsis deinde baptizatis paruulis dicitur mihi, cur alius rapitur, ne malitia mutet intellectū eius? & alius uiuit impius futurus?* Et idē repetit libro de gratia, & libero arbitrio cap. 23. & lib. de correptione, & gratia, capit. 8. sic ait: *Respondeant si possunt, cur illos Deus cum fideliter, & piè uiderent, non tunc de vita huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne scitio deciperet animas eorum? utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura esse nesciuit? nempe nihil eorum nisi peruersissimè atque insanissimè dicitur.* Et Gregorius Nissenus libro de ijs qui præmaturè abripiuntur post medium ita inquit. *Verosimile enim est eum, qui id, quod futurum est aequè atque præteritum cognouit, progressum uitæ infantis ad perfectionem prohibere, ne quod vi præscientia malum animaduersum est, in eo qui ita uicturus fuisset, perficiatur,*

7

Cyrril.

atque ei, qui in uoluntate arbitrii uicturus fuisset, uitij, nequitiæque materia uita fiat: Et cum idem ferè dixisset Porphyrius eius sententiam refert, & approbat Cyrillus libr. 3. contra Iulianum.

Tertiò, quia Sancti cum explicant, cur Verbum diuinum, per incarnationē illo tempore uenerit in mundum potius quā alio? respondent rationē fuisse quia tunc præsciuit plures fuisse in ipsum credituros, & antea paucos, aut ferè nullos. Hanc rationem assignat Aug. lib. de dono perseverantia. c. 9. ubi hæc uerba refert epist. sua. 49. q. 2. *Hoc quippe, ut scitis, cum Christus quare post tā longa tēpora uenerit, quæretur, dixi, quod in his tēporibus, & his locis, quibus Euāgelij eius nō est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales multi in eius corporali presentia fuerunt: qui in eum, nec suscitatis ab eo mortuis, credere uoluerunt.*

8

Item paulò post in eodem libro, atque in eadem quæstione: *Quid mirum si tam infidelibus plenum orbem terrarū, Christus prioribus seculis nouerat, ut eis prædicare meritò noller, quos nec uerbis nec miraculis suis credituros, esse sciebat?*

D. Tho.

Confirmatur. Quia D. Tho. 3. p. q. 1. art. 5. in solutione ad secundum refert ex August. in prædicta epist. quam citat sub nomine libri de sex quæstionibus paganorum hanc doctrinā, scilicet tunc Christum uoluisse hominibus apparere, quando, & ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri, & consequenter non antea, quia sciebat, paucos, aut ferè

P

nullos

9

nullos fuisse in eum credituros. Et quamvis D. Tho. cum eodem Augustino loco citato reprobet hanc doctrinam, quantum ad rationem que in ea assignatur, propter quam Christus illo tempore, & non antea venerit, scilicet quia sciebat, tunc, & non antea futuros esse homines, qui in eum crederent: tamen non reprobatur eam, quantum ad id, quod in ipsa supponitur de hac scientia Dei respectu futurorum conditionatorum. Imò potius in impugnatione qua utitur, videtur expresse admittere convenire Deo hanc scientiam. Nam; vt impugnet rationem illam, refert hæc verba Augustini loco citato, ex lib. de dono perseverantiae: *Sed numquid possumus dicere etiam Tyrios, & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse si fierent; cum eis ipse Dominus attestetur, quod acturi essent magna humilitatis penitentiam, si in eis facta essent divinarum illa signa virtutum.* Vbi Augustinus contra illam rationem probat discrimen, quo quibusdam hominibus datur prædicatio Evangelij, & alijs non datur non provenire ex eo quod quidam sint credituri, & alij non sint credituri, sed ex æterna prædestinatione, qua Deus pro misericordia sua statuit, his hominibus, & hoc tempore dari prædicationem, & alijs pro sua voluntate non dari. Et hoc explicat exemplo Tyriorum, & Sidoniorum, de quibus inquit, non posse negari fuisse credituros, si apud eos illa signa fierent; cum ipse Dominus prædixerit fuisse credituros, & acturos penitentiam, & tamen non est eis

10

data prædicatio. Et ita D. Tho. continuo ex sua, & August. sententia sic ait: *Proinde ut ipse solus subdit, sicut Apostolus ait, non est volens, neque currentis, sed miserentis Dei, qui his, quos prævidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus voluit subuenire, &c.* Quibus verbis D. Th. aperte admittit ex sua, & August. sententia, Deum cognovisse quod homines essent credituri, & non credituri, positus his aut illis circumstantijs, quod est concedere conditionatorum.

Quarto probatur, quia Augustinus sæpè docet dari quãdam vocationem quã ipse varijs nominibus appellat, scilicet, altã, secretam, congruentem, & secundum propositum, qua posita, non determinatur voluntas humana ad consentiendum, sed manet indifferens ad utramque partem, & tamen est infallibile ipsam esse consenturam.

Quæ omnia vix possunt inter se conciliari, nisi concedamus convenire Deo hanc scientiam futurorum conditionatorum: quod sic explico. Infallibilitas consensus, aut provenit ex vi principij proximi considerati secundum se, & secundum suam perfectionem entitativam, scilicet ex vi voluntatis create, vt coniunctæ huic vocationi antecedenter ad actuale consentum, qui se habet vt responsio ad eãdem vocationem, aut ex vi eiusdem principij, vt subordinati divine volitioni; aut tandem ex vicinidẽ principij, vt subordinati directioni scientiæ divinæ.

Primum videtur involvere manifestam repugnantiam. Quia illud integrum principium etiam

11

D. Thom. Nota.

12

Argumentum efficax ad tollendum prædeterminationes divinas.

ex

13

ex suppositione suæ constitutionis, & in sensu composito, est indifferens ad utramque partem, scilicet ad consensum, & dissensum, seu negationem consensus, quãvis maiorem propensionem habeat ad alteram partem, scilicet ad consensum, vt in ipsa sententia supponitur: Ergo potest fieri, vt tale principium maneat ita integrè constitutum, & non habeat effectum consensus. Atque adeò repugnat esse simul ex vi eius sumpti præcise secundum perfectionem entitativam sibi intrinsecam, infallibile futurum esse consensum. Prima consequentia patet. Quia quando causa est simpliciter indifferens ad utramque partem, potest separari à suo effectu. Et ex hoc patet secunda, quia repugnat causam quantum est ex vi sua posse separari ab effectu, & simul quantum est ex vi eius esse infallibile, non esse separandam: quod tamen requiritur, vt ex vi talis causæ inferatur infallibiliter effectus.

14

Et secundum dici non potest. Quia volitio divina, cui in hoc casu subordinatur hoc principium; scilicet voluntas creata, vt coniuncta vocationi congruè, necessario debet habere pro obiecto hoc quod est voluntatem creatam, vt coniunctam ita vocationi, exire in actum consensus. Et tunc inquiri potest, an per hanc volitionem auferatur voluntati create, vt coniunctæ vocationi indifferentia, quam secundum se habet ad utramque partem circa consensum. Et sic sequitur voluntatem creatam, vt subordinatam huic volitioni divinæ, non esse indifferentem ad utramque par-

15

tem circa consensum; sed esse determinatam ad eam partem, quam respicit volitio divina, quod est contra ipsam sententiam. Aut non auferetur talis indifferentia voluntati create; & sic non magis erit infallibile ex vi voluntatis create, vt subordinatæ volitioni divinæ futurum esse consensum, quam ex vi eius sumptæ secundum suam perfectionem entitativam sine tali subordinatione: quia utroque modo retinet eandem indifferentiam, etiam ex suppositione, & in sensu composito. Quare sequitur dicendum esse tertium, scilicet infallibilitatem consensus provenire ex illo principio, vt subordinato directioni scientiæ divinæ. Quia data est à Deo voluntati create talis vocatio, quãdo, & ubi, & eo modo quo Deus novit ipsam esse consenturam, si vocaretur.

16

Sensisse verò Augustinum dari hoc genus vocationis patet. Quia lib. 1. ad Simplicianum q. 2. circa medium ita inquit: *Si vellet, scilicet Deus, etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, vt & moveretur, & intelligerent, & sequeretur.* Et paulò inferius: *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, qui hoc modo vocavit, quomodo aptum erat eis qui sequuti sunt vocationem.* Et postea: *Cuius autem miseretur, sic cum vocat, quomodo seis congruere, vt vocantem non respuat: & in epistola 107. ante medium: si ergo ita prepararet, atque operaretur Deus hominis voluntatem, vt tantummodo legem, scientiam, atque doctrinam, libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta, atque secreta,*

P 2

sic

17

sic eius ageret sensum, ut eidē legi, atq. doctrina accommodaret assensum, proculdubio eam legere, vel intelligere legendo, vel etiā exponere, ac predicare sufficeret. Et libro de spiritu, & lit. c. 34. *Tam si ad illā profunditatem scrutandam quisquam nos coarctet, cur illi ita suadeatur ut persuadeatur, illi autē non ita? duo sola occurrunt interrim, quae respondere placeat. O altitudo diuitiarū, & numquid iniquitas apud Deū?* Et lib. de praedestinatione Sanctorū. c. 16. distinguit duas vocationes: vnam, qua dicit fuisse vocatos eos, qui noluerunt venire ad nuptias: & alterā, qua dicit vocari praedestinos, & illos qui secundū propositum vocati sunt. De qua in fine eiusdem capituli, ita inquit: *Ad hanc vocationē qui pertinet omnes sunt docibiles Dei, nec potest eorum quisquam dicere credidi, ut sic vocaret: praeuenit eum quippe misericordia Dei, quia sic vocatus est ut crederet.*

18

Ultimò probant hoc ipsum quatuor testimonijs Augustini, & D. Thom. in quibus videntur supponere ut certum Deum habere hanc scientiam futurorum conditionatorum.

August.

Primum est Augustini lib. de praedestinatione Sanctorū. c. 17. & sequentibus usque in finem libri. Vbi contra Pelagianos, qui docebant, fidem quam Deus ab aeterno, & ante mundi constitutionē cognouerat habituros esse aliquos, si in hac vita permanerēt fuisse meritum praedestinationis ipsorum, non obijcit Deum ante decretum suae voluntatis dandi his hominibus vitā, & auxilia necessaria ad credendū, nō cogno-

uisse certò, & infallibiliter qui essent credituri, sed hanc fidē esse effectum electionis, atque adeò non esse causam meritoriam, cū tamen euerteretur omninò ille error, negando Deum habere talem scientiam.

August.

Secundum testimoniū est etiā Augustini, eodem lib. de praedestinatione Sanctorū. c. 12. Vbi referens sententiam eorū qui dicebāt, inter paruulos, qui in infanti aetate moriuntur fieri discrimen electionis, & reprobationis, aut salutis, & condemnationis, per ordinem ad merita, & demerita, quae Deus nouerat eos habituros, si diutius in hac vita mansissent; non reprobatur eam, quia Deus non cognoscat hanc futura conditionata, scilicet, quae opera bona, vel mala esset facturus vnusquisque ex his pueris, si eius vita protraheretur: sed solum, quia propter futura, quae re ipsa non sunt futura, qualia sunt hanc opera, quae vnusquisque ex his pueris faceret si viveret, nemo est honorandus, aut puniendus. Et cap. 13. sequenti, idem repetit cōtra eosdem, & contra Pelagianos, qui dicebant quosdam ex pueris exire ex hac vita baptizatos, atque adeò saluari propter bona opera praeuisa, quae si vixissent erant facturi, & alios exire sine baptismo, atque adeò damnari, non propter peccatum originale, sed propter peccata, quae si viverent erant commissuri. Et rursus capite. 14. sequenti contra eosdem sumit argumentum ex doctrina Cypriani, qui in lib. de mortalitate probat mortem esse vtilem fidelibus, quia subtrahit eos periculis pec-

19

20

August.

August.

candi

21

candi. Et argumentum est. Quia non prodesset subtrahi periculis peccandi, si etiam peccata quae vera non sunt futura, nec committenda, sed essent futura, & committerentur, si haec vita protraheretur, puniuntur. Et tādē lib. de dono perseverantiae capit. 9. ad idem propositum ita inquit: *Non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine Baptismo morientes, hoc in eis eo merito fieri; quia praesciuit eos Deus si viverent, predicatumque illis fuisset Euangelium infideliter audituros.* Et non reddit rationem propter quam hoc non sit dicendum ex eo quod haec infidelitas non praecognoscatur à Deo, sed quia fallum est mortuos secundum ea iudicari, quae facturi essent, si ad eos viuentes Euangelium perueniret.

22

August.

Matth. 9.

Lucæ.

Tertium testimonium est etiam Augustini, qui tomo. 10. sermone. 7. de verbis Domini, capite. 1. circa illa verba, quae quidam Christo dixit Matth. 9. & Lucæ. 9. *Magister sequar te quocumque ieris, & circa responsum Christi: Vulpes foveas habent, & volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet,* proponit hanc dubitationem: *Quid tam promtum, quid tam impigrum, quid tam paratum, & quid ad tantum bonum aptissimum, sequi Dominum quocumque ierit miraris hoc dicēs: quid hoc quod Magistro bono Domino Iesu Christo inuitanti discipulos, quibus daret Regnum caelorum, displicuit tam paratus? Et hinc dubitationi responderet his verbis: Sed quia talis Magister erat, qui futura praevideret, intelli-*

23

gimus, fratres, istum hominem, si sequeretur Christum, sua quaesitum fuisse, non quae Iesu Christi. Vbi Augustinus apertè cōcedit Christum ideo noluisse admittere hūc, qui tam parato animo sese offerebat ad sequendum ipsum, quia praesciebat hoc futurū conditionale, scilicet eum hominem si fuisset admissus ad sequendum Christum, non esse quaesitum ea quae Christus sua praedicatione intendebat, scilicet salutem animorum, & Dei honorem, sed propriam aliquam vtilitatem temporalem.

Et videtur esse certa duo quae sunt necessaria ad ostendendū Augustinū ibi fuisse in hac sententia. Primum est illud opus quarendi propriam vtilitatem, fuisse futurū conditionale, quia nullo tempore erat futurum; sed esset futurum sub hac conditione, si ille homo admitteretur ad sequendum Christum, quae non fuit re ipsa adimpleta. Alterum est, Augustinum loqui de praescientia huius futuri, certa, & infallibili omninò etiam ex parte obiecti materialis, cum vim faciat in eo, quod Christus talis Magister erat qui futura praevideret.

24

Quartum testimonium est D. Tho. 3. p. q. 1. art. 3. vbi docet Verbum diuinū non fuisse assumpturū naturam humanam, si primus homo nō peccasset. Vbi supponit, ut certū praescientiā peccati originalis fuisse priorē apud Deū ordine rationis, quā decretum de futura Verbi incarnatione; quia aliās nō posset per decretū diuinae voluntatis ordinari incarnatio in remediū illius peccati, & tamē illa praescientiā nō potuit scientia

D. Thom.

25

visionis peccati Adæ in particulari; quia hæc scientia præsupponit in Deo ordine rationis voluntatem permittendi idem peccatum in particulari, & hæc voluntas præsupponit voluntatem incarnationis, non solū, quia permissio peccati ordinatur ad incarnationem, sicut mediū ad finem, sed etiam quia voluntas permittendi illud peccatum in particulari, fuit posterior secundū rationem, quā voluntas dandi Adæ gratiam, & fidem; & hæc fuit posterior, quā voluntas incarnationis. Quia saltem fides Adæ etiam ante peccatum habuit pro obiecto Christum ut consummatorem per gloriam, licet nō ut redemptorem, aut reparatorem, ut D. Thomas docet 2. 2. q. 2. articulo. 7. Neque etiam illa præscientia fuit cognitio illius peccati in communi, ut futuri certō ex cōditione, & proprietate naturæ humanæ: ut cum ex eo quod multi homines mittuntur in regionem aliquam præsertim si sit parum salubris, cognoscitur in communi futuros esse morbos in illis hominibus, quia de homine condito in statu innocentiae, & non in puris naturalibus non poterat esse certum lapsurum esse in aliquod peccatum, cum posset vitare omnia peccata, non solūm diuisiue, sed etiam collectiue.

Quare sequitur præscientiam illam fuisse hanc scientiam futurorum conditionalium, de qua loquimur, qua Deus antecederet ad omnem determinationem liberam suæ voluntatis cognouit, quid homo facturus esset, si crearetur cum talibus circumstantiis, & hoc præcepto, & his

auxilijs, atque hac permissione, & his occasionibus violandi præceptum, atque adeo cognouit ipsum peccatum: quia cū hæc scientia præcesserit in Deo omnem determinationem liberam de rebus faciendis, consequenter etiam præcessit volitionem liberam, qua Deus voluit incarnationem fieri.

Altera etiam sententia probatur primō testimonijs Augustini. Nam libro de prædestinat. Sancti. cap. 14. explicans illud Sapientiae. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius*, ita inquit: *dictum est secundum pericula vite huius, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præsciuit quod futurum erat, non quod futurum non erat: id est, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut temptationum subtraheretur incerto, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset.* Vbi Augustinus expressè dicit, Deum non præsciuisse id, quod futurum non erat, scilicet hunc hominem esse peccatum: quia hoc non erat reuera aliquando futurum, & ideo solūm dicitur futurum sub conditione, scilicet si idem homo maneret in temptationibus huius vitæ. & lib. 1. de anima, & eius origine. cap. 12. disputans quæstionem illam, an homines sint puniendi propter peccata, quæ Deus præsciuit eos esse commissuros si viuerent. videtur negare, Deum habere præscientiam horum peccatorum, nam in fine illius capituli inquit: *Quid quod ipsa exinanitur omnino præscientia, si quod præscitur non erit? quomodo enim recte dicitur*

27

Testimonia pro sententia afferentium Deū non cognoscere futura conditionata.

28

August.

26

pra-

29

Prosp.

præsciri futurū, quod nō est futurū
 Secundō probatur testimonijs aliorum Sanctorum. Nam Prosperus in epistola ad Augustinum cōtra reliquias Pelagianorū, quæ habetur tom. 7. operum Augustini, ante eius librum de prædestinatione Sanctorum, ut confuteret Massilientes, qui dicebant, paruulos mortuos ante vsum rationis saluari, aut damnari, iuxta merita aut demerita, quæ scientia diuina præuidit eos esse habituros, si ad maiorem seruetur ætatem, ita inquit: *Sed in tantum quibuscumque commentarijs meritis electionem Dei subiiciunt, ut quia præterita non extant, futura quæ non sint futura consingant, nouoq; apud illos absurditatis genere, & non agenda præscita sint, & præscita non acta sint.* Et Damascenus libro aduersus Manichæos propè finem distinguens prænotionem, agnitionem, decretum, & præfinitionem, inquit prænotionem esse ea, quæ futura sunt, antequam in ortum prodeant nosse. Atque ita negat præscientiam respectu eorū quæ nunquam sunt in ortu proditura, qualia sunt hæc futura conditionata. Et statim apertius id explicat his verbis: *Ac quidem vis Dei præsciens à nobis causam haud quaquam habet; at verò, ut ea quæ facturi sumus præsciat, à nobis profici sciatur: Nam si facturi non essemus, ne ipse quidē, quod futurum non esset prænosceret. Et quidem Dei præscientia vera, atque inuolabilis est: verū ipsa haud quaquam causa est, cur omnino fiat, quod futurū est, quin potius, quia hoc vel illud facturi sumus idcirco prænoscit.*

Damasc.

30

Vltimō probatur hæc sententia autoritate Diui Thomæ. Nā 1. part. quæst. 14. artic. 13. docet futura contingentia posse considerari secundum duos status, scilicet, ut sunt in se ipsis, & ut habent esse in suis causis: sicut hæc mea prælectio nunc est in se ipsa, & ante hanc horam habebat esse in sua causa, scilicet in determinatione libera meæ voluntatis ad eam. Et deinde constituit duplex discrimē inter hos duos status: vnum quantum ad modum essendi ipsorum futurorum, & alterum quātum ad cognoscibilitatem, quæ fundatur in modo essendi. Primū discrimen est futura secundum priorē statum non habere rationem futurorum, & contingentium ad vtrumlibet, sed præsentium, & determinatorum ad vnum. At verò secundum posteriorē statum habere rationem futurorum, & contingentium ad vtrumlibet, atque indeterminatorum: quia causæ, in quibus habent esse, sunt indeterminatæ, aut propter intrinsecam indifferentiā, & libertatem, aut quia multis modis possunt ab extrinseco impediri, ne reducantur in actum circa tales effectus. Secundum discrimen, quod ex hoc sequitur, est, futura secundum priorē statum posse cognosci omnino certō, certitudine tenente se ex parte obiecti materialis. At verò secundum posteriorem statum non possunt cognosci omnino certō, si loquamur de certitudine, quæ se teneat ex parte obiecti materialis, sed solū coniecturaliter, aut quantum natura rei patitur.

31 D. Tho.

Nota. Futura prout in se, & prout in sua causa.

32

33

Diximus hoc secundum discrimen sequi ex primo : quia ex eo est lumenda eius ratio à priori : quia cum hæc certitudo ex parte obiecti , non sit aliud quam determinatio ipsius obiecti ad illud esse , quod de eo cognoscitur , non poterit aliquid cognosci hoc genere certitudinis ; nisi prout fuerit secundum se determinatum ad esse : & ita , quia futura secundum priorem statum habent aliquam determinationem ad esse , & non secundum posteriorem ; ideò etiam secundum priorem statum possunt cognosci certò , loquendo de certitudine ex parte obiecti materialis , & non secundum posteriorem.

34

Et tamen ex his duobus colligit Diuus Thomas modum , quo futura contingentia cognoscantur à Deo , & dicit , futura si considerentur à Deo secundum priorem statum , cognosci à Deo certò , certitudine tenente se ex parte obiecti materialis : si verò considerentur præcise secundum posteriorem statum , cognosci , sicut cognoscibilia sunt , scilicet coniecturaliter , & indeterminatè , ita tamè , ut imperfectio coniecturæ , & indeterminatio non se teneat ex parte diuinæ cognitionis , sed ex parte obiecti materialis : & nihilominus non esse absolute concedendum cognosci à Deo hæc futura coniecturaliter , & indeterminatè , quia non cognoscuntur ab ipso præcise secundum posteriorem statum : sed simul secundum priorem : & licet cognitio diuina non pos-

sit habere certitudinem ex parte sui obiecti ratione posterioris status , potest habere eam ratione prioris. Quare Diuus Thomas colligit hanc regulam generalem : *Quicumque cognoscit effectum contingentem in sua causa tantum , non habet de eo nisi coniecturalem cognitionem.*

Et ex his possumus nos pro illa sententia conficere hoc argumentum : futura conditionata , quæ nunquam erunt , non possunt considerari secundum priorem statum , sed solum secundum posteriorem : ergo à nullo intellectu siue creato , siue increato possunt cognosci certò , certitudine tenente se ex parte obiecti materialis , sed solum coniecturaliter. Consequètia patet ex toto discursu Diui Thomæ hætenus explicato , & ex regula generali , quam in fine eius colligit. Et antecedens probatur

Primò ratione admittenda ab omnibus. Quia futurum non potest habere esse in se ipso , nisi quatenus pro aliqua differentia temporis habet realiter esse extra suas causas , quod est habere pro tali tempore unam de inesse veram : sed hæc futura conditionata non habebunt pro aliqua differentia temporis esse extra suas causas : ergo non possunt considerari secundum priorem statum , scilicet ut habentia esse in se ipsis.

Et secundò probatur ratione opposita illi , qua Diuus Thomas ibi probat futura absoluta , quæ aliquando erunt , cognosci

35

Regula. 1.
D. Thom.

36

Argumentum ex doctrina D. Th. efficac.

à Deo

37

à Deo simul , & ab æterno , secundum statum , quo sunt in se ipsis : quoniam ratio Diui Thomæ est huiusmodi : *Vnum quodque ex his futuris habebit aliquando in tempore statum priorem , qui sit in se ipso , & æternitas , qua mensuratur cognitio diuina , ambit simul , & sine successione totum tempus : ergo omnia hæc futura habent in æternitate simul , & sine successione illum statum , quo sunt in se ipsis , atque adeò cognoscuntur à Deo , simul , & ab æterno secundum illum statum.* Et nos possumus contrario modo ita argumentari. Nullum ex ijs futuris conditionatis habebit aliquando in tempore esse in se ipso (quia supponimus fieri sermonem de futuris , quæ nunquam erunt) : ergo neque in æternitate : atque adeò non potest considerari secundum priorem statum , quo sit in se ipso , neque in tempore , neque in æternitate , quod est huiusmodi futurum simpliciter non posse considerari secundum illum statum ; quia aut haberet eum in tempore , aut in æternitate.

38

Regula D.
Thom.

Et huic testimonio solet adungi aliud ex solutione ad secundum eiusdem articuli. Vbi Diuus Thomas , ut impugnet quandam solutionem , statuit hanc regulam : *Veritas propositionis conditionalis consistit in bonitate consequentia , ita ut non sit aliud , propositionem conditionalem esse veram , quàm esse bonam consequentiam.* Et ideò inquit , conditionalem , cuius antecedens est necessa-

rium , & consequens contingens , esse falsam : quia est mala consequentia ; cum antecedens sit necessario verum , & consequens possit esse falsum , & in bona consequentia non poterit dari antecedens verum , & consequens falsum. Nam ex hac regula potest confici hoc argumentum. Propositio , qua significatur aliquid ex his futuris conditionatis , est conditionalis , atque adeò est quædam consequentia , & veritas eius consistit in bonitate consequentiæ : aut ergo est bona consequentia , aut mala . Si dicatur hoc secundum , sequitur esse propositionem falsam , atque adeò non sciri à Deo , quia quod non est non scitur . Si verò dicatur primum , sequitur esse propositionem necessario veram , quia eius veritas est idem quod bonitas consequentiæ : & ideò sicut necessario est bona consequentia (quia consequentia , quæ semel est bona , semper , & necessario est bona) ita etiam necessario erit propositio vera . Et ex hoc sequitur ulterius , nullam manere contingentiam , aut libertatem , siue indifferentiam ad oppositum : quia per eam possit reddi illa propositio falsa , quod repugnat.

Confirmatur. Quia ex illa regula sequitur , saltem propositiones , in quibus significatur aliquid esse futurum sub conditione ; & inter conditionem , & futurum non est aliqua connexio , sicut inter causam , & effectum , qualis

39

40

P 5

est

41

est hæc propositio, si Petrus peccauerit, Fraciscus aget pœnitentiã, esse falsas, atq; ad o non sciriã Deo, quia quod nõ est nõ scitur. Probatur sequela, quia huiusmodi propositiones cõditionales nõ possunt esse consequentiã bonã, cũ ad bonitatẽ consequentiã conditionalis necesse sit, esse inter antecedens, & consequens connexionem. sicut inter causam, & effectum: ergo neque possunt esse verã, quia iuxta regulam Diui Thomã, idem est, has propositiones esse veras, & esse bonas consequentias.

D. Tho.

Et tandem Diuus Thomas 1. part. quæstione. 19. articulo. 7. in solut. ad. 2. cũ in argumento probaretur, voluntatem Dei esse mutabilem, quia Ierem. 18.

Ierem. 8.

42

dicitur in persona Domini: *Loquar aduersus gentem, & aduersus Regnum, ut eradicem, & destrua, & disperdam illud, subijcitur statim: Sed si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem.* In quo significatur, voluntatem Dei posse mutari ab eo quod decreuerat facere, ita vt iam non velit quod antea volebat. Et respondet D. Tho. non significari his verbis, aliquam mutationem voluntatis diuinã: quia cũ dicitur, Deũ velle disperdere illud Regnum, intelligitur secundũ exigentiam, & dispositionem suorum meritorum, & demeritorum: & cum hoc stat, Deum velle parcere eidem Regno, si ex parte eius præcedat pœnitentia suorum peccatorum: & non est necesse, propter hanc posteriorem volitionem mutari priorẽ.

Et tamen si D. Tho. admitteret, conuenire Deo hanc scientiam futurorum condicionatorũ, posset facilius respondere, non fieri in hoc testimonio sermonem de diuina volũtate, sed de eo quod futurum erat, si poneretur hæc, aut illa conditio ex parte hominum: ita vt in priori parte testimonij pronũtietur nomine Dei, futurum esse, vt Regnum illud euejtatur, si homines duri persistant in suis peccatis; & in posteriori dicatur, esse futurum, vt idem Regnum non destruatur, si homines per pœnitentiam ad Deum conuertantur.

43

Plura alia testimonia solent adduci ex Diuo Thoma pro hac sententia, sed ex horum explanatione constabit, quid sit dicendum de reliquis.

Conclusio.

Sed his nõ obstantibus respondetur neutram ex his sententijs colligi efficaciter ex his testimonijs: quanquam posterior colligatur magna cum probabilitate ex testimonijs Diui Thomã, quod totum constabit ex his, quã ad singulorũ testimoniorũ explanationem dicemus.

44

Conclusio. Neutra opinio, scilicet Deum cognoscere vel nõ cognoscere futura conditio[n]ata colligitur efficaciter ex Sanctis. Ad primũ testim. primæ sententiã.

Ad primum argumentum primæ sententiã respondetur, Sanctos in solutione illius quæstionis nõ admittere, in Deo in particulari præscientiam lapsus hominis, & Angelorum, quã præcederet ordine rationis volitionem creandi eos. Sed solum admississe, sicut debebat admitti, fuisse in Deo præscientiam lapsus, & peccati ante executionem creationis hominis, & Angelorum. Et hoc videtur esse certum ex intentione Sanctorum, quã

solum

45

Præscientia peccati Adami præcessit ordine rationis executionẽ creationis hominis non voluntati creationis.

solum erat satisfacere difficultati, quã sibi ab hæreticis proponebatur in hac quæstione. Hæretici autem non agebant in particulari de illo genere præscientiã conditionatã, cuius mentio ante tam paucos annos est in scholas introducta. Quia neque erant adeo subtiles, vt hæc diuina tã in particulari distinguerent: neque difficultas, quã proponebant, id postulabat. Erat namque difficultas. Quia si Deus non præsciuit illud peccatum, nõ habuit perfectionem, neque infinitatem scientiã, quod est contra eius diuinitatem: si verò præsciuit, non erit illud peccatum imputandum homini, qui non potuit ipsum vitare, ne frustraretur Dei præscientiã, sed potius ipsi Deo, qui propter eandẽ rationem suã præscientiã talem debuit condere hominem, vt necessariò peccaret. Et huic difficultati respondent Sancti, quãuis admittatur in Deo hæc præscientia, sicut debet admitti, non sequi hoc inconueniens: quia Deus ita eligit, aut creat eum, qui scit peccaturũ, vt simul det ei vires sufficientes ad vitandum peccatum, & ita sua culpa incidet in ipsum.

46

Et loqui hæreticos hoc modo, colligitur ex verbis, quã retulimus ex Hieronymo. Nam imprimis admittit, si denegatur Deo præscientia, de qua loquuntur hæretici, denegari etiam diuinitatem, quod tamen nullus etiam ex autoribus, qui defendunt hanc sententiam diceret de præscientia purẽ conditionali. Et deinde dicit Deum eligere eum, quem interim cernit bo-

num, quamuis sciat futurum esse malum, quod necessariò est intelligendum de electione in tempore, & in executione.

47

Et ex his patet solutio ad ea quibus probatur Sanctos loqui de scientia purẽ conditionali. Nam ad primum negandum est, eos addere propositioni conditionem, quã non sit adimplẽda, & ab æterno prædeterminata, cũ tamen (vt in principio diximus) ad hoc vt futurũ aliquid dicatur purẽ conditionale, non sit satis pendere in sua executione ab aliqua conditione, sed requiratur talem conditionem nõ esse adimplendam. Et ad secundum etiam est negandum, potuisse Sanctos facilius respondere illi quæstioni, negando Deũ antequam voluerit creare hominem, sciuisse eum peccaturũ, quia non erat de hoc difficultas, sed solum de modo, quo potuerit supposita præscientia peccati creare hominem, ita vt posset vitare illud peccatum.

48

Et si ulterius obijcias. Si quæstio hæc proponebatur de præscientia, quã præsupponebat volitionem creandi hominem, potuisse Sanctos facilius ei respondere, si dicerent, ideò Deum quamuis haberet præscientiam lapsus, creasse in executione hominẽ, quia volitione sua absoluta, & immutabili decreuerat creare ipsum. Respondetur, non satisfieri plenẽ hac solutione difficultati hæreticorum. Quia ipsi non proponebant eam, quia nõ intelligerent volitionem Dei absolutam respectu cuiuscumq; rei esse immutabilem, & efficacẽ ad executionem, sed quia non

Obiectio.

Respondetur

intel-

49

intelligebant, quomodo si præsupposita præscientia lapsus fieret executio diuine volitionis de creatione hominis, vitaretur illud inconueniens, scilicet peccatum non posse imputari homini ad culpam, sed potius Deo: & ideò Sancti, vt hoc explicarent vsi sunt illa solutione.

Ad. 2. test.

Ad secundum respondetur, Sanctos cum ita loquuntur, debere intelligi de scientia, qua Deo cognoscit, illos homines, si in hac vita relinquerentur, esse lapsuros in peccata, non quidem omninò certò quantum esset ex parte suæ propensionis, & omnium periculorum, & occasionum, sicut articulo præcedenti diximus de illo testimonio Sapientia, 4. *Raptus est ne malitia, &c.* cuius occasione ita loquuntur Sancti. Vbi etiam ostendimus ex sententia Augustini, esse hoc modo intelligendum hoc testimonium. Et idem videtur sentire loco citato ex libro de corrept. & grat. cū inquit, cur Deus non tunc illos, qui piè vivebant, rapuit de vitæ huius periculis, ne malitia mutaret intellectum eorum: quasi insinuans, dicta esse illa verba Sapientia, propter pericula incidendi in peccata, & non propter peccata, quæ essent certò, & infallibiliter committenda, si hæc vita protraheretur. Et in eodem sensu addidit ibidem, *non posse nisi insanissimè, & peruersissimè dici, Deum nescire peccata eorum futura, si viverent.* Et eodem modo est exponendum, quod adducitur ex Gregorio Nissenò.

50

Ad. 3.

Ad tertium respondetur, Sanctos cū reddunt illam rationem

dilationis aduentus Christi, loqui in communi de hominibus illius temporis, & habita ratione difficultatis, quam ratione propria dispositionis haberent, ad credendum Christo sibi prædicato: quia supponunt Deum ratione vtriusque, scilicet tantæ multitudinis hominum, & maximæ difficultatis ad credendum, potuisse cognoscere futuros fuisse infallibiliter multos indeterminatè, & in communi, qui nolent suscipere Christum: & hoc vt plurimum significant verba, quæ ibi referuntur ex Augustino.

51

Ad confir. respon.

Ad confirmationem respondetur Augustinum, & Diuum Thomam solùm improbare doctrinam illam, scilicet Christum voluisse tunc apparere hominibus, quando sciebat futuros esse multos qui crederent, quatenus in ea dicitur, rationem aduentus Christi in tali tempore fuisse præscientiam eorum, qui tunc erant in eum credituri: & non quatenus in ea supponitur, Christum habuisse hanc scientiam, qua cognouit, futuros esse multos, qui tunc ipsum crederent.

52

Cæterū addo, hoc debere intelligi in sensu, quo in solutione huius argumenti dixi esse intelligendos Sanctos, cū dicunt oppositum de tempore præcedenti, scilicet Christum cognouisse futuros esse in eo tempore paucos, qui ipsum susciperent. Et eodem modo est exponendum id, quod ibidem dicitur referri ex Augustino à Diuo Thoma, scilicet negari non posse, Tyrios, & Sidonios fuisse credituros, si apud eos fieret illæ virtutes, cū

id

53

id Christus affirmauerit. Nam vt articulo præcedenti dixi, debet intelligi de certitudine morali ex parte rei prædictæ, & quantum est ex parte propensionis, & minoris difficultatis, atq; remotionis impedimentorum. Et ita etiam sunt exponenda verba, quæ in fine referuntur, dicta à Diuo Thoma, ex sua, & Augustini sententia.

Ad. 4. test. respon.

1. Petr. 1.

Ad quartum respondetur, concedendo Augustinum ponere illud genus vocationis altæ, & secretæ, & secundum propositum. De quo multa dixi 1. Petri. 1. in cōtrouersia circa illud: *Saragite vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Cæterum negandum est, esse necessarium ad conciliandum omnia, quæ de hac vocatione dicuntur, ponere hanc scientiam futurorum conditionatorum. Et ad argumentum, quo probatur, respondetur imprimis retorquendo ipsum contra autores oppositæ sententiæ: nam ipsi fatentur, imò contendunt colligi ex doctrina Sanctorum non esse veram hanc causalem: quia Deus sciuit liberum arbitrium Petri si vocaretur hic, & nunc, & sub talibus circumstantijs esse consensurum, ideò consentiet infallibiliter: sed potius è cōuerso, quia liberum arbitrium si hoc modo vocetur est infallibiliter consensurum, ideò Deus præsciuit ipsum infallibiliter esse consensurum si ita vocetur: ergo infallibilitas consensus non potest provenire ex subordinatione principij proximi, scilicet liberi arbitrij cum tali vocatione ad directionem huius scientiæ. Patet consequen-

54

tia, quia dabitur circulus vitiosus, si infallibilitas futuritionis consensus, sub conditione talis vocationis est ratio à priori ex parte obiecti (vt hi autores loquuntur) siue conditio necessaria (vt alij dicunt) ad hoc vt scientia de futuritione ipsius consensus sub hac conditione sit infallibilis; & rursus è conuerso eadem infallibilitas futuritionis huius consensus sub hac conditione provenit ex subordinatione ad directionem eiusdem scientiæ.

55

Et antecedens non solum patet ex cōcessione illorum autorum, & ex testimonijs Sanctorum, quæ pro se adducunt: inter quæ est satis apertum vnum, quod ex Damasceno retuli pro secunda sententia, & alia videri possunt apud Molinam. 1. parte quæstion. 14. art. 13. disput. 17. §. idem perspicuè affirmat cōmunis Sanctorum: sed etiam potest probari ratione. Quia sicut veritas obiectiua, siue cognoscibilitas præsupponitur ad scientiam tanquam causa vel ratio à priori, vel saltem conditio necessaria, ita etiam infallibilitas veritatis obiectiua debet præsupponi eodem modo ad infallibilitatem scientiæ. Et hoc videtur insinuare D. Thom. 1. p. quæst. 14. art. 13. cum dixit, futura contingentia non posse terminare cognitionem certam, & infallibilem, nisi secundum statum, quo sunt in se ipsis præsentia, & determinata.

56
Molina.

Secundò respondetur, infallibilitatem consensus in hoc casu posse provenire ex modo vocationis. Nam sicut infallibilitas effectus potest provenire ex collatione diuersarum causarum,

Nota. Infallibilitas effectus potest provenire ex collatione diuersarum causarum indifferendum.

qua-

57

quarum quaelibet secundum se sit indeterminata, (vt loco citato explicui ex doctrina D. Thomę) ita etiam in hoc casu poterit Deus pro sua sapientia, & potentia infinita, ita attemperare vocationem libero arbitrio, vt æquualeat collectioni diuersarum causarum, quantum ad vim inferendi infallibiliter effectum.

Quomodo potest Dei præscientia esse infallibilis sine scilicet conditione, & sine prædeterminatione voluntatis humanæ.

58

Aut etiam potest dici, infallibilitatem provenire, ex subordinatione arbitrij creati ad volitionem, qua per modum intentionis prædistinguit Deus suum consensum, & ad volitionem, qua per modum vsus, aut executionis excitat ipsum, media vocatione, ad executionem consensus. Quę subordinatio conuenit arbitrio creato, non per aliquam prædeterminationem ipsius sumpti per modum actus primi, & principij præsuppositi ad exercitium operationis, sed solum per hoc, quod posita ex parte Dei intentione effectus, scilicet consensus, & vsu siue executione media vocatione, ipsum liberum arbitrium vt causa subordinata, habet ex quadam obedientia naturali exire in actum, iuxta modum suę naturę, scilicet cum libertate, & indifferentia: quia non stat causam primam vocare ad exercitium consensus ex intentione absoluta, qua vult produci talem consensum, & causam secundam non operari.

Obiectio.

Scio posse contra hoc obijci, nõ posse intelligi, quomodo hæc obedientia arbitrij creati sit omninõ infallibilis, sine aliqua prædeterminatione ipsius sumpti per modum principij, & hanc prædeterminationem repugnare suę

indifferentię. Sed vtrumque poterit explicari, si aduertamus, hanc obedientiam respectu Dei esse conditionem comunem omnibus causis creatis, & idedõ posse conuenire vnique sine aliquo repugnanti suę naturę, atq; adedõ arbitrio creato sine prædeterminatione, quę tollat eius indifferentiam: quod alibi est latius explicandum.

59

Respon. & nota.

Ad vltim.

Ad vltimum respondebimus explicando illa quatuor testimonia eo ordine, quo proposita sunt. Et de primo dicendum est, Pelagianos non loqui de fide, quam Deus ante decretum suę voluntatis dadi illis hominibus vitam, & auxilia ad credendum, cognouit eos esse habituros: sed de fide, quę hæc omnia præsupponebat, saltem quantum ad vitam, & auxilia, quę ipsi fatebantur esse necessaria: & idedõ Augustinum vt eos impugnaret, fuisse vsu illo argumento; quia hæc fides est effectus electionis.

60

De secundo dico, Augustinũ cum ita impugnat illum errorẽ, non admittere ex propria sententia vt certum, Deum habere scientiam illius futuri conditionati, sed solum ex quadam concessione, vt apertius ostenderet eius falsitatem: quasi diceret, sit ita vt vos dicitis, Deum cognouisse merita, & demerita, quę hi pueri essent habituri, si viuerent, adhuc est falsum quod asseritis, scilicet discretionem inter hos pueros, quoad electionem, & reprobationem, fuisse factam penes huiusmodi merita, & demerita: quia Deus neque refert præmium propter merita, neq; punit propter demerita, quę

re ipsa

61

re ipsa non sunt futura. Et Augustinum loqui in hoc sensu, constat ex duobus testimonijs ipsius adductis in primo argumento secundę sententię. Nam in priori, quod est ex libro de prædest. Sanct. apertẽ videtur significare ex illis verbis Sapient. 4. *Raptus est, &c.* non colligi Deum cognoscere hæc futura conditionata. Et in posteriori, quod est ex libro de origine animę, cum in principio illius capituli proposuisset hanc eadem quæstionem, & dissoluisset eam hoc eodem modo, scilicet negando Deum conferre præmium, aut pœnam propter opera, quę numquam erunt, deinde aliter dissoluit eam, scilicet dicendo esse contra infallibilitatem præscientię, concedere eam respectu futurorum, quę nunquam erunt, & idedõ subiicit illa verba, quę in argumento referuntur, *Quid quod ipsa exinanitur omninõ præscientia, si quod præscitur non erit?* Vbi illæ duę voces quod quid ita coniunctę idem valent atque *ulterius* aut *preterea*, vel alia similis particula, quę vim habeat ad denotandũ succedere aliquid secundo loco quasi in modum maioris confirmationis aut manifestationis.

62

Et de tertio testimonio dico, sensum Augustini esse Christum præsciuisse, quid homo ille esset factururus, si admitteretur ad sequendum ipsum, non quidem omninõ certõ ex parte futuri præsciti, sed certõ moraliter, & quantum erat ex parte suę propensionis, & intentionis præsentis. Et ita Augustinus paulõ inferius dicit apertẽ, illum ho-

63

minem fuisse à Christo reiectũ, quia ficto animo accedebat, scilicet querendi honorem, aut cõmodum aliquod temporale: & idedõ paucis interpositis, post verba in argumẽto relata sic ait. *Nec sic se ipsum nouerat,* (scilicet qui volebat sequi Christum) *quomodo medicus inspiciat. Nã si iam se fictum esse spectabat, si iam dolo sum, & insidiosum se nouerat, cui loqueretur non nouerat, ipse est enim, de quo Euangelista ait, nõ opus habebat, vt quisquam ei testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine.*

Ad test. D Thom.

64

Et de vltimo testimonio, quod est Diui Thomę dico posse defendi præscientiam illam peccati originalis fuisse scientiam visionis. Et ad obiectionem contra hoc factam, concedo hanc scientiam in Deo præsupponere voluntatem permittendi idẽ peccatum, & nego hanc voluntatem permittendi fuisse posteriorem voluntate incarnationis secundum ordinem prioris in quo: quia quamuis incarnatio fuerit finis totius ordinis naturę, & permissionis, non est necesse dari aliquod instans etiam rationis, in quo fuerit volita incarnatio, & non permissio: sed satis est, neque naturam, neque permissionem fuisse volitam, nisi in ordine ad incarnationem, vt ad finem, cum quo stare potest, non fuisse volitam incarnationem sine permissione, imò & sine remedio peccati cogniti vt futuri in tempore per illam visionem, quę etiam est eodem modo simul cum volitione permissionis, ita vt quamuis volitio

Voluntas permittendi peccatũ non fuit posterior voluntate incarnationis in quo etiam rationis.

per-

65

permissionis fuerit prior ordine rationis, tanquam volitio eius, sine quo non posset dari obiectum visionis, scilicet peccatum: tamen non datur aliquod instans etiam rationis, in quo detur volitio permissionis sine visione peccati: quia non datur volitio permissionis sine presentia peccati, aut obiectiva, aut in aternitate, prout requiritur ad terminandam visionem. Et ex hoc manet soluta prima probatio facta pro parte opposita.

Et ad secundam negari potest, volitionem permissionis fuisse posteriorē volitione dandi Adæ gratiam, & fidem: & quamvis fuerit posterior, non est necesse dicere, fuisse posteriorem in aliquo instanti in quo, sed solum secundum ordinem cuiusdam presuppositionis.

66
Ad testimonium pro secunda sententia.

Ad primum secundæ sententiæ respondent Stapletonius in antidotis Euangelicis in illud Matthæi. 11. *Si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, &c. S. primum id erit.* & Gabriel Vazquez 1. parte disput. 67. capite. 4. Augustinum illis locis disputare contra Pelagianos, & alios hæreticos, qui dicebant paruulos, qui moriuntur non suscepto Baptismate, damnari propter peccata, quæ Deus nouit eos esse commissuros si viuerent, & paruulos, qui moriuntur suscepto Baptismate saluari propter bona opera, quæ etiam nouit Deus eos esse facturos si viuerent, ita ut hæc peccata sint demerita respectu reprobationis, & punitionis, & bona opera sint merita respectu electionis, & gratiæ. Et contra hos Augustinū statue-

re tamquam certum, Deum neque punire, neque remunerare opera, quæ aliquis esset factururus si viueret, sed solum ea quæ reuera fecit, dum esset in hac vita, & ita nunquam negasse absolutē Deū præscire huiusmodi opera, sed cum limitatione, videlicet ad ea vel punienda, vel remuneranda.

Et iuxta hunc sensum verba adducta ex libro de prædestinatione Sanctorum exponunt hoc modo: dictum est secundum pericula vitæ huius, non quia ex periculis Deus iudicauerit tantum probabiliter, aut certò moraliter id esse futurū, sed quia secundum pericula, quæ infanti occurrerent si viueret nouit certò, & infallibiliter, mutandum esse eius intellectum. Et non obstat, quod statim subditur, *non secundum præscientiam Dei*, scilicet dictum est, quia hoc intelligitur de præscientia absoluta rerum, quæ aliquando erunt, quoniam hæc sola sufficit ad meritum vel demeritum, de quo ibi diserebat Augustinus contra hæreticos. Et idè ut explicaret se loqui de hac scientia absoluta subiecit statim: *Qui* (scilicet Deus) *hoc præsciuit quod futurum erat, non quod futurum non erat.* Quasi diceret, Deū scientia absoluta præsciuisse solū de illo puero, quod reuera futurū erat, non quod futurū erat sub conditione, quia hoc re ipsa, & absolutē non erat futurū.

Et rursus, ut explicaret se per futurum intelligere id, quod re ipsa est futurum, & per non futurum id, quod non est ita futurum, sed solum esset futurum sub conditione, subdidit

67

68

con-

69

cōtinuò: *Id est quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, non quod peccaturus esset, quia mors immatura erat absolutē futura, et verò puerum esse peccaturum non erat absolutē futurū, sed solum sub conditione si viueret.*

Et vltius vt explicaret se loqui de præscientia absoluta, & non de conditionata, eum dicit, Deum non præscire hunc puerū esse peccaturum, non addidit *si in tentatione mansisset*, quod pertineret ad scientiam conditionalem; sed *qui in tentatione mansurus non esset*, quod ad absolutam pertinet: quasi diceret, idè non præsciuit ipsum esse peccaturū, quia re ipsa non erat peccaturus, sicut neque re ipsa erat in tentatione mansurus. Et eodem modo exponunt verba, quæ adducuntur ex lib. 1. de origine animæ. Dicunt enim, Augustinum quia agebat de hac præscientia absoluta vt distinguitur à conditionali, dixisse de ea exinaniri si quod præscitur non erit: quia præscientia absoluta non potest esse certa si id quod præscitur non est re ipsa futurum.

70

Cum dicunt Sen Esi, non esse scientiā conditionatorum loquitur de scientia visionis.

Ad secundum respōdent idē autores, testimonia aliorum Sanctorum, quæ ibi referuntur, esse exponenda, sicut Augustini testimonia adducta in precedenti argumento. Et ita dicunt, Prosperum merita quæ sunt opera futura sub conditione appellasse cōmentitia: quia fictio est, carens omni fundamento, tribueri ijs operibus rationē meriti aut demeriti. Et similiter appellasse nouum absurditatis genus dicere, præsciri ea, quæ non sunt agenda: quia loquitur de præscientia, quæ

requiritur ad rationem meriti, vel demeriti, quæ vt diximus est absoluta, & consequenter operū quæ re ipsa erunt. Et eodē sensu dicunt, Damascenū negare præscientiam earum rerum, quæ non sunt in ortum proditura, aut operum nostrorum, quæ re vera non sunt à nobis facienda.


Ad vltimum, quod sumitur ex autoritate D. Thomæ, quantum attinet ad primum testimonium Gabriel Vazquez quamuis directè non respondeat, tamen ex ijs quæ capite 3. illius disputationis dicit in confirmationem suæ sententiæ, si adiungamus ea quæ ad explicandum illam sententiam D. Thomæ dixerat, disputatione 64. capite quinto, videtur insinuare respondendum esse, Diuum Thomam per illum priorē statum, quo futura sunt presentia & determinata in se ipsis, non intelligere præscientiam secundum realem existentiam, vel pro aliquo tempore, vel pro eternitate, sed solum de presentia secundum existentiam obiectiuam. Et hæc futura conditionata quamuis nunquam sint futura presentia in tempore nec aternitate, posse habere hunc modum presentia obiectiua. Et dicit multos ex discipulis Diui Thomæ explicare ipsum de hac presentia obiectiua. Ex quibus ego nullum potui videre, præter Syluestrum in prima parte conflatu, quæst. 14. art. 16. qui etiam refert Heruæum in 1. dist. 38.

Sed quidquid sit de presentia obiectiua in communi, scilicet an possit dari aliquis modus presentia obiectiua, qui conueniat futuris conditionatis, vt ra-

71

Ad testimonium D. Tho. respondetur. Vazquez.

72



Syluest. Heru.

Imbugnatur primo solutio.

Q tio-

73

tione eius possint cognosci certo, & infallibiliter: certe illa presentia obiectiua, de qua discipuli D. Thomae exponunt eius doctrinam, & de qua iuxta eius mentem debet exponi, non potest conuenire futuris conditionatis. Quod sic probo. Diuus Thomas ut probet conuenire futuris contingentibus simul, & ab aeterno eum modum presentiae in se ipsis, qui sufficiat ut simul ab aeterno cognoscatur a Deo, utitur hac ratione: aeternitas qua mensuratur diuina cognitio ambit simul, & ab aeterno totum tempus: ergo futura omnia, quae pro aliquo tempore erunt presentia, sunt simul, & ab aeterno presentia respectu aeternitatis, atque adeo respectu diuinae cognitionis. In qua ratione praesupponitur tanquam certum ideo futura contingentia habere eum modum presentiae in se ipsis (de quo loquitur D. Thomas) quia sunt presentia in aeternitate, & ideo esse hoc modo presentia in aeternitate, quia aliquando erunt presentia in tempore: ergo cum hac futura conditionata nunquam sint futura presentia in tempore in se ipsis, sequitur non esse in se ipsis presentia in aeternitate, atque adeo neque habere eum modum presentiae in se ipsis, de quo loquitur Diuus Thomas.

Confirmatur, quia uel per hanc presentiam, de qua hi autores dicunt loqui D. Thomam, intelligitur conditio conueniens futuris ratione actualis cognitionis: uel conditio conueniens eis antecederet ad actualem cognitionem. Primum dici non potest: quia D. Thomas loquitur de co-

ditione praerequisita in futuris, ut reddantur apta ad terminandam cognitionem certam, & infallibilem: ergo male exponitur de presentia, quae sit conditio conueniens futuro, quatenus actu terminat ipsam cognitionem. Si uero dicatur secundum, inquiri, an haec presentia conueniat futuro ut est intra causas, uel ut est extra. Si dicatur primum sequitur non distingui hos duos status in futuro, quod est contra D. Thomam. Et si dicatur secundum sequitur hanc presentiam obiectiuam esse presentiam secundum realem existentiam: quia sine hac non potest esse, nec intelligi aliquid ut praesens extra suas causas. Quare haec expositio non potest bene adaptari doctrinae D. Thomae: & ideo in conclusione dixi non satisfieri plenè testimonijs, quae ex D. Thoma adducuntur pro hac secunda sententia.

De secundo testimonio plura dicemus articulo sequenti, cum explicabimus, an propositio, in qua significatur aliquid esse futurum sub conditione, habeat vim consequentiae conditionalis, & qua ratione sit satisfaciendum illi difficultati, ab his qui uoluerint defendere priorem sententiam. Et de tertio testimonio dicendum est, solum conuincere Diuum Thomam noluisse uti hac scientia conditionali ad dissoluendam illam difficultatem: uel quia non erat necesse, ut pater ex solutione quam adhibuit, quae est sufficientissima: uel quia forte existimauit non dari talem scientiam, quod ex suis principijs uidetur probabilius.

75

76

AR-

1

ARTICVLVS III.

An aliqua harum sententiarum possit ostendi efficaciter ratione aliqua, siue pure naturali, siue etiam Theologica.

NT proponamus rationes, quibus probari potest prima sententia, quae negat, conuenire Deo hanc scientiam; praemittenda est haec suppositio conditionalis in qua omnes fundantur. Si haec futura conditionata sunt scibilia ut certo, & infallibiliter futura, ad perfectionem diuini intellectus pertinebit ea cognoscere. Et ut eam probemus, praemittenda est alia prior suppositio etiam conditionalis, Si haec futura sunt ita scibilia possibilis est scientia, per quam sciatur.

Si futura conditionata sunt scibilia dari potest scientia de illis.

2

Et haec probatur: quia scibile, & scientia si rectè fiat comparatio, hoc est, si scientia in actu comparatur ad scitum in actu, & scientia in potentia ad scibile in potentia, habent se ut relatiua, quae dicuntur ad conuertentiam: quia & scitum in actu dicitur aliqua scientia in actu scitum, & scibile in potentia aliqua scientia in potentia scibile, & e conuerso scientia in actu aut in potentia dicitur alicuius sciti in actu, aut scibilis in potentia scientia. Quod & ratione probari potest desumpta ex natura relatiuorum quatenus dicuntur ad conuertentiam; & testimonio Aristotelis, qui propter hanc rationem in praedicatione, capite de relatione, dicit scibile non dici relatiuè; & ideo neque ad conuertentiam respe-

ctu scientiae in actu, sed solum respectu scientiae in potentia. Et ita multa esse scibilia; quorum non est scientia in actu, sed solum in potentia, ut quadratura circuli est scibilis, & tamen eius scientia non est excogitata, sed potest excogitari: ergo si haec futura secundum illam rationem sunt scibilia; bene sequitur possibilem esse scientiam, per quam sciatur.

Confirmatur primò: quia sicut se habet sensus ad sensibile, & potentia factiua ad factibile, & calefactiuum ad calefactibile, ita se habet scientia ad scibile: ergo sicut propter hanc proprietatem relatiuorum; quae est dici ad conuertentiam; si sensibile sit possibile, & factibile; & calefactibile sit possibile, etiam est possibilis sensus, & potentia factiua; & calefactiuum est possibile; ita etiam si scibile sit possibile, erit possibilis scientia, per quam sciatur.

Confirmatur secundò: quia scibile in potentia dicitur id, quod potest sciri, & non per aliud genus cognitionis, quam per scientiam: ergo si aliquid est scibile in potentia; etiam erit possibilis scientia, per quam possit sciri; sicut quia factibile in potentia dicitur quod potest fieri per potentiam factiuam, sequitur si aliquid est factibile in potentia, etiam potentiam factiuam, per quam possit fieri, esse possibilem.

Et ex hac suppositione sequitur aperte prior: quia scientia dicit perfectionem simpliciter, & in genere entis, ita ut neque

3

4

Q 2

im-

5

importet imperfectionem, neque excludat à suo subiecto maiorem aliam perfectionem, propter impossibilitatem, quam habeat cum ea: ergo si ex eo quod aliquid sit scibile colligitur esse possibilem scientiam per quam sciatur; maximè colligetur possibilem esse hanc scientiam in intellectu diuino propter eius infinitatem: tum in genere entis: tum etiam in ratione principij intellectiui: quia ex utraque infinitate prouenit, ut omnis scientia, quæ hoc modo dicit perfectionem possit in eo reperiri.

Et ulterius: quia intellectus diuinus non est mutabilis de potentia in actum, sed est purus actus, nihil habens admixtum potentialitatis: non solum colligemus, posse reperiri hanc scientiam in intellectu diuino, sed etiam actu reperiri, imò & identificari cum ipso realiter, & formaliter à parte rei.

Et hac suppositione præmissa solum oportet probare, hæc futura conditionata esse prædicto modo scibilia, ut omninò maneat confirmata illa sententia, scilicet scientiam eorum conuenire Deo. Ad hoc autem probandum possunt confici tres rationes, quæ maiorem vim videntur habere.

Prima est: quia in re futura, absolutè suum fore vel non fore, est determinatum secundum se à parte rei, atque ad eò est scibile: ergo etiam in re futura sub conditione, suum fore, vel non fore est determinatum secundum se à parte rei, & ex consequenti scibile. Antecedens quoad secū-

dam partem patet: quia vnumquodque in quantum est ens, aut modus entis, est etiam intelligibile & scibile: quia esse intelligibile (quod est esse verum obiectiue) est passio entis. Quare si fore, aut non fore (quod in re futura est quidam modus entis, sicut in re præterita præterisse, & in re præsentis præsentitas, & in possibili possibilitas) est quid determinatum secundum se à parte rei; etiam erit determinatè intelligibile & scibile.

Et ut probetur quoad primam supponendum est, rei futuræ conuenire fore aut non fore, pro aliquo tempore futuro, in quo erit præsens suum esse, aut non esse: ut verbi gratia, prælectio futura hora sequenti, dicitur fore aut non fore pro hora sequenti, in qua eius esse, aut non esse erit præsens. Et hoc supposito sic argumentor. Adueniente illo tempore res futura non potest esse indeterminata ad esse, & ad non esse, ita ut sit quasi suspensa inter vtrumque, neque potest simul esse & non esse, sed necessariò debet habere alterum eorum determinatè, scilicet aut esse aut non esse: ut in exemplo proposito, prælectio hora sequenti non potest esse indeterminata ad esse, & ad non esse, ita ut vtroque careat, neque potest habere vtrumque simul, sed habebit alterum eorum determinatè: ergo similiter in tempore antecedenti, in quo huic rei conueniebat fore aut non fore pro illo tempore sequenti non potest talis res esse indeterminata ad fore, & ad non fore ita ut careat vtroque; neque potest habere vtrumque simul, sed

7

8

Pro sententia affirmatiua.

Arg. primū

ne-

5

necessariò debet habere alterum eorum determinatè, scilicet illud cui respõdebit præsentia quoad esse, vel quoad non esse: quia fore respicit adæquatè & determinatè esse, sicut potentia determinata ad vnum actum respicit ipsum, & eodem modo non fore respicit non esse. Quare sicut impossibile est, actum in hoc casu esse determinatum, & potètiari esse indeterminatum; ita etiam est impossibile, esse determinatum esse aut non esse, & non esse determinatum fore, aut non fore.

Et ex hoc manet probata consequentia quoad vtramque partem consequentis. Quoad posteriorem quidem: quia eo modo quo fore aut non fore fuerit determinatum, erit etiam determinatè intelligibile: & quoad priorem probatur: quia ratio qua probauimus in futuro absoluto fore aut non fore esse determinatum secundum se, & à parte rei, habet eodem modo vim respectu futuri conditionati: quia etiam futuro conditionato conuenit fore aut non fore pro aliquo tempore futuro, in quo erit præsens suum esse aut non esse; & solum est discrimen quantum ad hoc inter futurum absolutum, & conditionatum: quia futuro absoluto sicut conuenit absolutè, & sine conditione fore aut non fore, ita etiam conuenit ei absolutè habere præsens suum esse aut non esse, in tempore, pro quo dicitur fore aut non fore; at verò futuro conditionato neutrum conuenit nisi sub conditione.

Confirmatur primò: quia in tempore præsentis quodlibet est

vel non est determinatè, ita ut neque sit quasi suspensum, & indifferens inter vtrumque carens vtroque, neque simul habeat vtrumque, sed determinatè habeat alterum tantum: ergo similiter in tempore præcedenti, in quo aliquid dicitur futurum pro illo tempore in quo erit præsens conuenit ei determinatè fore aut non fore, ita ut neque sit indifferens ad vtrumque carens vtroque, neque simul habeat vtrumque, sed determinatè habeat alterum tantum. Et idem argumentum fieri potest in futuro conditionato propter rationem assignatam.

Secunda ratio est: quia si formentur duæ propositiones de aliquo futuro conditionato contradictoriæ oppositæ, altera earum debet esse determinatè vera, & altera determinatè falsa: ergo illa, quæ fuerit determinatè vera, erit scibilis, & ex consequenti suum significatum, scilicet futurum conditionatum, fore aut non fore, erit determinatè cognoscibile. Consequentia quoad priorem partem consequentis patet: quia omne verum est scibile, & intelligibile. Et quoad posteriorem partem probatur, quia cum veritas propositionis consistat in conformitate suæ significationis cum re significata, non poterit sciri veritas propositionis, quin etiã sciatur eius significatum.

Et antecedens probatur tribus medijs. Primum est: quia hæc est lex contradictoriarum ut pugnent in falsitate, & veritate.

Dices has propositiones pugnant penes veritatem, & falsitatem indeterminatam: quia neutra earum in particulari, & per se

7

Argum. 2.

8

Responder.

Q 3

sum-

Cõfirmatur

9

sumpta, habet determinatè veritatem aut falsitatem, sed quælibet habet veritatem aut falsitatem disiunctim, & penes hanc opponuntur inter se.

Impugnatur solutio.

Sed hoc facilè impugnatur, imprimis, quia sequitur ex eo nõ magis esse dicendum, has propositiones pugnare inter se in veritate, & falsitate, quàm conuenire in quavis earum: quia quælibet harum propositionum habet disiunctim veritatem & falsitatem, & ita neutra earum magis pugnat cù altera in his proprietatibus, quàm secum. Item, quia quælibet harum propositionum in particulari, & per se sumpta habet determinatè, & distinctè fundamentum veritatis aut falsitatis, scilicet significationem talem quæ determinatè potest fundare veritatem tantù aut falsitatem, aut non disiunctim vtramque.

10

Secundum medium.

Secundum medium est, quia in propositionibus contradictorijs de futuro absolutè altera determinatè est vera, & altera falsa: ergo etiã in propositionibus cõditionatis de futuro cõditionato. Antecedens probatur. Tũ quia altera illarũ propositionum determinatè, & per se sumpta sæpe reuelatur à Deo in Scriptura, & non nisi vt vera. Dices esse veram vt subest diuine reuelationi, & vt est præsens in æternitate. Sed cõtrã, quia reuelatio nõ est causa suæ veritatis, neque præsentia in æternitate est causa futuritionis in tempore, sed è conuerso: quia propositio est vera ideò reuelatio est vera, & quia res est futura in tempore, ideò est præsens in æternitate, dum tamen hæc causalis non importet cau-

lam, sed conditionem necessariò prærequisitam. Tũ etiam quia ex propositionibus contradictorijs de futuro illa est vera, quæ in tempore futuro, pro quo enuntiat aliquid esse futurum habet suam de inesse veram, & illa falsa, quæ in eodem tempore habet suam de inesse falsam, sicut in propositionibus contradictorijs de præterito illa est vera, cuius de inesse fuit vera in tempore præterito pro quo enuntiat aliquid fuisse, & illa falsa cuius de inesse in eodem tempore fuit falsa, sed propositiones de inesse penes quas regulatur veritas harum propositionum de futuro, ita se habent inter se vt vna earum determinatè, & distinctè sit vera, & altera falsa: ergo idem est dicendum de propositionibus de futuro. Et consequentia probatur: quia ratio, qua probatum est antecedens de propositionibus de futuro absoluto habet eandem vim in propositionibus de futuro cõditionato.

11

12

Tertiũ medium.

Tertium medium est: quia quælibet harum propositionum per se, & in particulari sumpta non est quasi suspensa, & indifferens ad veritatem & falsitatem, ita vt actu careat vtraque, & in potentia non magis respiciat vnã quàm alteram, sed indifferenter vtramque, neque simul habet veritatem, & falsitatem: ergo determinatè habet tantũ alteram earum, scilicet aut veritatem, aut falsitatem. Hæc consequentia videtur euidentis. Et antecedens probatur: quia quælibet harum propositionum per se, & in particulari

sum-

17

sumpta non caret actu significatione vtriusque partis contradictionis, neque habet simul ambas significationes, sed alteram tantũ determinatè: non enim potest dici illam propositionem nihil significare, neq; significare simul vtramq; partẽ cõtradictionis, vt est per se notũ vnicuique: ergo idẽ est dicendũ de veritate, & falsitate. Patet consequentia: quia veritas, & falsitas consistunt in conformitate, & difformitate significationis ad rem significatam: & dici non potest significationem illius propositionis neque esse conformem, neque difformem rei significatæ, aut simul esse conformem, & difformem: quare dicendum est esse determinatè, & tantũ conformem aut difformem, atque adeò esse eadem modo veram, aut falsam.

Confirmatur.

18

Et confirmatur totum hoc argumentum: quia si fingamus intellectum diuinum interrogare, quæ harum propositionum sit vera antecedenter ad omnem liberam determinationem diuinæ voluntatis, necessariò fatendum erit potuisse intellectum diuinum explicare, quæ sit vera. Quoniam ex opposito sequeretur poni in Deo aliquam imperfectionem suspensionis aut ignorantia: ergo de illa in particulari dicendum est esse veram. Probatur consequentia: quia non ideò esset vera, quia Deus id iudicaret, sed potius è conuerso, ideò Deus iudicaret esse veram, quia ipsa esset vera.

Secunda sententia principalis.

19

SECUNDA etiã sententia eorum, qui negant conuenire Deo hæc scientiam futurorũ conditionatorum, potest probari varijs rationibus, ex quibus aliqua supponunt oppositum fundamentum, scilicet hæc futura conditionata non habere determinationem sufficientem quoad suã futuritionem, vt possint cognosci vt futura certò omninò, & infallibiliter. Prima ratio est: quia futurum conditionatum vt futurum non est determinatum: ergo non est cognoscibile, neque ab intellectu creato, neque à diuino vt futurum omninò certò, & infallibiliter. Cõsequentia patet, tum quia quod non est futurũ non potest cognosci à Deo vt futurũ: ergo similiter quod non est determinatè futurũ non potest cognosci vt certò futurum. Tũ etiam: quia hoc non est cõtra infinitatẽ virtutis intellectiue quæ cõuenit intellectui diuino, imò potius repugnaret ei si cognosceret hoc futurũ vt certò, & infallibiliter futurũ: quia eius cognitio nõ esset cõformis modo essendi, qui conuenit huic futuro.

Argumenta pro secunda sententia.

Primũ argumentum.

20

Et explicatur exẽplo: quia omnipotentia Dei nõ potest facere id, quod secundũ se non est possibile, neque hoc est contra eius infinitatem: ergo similiter intellectus diuinus non potest intelligere vt certò futurũ id quod secundũ se non est certò, & determinatè futurum, & hoc nõ est contra eius infinitatem.

Et antecedens probatur: quia

Q 4

fi

21

si hoc futurum est determinatè futurum; aut determinatio futuritionis cōuenit ei secundum se, aut in suis causis. Primū dici non potest, tum quia hoc futurum secundum se nullum habet esse nec in tempore nec in æternitate, in quo possit fundari hæc determinatio. Tum etiam, quia repugnat idem secundum se esse simul cōtingenter, & determinatè futurum, cum contingencia importet indeterminationem, quæ repugnat determinationi, & quodcunque futurum contingens nō solum conditionatum, sed etiam absolutum, si sumatur secundum se, est contingenter futurū, & aliās non posset appellari futurum contingens: quia hoc est nomen quoddam compositum, & valet idem quod contingenter, & indeterminationem futurum. Neque etiam potest dici secundum: quia causæ non sunt determinatæ ad futuritionem huius futuri, quod de voluntate Dei videtur certum: quia vt statim dicemus voluntas diuina nihil determinauit de facto circa futuritionem futurorum conditionatorum. Et de voluntate creata, si sit huiusmodi futurum liberum, est necessariò concedendum, cum voluntas creata quatenus præsupponitur vt principium suorum actū liberorum non sit determinata ad alteram partem circa eas, sed indifferens ad vtramque. Et idem argumentum fieri potest de quocunque alio futuro contingenti, quod non est liberum, si comparatur ad suam causam proximam contingentem.

Obiectio.

Dices, causam proximam, verbi gratia voluntatem licet secun-

dum se, & absolutè non sit determinata ad futuritionem huius effectus, sed indifferens prout exigit eius libertas, tamen ex suppositione conditionis, quæ præsupponitur ad futuritionem illius effectus esse determinatam.

Sed contra: quia illa conditio non est determinata ad futuritionem effectus, neq; habet determinatam connexionem cum ea, sed indeterminatā, & indifferentem: ergo voluntas creata etiam facta suppositione huius conditionis manet indeterminata, & indifferens ad futuritionem effectus.

Secunda ratio est: quia voluntas diuina nihil prædeterminauit circa futuritionem horū futurorum conditionatorum: ergo hæc futura conditionata non sunt determinatè futura. Arque adeò, neq; possunt etiam à Deo cognosci vt certò futura. Secunda cōsequencia patet: quia si hæc futura non sunt determinatè futura, non possunt cognosci etiam à Deo vt certò futura. De quo videnda sunt, quæ dixi in argumento præcedenti in probatione consequentiæ. Et prima probatur: quia sicut nihil habet esse aut aliquem modum essendi nisi dependenter à diuina voluntate, ita nil habet esse futurum nisi dependenter à volitione, qua Deus voluerit esse futurū, & ex consequenti nihil habet esse determinatè futurū nisi dependenter à volitione, qua Deus voluerit ipsum esse determinatè futurum. Quare si voluntas diuina nihil prædeterminauit circa futuritionem horum futurorum conditionatorum, benè sequitur ipsa nō esse determinatè futura. Et antecedēs pro-

23

Respondet.

Argum. 2.

24

batur

25

batur: quia hæc futura conditionata nō sunt futura in tempore, vt diximus in principio: ergo voluntas diuina frustra determinaret aliquid circa eorū futuritionem. Et cum voluntas diuina nihil faciat, aut velit, frustra sequitur ipsam de facto nihil prædeterminasse circa futuritionem horum futurorum conditionatorum.

Tertia ratio est: quia vel scientia horū futurorū præsupponitur in Deo ordine rationis ad liberam determinationem suæ voluntatis circa futuritionem eorum, aut subsequitur eam. Hoc secundum dici non potest: quia rationes factæ ad probandum Deum cognoscere hæc futura conditionata, si habent aliquā vim cōvincunt esse id concedendū de Deo antecedenter ad liberam determinationem suæ voluntatis, & sine vilo respectu ad eam: quia præciso omni respectu ad determinationem diuinæ voluntatis circa futuritionem horum effectū potest obijci conuenire eis determinatè fore aut nō fore: quia in tempore futuro pro quo dicuntur futura cōueniet eis determinatè esse aut nō esse, & ex propositionibus cōtradictorijs formatis de eorum futuritione, vnam esse determinatè veram, & alteram determinatè falsam.

Si verò dicatur primū sequitur tria incōuenientia. Primū est voluntatem creatā esse determinatam ad futuritionem illius effectus, atque adeò non esse indifferentem & liberam ad vtramq; partem. Et probatur sequela: quia determinatio futuritionis huius effectus nō fit ex vi sciētiae diuinæ vt præsupponitur ad volitionem, ex vi hu-

ius sciētiae diuinæ, quæ cū præsupponatur ad volitionem est purè speculatiua: ergo prouenit ex determinatione voluntatis creatæ ad eam, quoniā aliās nullā habebit causam. Secundū est, conuenire creaturis determinationem ad esse independentem à voluntate Dei, atq; adeò à causalitate; quod est absurdum. Et patet sequela: quia sicut sciētia qua Deus cognoscit futurum esse hūc effectū præsupponitur ad volitionem Dei circa eius futuritionem, ita etiā obiectū talis sciētiae, scilicet futurū esse ipsum effectū debet ad eandem volitionem præsupponi. Tertiū est, etiā futura absoluta cognosci vt determinatè futura antecedenter ad volitionem qua Deus determinet vt sint futura; quod est magis absurdū: quia sequeretur esse determinatū vt aliquid creatum haberet esse in tempore ex natura rei, & independentem à voluntate Dei. Et sequela patet, quia rationes quibus probatur Deum cognoscere hæc futura conditionata antecedenter ad determinationem suæ voluntatis sumuntur ex futuris absolutis.

Quarta ratio est: quia vel Deus cognoscit tantum futura conditionata, quæ cum conditione habent connexionem necessariam, & per se, aut causalitatis, aut aliquis cōiunctionis, ratione cuius necesse sit posito vno poni alterum; aut etiam ea, quæ cum conditione non habent connexionem per se, & necessariam, sed disparatam, & omninò accidentalem, vt si Petrus ambulat Franciscus aget poenitentiam, aut si Petrus mouet digitum Paulus saltabit. Primum dici non potest: quia ratio-

27

28

Argum. 4.

Q 5

nes

29

nes factæ ad probandum Deum cognoscere hæc futura conditio nata æquè probant de primis, & de secundis: quia etiã de secundis potest dici suũ fore aut nõ fore esse determinatum: quia suum esse aut non esse erit determinatum in tempore, pro quo sunt futura; & propositiones contradictorias de eis formatas pugnare inter se in veritate & falsitate, ita ut vna earũ sit determinatè vera, & altera determinatè falsa. Neq; etiã potest dici secundũ: quia illa futura nullã omninò habent cõnexionẽ cum conditionibus, sed omninò disparatè se habent ad eas, & ita suppositio harum cõditionũ nihil omninò faciet ad esse, neque ad cognitionem futurationis horum effectuum.

Argumentat. quinto.

30

Quinta ratio est: quia nullus est modus cognoscibilitatis ex parte obiecti, quo hæc futura conditionata cognosci possint siue ab intellectu creato, siue ab increato ut futura certò, & infallibiliter: ergo nõ est dicendũ Deũ ea cognoscere. Cõsequentia patet: quia modus cognoscibilitatis ex parte obiecti habet se ut ratio formalis sub qua, respectu cognitionis, & ideò sicut ablata ratione sub qua nõ potest remanere cognitio, ita neque ablato modo cognoscibilitatis. Et antecedens probatur: quia vel hæc futura sunt cognoscibilia per simplicẽ intuitũ, & visionẽ; aut ex vi cõnexionis extremorũ. Primum dici nõ potest: quia hæc futura nunquã sunt habitura suum esse, neq; in tempore, neq; in æternitate: ergo non possunt secundũ se terminare simplicem intuitum aut visionem, & ex cõsequenti nõ sunt hoc modo cog-

pos-

noscibilia. Neq; secundum: quia cõnexio extremorũ vel est cognoscibilis ut per se nota ex terminis, & hoc dici non potest: quia hæc cõnexio non est per se nota, neque sine vllò medio inter extrema: vel est cognoscibilis per aliquod medium, & hoc facta inductione per omnia media potest impugnari. Nam vel tale medium esset extrinsecum, scilicet testimonium dicentis, vel reuelantis ipsa futura: Et tunc de dicente posset proponi eadẽ difficultas, scilicet quo modo cognouisset futura, quæ reuelaret. Et præterea hic modus cognitionis, scilicet per testimonium alterius non habet locum in Deo, tum quia ex se importat imperfectionem, tum etiam quia Deus non habet superiorẽ quoad cognitionem qui ei manifestet, & reuelet ea quæ aliter essent ignota. Aut tale mediũ esset effectus aliquis, & hæc cognitio etiã est imperfecta, & ideò non potest conuenire Deo. Et præterea futurũ cum non habeat esse non potest habere aliquem effectum, nisi forte futurum, & de hoc esset eadẽ difficultas, scilicet quomodo cognosceretur. Aut tandem tale medium esset causa aliqua, vel ratio à priori. Et hæc causa est impossibilis: quia cũ sit omninò contingens fore talẽ effectũ si poneretur talis conditio, nõ potest dari aliqua causa propria, & necessaria cõnexionis horum extremorũ.

32

Vltima ratio est: quia omnes propositiones formatæ de his futuris cõditionatis sunt falsæ: ergo etiam ipsarũ obiecta, scilicet futura cõditionata carent veritate obiectiua, & ex cõsequenti nõ

Vltimò argument.

31

33

possunt sciri. Hæc secunda cõsequentia patet: quia quod non est verum non potest sciri, iuxta illud Aristotelis, quod non est non scitur. Et prima etiam patet, quia veritas propositionis mensuratur ex veritate obiectiua rei, quæ per eam significatur. Et antecedens probatur: quia quælibet harum propositionum est cõditionalis: ergo eius veritas non est aliud, quàm bonitas cõsequentia, qua vnum ex altero inferitur. Cuius ratio est: quia propositio cõditionalis non significat aliquid esse aut non esse absolutè, sed vno sub cõditione posito aliud sequi: ex quo habuit ortum regula Dialecticorũ, qui dicunt veritatem propositionis cõditionalis cõsistere in bonitate cõsequentia: sed hæc propositio quæcunque sit de his futuris cõditionatis non est bona cõsequentia: quia cõsequentia, quæ semel est bona, semper est bona, atque adeò est necessaria, & ideò solet dici propositionem cõditionalem veram esse necessariam, & tamen hæc propositio non semper est bona cõsequentia, & ideò non est necessaria cõsequentia; quia illatio futurationis effectus ex cõditione est contingens: & ita potest aliquando posita cõditione, quæ habet locum antecedentis non inferri futuriũ, quæ habet locum cõsequentis, quod est dari antecedens verum, & consequens falsum, scilicet cõditionem poni, & effectum non poni: ergo neque est vera talis propositio. Et hæc ratio habet fundamentum in doctrina D. Thomæ prima parte, q. 14. art. 13. in solutio-

34

ne ad secundum, quam retulimus articulo præcedenti in vltimo argumento facto pro secunda sententia.

Sit Conclusio.

Nulla ex his sententijs colligitur efficaciter ex rationibus pro eis propositis. Hæc non poterit melius probari quàm ex solutionibus ipsarum rationum.

Nulla harum opinio num probatur efficaciter ratione.

Respondetur argumentis prima sententia.

Quare ad primam rationem factam pro prima sententia respondetur primò, distinguendo antecedens quoad primam partem, scilicet in futuro absoluto esse determinatum suum fore aut non fore, quia aut intelligitur de hoc futuro secundũ se, ut futurum est, & ita est falsum: quia futurum non habet esse futurum ut est in se ipso secundũ aliquem modum essendi realem, sed ut est in suis causis non solum valentibus producere ipsum, ex quo tantũ haberet esse possibile, sed etiam determinatis aliquo modo ad eius productionem, ex quo habet esse futurum. Et quia hæc determinatio causarum est impedibilis saltem quantum ad causas proximas, vel propter earum libertatem, quæ ab intrinseco est mutabilis, vel propter inefficaciam, quæ in eis prouenit ex imbecillitatẽ, & est subiecta multis defectibus, & impedimentis extrinsecis quibus impediatur futu-

Ad primũ argumentũ pro prima sententia respondetur primò.

36

ritio

37

ritio effectus, ideò in futuro ita considerato non est determinatum fore aut non fore, sed vtrumque est determinatum, & indifferens. Aut intelligatur de eodẽ futuro, vel quatenus vt futurum subest determinationi diuinæ voluntatis, quæ neque ab intrinsecò est variabilis, neque ab extrinsecò impedibilis, vel quatenus est præsens Deo secundum suam existentiam realem: aut quia existit in æternitate: aut quia secundum existentiam realem, quam habiturum est in tempore cõsideratam sub abstractione ab omni differentia temporis obijcitur, & est præsens obiectiue diuinæ visioni, quæ mensuratur æternitate. Et ita est verum. quia id quod vt est in causis proximis indeterminatis, vel propter earum mutabilitatem, vel propter extrinseca impedimenta, habet esse futurum indeterminate, potest esse determinate futurum vt subest prædeterminationi diuinæ voluntatis, vel vt est illo modo præsens scientiæ Dei. Et ita hoc explicat D. Thomas prima parte, quæst. 14. articulo 13. in solutione ad secundum, & ad tertium. Cæterum vt valeret consequentia, quæ infertur etiam in futuro conditionato esse determinatum suum fore aut non fore, oporteret antecedens esse verum in priori sensu: quia in posteriori est manifesta ratio discriminis inter antecedens, & consequens, cum circa futurum conditionatum non præcesserit actualis determinatio diuinæ voluntatis de eius futuritione, neque ipsum sit aliquando habiturum existentiam

38

realem, ratione cuius possit esse præsens realiter in æternitate, aut obijci in eadem æternitate scientiæ Dei.

Et ad probationem antecedentis quatenus deseruire potest ad probandum ipsum in priori sensu, respondetur, falsum esse id, quod in ea supponitur, scilicet futuro absoluto conuenire fore aut non fore, pro aliquo tempore futuro, in quo habebit præsens suum esse aut non esse: nam quamuis certum sit id, quod in aliquo tempore præsentis habet esse aut non esse, fuisse in tempore antecedenti futurum quoad esse, aut non esse pro illo tempore, tamen vt aliquid simpliciter, & absolute dicatur futurum pro aliquo tempore non est necesse ipsum adueniente illo tempore habere actu præsens suum esse, sed satis est in tempore, quo dicebatur futurum habuisse causas proximas determinatas ad eius futuritionem pro illo tempore, quamuis propter earum mutabilitatem intrinsecam, aut propter aliquod impedimentum extrinsecum non ita fiat.

Quod vt melius intelligatur simul cū tota hac solutione aduertendum est esse difficultatem inter Scholasticos de eo, in quo consistit aliquid esse futurum loquendo de futuro quoad esse, & non quoad enuntiationem, aut cõsiderando futuritionem vt est modus ensendi, & non vt est modus enuntiandi, & significandi. Nam quidam dixerunt futurum esse quod in tempore futuro habebit aliquando vnã de inesse veram, sicut præteritum dicitur quod in tempore præterito ha-

39

40

Quod esse habeat futurum vt futurum.

buit

41

buit vnã de inesse veram, & præsens quod in tempore præsentiam habet. Alij verò dicunt futurum esse id quod nõ habet esse in se ipso, sed solum in suis causis determinatis, aut inclinatis ad eius productionem. Vbi per non habere esse in se ipso distinguitur futurum à præsentis, quod habet in se ipso, & extra suas causas. Et per habere esse in suis causis distinguitur à præterito quod nõ habet causas valentes producere ipsum quãuis habuerit eas. Et ab impossibile, quod nullo modo potest habere huiusmodi causas, & ideò neque habet, neque vnquã habuit eas. Et per habere esse in causis determinatis aut inclinatis ad eius productionem, distinguitur à possibili respectu eius, quamuis causæ habeant facultatem causatiuam non sunt determinatæ, neque inclinatæ ad eius productionem.

42

Et probatio antecedentis, quã dissoluimus, supponit esse certam primam definitionem futuri, cū tamen plures habeat defectus, nã in primis in eadẽ definitur per se ipsum, scilicet futurum per futurum, quasi ita diceretur: futurum est quod est futurum pro aliquo tempore futuro: quia esse habiturum in tempore futuro vnã de inesse veram, idem est quod esse futurum pro tempore futuro in quo habebit suum esse præsens. Et præterea iuxta eam nihil esset verè, & absolute futurum, quod pro aliquo tempore futuro non esset futurum præsens secundum suum esse, quoniã aliàs non posset habere vnã de inesse veram.

Et tamen hoc est imprimis cõtra cõmunem modum loquendi:

43

quia de multis quæ nunquã erũt consueuimus dicere esse futura, vt prælectio mea crastina dicitur nunc futura, quia mea voluntas ex munere aut alia ratione est ad eã determinata, etiamsi morte, aut alio impedimento fiat vt non sit die crastino præsens.

Et deinde etiam est contra rationem: quia necessariò distinguenda sunt hæc tria, possibile, futurum certum & determinatum, & futurum fallibile indeterminatum aut contingens: vt multa quæ per potestiam Dei fieri possent in tempore, & nõ fient, dicuntur possible, & ortus solis die crastino dicitur futurum determinatum, & lectio mea crastina in exemplo nũc posito dicitur futurum incertum & contingens. Et ratio propter quã hæc tria debeant distingui videtur euidens: quia important distinctos modos essendi, alio enim modo dicitur res aliqua habere esse in causa, quæ habet virtutem sine vlla determinatione ad eius esse, & alio in causa quæ habet virtutem determinatam omninò saltem secundum cõmunem cursum nature, & alio in causa quæ habet virtutem determinatam mutabiliter, vel propter intrinsecam libertatem, vel propter impedimentum extrinsecum, quod naturaliter potest euenire. Et tamen iuxta illam definitionem hoc secundum genus futuri nõ distinguitur semper à possibili, sed tunc solum cum infallibiliter est aliquando habiturum esse in tempore futuro vnde cūq; proueniat esse hoc infallibile.

Et tandem est contra modum loquendi Scripturæ, in qua sæpe prædicuntur vt futuri, & vt verè futuri aliqui effectus, qui nun-

Possible futurum, certum, distinguuntur inter se.

44

Aliquando dicitur in sacra Scriptura simpliciter aliquid futurum quod tamen non eueniet.

quam

45

quam erunt, atq; aded non habebunt unam de inesse vera, cuius nulla ratio potest assignari nisi sufficere ad hoc ut effectus aliquis dicatur futurus habere causas aliquo modo determinatas, & inclinatas ad eius esse ita ut dicatur futurus quantum est ex inclinatione, & determinatione ipsarum causarum: ut cum Isaias dixit Ezechiae Regi. 4. Regum 20. & Isaias 38. *Præcipe, aut dispone domui tua, quia morieris; & non viues.* Vbi mors Ezechiae non prædicatur ut possibilis ex illa infirmitate: quia notum erat esse possibile, & ideo non consulebatur de hoc Deus, sed ut futura quantum erat ex parte morbi, & iuxta eius exigentiam. Et Ionas 3. dicitur: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Vbi etiam subversio Niniue non prædicatur ut possibilis post illud tempus, sed ut futura quantum erat ex parte causarum, quas Deus ad eam præparauerat, & iuxta exigentiam peccatorum illius populi. Et ad hoc explicandum est optima doctrina D. Thomae, qui occasione horum, & aliorum similium testimoniorum Scripturæ 1. p. q. 19. art. 7. in solutione ad secundum dicit, voluntatem Dei quoniam est causa prima, & vniuersalis non excludere causas inferiores, & ideo sæpe contingere ut aliquid sit futurum secundum dispositionem causarum, quod non sit futurum secundum determinationem causæ primæ, & è conuerso. Sicut resurrectio Lazari non erat futura per respectum ad causas inferiores, & tamè per respectum ad diuinam voluntatem erat futura. Et è contra in testimonio Isaiæ supra adducto mors Eze-

4. Reg. 4. Isaias. 38.

Ionas. 3.

46

D. Thom.

chia futura erat per respectum ad causas inferiores, & per respectum ad diuinam voluntatem non erat futura. Et ex hoc inquit prouenire ut aliquando in Scriptura prædicantur ut futura ea que nunquam erunt: quia sunt futura secundum dispositionem, & exigentiam causarum inferiorum, & meritorum, & non sunt futura secundum determinationem diuinæ voluntatis, ut in exemplis propositis est notissimum.

Et ex hoc patet solutio ad probationem consequentiæ quantum ad priorem partem consequentis: quia sicut illa ratio non est sufficiens ad probandum in futuro absoluto, fore aut non fore, esse determinatum, secundum se à parte rei, ita & multo magis non erit sufficiens ad id probandum in futuro conditionato.

Secundo respondetur ad totum hoc argumentum, quidquid sit de antecedenti negando consequentiam: & ratio discriminis quantum ad rationem, quæ adducitur in probatione antecedentis, & consequentiæ, est, quia quauis admittamus ut futuro absoluto conueniat fore aut non fore pro aliquo tempore futuro, necessarium esse ut in eodem tempore sit præsens eius esse aut non esse, non sequitur esse admittendum hoc idem in futuro conditionato: quia cum futurum absolutum dicatur quod erit præsens in aliquo tempore futuro necesse est ad ipsum præsupponi determinationem diuinæ voluntatis, sine qua nulli creaturæ potest determinate conuenire esse in aliquo tempore, & propter eandem rationem etiã est necesse ipsum habere suum esse præsens in illo tempore, quoniam

47

48

Respondetur secundo ad primum.

alias

49

alias non posset esse verum id, quod ipsi peculiariter conuenit ut distinguitur à futuro conditionato, scilicet futurum esse aliquando præsens in tempore futuro. At verò quia futurum conditionatum ita dicitur futurum ut nunquam sit futurum præsens, non est necesse aliquid horum ei conuenire.

Ad secundum argumentum respondetur primo.

Ad secundam rationem factam pro eadem sententia respondetur primo, negando antecedens. Et ut respondeamus ad media, quibus probatur, oportet explicare quem sensum habeat quedam doctrina Aristotelis, lib. 1. de interpretatione c. 8. quæ impugnatur hoc antecedenti, & tribus medijs, quæ ad eius probationem proponuntur. Et quoniam de sententia Aristotelis eo loco non parua est difficultas etiam apud Theologos, referam eam ut habetur in ipso contextu. Non autem habetur tota simul, & sine interruptione, sed in tres partes eiusdem capituli diuisa, prout necessitas aliquid probandi, aut explicandi postulabat. Nam cum in eo capite velit Aristoteles explicare quomodo in propositionibus contradicentibus de futuro contingenti sit verum id, quod ante docuerat, scilicet in contradictoriè oppositis alteram partem esse veram, & alteram falsam, inquit in ipso capitis exordio: *In enuntiationibus contradicentibus de verbo presentis temporis aut præteriti necesse esse alteram esse veram, & alteram falsam.* Et paucis interpositis, in quibus aliquibus exemplis adductis id explicat, ita inquit: *De contradicentibus de futuro contingenti, in singularibus autem atq;*

Propositiones contradictoriae de futuro nec vera, nec falsa.

50

futuris non similiter res se se habet. Ex quibus verbis omnes colligunt Aristotelem sensisse in his propositionibus non esse necesse alteram esse veram, & alteram falsam. Et hoc est primum: & deinde duabus rationibus probat hanc conclusionem, quibus absolutis ita inquit: *At verò nec quoniam neutrum verum est contingit dicere, ut quoniam neque erit, neque non erit.* Quorum verborum omnes dicunt sensum, non propterea posse dici neutram partem esse veram, & hoc est secundum. Et tertio postquam hoc probauit explicat propriam sententiam his verbis: *Et in contradictione eadem ratio est, esse quidem vel non esse omne necesse est, & futurum esse vel non, non tamen diuidentè dicere alterum necessarium. Dico autem ut necesse est esse futurum bellum nauale cras, vel non futurum esse, sed non futurum esse cras bellum nauale necesse est, vel non futurum esse, futurum autem vel esse, vel non esse necesse est.* Et quoniam hoc pertinet ad contradictionem, quæ in rebus ipsis reperitur, continuo idem explicat in contradictione propositionum his verbis: *Quare quoniam similiter orationes verae sunt quemadmodum & res, manifestum est, quoniam quacumque sic se habent ut vtrūlibet sint, & contraria ipsorum contingant, necesse est similiter se habere, & contradictionem, quod contingit in his que non semper sunt, & non semper non sunt. Horum enim necesse est alteram partem contradictionis veram esse vel falsam, non tamen hoc vel illud, sed vtrumlibet. Et magis quidem alteram veram, non tamen iam veram, vel falsam.*

51

52

Cir-

53

Circa quæ verba omnes in ali-
quibus conveniunt, nam imprimis
dicunt Aristotelem in eis tra-
dere hanc regulam, qua dicunt
Aristotelem respondere propo-
sitæ difficultati: in propositioni-
bus contradicentibus de futuro
contingenti neutra pars determi-
natè est vera, aut determinatè
est falsa, ita ut hæc determinatè
sit vera, & illa determinatè sit fal-
sa, sed hæc vel illa determinatè
est vera, & hæc vel illa determi-
natè falsa. Et itè omnes dicunt pro-
bari hac ratione: orationes sunt
veræ vel falsæ ex eo quod res sig-
nificatæ ita se habeant, aut non
habeant, sicut per eas significan-
tur, sed in rebus significatis per
propositiones de futuro con-
tingenti: altera pars oppositio-
nis determinatè est futura, &
altera determinatè non est futu-
ra, non quidem hæc, neque il-
la in particulari, sed hæc vel illa:

54

ergo idem dicendum est de veri-
tate, & falsitate propositionum,
& omnes hoc explicant exem-
plo adducto ab Aristotele in prio-
ri parte huius tertiæ sententiæ.
Nam in hac oppositione, bellum
nauale erit cras, bellum nauale
non erit cras, neutra pars in par-
ticulari est determinatè vera vel
falsa, sed altera earum sub disun-
ctione, scilicet hæc vel illa est de-
terminatè vera, & altera eodem
modo sumpta est determinatè
falsa. Et tandem conveniunt ex-
plicari hanc regulam terminis
Dialecticorum, si dicamus repe-
riri necessitatem quando sit vna
categorica facta de altero extre-
morum disuncto, non tamen in
duabus categoricis quando fiunt
duæ categoricæ cõiunctæ in v-

na propositione disunctiva quod
à Dialecticis dicitur alteram ear-
um disunctim aut sub disunctio-
ne esse determinatè veram aut fal-
sam, non tamen disunctivè: ut
cum dicitur alterum oculum esse
necessarium ad videndum, si su-
matur disunctim est verum: quia
hic vel ille est necessarius, si verò
accipiatur disunctivè est falsum:
quia neque hic, neque ille in par-
ticulari, & per se sumptus est ne-
cessarius.

Cæterum quamvis in his cõ-
veniant omnes, tamen adhuc in
sensu huius regulæ est diversitas
opinionum, quoniam particula, *de-*
terminatè, potest dupliciter su-
mi, scilicet ut modificans propo-
sitionem, de qua est sermo, & ut
modificans veritatem, & falsita-
tem, quæ ei attribuitur: & cum su-
mitur priori modo sensus est neu-
tram determinatè, id est sumptam
per se, & in particulari esse veram
aut falsam, sed alteram earum
sub disunctione esse veram aut
falsam: cum verò sumitur poste-
riori modo sensus est neutram
earum per se sumptam esse deter-
minatè, id est immutabiliter, &
necessariò veram aut falsam, sed
alteram earum sub disunctione,
inter quos duos sensus est tantum
discrimen, ut iuxta priorem nege-
tur unicuique harum propositio-
num per se sumptæ veritas, aut
falsitas, & iuxta posteriorem so-
lùm negatur eis determinata, hoc
est immutabilis aut necessaria ve-
ritas aut falsitas.

Et ita iuxta has duas acceptio-
nes illius particulæ divisi sunt au-
tores inter se: nam quidam eorum,
de quorum numero sunt Aureolus
in 1. dist. 38. art. 3. §. restat: ergo

55

Regula Dia-
lecticorum.Particula
determina-
tè, duplici-
ter accipi-
tur.

Nota.

56

Aureol.

Gre-

57

Gregor.
Cather.

Vazquez.

D. Thom.
Niphus.
Hamonius.
Magentinus.
Richard.
Maior.

58

Greg. eadem dist. q. 1. art. 1. & ex
recentioribus Cather. in opus-
culo de veritate enuntiationum,
& lib. unico de præcognitione, & pro-
videntia Dei. §. ergo ad huius rei
evidentiam, & Gabriel. Vazq. in
1. part. D. Th. disp. 66. c. 1. dicunt
eam sumi priori modo, & sen-
sum huius regulæ esse nulli pro-
positioni de futuro contingenti
sumptæ distinctè, aut in particu-
lari, siue diuise convenire verita-
tem, neque falsitatem, sed toti cõ-
plexo sub disunctione. Alij verò,
de quorum numero sunt ferè om-
nes expositores Arist. eo loco, &
peculiariter ex Latinis. D. Tho. &
Niphus, & ex Grecis Hamonius,
& Magentinus, & ex Scholasticis
Richard. in 1. dist. 38. art. 1. q. 5.
ad primam, & Maior eadè dist. q. 1.
dicunt particulam illam sumi po-
steriori modo, & sensum regulæ
esse, neutram ex contradicentibus
de futuro contingenti sumptam in
particulari, aut diuise esse de-
terminatè, hoc est, ita veram, ut
non possit esse falsa, nec ita falsam
ut non possit esse vera, sed alte-
ram earum disunctim, siue vtram-
que sub disunctione esse hoc
modo veram, aut falsam.

Et mihi hæc posterior senten-
tia magis placet. Primò, quia est
magis consentanea contextui,
quoniam rationes, quibus Ari-
stoteles probat neutram harum
propositionum determinatè esse
se veram, aut falsam deducunt al-
ferentem oppositum ad hoc, ut
concedat hoc inconueniens, om-
nia necessariò, & inevitabiliter
esse futura, aut non futura. Quod
tamen non sequitur si dicamus
quamlibet harum propositionum
per se sumptam esse veram, aut

falsam non immutabiliter, sed
cõtingenter, & ita ut facta muta-
tione in re significata, sicut fieri
potest propter eius contingen-
tiam, possit etiam ipsa mutari à
veritate in falsitatem, & è cõuer-
so. Et deinde hoc videntur signi-
ficare ultima verba ex ijs, quæ re-
tulimus: & magis quidem alteram
veram non tamen iam veram vel
falsam, quod optimè pòderavit
Hamonius, quoniam sensus earum
est, ut etiam docet. D. Tho. quã-
vis neutra pars harum contradi-
centium sit determinatè vera, aut
falsa, tamen aliquando vnam ma-
gis quam alteram inclinare ad
veritatem, scilicet determina-
tam, & immutabilem. Et ad hoc
denotandum subditur, *non ta-
men iam veram, aut falsam,*
quasi diceretur, quamvis vna
magis inclinet ad veritatem, aut
falsitatem, quam altera, non ideo
sequitur eam, quæ ita magis in-
clinat, esse necessariò veram, aut
falsam.

Et tandem hoc colligitur a-
pertè ex ultimis verbis, quibus
Aristoteles totam disputatio-
nem concludit, quæ sunt hæc:
*Quare manifestum est quoniam
non est necesse omnis affirmatio-
nis, aut negationis oppositarum
hanc quidem veram, illam ve-
rò falsam esse.* Quoniam sensus
est, constare ex dictis non om-
nium contradicentium alteram
partem esse necessariò veram,
& alteram necessariò falsam,
quia licet id ita sit in propo-
sitionibus præsentis, & præteriti
tèporis, loquendo de necessitate,
ex suppositione, tamen in
propositionibus de futuro con-
tingenti non ita se res habet.

59

60

R

Et

61

Et ideo Argyropilus ibi ita verit: *Quare patet non omnium affirmacionum, & negacionum oppositarum alteram necessario veram esse, alteram falsam.*

Verum aduertendum est, quantum ad textum Aristotelis non esse faciendam vim in particula, *determinate*, quia habeatur in ipso textu, cum semel tantum habeatur iuxta versionem Argyropili, & pro ea in antiqua translatione habeatur, *diuisentem*, hoc est eum, qui diuidit, aut sumit per se, & in particulari alteram harum propositionum: sed quia, aut ponitur expresse vox, *necessario*, aut subintelligitur ex antecedentibus, aut ex ipsa consequentia orationis.

62

Obiectio.

Sed contra hanc expositionem potest obijci: quia si Aristoteles non negaret his propositionibus de futuro contingenti sumptis diuisiue veritatem, aut falsitatem absolute, sed solum veritatem, aut falsitatem immutabilem, & necessariam, idem posset dicere de aliquibus propositionibus de presentibus, & de preteritis, scilicet de illis, que sunt in materia contingenti, vt Petrus disputauit, aut disputat, quia etiam in his est veritas, aut falsitas mutabilis, & contingens, & non necessaria, sicut etiam materia, que per eas significatur, est contingens.

Respondetur

Dices, duplicem esse necessitatem veritatis: vnam simpliciter, & alteram ex suppositione, & in his propositionibus de presentibus, & de preteritis reperiri secundam sine prima; quia etiam earum significatum, quamuis sit simpliciter contingens est neces-

sarium ex suppositione, quia omne quod est, supposito quod est, necessario est, & omne, quod fuit, necessario fuit: at vero in propositionibus de futuro contingenti neutram necessitatem reperiri, & ideo de eis peculiariter dixisse Aristotelem habere veritatem, aut falsitatem necessariam.

Sed etiam hac solutio potest impugnari, quia sicut propositio de presentibus, & de preteritis sunt vera, aut falsa necessario ex suppositione, quia earum significatum est necessarium ex suppositione, ita etiam propositiones de futuro contingenti erunt vera, aut falsa necessario ex suppositione, quia etiam earum significatum est necessarium ex suppositione. Quod potest probari, quia sicut presentibus dicitur necessarium ex suppositione, quia quod est quando est, siue supposito quod sit necessario est, ita etiam futurum dicitur necessarium ex suppositione, quia etiam futurum quando est futurum, siue supposito quod sit futurum necessario est futurum.

Ad hoc Niphus in expositione horum verborum videtur approbare hanc solutionem, quoniam inquit necessitate ex suppositione conuenire categoricam de extremo disuncto, qualis est hac; bellum nauale erit, vel non erit cras, & non alteri harum contradicentium sumptæ per se, aut disunctiue, qualis est hac: bellum nauale erit cras, & bellum nauale non erit cras. Et mihi etiam videtur admittenda illa solutio, verum oportet reddere rationem huius secundam, quod dicit Niphus, vt obiectio contra illam solutionem proposita dissoluatur.

63

Impugnatur solutio.

64

Resp. a Nipho.

Et

65

Futurum eo quod futurum est necessario est futurum dupliciter intelligitur.

Et vt hoc efficiamus aduertendum est dupliciter posse explicari hanc suppositionem, siue potius illationem effectus ex ipsa suppositione. Primo hoc modo: quod futurum est, supposito quod futurum sit necessario erit. Secundo hoc modo: quod futurum est supposito quod futurum sit necessario est futurum. Et est discrimen inter hos duos modos explicandi illationem effectus ex suppositione, quia in priori per illa verba, *necessario erit*, significatur id, quod dicitur futurum supposito quod sit futurum esse determinate & necessario habiturum suum esse presentibus in tempore, pro quo dicitur esse futurum: in posteriori vero significatur id, quod dicitur esse futurum supposito quod sit futurum habere necessario modum essendi futuri, prout distinguitur a modo essendi possibilis, & presentibus, & preteritis. Et cum dicimus in propositionibus de futuro contingenti non reperiri necessitatem ex suppositione non loquimur de eis quando illatio effectus ex suppositione explicatur posteriori modo, quia tunc effectus non est aliquid futurum pro tempore futuro; sed aliquid presentibus, scilicet modus essendi presentibus, ratione cuius aliquid dicitur futurum, qui vt dixi consistit in quadam determinatione, & inclinatione impediibili causalium ad eius productionem, sed quando illatio explicatur priori modo. Ratio vero propter quam tunc ex suppositione non inferatur necessario effectus sicut inferatur in presentibus, & preteritis, est manifesta, quia suppositio futuri non est quid determinatum immutabiliter in ordine ad hoc, vt futurum habeat esse presentibus in tempore pro quo dicitur futurum.

66

sed est quaedam determinatio, & inclinatio causarum indifferens ad vtramque partem, at vero suppositio presentibus, & preteritis est quid determinatum omnino ad hoc vt res habeat in tempore presentibus, vel habuerit in preterito suum esse presentibus.

Et hac doctrina Arist. sic presupposita patet merito fuisse a nobis negatum antecedens argumentum, de quo agimus, quia in propositionibus contradicentibus de futuro contingenti absoluto non datur determinata veritas, aut falsitas, cum queuis earum sumitur separata ab altera seu in sensu disunctiuo, multo minus poterit dari in propositionibus de futuro contingenti conditionato si sumatur eodem modo, quia multo minorem habet determinationem ex parte rei significata.

Et ad primum medium quo probatur illud antecedens, respondetur has propositiones pugnare in veritate, & falsitate, quia vna earum est vera, & altera falsa, licet neutra earum per se supra habeat determinatam veritatem, aut falsitatem. Quod non est intelligendum sicut in argumento dicitur, quia queuis earum per se sumpta habeat disunctiuam veritatem, aut falsitatem, & non alteram earum tantum, sed quia veritas, aut falsitas quam habet non est determinata, & immutabilis, aut determinata, vt in explanatione doctrinae Arist. dixi. Et ex hoc patet, primam obiectionem factam contra solutionem ibi datam non habere vim contra hanc solutionem, quia in ea supponitur neutram harum propositionum habere veritatem tantum, aut falsitatem tantum, sed vtramque disiectim.

67

68

Ad primum medium primi argumenti principalis.

R 2

quod

69

quod nos omnino negamus. Et ad secundam objectionem quantum ea potest impugnari hac nostra solutio responderetur, quavis quavis harum propositionum habeat unam tantum significationem determinatam, & immutabilem, & significatio sit fundamentum veritatis, & falsitatis, non sequitur etiam veritatem, aut falsitatem esse determinatam, & immutabilem, quia mutato termino, scilicet re significata potest mutari in significatione habitudo conformitatis, & difformitatis in qua consistit veritas, & falsitas.

Ad secundum medium principalis argumenti.

70

Ad secundum medium responderetur negando antecedens, si per esse aliquam propositionem determinate veram, aut falsam intelligatur id, quod nos dicimus, scilicet habere voluntatem, aut falsitatem determinatam, & immutabilem. Et ad primam probationem sufficit solutio ibidem data, quia illae propositiones ex suppositione divinae revelationis, aut suae praesentiae in aeternitate habent veritatem determinatam, & necessariam, non quidem simpliciter, sed ex suppositione.

Et ad objectionem contra hoc factam responderetur, relationem non esse causam veritatis quoad esse, sed quoad necessitatem illationis, sive ex suppositione, quia licet ipsa propositio secundum se, & ut obiective praesupponitur revelationi habeat veritatem, tamen haec veritas non determinata, & immutabilis, aut necessaria, nisi ex suppositione divinae revelationis. Et eodem modo distinguenda est futuritio respectu praesentiae in aeternitate, quia quantum ad suum esse praesupponitur praesentiae, ta-

men quantum ad necessitatem quam habet ex suppositione pendet a praesentia rei futurae in aeternitate, ita ut haec causalis sit vera, quia haec res futura est praesens in aeternitate, ideo est necessarium ex suppositione ipsam esse futuram. Et ad secundam probationem negandum est requiri ad veritatem propositionis de futuro habere actu unam de inesse veram in tempore futuro, pro quo enuntiat aliquid esse futurum, quia satis est, habere eam quantum est ex parte determinationis, & inclinationis causarum, quavis de facto propter aliquod impedimentum, aut alia de causa non habeat eam, ut late explicui in solutione praecedentis argumenti.

71

Possit etiam ad hoc medium responderi negando consequentiam, quid sit de antecedenti. Et ratio discriminis possit assignari ex discrimine constituto inter ipsa futura absoluta, & conditionata in secunda solutione praecedentis argumenti.

72

Ad tertium medium concessio antecedenti distinguendum est consequens: quia si per habere determinate veritatem, aut falsitatem intelligatur habere actu tantum alteram earum, concedenda est consequentia, si vero intelligatur ipsam veritatem, aut falsitatem esse determinatam, & immutabilem, ita ut propositio, quae semel est vera non possit reddi falsa, & e converso, neganda est consequentia. Et ad probationem dandum est, solum posse inferri ex antecedenti consequens sumptum in priori sensu, quia ex eo, quod aliqua propositio non careat actu veritate, & falsitate, neque actu habeat simul utramque, solum potest colligi habere determinate, id est tantum alteram

Ad tertium medium principalis argumenti.

earum

73

earum, non tamen habere eam determinate, id est immutabiliter, & necessario. Et ad hoc explicandum est optima doctrina Scoti in 1. dist. 83. q. unica in solutione primi argumenti principalis, & Gabrielis eadem dist. q. unica art. 1. notabili 7. Qui dicunt non esse idem determinate verum, & necessario verum, quia determinate verum dicitur, quod ita est verum, ut non sit falsum, at vero necessario verum dicitur, quod ita est verum, ut non possit esse falsum, scilicet eodem modo, quo dicitur necessario verum, hoc est, aut simpliciter, aut ex suppositione. Et ideo potest aliquid in hoc sensu esse determinate, & contingenter verum, quia ita est verum, ut non sit falsum, & possit esse falsum.

Obiectio.

74

Et si obijcias ex probatione antecedentis posse colligi consequens in posteriori sensu, si ita arguemur: quolibet harum propositionum non caret actu significatione utriusque partis contradictionis, neque habet actu simul significationes utriusque partis, sed habet actu tantum significationem alterius partis, & hanc habet immutabiliter, quia ita habet eam, ut non possit habere significationem alterius partis: ergo idem est dicendum de veritate, aut falsitate, quae in hac significatione fundatur.

Respondetur Significatio potest convenire propositioni immutabiliter & veritas mutabiliter

Respond. negand. consequens. quia ut explicui in solutione. 1. medium bene potest contingere significationem convenire propositioni immutabiliter, & veritatem convenire ei mutabiliter, & ita nulla facta mutatione in significatione mutari veritatem, aut falsitatem quae in ea fundatur propter mutationem obiecti, ut haec proposi-

tio, Petrus stat, eandem habet significationem, sive Petrus stet, sive sedeat, & tamen Petro stante est vera, & Petro sedente est falsa.

75

Ad confir. respond. imprimis illum casum esse omnino impossibilem, quia intellectus divinus a nullo alio posset de veritate illius propositionis interrogari praeterquam a se ipso, & ipse cum evidenter cognosceret nihil habere rationem futuri, neque non futuri contrarie antecederet ad determinationem divinae voluntatis non ferret iudicium aliquod circa veritatem, aut falsitatem propositionum, quibus enuntia retur aliquid esse futurum, aut non futurum, neque quamvis sibi esset possibile proponeret interrogationem aliquam.

Ad confir. respond. 1.

Et deinde admissio illo casu impossibilem, scilicet interrogari intellectum divinum, quae illarum propositionum esset vera, & quae falsa, dicendum est intellectum divinum posse respondere quantum esset ex parte circumstantiarum, & propensionis causarum primarum pro tali occasione ad productionem effectus significati, quae esset magis propensa ad veritatem, & quae magis propensa ad falsitatem, non tamen determinate, quae esset vera, & quae falsa, quavis intellectus divinus in tali casu esset quasi suspensus dum non responderet quae illarum propositionum esset vera, aut falsa, imo & diceretur nescire negative, hoc est non scire, quae esset vera aut falsa, tamen neutrum in ipso esset imperfectio, quia non proveniret ex defectu virtutis cognoscitivae, sed ex eo, quod res non esset cognoscibilis sub ratione futuri, aut non futuri contrarie, cum neque esse futuram, neque non esse futuram contrarie

76

R 3

possit

77

possit ei conuenire, nisi supposita determinatione diuinæ voluntatis ad alteram partem. Sicut si intellectus diuinus interrogaretur, quæ harum propositionum contradicentium sit vera, & quæ falsa: partes huius continui sunt pares, partes huius continui non sunt pares; non posset respondere, neque id esset in ipso aliqua imperfectio, quia non proueniret ex defectu virtutis cognoscitiuæ, sed ex eo quod partes continui non habent rationem parium, vel non parium contrariè, siue imparium, & ex consequenti non possunt sub tali ratione cognosci, cum nulli multitudini possit conuenire habere determinatè partes pares, aut impares nisi sit certa, & determinata: quod non conuenit multitudini partium continui, quæ propterea dicitur infinita syncategorematicè. Cui verò dicitur suspensionem, aut nescientiam importare imperfectiorem, intelligitur quando prouenit ex defectu virtutis cognoscitiuæ circa res cognoscibiles ex sua natura.

78

Obiectio.

Sed obijcies, quia hæ duo propositiones opponuntur contrariè: ergo altera earum habet determinatè, id est, tantum veritatem, & altera falsitatem: ergo cognoscibile est, quæ earum sit vera, & quæ falsa. Et ex consequenti si Deus id non cognoscat proueniret ex defectu virtutis cognoscitiuæ in ipso, atque adeo importaret imperfectionem. Antecedens patet, quia omnes leges requisitiuæ ad propositiones contradicentias ex parte modi oppositionis reperiuntur in his. Et prima consequentia etiam patet, quia pro-

positiones, quæ verè opponuntur contrariè debent pugnare in veritate, & falsitate saltem, ita ut vna sit determinatè, id est, tantum vera, & altera falsa, licet neutra per se sumpta debeat esse determinatè, id est immutabiliter, & necessariò vera nec falsa, ut paulò superius diximus in solutione secundi argumenti principalis. Et secunda etiam patet, quia eo modo, quo aliquid est verum, est cognoscibile. Et ex his sequitur apertè tertia, quia si propositio est cognoscibilis, & Deus non cognoscit eam, necessarium est id prouenire ex defectu virtutis cognoscitiuæ in ipso, cum sicut difficultas, ita & impossibilitas cognoscendi aliquid non possit prouenire, nisi aut ex defectu cognoscibilitatis in obiecto, aut ex defectu virtutis cognoscitiuæ in cognoscente.

Ad hoc aliquis posset respondere, difficultatè, & impossibilitatè cognoscendi aliquid obiectum non tantum prouenire ex defectu cognoscibilitatis in obiecto, aut virtutis cognoscitiuæ in cognoscente, sed etià ex parte modi cognoscendi, scilicet, quia difficile est, aut impossibile dari modum, quo cognoscatur obiectum, quod de se est cognoscibile, & ita in hoc casu non posse cognosci, quæ harum propositionum sit vera, & quæ sit falsa, non quia obiectum non sit cognoscibile, neque quia Deo deficiat virtus cognoscitiua, sed quia non datur modus quo possit cognosci.

Sed hæc solutio non est sufficiens, quia si obiectum est cognoscibile etiam erit cognoscibile speciali aliquo modo, quia nullum obiectum particulatè est

79

80

Respondetur

Impugnatur solutio.

cog-

81

cognoscibile, aut intelligibile in communi, & abstrahendo ab omni modo cognoscibilitatis, scilicet aut per medium, aut sine medio, & ita discurrendo per omnes modos particulares, quibus aliquid potest cognosci: ergo si, quia non datur modus cognoscendi, non potest aliquid cognosci necesse est hoc prouenire ex defectu virtutis cognoscitiuæ, scilicet, quia modus cognoscibilitatis, qui conuenit obiecto, est improporcionatus virtuti cognoscitiuæ, & superexcedens eam. Sicut si id, quod secundum se est factibile, & speciali modo factibile non potest fieri ab aliqua virtute factiua, quia non datur modus, quo fiat, necesse est id prouenire ex defectu talis virtutis, scilicet quia modus, quo illud est factibile non est ipsi proportionatus. Et confirmatur, quia in hoc casu datur modus ex parte obiecti, quo cognoscatur, aut fiat: ergo non potest dici simul deesse modum, quo cognoscatur aut fiat à tali virtute nisi propter defectum ipsius virtutis.

82

Resp. 1.

Et ideo aliter responderetur imprimis admittendo antecedens, & primam consequentiam, & distinguendo consequens secundæ: si enim sit sensus esse cognoscibile, quæ illarum propositionum habeat illum modum veritatis contingentis, & mutabilis, concedenda est consequentia, & hoc solum conuincit eius probatio. Si tamen sensus sit, esse cognoscibile, quæ illarum propositionum sit vera indefectibiliter, & immutabiliter, neganda est consequentia, quia sicut neutra illarum propositionum habet hunc mo-

dum veritatis, ita neque est cognoscibilis ut habens eum. At verò ut hoc argumento probaretur intentum, scilicet Deum cognoscendo, quæ harum propositionum sit vera, & quæ falsa cognoscere etiam quid infallibiliter esset futurum circa vtramque partem contradictionis, oporteret valere illam secundam consequentiam in posteriori sensu, quia ex veritate mutabili, & defectibili alicuius propositionis, non potest colligi esse infallibiliter futurum id, quod per eam significatur.

Secundò magis consequenter ad solutionem confirmationis responderetur negando antecedens, & primam consequentiam. Quia in hoc casu, scilicet antecedenter ad determinationem diuinæ voluntatis illæ duæ propositiones non sunt contrariè oppositæ, imò neque sunt propositiones nisi materialiter, neque significant aliquid. Et quia hoc postremum, scilicet nihil significare est radix antecedentium, cum voces, quæ nihil significant non possint constituere propositionem, quæ est oratio significans verum vel falsum, & ex consequenti non possint constituere id, cui conueniat modus oppositionis, qui est proprius propositionum: ostendam illud vltimè esse verum.

Atque ad id, utar doctrina D. Thomæ 1. part. quæstio. 13. art. 1. ex eo quod Aristoteles dixit lib. 1. de interpretatione capit. 1. voces esse earum, quæ sunt in anima passionum siue conceptuum notas, colligit voces referri ad significandas res media

83

Resp. 2.

84

Antecedenter ad determinationem diuinæ voluntatis propositiones de futuro nihil significant.

D. Thom.

R 4

con-

85

Propositio, quæ non refertur medio conceptu ad aliquid significandum nõ significat formaliter aliquid.

conceptione intellectus, & ideo secundum quod aliquid à nobis intellectu concipi potest, sic etiã posse à nobis vocibus significari. Nã ex hac doctrina benè sequitur propositionẽ, quæ nõ refertur medio cõceptu mētis ad aliquid significandũ non significare formaliter aliquid, sed solum materialiter in quantum est res instituta ad significandum, vt si proferretur à Platõ non intendẽte significare per eam aliquid à se conceptum. Quare cum Deus in hoc casu, scilicet ante determinationem suæ voluntatis, nihil concepisset circa futuritionem, aut non futuritionem effectus, nihil apud eum posset hæc propositio significare. Et idem maiori ratione dicendum erit de propositione mentali ab alio formata, quia neq; hæc posset apud Deum significare, nisi vt subordinata suo conceptui.

86

Obiectio.

Et si adhuc obijcias, si ante determinationem diuinæ voluntatis, nihil habet rationem futuri, Deum in hoc casu iudicaturum effectum, de quo loquimur non esse futurum, atque adeò propositionem negatiuam, quæ id significat, esse veram, & affirmatiuam falsam. Respondetur non futurum sumi duobus modis. Primò negatiuè pro eo, quod non habet modum essendi futuri quamuis possit eum habere vt possibile nõ habet omnia requisita, vt sit futurum, & potest ea habere. Secundò contrariè pro eo, quod importat aliquit repugnans modo essendi futuri, vt id, quod est possibile fieri, & Deus decreuit non esse faciendum, habet hoc, ratione

Respondetur Non futurum duobus modis sumitur negatiuè, & positiuè.

cuius repugnat ipsi esse futurum. Et quando dicitur de aliquo non esse futurum, quia consideratur antecedenter ad determinationem diuinæ voluntatis, de eius productione sumitur non futurum priori modo, quando verò in propositione negatiua opposita affirmatiuæ negatur esse futurum, sumitur posteriori modo. Et sicut non valet argumentum à negatione alicuius requisiti, vt aliquid sit futurum ad positionem alicuius repugnantis vt sit futurum, ita neq; valebit argumentum, quo ex cognitione alicuius sub ratione nõ futuri priori modo colligitur.

Explicatur sententia asserens Deum cognoscere futura conditionata, & quatuor modi illam defendendi.

SUPEREST nunc dissoluere argumenta, quæ posita sunt contra secundam sententiã eorum, qui asserunt cõuenire Deo hanc scientiam futurorum conditionatorum, prius tamen quã id præstemus, oportet explicare, quo sensu sit accipiẽda, quoniam à suis autoribus quatuor præcipuis modis solet explicari. Primus est eorum, qui dicunt Deum cognoscere hæc futura conditionata in suis causis proximis indeterminatis, & indifferentibus ad vtramque partem, quia Deus ita eas, & earum vim penetrat, vt cognoscat infallibiliter in quam partem sit vna quæuis earum liberè, aut contingenter determinanda, si producat cum his, aut illis circumstantijs, scilicet cum his moti-

87

88

Quatuor modi declarandi, quomodo Deus cognoscat futura conditionata.

uis

89

uis, & occasionibus inclinantibus ad alteram partem, & cum hac remotione impedimento rã retrahentium ab eadem parte
Et quia ad quamcumque cognitionem requiritur præsentia obiecti secundum eam rationem, quæ est obiectum, & vis proportionata ex parte principij cognoscitiui, vt explicent, quæ ratione hæc duo concurrant ad hanc cognitionem dicunt imprimis Deum habuisse præsentiam obiecti non solum ab æterno, sed antecedenter secundum ordinem rationis ad omnem liberam determinationem suæ voluntatis circa futuritionem rerum, quia in sua essentia ratione suæ naturæ, & infinitatis, atq; adeò ante actus liberos voluntatis continebantur eminenter omnes causæ liberæ, & cõtingentes, & omnes modi, quibus possent determinari ad suas operationes cū omni diuersitate circumstantiarum tam ex parte motiuorum, quã ex parte remotionis impedimento. Et deinde dicunt etiam habuisse vim proportionatam ex parte principij intellectiui, vt cognosceret in quam partem esset vnaquæque causa determinanda, si in tali ordine circumstantiarum, & occasionum produceretur, quia propter eminentiam, & infinitatem suæ virtutis cognoscitiuæ adæquabat cognitione suam essentiam, & infinito excessu superabat omnia creabilia, prout in essentia representabantur, & ideo adæquatè cõprehendebat essentiam, & infinite superexcedendo comprehendebat omnia creabilia, &

90

omnes ordines rerum, & circumstantiarum, sub quibus possent creari. Ex quo prouenit, vt ita penetraret vim causarum creabilium, siue contingentium siue liberarum, vt cognosceret omnes effectus, qui ab eis possent prouenire, siue contingenter, siue liberè, non solum sub ratione possibilium, sed etiam sub ratione futurorum, sub conditione scilicet si eadem causæ producerentur in tali, vel tali ordine rerum, & sub his circumstantijs, aut sub illis, quia hoc pertineret ad superexcedentem illam comprehensionem, vt ex vi eius cognosceretur non solum quid vnaquæque causa posset facere, sed etiam quod esset factura pro diuersitate circumstantiarum, quibus esset adiuncta. Cuius ratio videtur esse, quia comprehensio adæquata extenderetur ad omne id, quod causa posset facere: ergo comprehensio tam infinite superexcedens extenderetur etiam ad id, quod esset factura sub conditione explicata.
Et additur iuxta hanc sententiã requiri comprehensionem infinite superexcedentem, & non sufficere adæquatam, imò neque quamcumque maiorem comprehensionem, quã sit res comprehensa, vt vitentur duo inconuenientia, quæ videntur sequi ex eo, quod comprehensio causæ indifferentis sufficiat ad cognoscendum, quid ipsa causa factura esset.
Primũ est intellectũ diuinum quatenus ita præsupponebatur determinationibus liberis voluntatis circa res futuras, potuisse

91

92

Nota.

cog-

37

93

cognoscere, imò & de facto cognovisse in quâ partem voluntas erat determinanda, quia intellectus comprehendebat suâ cognitione ipsam voluntatem. Et videtur hoc esse inconueniens, quia cum non proueniret ex excessu intellectus super voluntatē, deberet prouenire ex determinatione ipsius voluntatis ad alteram partem.

Et potest confirmari: quia quamuis in diuersis suppositis vnum ex comprehensione alterius cognosceret quid alterū sit electarum, non tollat alterius libertatem, tamen in eodem supposito hæc scientia antecedens liberam determinationem voluntatis, maximè si sit scientia intellectus ex natura rei proportionati, & ordinati ad dirigendum immediatè voluntatem in suis electionibus videtur tollere omnem eius libertatem. Quod probatur, quia hæc scientia cum antecederet electiones voluntatis non penderet ab eis, neque quantum ad suam substantiam, neque quantum ad aliquam modificationem: ergo per intellectum habentem talem scientiam proponeretur voluntati determinatè, & sine indifferentia altera pars, scilicet illa in quâ cognosceret ipsam voluntatem se esse determinaturâ: ergo in tali casu non esset in voluntate indifferentia formalis ad eligendum vtramque partem, sed determinatio ad alteram tantum, scilicet ad eam, quæ proponeretur per intellectum. Hæc secunda consequentia patet, quia si in potentia cognoscitiua, quæ dirigit appetitiuâ non sit indifferentia ra-

dicalis, scilicet quantum ad iudicium directiuum, neque in ipsa appetitiua erit indifferentia formalis. Quod nunc suppono vt certum ex ijs, quæ dici solent in materia de libero arbitrio. Et prima probatur, quia impossibile videtur in eodem intellectu cum hac scientia de futura electione alterius partis esse simul iudicium mouens, & dirigens cum indifferentia ex parte sua ad eligendum. Et hoc argumentum habet maiorem difficultatem in Deo, in quo propter suam immutabilitatem hæc scientia cum sit naturalis non potuit aut non fuisse, aut non esse postquam semel fuit.

Et non est ad propositum instantia de Christo, qui per scientiam diuinam, vt Deus comprehendebat infinitè suam voluntatem creatam, atque adeò cognoscebat, quid esset electura sine læsione suæ libertatis, quia intellectus diuinus, & eius scientia non ordinabatur ex natura rei ad mouendum, & dirigendū immediatè voluntatem creatâ; & ideò ita se habebat quantum ad hoc, ac si esset in alio supposito. Et potest hoc explicari exemplo ab opposito: nam in homine indifferentia cognitionis intellectiua non sufficit, vt in appetitu sensitivo secundum se sit indifferentia formalis, quia immediatum, & proportionatum motuum appetitus sensitui non est cognitio intellectiua, sed sensitua: ergo pari ratione determinatio huius scientiæ diuinæ in Christo, quia non est proportionatum, & immediatum motuum voluntatis creatæ non sufficit,

95

96

97

vt in ipsa voluntate creata non sit indifferentia formalis, quoad suas electiones.

Et multò minus est ad propositum alia instantia de anima Christi, quæ per scientiam beatam cognoscebat, quid sua voluntas esset factura. Cui similis est alia de eo, qui per reuelationem cognoscit, quid sit facturus, vt Petrus cognouit ex Christi reuelatione esse futurum infallibiliter suum peccatum negandi Christum. Quia contra vtramque potest obijci, neutram scientiam esse necessariam simpliciter, sed solum esse necessariam ex suppositione subordinationis ad scientiam, vel reuelationem Dei, & ideò sicut scientia, aut reuelatio Dei non auferebat libertatem voluntati creatæ, ita neque scientia, aut quæcumque alia cognitio, quæ solum habet infallibilitatem in quantum ei subordinatur. Vitatur autem hoc inconueniens, quia intellectus diuinus, quamuis comprehendat voluntatem diuinam, non excedit eam infinitè, imò neque in aliquo gradu. Sicut propter eandem rationem intellectus Angelicus quatenus presupponitur determinationibus liberis voluntatis Angelici, quamuis comprehendat eam non cognoscit in quam partem sit se ipsam determinatura.

Secundum inconueniens est, posse communicari per Dei potentiam intellectui creato vim ad cognoscendum antecedentes ad omnem determinationem voluntatis, in quam partem sit se ipsam determinatura, siue sit propria, siue aliena. Imò & de facto conuenire hoc naturaliter intel-

98

lectui cuiuscumque Angeli tam respectu propriæ voluntatis quâ respectu alienæ. Et esse hoc inconueniens, quoad primum exemplum, saltem respectu propriæ voluntatis, patet ex ijs, quæ diximus in declaratione præcedentis inconuenientis. Et quoad secundum exemplum probatur, quia est propriū Dei cognoscere per facultatē propriæ naturæ certò, & infallibiliter futura libera aut etiâ contingentia. Et sequi ex hac sententia probatur: quoad primum exemplum, quia non repugnat intellectum hominis, vel Angeli eleuari ad hoc, vt comprehendat voluntatem creatam, siue propriam, siue alienam. Et quoad secundum, quia naturale est cuiuscumque Angelo per intellectum suum comprehendere se ipsum, & quemcumque alium Angelum inferiorem, & hominem, quare etiam erit ipsi naturale comprehendere horum omnium voluntates.

Vitari autem hoc inconueniens iuxta hunc modum dicendi patet, quia comprehendere aliquam voluntatem, siue propriam, siue alienam excedendo ipsam infinitè, non potest communicari supernaturaliter alicui intellectui creato, cum positâ in eo quacumque eleuatione maneat intra limites entis creati, atque adeò finitè distans ab alijs creaturis, licet pertineat ad altiorum ordinem, & multò minus potest alicui conuenire naturaliter secundum propriam facultatem. Hunc modum explicandi hanc sententiam sequitur Molina. 1. parte. quæstione. 14. artic. 13. disp. 4. in explicatione, &

99

100

Molina.

proba-

101

Refutat. 1. Modus.

probationibus primę conclusio- nis, & disp. 17. §. triplicem sen- tentiam, & disp. 18. membro. 1. Sed hic modus explicandi prædictam sententiam mihi non placet, & ratio, quę me mouet est hæc: ex vi, & meritis causę indif- ferentis ad vtramque partē qua- tenus ita indifferens est non po- test provenire, in re altera pars infallibiliter: sed voluntas crea- ta quatenus præsupponitur sal- tem ordine naturę ad suum actū quantumcumque sit præuenta maximis motiuis ad alteram par- tem, & habeat remota omnia impedimenta est causa actu in- differens, & libera ad vtramque partem, vt etiam admittitur in ipso modo dicendi, quem im- pugnamus, & debet admitti, ne denegetur voluntati libertas cir- ca suos actus: ergo ex vi, & meri- tis voluntatis, ita considerata non potest provenire, re ipsa in- fallibiliter altera pars. Et vlti- rius: sed ex vi comprehensionis causę non potest cognosci futu- ram esse infallibiliter alteram partem circa effectum, nisi quia ipsa pars est infallibiliter futura ex vi, & meritis ipsius causę. Ergo si ex vi, & meritis causę non provenit infallibiliter talis pars, non sufficit comprehensio cau- sę quantumcumque perfecta ad cognoscendum futuram esse in- fallibiliter talem partem. Proba- tur hæc vltima minor, quia ex vi comprehensionis causę tantum cognoscitur id, quod continetur in virtute ipsius causę, siue tan- quam effectus aliquis, siue tan- quam modus alicuius effectus, aut suę productionis. Ergo ex vi comprehensionis alicuius causę

non potest cognosci, esse infalli- biliter futuram alteram partem circa eius effectum, nisi quia ipsa pars est infallibiliter futura ex vi, & meritis ipsius causę. Ante- cedens autem huius probatio- nis patet, quia ex vi comprehen- sionis alicuius causę, si confide- retur formaliter, quatenus est eius comprehensio, solum po- test cognosci id, quod in ipsa causa continetur aliquo modo, scilicet aut actu, aut virtute, & in potentia: quare cum effectus, aut modus effectus non contineatur actu in sua causa, si non contine- tur virtute, non poterit cognos- ci ex vi comprehensionis causę. Et consequentia probatur, quia nisi talis pars sit infallibiliter fu- tura ex vi, & meritis causę non continebitur infallibilitas futu- rationis talis partis virtute in ip- sa causa.

Confirmatur, quia iuxta hęc modum dicendi non vitantur duo inconuenientia, quę hęc sunt posita. Quod sic probatur, aut excessus ille infinitus com- prehensionis est necessarius ex parte rei cognitę, aut solum ex parte cognoscentis. Primum di- ei non potest, quia aliās sequere- tur non dari comprehensionem, sine illo infinito excessu, quia nõ cognosceretur res quantum ip- sa ex natura sua esset cognosci- bilis, quod tamen est contra id, quod admittitur in ipso modo dicendi, scilicet dari comprehen- sionem secundum adæquatio- nem cognitionis ad cognosci- bilitatem obiecti, & contra eui- dentem rationem, qua proba- tur Angelum naturali facultate sui intellectus comprehendere

105

104

Confirm.

natu-

105

Secundus mo- dus explicandi hanc sen- tentiam.

naturas inferiores, præsertim in- feriores secundum gradum qua- les sunt materiales. Si verò dica- tur secundum, sequitur, non esse necessarium illum excessum in comprehensione ad cognoscen- dum quidquid ex vi cognitio- nis causę potest cognosci: quia non est necessarius ad cognos- cendum causam, quantum cog- noscibilis est, atque aded, neque ad cognoscendum omnia, quę ex ipsa dimanant.

Secundus modus explicandi hęc sententiam, est aliorum, qui dicunt Deum cognoscere hęc fu- tura conditionata in prædeter- minatione suę voluntatis, qua prædefiniuit, quid esset facturus non solum absolute, sed etiam sub conditione, si hæc aut illa conditio poneretur, aut si volū- tas hominis, vel Angeli crearetur in hoc, aut illo ordine rerum, & sub his circumstantijs, aut sub illis.

Pro hoc modo dicendi nul- lum legi autorem, sed vidi ali- quos in disputationibus Theo- logicis eū defendentes. Et Gabr. Vazquez disput. 67. capit. 4. eū refert, sine nomine auctoris, & si- mul impugnat, quia existimat ef- se impossibile conuenire Deo hanc prædefinitionem liberam circa futura conditionata, quę nunquam erunt. Quod sic pro- bat: Hęc prædefinitio libera so- lum addit in Deo relationem rationis ad terminum, vt futurū, quia in hoc distinguitur hęc præ- definitio in Deo a reliquis acti- bus liberis, qui etiā solum ad- dunt speciales relationes ratio- nis distinctas secundum exigen- tiam suorum terminorum. Ergo

106

Impugna- tur a Vaz- quez.

Prædefini- tio libera so- lum addit in Deo rela- tionē ratio- nis ad ter- minum.

107

cum terminus huius prædefini- tionis, scilicet effectus, qui dicitur futurus sub conditione, non sit re ipsa futurus, non potest ef- se in Deo relatio rationis ad ta- lem terminum, vt futurum, atq; aded, neque prædefinitio, quę solum addit hanc relationem ra- tionis. Patet vtraque consequen- tia, quia deficiente aliquo termi- no relationis necesse est defice- re relationem ipsam, saltē prout ad eum terminatur, & ex conse- quenti, etiam est necesse auferri quatenus præcise importat hanc relationem.

Sed mihi hæc sententia non placet, quia existimo esse falsum vniuersaliter Deum nullum ef- fectum prædeterminasse liberè saltem sub conditione, qui non sit re ipsa futurus in hoc vniuer- so, vt explicui articulo primo de aliquibus effectibus, quos neces- sarium erat esse certò futuros sub conditione ad veritatem ali- quarum prædictionum, & pro- missionum, quę a Deo sunt factę sub conditione ex parte ob- iecti.

Et ratio pro illa sententia fa- cta non est efficax, quia potest ei responderi, relationes rationis, quas addunt huiusmodi præde- finitiones, quę sunt conditiona- tæ ex parte sui obiecti respicere terminum, vt futurum non ab- solutè, sed sub conditione. Quia sicut iuxta doctrinam Aristote- lis in prædicamento relationis non omnibus relatiuis est, asig- nandus terminus eodem mo- do, sed relatiuis potentialibus terminus in potentia, vt calefa- ctiuo calefactibile, & relatiuis actualibus terminus in actu, vt

Solutio Vaz- quez impug- nativ.

108

Aliqua fu- tura condi- tionata quę non sunt fu- tura sunt à Deo præde- finita.

cale-

109

calefacienti calefactum, ita etiam non omnibus relationibus, quæ respiciunt terminum ut futurum, est assignandus terminus, ut futurum eodem modo, sed relationibus, quæ respiciunt terminum ut futurum absolute, & sine conditione assignari debet terminus, qui sit re ipsa futurus absolute, & sine conditione: & relationibus, quæ respiciunt terminum ut futurum tantum sub conditione assignandus est terminus, qui sit eodem modo futurus, scilicet sub conditione. Et ad hoc ut aliquid dicatur futurum sub conditione, ut distinguitur à possibili, & à futuro absoluto non est necesse esse aliquando re ipsa futurum in hoc universo.

Obiectio.

110

Sed obijcies sequi ex hoc esse concedendam aliquam mutationem in Deo. Probatum sequela primo, quia vel hæc ratio rationis est duratura in Deo in æternum, vel solum usque ad tempus, in quo esset ponenda conditio. Primum dici non potest, quia ex eo sequeretur concedendum esse Deum in æternum prædefinire, ut fiat talis effectus. Si verò dicatur secundum sequitur intentum, quia tunc de nouo desinet esse illa ratio inter Deum, & effectum: ergo desinet esse per mutationem aliquam in altero extremorum, quia cum hæc ratio non sit voluntarie constituta in Deo, sed habeat aliquod fundamentum, si extrema haberent se eodem modo sicut antea, etiam ratio conueniret Deo eodem modo sicut antea. Quare cum hæc mutatio non fiat in creatura, scilicet in effectu, quod non habet esse reale non

est capax mutationis realis, fiet in Deo. Secundò probatur eadem sequela, quia hæc ratio non conuenit Deo necessariò, sed liberè, atque adeò potuit non conuenire ipsi, & cum non sit constituta ad placitum, supponet fundamentum aliquod reale in altero extremorum, quod ita ei conueniat, ut potuerit non conuenire, atque adeò sit causa, vel ratio formalis alicuius mutationis, aut accidentalitatis in ipso, quamuis fuerit ei coæua: & cum hoc fundamentum non sit in effectu, qui nunquam est habiturus esse, erit in Deo, atque adeò in ipso erit ratio mutationis, aut accidentalitatis.

Respondetur negando sequelam. Et ut respondeamus utriusque probationi aduertendū est hanc obiectionem continere difficultatem quandam partim communem omnibus actibus liberis in Deo, & partim particularem his prædefinitionibus de effectibus conditionatis, quia de omnibus actibus liberis inquiri potest, quod fundamentum liberum præsupponatur ad relationem rationis, quam vnusquisque eorum specialiter addit: quod inquiritur in secunda probatione huius sequelæ, & peculiariter de his prædefinitionibus circa effectus conditionatos potest inquiri in quo extremo fiat mutatio, ut relationes rationis quas addit desinant esse, quod inquiritur in prima probatione eiusdem sequelæ.

Et ad priorem difficultatem dicendum est, fundamentum ex parte Dei esse eminentiam tuam voluntatis, quæ sine vlla mutatione potest liberè terminari ad

111

Respondetur

112

Ex parte Dei fundamentum relationis rationis in actibus liberis est eminentia diuine voluntatis.

omnes

113

Ex parte effectus fundamentum est ratio futuri ex voluntate Dei.

omnes differentias obiectorum, in quas voluntas creata tendit mutatione sui ipsius per varios, & distinctos actus: & ex parte effectus ratio specialis secundum quam terminat volitionem Dei, quæ in hoc casu est ratio futuri quæ effectus participat ab æterno ab ipsa voluntate Dei: vel absolute, si sit absolute prædefinitum ipsum esse futurum, vel sub conditione, si sit prædefinitum sub conditione. Et quoniam effectus non participat ab æterno hanc rationem futuri secundum aliquid sibi intrinsicum, sed solum secundum denominationem extrinsecam futuri: & hæc neque ponit aliquod esse reale in re denominata, neque præsupponit siue antecedenter, siue concomitanter, quia de eo quod non est potest prædefiniri, ut sit pro tempore futuro, ideo hoc fundamentum ex parte effectus non postulat aliquid ens reale, sed potest conuenire non enti.

114

In quo fit mutatio quædo effectus prædeterminatus non ponitur in exercitio.

Et ex hoc manet soluta secunda probatio, quæ quantum ad hoc non continet maiorem difficultatem respectu futuri conditionati quæ respectu absoluti, cum de utroque sit explicandum quomodo habeat rationem termini diuinæ prædefinitionis ab æterno, & ex consequenti ante quam sit.

Et ad posteriorem difficultatem dicendum est totam mutationem, quæ necessaria est, ut illæ relationes desinant esse fieri in termino, scilicet in effectu conditionato, & consistere in hoc quod huiusmodi effectus ante aduentum temporis, pro quo erat prædefinitum, ipsum esse futurum sub conditione habebat rationem futuri conditionati, & tunc

primo scilicet posito talitè tempore desinit habere eam: ita ut tunc primo sit verum dicere de hoc effectu non esse futurum nec absolute, nec sub conditione aliqua. Et quoniam hoc genus mutationis non solum sit secundum denominationem extrinsecam, sed etiam secundum denominationem, quæ ex propria ratione habet non postulare aliquod esse reale in re cui attribuitur, ideo fieri potest in re quæ neque habeat neque sit habitura aliquod esse reale.

Addo autem duas has conditiones in hoc genere mutationis, scilicet fieri secundum denominationem extrinsecam, & secundum denominationem, quæ possit attribui non enti quia duplices sunt denominationes extrinsecæ, quædam physice, & aliæ morales: physice dicuntur, quæ sunt secundum aliquod esse physicum, & hæc requirunt aliquod esse reale in re cui attribuuntur, quia non ens non est capax denominationis secundum esse physicum, ut color non potest dici visus, nisi actu existat, neque columna denominatur realiter dextera, nisi actu sit ens reale. Morales verò dicuntur, quæ sunt secundum beneplacitum voluntatis, & hæc non semper se habent eodem modo quantum ad hoc, sed interdum postulant existentiam in re, cui attribuuntur, ut cum ex Regis beneplacito tribuitur argenteo denominatio pecuniæ, aut homini denominatio Prætoris, & interdum non postulant talè existentiam, ut cum ex hominis beneplacito promittitur aliquod opus futurum Deo, aut alteri homini sub conditione aliqua ponenda tempore aliquo certo, & determinato: verbi gratia intra

115

Denominationes extrinsecæ aliæ physice, aliæ morales

116

vigin-

117

viginti dies, nam opus, quod ita promittitur dicitur intra illos viginti dies promissum, & futurum ex obligatione voti, & promissionis, & eisdem diebus elapsis dicitur non promissum, & non futurum ex eadem obligatione, & tamen tale opus nunquam habuit actualem existentiam. Et ad has posteriores denominationes pertinet illa secundum quam fit mutatio in effectu conditionato ab esse futuri sub conditione ad non esse futuri. Et ex hoc manet soluta prima probatio sequelae propositae in hac obiectione, quia ad desitionem illius relationis sufficere mutatio in effectu ab esse futuri ad non esse futuri, & huius mutationis poterit esse capax ipse effectus, quamvis neque habeat, neque sit habiturus actu aliquid esse reale.

118

Veram impugnatio secundum modi.

Quare alia ratione est impugnandus hic secundus modus explicandi hanc sententiam, eaverò est, quia huiusmodi praedefinitio respectu omnium combinationum conditionalium ponitur in Deo sine fundamento, & superflue, & aliquo modo contra perfectionem suae providentiae, & prudentiae. Et probantur haec tria discurrendo per singula. Et imprimis poni hanc praedefinitionem sine fundamento, patet, quia vel ille actus est necessarius in Deo, vel liber. Primum dici non potest, quia talis actus est praedefinitio de existentia creaturarum saltem sub conditione, & Deus pro sua libertate potuit non habere actum, quo vellent creaturas esse in se ipsis siue absolute, siue sub conditione. Si verò dicatur secundum, sequitur asseri sine fun-

damento Deum habuisse huiusmodi actum, quia neque id colligitur ex revelatione, neque ex ratione sufficiente, cum ad nihil ex ijs, quae pertinent ad effectus re ipsa productos, aut producendos in hoc universo fuerit necessarium Deum habuisse talem actum, ut statim ostendatur in probatione secundi: quod est poni superflue in Deo hanc praedefinitionem. Quod probatur, quia multae, imò infinitae ex his combinationibus conditionatis nullam omnino habent connexionem cum effectibus, qui re ipsa sunt futuri in hoc universo, quia non pertinent ad eorum creationem, siue productionem, neque ad conservationem, neque ad gubernationem, siue prudentiam. Ergo frustra Deus praedefiniret, quid futurum esset circa huiusmodi condiciones. Antecedens patet inductione facta in combinationibus, quae ad libitum possunt à nobis excogitari, sine villo respectu ad ea, quae sunt in hoc universo. Et consequentia probatur, quia ad nullum finem, neque executionis providentiae Dei, neque manifestationis suorum attributorum esset necessarium praedefiniri aliquid circa illas combinationes.

Et confirmatur, quia si Deus non statuisset concedere hoc universum, superflue aliquid praedefiniret circa has conditionales, scilicet, quid esset facturum si talis occasio daretur, aut talis conditio poneretur, & tota ratio quare id esset superfluum est, quia non solum occasio non esset danda, & effectus non esset faciendus, sed etiam praedefiniri alteram

119

120

partem

121

partem non esset necessarium ad perfectionem divinae providentiae: ergo idem est dicendum de praedefinitione circa combinationes, de quibus nunc loquimur. Patet consequentia, quia non magis esset in eis ponenda conditio, aut faciendus effectus, neque magis esset necessarium ad perfectionem divinae providentiae, aut ad aliquem alium finem praedefiniri alteram partem.

Et tandem probatur tertium, scilicet esse aliquo modo contra perfectionem divinae providentiae praedefinire alteram partem circa has combinationes: tum quia non est consentaneum prudentiae disponere aliquid sine fine circa ea, quae ex natura sua sunt ordinabilia in finem; cuiusmodi sunt effectus conditionati: tum etiam, quia combinationes conditionales possunt multiplicari in infinitum sine villo termino, non solum ex parte conditionum, quas intellectus humanus potest ultra quemcumque terminum excogitare, sed etiam ex parte effectuum, quos respectu cuiuscumque conditionis potest unusquisque ad libitum multiplicare in infinitum, ut respectu huius conditionis, si tetigero tabulam digito, potest inquiri, an Petrus sit locuturus, vel ambulaturus, vel acturus poenitentiam, vel habiturus talem, aut talem cogitationem, & ita in infinitum in eodem homine, vel in diversis: ergo omnes combinationes posibles non sunt quid certum, & determinatum, sed quid incertum, & potentiale: ergo non possunt secundum

122
Futura conditionata sunt infinita synkategorematicè.

123
prudentiam omnes subdiceret, & determinatae providentiae. Antecedens propria experientia potest esse unicuique notum. Et prima consequentia patet, quia quibuscumque rebus, quae possunt successivè multiplicari in infinitum, debet concedi esse quid incertum, & potentiale, ut de speciebus numerorum, & de partibus, in quas dividitur continuum: & secunda probatur, quia de infinita multitudine propter illam rationem, scilicet, quia est quid incertum, & potentiale asserit Divus Thomas. 1. parte quaestione 7. articulo 4. non posse comprehendere sub certa intentione creatis, atque adeò, neque subdiceret providentiae, qua intendatur, vel ut medium in ordine ad alium finem, vel ut finis, in quem ordinentur alia media.

3. Modus.
Tertius modus explicandi hanc eandem sententiam est aliorum, qui dicunt Deum cognoscere haec futura conditionata in propositionibus contradictorie oppositis, quia cum in eis utraque pars de his futuris significetur, scilicet futurum esse, & non esse futurum, talem effectum, si talis conditio ponatur, & altera earum sit vera, & altera falsa, poterit Deus, qui infinitam habet cognoscendi vim, cognoscere quae earum sit vera, quia quaecumque veritas est cognoscibilis, maxime ab infinita vi cognoscitiva; & ex consequenti poterit scire, an talis effectus esset, vel non esset futurus, si poneretur talis conditio, quia illa pars erit certa, quae per propositionem veram sig-

S

nifi.

125

Vazquez.

nificatur. Hic modus dicendi placet multis ex ijs, qui sequuntur hanc sententiam, & videtur placere Gabrieli Vazquez. 1. parte disputatione. 67. capit. 3. quatenus ibi, vt probet Deum cognoscere futura conditionata, vtitur hac ratione: *Ex propositionibus contradictorijs de futuro conditionato altera distincta est vera, & altera distincta est falsa, sicut in propositionibus de futuro absoluto: ergo Deus non minus cognoscit futura conditionata quam absoluta.*

Impugnatur.

Sed hic modus explicandi hanc sententiam potest impugnari, quia iuxta eum non assignatur præcipua, & vltima radix vnde proueniat futura conditionata, quantum est de se, posse cognosci vt certò futura, aut non futura sub conditione. Quod sic probatur: propositio dicitur vera in quantum est conformis rei significatæ per eam, iuxta illud Aristotelis, ab eo, quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa: ergo etiam dicitur propositio determinatè vera, in quantum res, quæ determinatio est suæ significationis, est conformis determinatio rei significatæ, quoad suum esse: ergo prius est rem esse determinatè talem, quam propositionem esse determinatè veram. Quare non est satis ostendere propositionem esse determinatè veram, vt ostendatur rem, quæ per eam significatur posse cognosci, vt determinatè futuram, nisi prius ostendatur rem esse determinatè talem qualis significatur: imò non potest à prio-

126

ri ostendi propositionem aliquam esse determinatè veram, nisi quia res, quæ per eam significatur, est determinatè futura, qualis significatur: quia sicut esse rei est mensura veritatis propositionis, ita determinatio rei quoad suum esse est mensura determinationis veritatis propositionis.

4. Modus.

Vltimus modus explicandi hanc eandem sententiam est aliorum, qui supponunt duo, quæ communia sunt alijs tribus modis hætenus relatis, nimirum requiri duo ad cognitionem horum futurorum conditionatorum. Primum est ex parte cognoscentis, virtus scilicet cognoscitiua sufficiens, & proportionata ad penetrandum rem quantum fuerit cognoscibilis. Alterum est ex parte ipsorum futurorū, determinatio in ratione futurorum, ita sufficiens, vt quantum est ex parte sua sint cognoscibilia, vt certò futura. Et hoc supposito dicunt hi autores imprimis, virtutem cognoscitiuam ad cognoscendum hæc futura conuenire Deo ratione infinitatis suæ intellectualitatis, quia intellectualitas infinita sufficiens est ad penetrandum omnem cognoscibilitatem obiectiuam. Et deinde addunt determinationem ad futuritionem conditionalem conuenire ipsis futuris sub conditione, non quidem vt sunt in suis causis, siue consideratis absolutè, siue conditionaliter, vt coniunguntur suppositioni talis conditionis, quia huiusmodi causæ sunt indeterminatæ, & indifferentes non so-

127

128

lùm

229

lùm secundum se, sed etiam vt coniunguntur tali suppositioni, quia etiam ipsa suppositio est indifferens ad vtramque partem, & non infert determinatè alteram partem earum circa huiusmodi futura; neq; vt sunt in se ipsis secundum actualem existentiam, aut in tempore, aut in æternitate, quia cum huiusmodi futura nunquam sint re ipsa futura non possunt habere actualem existentiam, neque in tempore, neque in aliqua mensura superiori, sed vt dicunt ordinem ad tempus futurum, in quo sua existentia erit determinatè præsens, quia in tempore, pro quo hi effectus conditionati dicuntur futuri nõ abstrahent ab existentia, & non existentia, neque habebunt vtramque simul, sed determinatè habebunt tantum alteram earum.

230

Obiectio.

Sed obijcies, quia hic modus determinationis non est realis, sed fictus: ergo ratione eius non habet futurum conditionatum esse cognoscibile, vt certò futurum. Consequentia patet, quia cognoscibilitas in quocunque obiecto proportionatur suo modo essendi: ergo quod non est secundum rem determinatè futurum, sed solum secundum fictionem intellectus, non potest dici secundum rem cognoscibile vt certò futurum, sed solum secundum eandem fictionem. Et antecedens probatur, quia determinatio comparatur ad esse, sicut modus eius, & ideò quale fuerit esse talis erit determinatio: & ex consequenti, vt

determinatio sit realis oportet, vt esse, quod modificat, sit reale: sed esse, quod potest conuenire huic effectui, quatenus consideratur non vt est in se, neque vt est in suis causis, sed vt dicit ordinem ad futurum tempus, in quo sua existentia erit præsens, non est reale, sed fictum, quia tantum dantur duo modi essendi reales, scilicet aut actu secundum propriam existentiam, aut potentia in virtute causarum: ergo etiam determinatio non est realis, sed ficta.

Respondetur negando antecedens. Et ad probationem distinguenda est minor: si enim sit eius sensus, illud esse non esse reale in actu signato, & quasi per modum essentia, aut obiectiuè, falsa est, quia verè dicit ordinem ad existentiam realem futuram præsentem, & hoc est satis vt prædicto modo dicatur reale: si verò sit sensus, non esse reale in exercitio, & per modum actus secundi, aut alicuius effectus, vera est, & hoc solum conuincit eius probatio. Et ideò neganda est consequentia, quia vt valeret, oporteret minorem esse veram etiam in priori sensu. Et potest hæc distinctio minoris explicari exëplo discriminis, quod est inter essentiam entis realis consideratam secundum se, & prout neque est in causis, neq; in se ipsa; & essentiam entis rationis: nam essentia entis realis ita considerata dicitur realis, & non ficta, quia dicit ordinem ad existentiam realem, & essentia entis rationis non

231

Respondetur Quomodo potest aliquid esse reale per modum essentia, & non prout in actu, nec prout in potentia.

231

133

dicitur realis, sed ficta, quia non dicit ordinem ad existentiam realem. Quare eodem modo futuritio effectus realis, in quantum dicit ordinem ad realem presentiam existentiae, dicitur realis, & non ficta.

Obiectio.

Sed obijcies ulterius, quia quamvis hoc modo explicetur qua ratione illud, quod tribuitur effectui futuro sit reale, non explicatur, qua ratione sit determinatum, quia non explicatur quid habeat ex proprijs, aut ex aliqua suppositione, ratione cuius sit magis determinatum ad unam partem, quam ad alteram in exercitio, scilicet ad existentiam, quam ad non existentiam, ut in exemplo adducto essentia entis realis non est magis determinata ad existendum in exercitio, quam ad non existendum.

134

Respondetur

Respondetur, satis haec explicari, quia dictum est effectum ex suppositione, quod in tempore futuro pro quo dicitur futurus erit in exercitio praesens determinate altera pars, scilicet existentia, aut non existentia, habere commensurationem ad hanc partem determinate, & per hanc commensurationem ad partem, quae sub conditione est futura praesens, esse determinatum ad eandem partem. Ita ut sicut multi dicunt, propositionem de futuro contingenti esse determinate veram ex suppositione, quod importat commensurationem determinate ad propositionem de inesse, quae in tempore futuro ei respondebit vera determinate: sic etiam dicamus

nos alteram partem in hoc effectu futuro esse determinatam ex suppositione, quod commensuratur praesentiae, quae ei respondebit determinata in tempore, pro quo dicitur futurus.

135

Obiectio. Aureolus.

Sed adhuc obijcies ex Aureolo in. 1. distinctione. 38. articulo. 3. §. restat ergo, versiculo, sed his non obstantibus, quia suppositio actualitatis, quae erit praesens potest referri, aut ad instantia praecedentia, aut ad instans praesens, & simul ad instantia succedentia, & quamvis det determinationem effectui pro instanti praesenti, & pro instantibus succedentibus non potest eam dare pro instantibus praecedentibus. Ergo non explicatur bene qua ratione effectus futurus habeat determinationem, cum dicitur habere eam ex suppositione, quod importat ordinem ad actualitatem, quae erit praesens. Consequentia patet, quia assignatur pro causa determinationis id, quod re vera non potest esse causa pro illo tempore. Et antecedens probatur ex discrimine, quod est inter actualitatem existentiae comparatam ad instans praesens, & ad instantia succedentia, & eandem comparatam ad instantia praecedentia: nam imprimis actualitas tam pro instanti praesenti, quam pro instantibus succedentibus extrahit rem ab indifferentia, & in determinatione causarum, & constituit eam in statu determinato ad alteram partem, scilicet in quo est actu in se ipsa, & ideo pro his instantibus potest esse ei ratio

136

tio

137

tio determinationis ad alteram partem; at vero pro instantibus praecedentibus non extrahit rem extra indifferentiam causarum, nec dat ei esse in se ipsa, sed omnino relinquit eam intra virtutem causarum, quae est indifferens ad utramque partem, & ideo non potest esse ipsi ratio determinationis ad alteram partem. Et deinde actualitas est posterior, quam res, pro instantibus praecedentibus, & prior pro instantibus sequentibus, & ideo potest esse ei causa determinationis pro sequentibus, & non pro praecedentibus, quia causa semper est aliquo modo prior suo effectu.

Obiectio.

Respondetur, distinguendo antecedens, quia duobus modis potest actualitatem existentiae dare futuro determinationem ad alteram partem. Primo tanquam causam, vel rationem formalem determinationis. Secundo tanquam obiectum, aut terminum commensurationis, per quam supra diximus ipsum futurum determinari. Si antecedens intelligatur de primo modo dandi determinationem, verum est; si tamen intelligatur de secundo, falsum est. Ut vero consequentia valeret oporteret antecedens esse verum etiam in secundo sensu, quia sensus consequentis est, actualitatem nullo modo, hoc est, neque tanquam causam formalem, neque tanquam terminum, posse dare futuro determinationem pro instantibus praecedentibus. Et ad probationem antecedentis, quatenus deferuire potest ad proban-

138

dum ipsum in secundo sensu respondetur ex assignato discrimine, quod de priori patet, quia quamvis actualitas non extrahat futurum extra suas causas pro instantibus praecedentibus potest esse obiectum, aut terminus suae commensurationis, quam, ut futurum, & ut distinguitur a possibili, importat. Et de posteriori exemplis est magis notum, quia non dicimus actualitatem esse causam determinationis in ipso futuro, sed tantum terminum suae commensurationis, & terminus ut actu existens potest esse posterior commensurationis quam terminat: quod potest explicari exemplis multarum relationum, praesertim earum, quae dicuntur tertij generis, ut scientiae ad scibile, ad quod genus debet reduci haec commensuratio, de qua loquimur.

139

Ocham.

Hic modus exponendi hanc sententiam desumptus est ex Ochamo in. 1. distinctione. 38. quaestione unica, litera. M. ubi explicans, qua ratione Deus cognoscat futura contingentia inquit: *Divinam cognitionem habere modum cuiusdam simplicis intuitus, quo cognoscitur, quae pars contradictionis sit vera, & quae falsa: & loquitur de contradictione obiectiva, quae est in rebus ipsis, non de ea, quae est in propositionibus.* Et subdit: *non provenire hoc ex determinatione divina voluntatis, quia si per impossibile Deus non esset causa, neque totalis, neque partialis creaturarum, & eius cognitio esset tam perfecta sicut modo est, cognosceretur per*

140

141

eam, qua pars contradictionis circa huiusmodi futura sit vera & que falsa: neque etiam provenire ex presentia horum futurorum, aut in aeternitate, aut in ideis tanquam in rationibus cognoscendi, sed ex infinita perfectione divina cognitionis, qua tanta est, ut per eam cognoscatur, quid in presenti tempore est verum, aut falsum, & quid in praeterito fuit verum, aut falsum, & quid in futuro erit verum, aut falsum. Vbi aperte supponit, sicut in tempore praesenti, ita & in praeterito, & in futuro alteram partem non solum circa necessaria, sed etiam circa contingentia, esse de praesenti determinate veram, aut falsam, & ideo per ordinem ad hoc praesens, esse eandem partem determinatam in tempore praecedenti, in quo dicebatur futura, & in succedenti, in quo dicitur praeterita. Et quamvis non loquatur expresse de futuris conditionatis, sed tantum absolutis, tamen quia in hoc modo determinationis per ordinem ad determinationem temporis praesentis succedentis, pro quo dicuntur futura, non est discrimen inter futura absoluta, & conditionata, quia utraque dicuntur futura pro aliquo tempore succedenti, in quo erunt praesentia, & solum est discrimen, quia absoluta erunt praesentia, sine suppositione alicuius conditionis, & conditionata solum erunt praesentia ex suppositione eius conditionis, sub qua dicuntur futura: ideo quod hic autor, & alij autores di-

142

cunt de futuris absolutis, est etiam intelligendum de conditionatis. Et hunc modum explicandi hanc sententiam sequuntur Franciscus Suarez, & Gabriel Vazquez locis citatis: & re vera hic est, qui inter omnes habet maiorem probabilitatem. Et ideo sequendo eum dissolvemus argumenta contra hanc sententiam proposita.

143

Suarez. nb ze Acz.

Ad argumenta pro secunda sententia principali respondetur.

AD PRIMVM respondeatur negando antecedens. Et ad probationem dicendum est, determinationem ad alteram partem conuenire huic futuro secundum se, & non prout est in suis causis, quia secundum se importat commensurationem ad vnam partem tantum, scilicet ad eam, quae erit praesens in tempore, pro quo ipsum dicitur futurum. Et ad primam obiectionem contra hoc factam concedendum est, hanc commensurationem, siue determinationem non fundari in actuali existentia, quam hoc futurum habeat, siue in tempore, siue in aeternitate. Quia futurum conditionatum, prout de eo nunc loquimur non est re ipsa habiturum existentiam in aliquo tempore, atque adeo neque in aeternitate potest eam habere, etiam iuxta sententiam eorum, qui concedunt futura existere in aeternitate.

Ad primu argumentu secunda sententia principalis.

144

Et

145

Obiectio.

Et si obijcias, necessario debere assignari aliquid, in quo haec commensuratio recipiatur ut in subiecto, & quia hoc non potest esse aliud, quam ipsum futurum, quod iuxta hanc solutionem est actu non ens, & nihil, sequi ipsam commensurationem non esse realem, quia in nihilo non potest recipi aliqua entitas realis. Respondetur, hanc commensurationem non comparari ad futurum, neque ad aliquid aliud, ut accidensei superadditum, sed esse ipsam entitatem futuri, quae consistit in hoc, quod sit quaedam commensuratio ad actualitatem, quae in tempore futuro erit praesens, sicut de multis relationibus transcendentalibus solet dici esse primas entitates rerum. Quare falsum est, quod in hac obiectione supponitur, scilicet necessario esse assignandum aliquid, in quo haec commensuratio recipiatur, ut in subiecto.

Respon.

146

Obiectio.

Et si ulterius obijcias, non vitari hoc modo inconueniens, quod in hac obiectione deducitur, scilicet commensurationem ipsam non esse aliquid reale, quia entitas futuri in qua consistit nullibi existit, atque adeo actu est non ens, & nihil. Respondetur, commensurationem, & entitatem futuri non dici realem, ut ens reale distinguitur a non existente actu: sed ut distinguitur ab ente rationis seu ficto, quod est esse ens reale per modum essentiae, aut obiectiue. Cum vero dico, esse reale obiectiue non sumo vocem, obiectiue, prout dicitur de

Respon.

obiecto, quod actu terminat cognitionem diuinam, sed prout dicitur de obiecto, quod ordine rationis praesupponitur ad eam, sicut ens verum respectu entis creabilis nondum creati dicitur reale obiectiue, & essentiae creaturarum ante creationem, & ab aeterno dicuntur reales obiectiue.

147

Obiectio.

Et si tandem obijcias, sequi ex hoc esse perpetuae veritatis propositionem, qua de aliquo futuro contingenti enuntiatur esse futurum, quia commensuratio, in qua consistit esse futurum est ipsi intrinseca per identitatem, & abstrahendo ab actuali existentia, atque adeo esse necessariam, & non contingentem. Sicut propter hanc rationem propositiones, in quibus praedicata essentialia affirmantur de subiectis dicuntur perpetuae veritatis, & necessaria.

148

Respon.

Respondetur, concedendo talem propositionem esse perpetuae veritatis, & item esse necessariam ex suppositione, & non simpliciter, cum quo stat esse contingentem simpliciter. Et in hoc differt haec propositio ab illis, in quibus praedicata essentialia dicuntur de suis subiectis, quia illae sunt verae absque ulla suppositione, quod ita futurum sit in tempore, & abstrahendo ab omni differentia temporis, & ideo sunt simpliciter, & absolute necessariae. At vero haec, de qua loquimur, solum est vera ex suppositione, quod actualis coniunctio praedicati cum subiecto sit futura praesens in tempore, pro quo enuntiatur futura, & in ordine ad talem differentiam

149

temporis, & ideo non est perpetua veritatis, nec necessaria simpliciter, sed solum ex suppositione contingenti.

Et ad secundam obiectionem in eodem argumento factam respondetur imprimis, eandem esse difficultatem circa futura absoluta, siue dicamus ea cognosci per presentiam in aeternitate, siue per presentiam obiectiuam, quia iuxta utramque sententiam dicendum est haec futura, ut sunt praesentia in aeternitate, siue ut sunt praesentia obiectiue esse determinate futura etiam in tempore: & cum hoc videtur repugnantiam habere esse futura contingenter, & indeterminate. Et sicut ad conciliandum infallibilitatem diuinae cognitionis circa futura absoluta, ut sunt altero ex illis duobus modis presentia cum eorum indeterminatione, & indifferentia ad utramque partem solet communiter dici, futura illa ratione praesentiae solum habere esse ex suppositione determinate futura, & cum hoc stare esse secundum se futura simpliciter indeterminate, & cum indifferentia ad utramque partem: ita nos dicemus de futuris conditionatis habere esse conditionaliter determinate futura ex suppositione praesentiae, quam in tempore est conditionaliter habitura ea pars, quam respiciunt: & cum hoc stare ipsa esse futura simpliciter cum indeterminatione, & indifferentia ad utramque partem.

Et ut in omnibus his futuris intelligatur id, quod communiter solet dici, scilicet determinationem, aut necessitatem ex suppo-

sitione posse simul reperiri cum indeterminatione, & indifferentia simpliciter, aduertendum est, indifferentiam, siue contingentiam, aut libertatem simpliciter conuenire effectui in quantum propria eius causa concurrat ad ipsam cum indifferentia, & libertate ad utramque partem: & ideo quidquid non tollit a causa huiusmodi operandi, licet importet aliquem modum determinationis, non tollit ab effectu contingentiam, & libertatem simpliciter. Et quia determinatio, quae conuenit omnibus his futuris, siue ratione praesentiae in aeternitate, siue ratione praesentiae obiectiuae, siue ratione determinationis, quam est conditionaliter habitura altera pars in tempore praesentis, pro quo huiusmodi futurum dicitur futurum, non tollit modum proprium operandi causae, qui est cum indifferentia, & libertate: ideo non obstante hac determinatione potest effectus dici simpliciter contingens, aut liber.

Ad secundum argumentum, concesso antecedenti, si intelligatur vniuersaliter de omnibus his futuris conditionatis, neganda est utraque consequentia: & quoniam probatio posterioris consistit omnino in priori, ideo solum respondemus ad probationem prioris. Quod ut efficiamus supponendum est, effectum aliquem duobus modis posse dici determinate futurum, scilicet, aut cum ordine ad executionem re ipsa futuram: qui modus determinationis conuenit effectibus, qui dicuntur futuri

151

Determinatio, & necessitas ex suppositione potest reperiri cum indifferentia simpliciter.

152

Ad secundum argumentum principale.

Dupliciter dicitur aliquid esse futurum.

absolute

150

153

absolute; aut sine tali ordine, & solum, obiectiue in quantum si poneretur talis, aut talis conditio esset futura praesens determinate altera pars in tempore, pro quo effectus dicitur futurus: qui modus determinationis conuenit effectibus, qui dicuntur futuri ex conditione nunquam ponenda, seu adimplenda, quia huiusmodi effectus nunquam sunt re ipsa mandandi executioni. Et eodem modo praesuppositio praedestinationis, siue praedeliberationis diuinae voluntatis circa futuritionem alicuius effectus debet distingui, quia huiusmodi praedestinitio potest praesupponi, aut in exercitio tanquam actus re ipsa existens in Deo, aut solum obiectiue, in quantum licet talis actus non praecesserit re ipsa in Deo, tamen praecessisset ex conditione, si esset ponenda conditio, qua posita dicimus futurum esse effectum. Et hoc supposito respondetur ad priorem modum determinationis effectus in ratione futuri debere praesupponi in Deo praedestinationem suae voluntatis sumptam etiam priori modo, quia sicut nihil potest re ipsa habere esse nisi dependenter a causalitate, & determinatione diuinae voluntatis: ita neque potest esse determinate futurum cum ordine ad executionem re ipsa faciendam, nisi dependenter a praedestinatione eiusdem voluntatis. At vero ad posteriorem modum determinationis effectus satis est praesupponi ex parte Dei praedestinationem sumptam posteriori modo, quia sicut effectus non dicitur determinate futurus, quia sit re ipsa mandandus

Praedestinitio diuina dupliciter potest praesupponi.

executioni, sed quia mandatur si poneretur talis, aut talis conditio: ita etiam non est necesse praesupponi ea quae requiruntur, ut effectus esset hoc modo futurus, sed satis est fuisse praesupponenda, si effectus esset ita futurus. An vero Deus cognoscat praesupponendam fuisse in ipso hanc praedestinationem, si poneretur conditio, sub qua effectus esset futurus, & quomodo id cognosceret? dicemus articulo sequenti.

Ad tertium respondetur, distinguendo id, quod quaeritur iuxta duos modos, quibus in solutio praecedentis argumenti diximus posse considerari praedestinationem diuinae voluntatis quantum ad eius praesuppositionem ad determinationem effectus in ratione futuri. Si enim haec praedestinitio, seu praedeterminatio libera diuinae voluntatis consideretur ut praesens in Deo in exercitio tanquam actus secundus nostro modo intelligendi elicitus a virtute intellectiua Dei, dicendum est scientiam futurorum conditionatorum praesupponi ad ipsam ordine rationis habente fundamentum in re: quia haec scientia nostro modo intelligendi consequitur ad scientiam simplicis intelligentiae immediatam, & sine interuentu alicuius actus liberi voluntatis circa creaturas, ut dicemus articulo sequenti. Quare sicut scientia simplicis intelligentiae ordine rationis praesupponitur ad praedestinationes in exercitio circa creaturas: ita etiam haec scientia debet praesupponi ad eas. Si tamen eadem praedestinitio consideretur, ut praesens in

155

Ad 3. princip. respon.

156

Scientia media consequitur ad scientiam simplicis intelligentiae immediate.

157

Deo tantum obiectiue dicendum est hanc scientiam futurorum conditionatorum non presupponi ad ipsam, sed potius esse posteriorem ipsa ordine rationis habente fundamentum in re, aut saltem non esse sine ipsa etiam secundum ordinem rationis. Quia sicut hac scientia, aut presupponit secundum ordinem rationis suam obiectum, quod est effectus, vt futurus conditionaliter, aut non est sine eo, ita etiam debet presupponere ea que requiruntur ad hoc obiectum, aut non potest esse sine eis, & vnus ex his est presentia obiectiua predefinitionis circa futuritionem conditionalem effectus, vt in solutione precedentis argumenti, est explicatum.

158

Et contra hanc distinctionem non habent vim ea, que in argumento obijciuntur contra vtriusque membrum interrogationis. Nam imprimis ea, quibus probatur hanc scientiam non subsequi ad predefinitionem voluntatis solum conuincunt de predefinitione sumpta secundo modo, scilicet, vt presentia in Deo obiectiue. Et deinde tria inconuenientia, que deducuntur ex eo, quod dicatur presupponi non habet difficultatem contra sensum, in quo id a nobis conceditur: quia ad primum neganda est sequela, nisi consequens intelligatur de determinatione obiectiua voluntatis creatae, quam bene concedimus, sicut in voluntate diuina & in effectum.

Determinatio obiectiua effectus provenit ex determinatione obiectiua voluntatis creatae.

Et ad probationem, in qua quaeritur vnde proveniat determinatio obiectiua effectus, dicendum est provenire ex determinatione

obiectiua voluntatis creatae, & hac ex libertate eiusdem voluntatis, quis futurum est, vt voluntas creata propria libertate se determinet in tali tempore ad hanc partem, potius quam ad oppositam.

Et ad secundum inconueniens neganda est sequela. Et ad probationem dicendum est iuxta solutionem huius argumenti, scientiam futurorum conditionatorum non omnino presupponi ad predefinitionem diuinae voluntatis de futuritione eorundem futurorum, sed solum quantum huiusmodi predefinitio consideratur vt in exercitio per modum actus secundi: si enim consideretur, vt praesens obiectiue potius presupponitur ad scientiam ordine rationis tanquam quid necessarium ad constitutionem sui obiecti.

Et ex hoc patet solutio ad tertium inconueniens, quia dicendum est, futura absoluta si considerentur antecederet ad volitionem, qua Deus determinat, vt sint futura in tempore, esse solum futura sub conditione, scilicet si causae secundae producerentur in tali, vel tali tempore, aut sub his, vel alijs circumstantijs: & solum differre ab eis, quia respectu ipsorum posita est re ipsa huiusmodi, per quam sunt facta futura absoluta, & quia non est posita respectu conditionatorum manserunt intra limites conditionatorum, & non sunt facta absoluta. Quare eodem modo erit iudicandum de futuris absolutis, & de conditionatis quantum ad hoc quod est cognosci ante praedictam volitionem, scilicet cognosci ante eam, vt

Ante actum volitionis diuinae eadem est ratio de futuris absolutis, & de conditionatis quoad cognitionem.

posi-

159

160

161

posita in exercitio, & non vt praesens obiectiue. Et ita non sequitur id quod in hac obiectione videtur inconueniens, scilicet cognosci aliquid vt absolute, & determinate futurum antecederet ad determinationem diuinae voluntatis positam in exercitio.

Vazquez. Ad quartum argumentum respondetur. 4. Reg. 13.

Ad quartum, Gabriel Vazquez disputa. 67. cap. 4. nume. 24. 25. & 26. dicit solum cognosci a Deo illa futura conditionata, quae cum ordine habent talem connexionem, vt ex vi eius de facto, & re ipsa sit semper verum futura esse, siue haec conexio proveniat ex causalitate aliqua conditionis in effectum, qui dicitur futurus, siue ex subordinatione ad promissionem, & reuelationem Dei, qui reuelauit futurum esse aliquem effectum, si poneretur talis conditio: vt cum 4. Regum 13. reuelauit Eliseo Prophetae, Regem Ios percuturum ad consummationem Syriam, si iaculo terram sexies, aut septies percussisset.

162

Sed mihi consequenter ad principia huius sententiae videtur dicendum cognosci a Deo omnes combinationes conditionales, in quibus asseritur futurum esse aliquem effectum si poneretur certa aliqua conditio, quae nunquam est ponenda, quamuis inter huiusmodi effectum, & conditionem nulla omnino sit conexio, neque ratione causalitatis conditionis in effectum, neque ratione subordinationis ad promissionem, aut reuelationem diuinam. Et ratio, quae me mouet est ea, quae in hoc argumento

163

proponitur, scilicet omnia argumenta, quae vim habent ad probandum cognosci a Deo futura conditionata conuincere aequaliter de futuris, quae nullam habent connexionem per se cum conditionibus. Et de ijs, quae habent talem connexionem, confirmatur primo. Quia quando conexio est ex causalitate conditionis in effectum, non potest ex vi talis connexionis cognosci, futurum esse infallibiliter effectum, si poneretur talis conditio: ergo impertinens est in eo casu huiusmodi conexio ad id cognoscendum, & ex consequenti etiam seclusa conexione poterit cognosci. Probatur antecedens, quoniam conexio in hoc casu est omnino contingens, & indifferens ad vtramque partem. Ergo ex vi eius non est certum, & determinatum futurum esse effectum, atque adeo neque potest ex vi eius cognosci esse certo futurum.

164

Confirmatur secundum. Quia quando conexio est solum ex promissione, aut reuelatione Dei, vt in testimonio adducto, scientia, qua Deus cognoscit futurum esse talem effectum, si poneretur talis conditio, presupponitur ad reuelationem, & promissionem: ergo respectu scientiae Dei nulla est in hoc casu conexio inter effectum, & conditionem. Antecedens patet, quia Deus non potest reuelare aliquid esse futurum, nisi quia scit esse futurum. Et consequentia probatur, quia in hoc casu effectus, qui dicitur futurus, non habet

S 6

conne-

165

connezionem cum conditione ratione alicuius causalitatis, vt in antecedenti supponitur, & respectu scientiæ Dei non potest habere connexionem ratione subordinationis ad reuelationem, aut promissionem, quia sicut scientia Dei præsupponitur ad reuelationem, ita etiam præsupponitur ad subordinationem ad eandem reuelationem: ergo in hoc casu effectus, qui dicitur futurus, nullum modum connexionis potest habere cum conditione respectu scientiæ Dei.

Solutio tenenda.

Et ad obiectionem, quæ contra hanc partem fit in argumento, respondetur, futura conditio nata, iuxta hanc sententiam non cognosci ex vi, aut ex suppositione conditionis, quasi suppositio conditionis habeat vim ad inferendum determinatè huiusmodi futura, sed quia ipsa futura secundùm se, & sine dependentia à conditione sunt determinata obiectiuè ad fore, quamuis eorù determinatio, & executio futura habeat concomitantiam quandam, & coexistentiam cum conditione respectu eiusdem durationis, vt in solutione vltimi magis explicabitur.

Ad quintum principale respondetur.

Ad quintum respondetur negando antecedens. Et ad probationem respondetur primò, quod quamuis à nobis ignoretur qualis sit in particulari modus cognoscibilitatis, qui conuenit his futuris conditionatis ex parte obiecti non sequitur esse nullum. Quia rationibus satis efficacibus est ostensum hæc futura esse secundùm se aliquo modo cognoscibilia: & cum hoc stat igno-

rari à nobis quis aut qualis sit hic modus in particulari. Et ad inductionem, quæ in hac probatione fit per omnes modos cognoscibilitatis, qui sunt nobis noti, dicendum est solū cōvincere, hūc modum cognoscibilitatis, qui conuenit his futuris non esse de numero eorum, qui sunt nobis noti, non tamen esse nullum. Sicut etiam concedimus non implicare contradictionem fieri aliquem effectum à Deo, atque adeò conuenire ei aliquem modum factibilitatis respectu diuinæ potentiæ, quamuis nos ignoremus quis aut qualis sit hic modus.

167

Secund. responde.

Secundò respondetur ad eandem probationem antecedentis ex Okamo loco relato in vltimo modo explicandi hanc sententiam parum ante solutionem horum argumentorum esse hæc futura conditionata cognoscibilia, vt certò futura sub conditione, non quidem ex vi penetrationis connexionis, quam habeant cum conditionibus supponendis, quia vt nunc dicebam non est necessaria talis connexio, sed per simplicem quandam intuitum terminatum ad eorum veritatem obiectiuam, quæ, vt dictum est, consistit in determinatione obiectiuam ad esse futura sub conditione.

168

Futura conditionata cognoscitur à Deo per simplicem intuitum terminatum ad eorum veritatem obiectiuam. Omne verum quantum est de se potest terminare simplicem intuitum.

Et ratio huius est: omne verum eo modo quo est verū posse quantum est de se terminare simplicem intuitum respectu intellectus, qui ad id habeat virtutem sufficientem, & proportionatam, qualis est intellectus diuinus propter suam infinitatem ratione virtutis cognoscitiuæ. Et

non

169

non obstat id, quod contra hoc obijcitur in hac eadem probatione, scilicet hæc futura conditionata nunquā esse habitura existentiam, neq; in tēpore, neq; in eternitate, quia vt aliquid cognoscatur per simplicem intuitum, aut visionem non est conditio necessaria ipsum habere existentiā actu, vt patet in essentijs creaturarum, quæ quamuis Deus decreuisset non condere hoc vniuersum, possent ab ipso cognosci per simplicem intuitum. Imò multi etiā ex discipulis D. Tho. dicunt, vt futura cōtingentia absoluta videatur à Deo non esse necessariam eorum præsentiam secundū existentiam realē, sed sufficere præsentiam obiectiuam. Et omnes fatentur non esse necessarium ad notitiam visionis terminari ad suum obiectum, vt actu existens, sed satis esse terminari ad ipsum immediatè, & secundùm se, & non in alio tanquam in causa, vel effectu. Et quia aliqui existimant non posse hoc modo terminari cognitionem certam, & infallibilem ad futura contingentia, nisi sint præsentia secundum realem existentiā, idè dicunt requiri hunc modum præsentia.

170

Ad vltimū principale resp. 1. Vazquez.

Ad vltimum respondetur negando antecedens. Et ad probationem Gabriel Vazquez loco citato in solutione quarti argumenti concedit, propositiones illas esse conditionales, atq; adeò earum veritatem consistere in bonitate consequentiæ, negat tamen non esse bonam eam consequentiam, quæ fit in huiusmodi propositionibus. Et ad probationem dicit, vt cōsequentia aliqua sit bona non requiri esse ne-

cessariam, sed solū esse semper bonam: & ad hoc satis esse inferri re ipsa, & de facto hoc consequens singulare ex hoc antecedenti singulari, quamuis neque repugnet non inferri, quia materia non est necessaria, sed cōtingens, neque fortè inferatur de facto in simili forma aliquid aliud consequens. Singulare ex eodem antecedenti, siue eiusdē siue diuersę speciei respectu huius, quod inferitur.

171

Et ad obiectionem, quæ contra hoc fit, scilicet si consequentia hæc non est necessaria esse contingentem, atq; adeò posse fieri, vt consequens non inferatur ex antecedenti, & vt detur antecedens verum, & consequens falsum, quod satis est, vt cōsequentia non sit bona. Respondet regulam, qua asseritur non posse in bona consequentia dari antecedens verum, & consequens falsum, debere intelligi quātum ad formam consequentiæ, quæ consistit in dispositione terminorum conducente ad inferendū consequens ex antecedenti: ita vt sensus eius sit, in bona forma argumētandi, siue habili dispositione terminorum non posse dari antecedens verum, & consequens falsum: at verò hanc cōsequentiam de qua loquimur nō constare forma aliqua argumētandi, siue dispositione terminorū, quæ possit applicari diuersis materijs, & idè non habere bonitatem aliquam ex parte formę, sed solū ex parte materię, in quantum ex antecedenti singulari tanquam ex causa inferitur re ipsa consequens tāquam eius effectus.

72

Sed

173

Impugnatur solutio Vazquez.

Sed mihi hæc solutio non placet. Et ut rationem reddā suppono id, quod in solutione quarti ostendi contra eūdem autorem, scilicet non solum cognosci à Deo hac scientia futura cōditio nata, quæ habent connexionem cū conditione quantum ad illationem vnius ex alio, siue hæc connexio sit ex causalitate, siue ex reuelatione Dei, sed etiā illa, quæ nullam omninò habent cōnexionem cum conditione quantum ad illationem, imò quando cognoscuntur futura, quæ habent hanc connexionem; impertinentem esse ipsam connexionem ad cognitionem, quia ex vitalis cōnexionis, neq; sequitur in re certo, & determinatè futura esse huiusmodi futura, neque potest à Deo cognosci, cū connexio sit omninò contingens, & indifferens ad vtramq; partē. Et hoc posito sic argumentor. Hæc consequentia, de qua loquimur, nō est bona ex parte formæ, ut hic autor admittit, neq; ex parte materiæ, quia vel nulla est emanatio consequentis ex antecedenti, ut cū sunt inter se disparata, vel saltem non est emanatio sufficiens ad inferendum cōsequens, quia emanatio est contingens, at cōsequens inferitur certo, & determinatè: ergo nullo modo est bona consequentia, & ex cōsequenti nō est propositio cōditionalis vera. Confirmatur, quia contradictoria, quæ formatur appōsita negatione in principio est bona consequentia, & vera propositio, ut si in priori casu dicas: nō si Petrus ambulat Franciscus aget poenitentiam: & in posteriori: nō si Petrus excitetur à Deo tali vo-

174

catione cōsentiet certo, & determinatè, aut infallibiliter. Quia in vtraq; propositione significatur consequi tale consequens ex tali antecedenti, & hoc est verum. Quare aliter respondetur, has propositiones, etsi habeant modū conditionalium non indicare illationē vnius futuri ex alio, scilicet effectus ex conditione, sed solum concomitantiam, & coëxistentiam conditionalē ipsorū pro eadem duratione, quia particula conditionalis, *si*, non sumitur illatiuè, ita ut denotet sequi vnum ex alio, sed quasi cōcomitanter, ita ut solum denotet non esse ponendam conditionem, nisi de facto, & re ipsa ponatur effectus, neque è conuerso, esse ponendum effectum, nisi sub hac lege, ut ponatur conditio, quæ tamen re ipsa non est ponēda. Ex quo sequitur oppositū eius in quo fundatur hæc obiectio, scilicet veritatem harū propositionum non consistere in bonitate consequentiæ, sed in conformitate ad rem significatam. Et quia res significata est si poneretur talis cōditio pro aliquo certo tempore ponendum esse in eodem tempore talem effectū, non quia id inferatur ex vi conditionis, sed quia ita futurū est sub tali conditione, ideò de veritate harum propositionum iudicandum erit per ordinem ad id, quod adueniente eo tempore esset præsens de effectu, si poneretur talis conditio, quod quidem est secundum se determinatum obiectiuè, & quamuis nobis sit ignotū à Deo optimè cognoscitur, ut superius est explicatum. Et habere has propositiones hūc

175

176

modum

277

modum significandi potest tripliciter explicari. Primò ex nostro modo concipiendi, quia nos possumus concipere aliquid, ut futurū non absolutè, sed sub cōditione si poneretur talis conditio, quæ nūquā est re ipsa ponēda quamuis non inferatur esse futurū ex vi conditionis: ergo etiam possumus propositionibus idem significare, ut ita futurum: & videtur non esse alias propositiones aptas ad significandū præter illas de quibus loquimur. Secundò potest explicari exemplo propositionis, in qua significatur aliquid esse futurum sub conditione ponenda de facto, cum qua tamen nullam habet connexionem, ut si Petrus crastino die peccauerit, Franciscus aget poenitentiam: nam hæc propositio nō significat sequi poenitentiam Francisci ex peccato Petri, sed futurum esse crastino die, ut Petro peccante Franciscus agat poenitentiam, & videtur esse quantum ad hoc eadem ratio de propositionibus, in quibus præponitur conditio, quæ nunquam est re ipsa ponenda. Tertiò potest explicari ex doctrina Dialecticorum, qui cum referunt species propositionum conditionalium dicunt esse quasdam promissiuas, ut si feceris hoc dabo tibi centum aureos, in quibus particula conditionalis non sumitur illatiuè, ita ut denotet sequi vnum ex alio, sed promissiuè, ita ut denotet faciendum esse per promittentem aliquid, si per eum cui sit promissio ponatur certa aliqua conditio: & videtur esse idē iudicium de his propositionibus quantum ad modum significan-

278

di, siue conditio sit re ipsa ponēda, siue non sit ponenda; imò etiam si sit impossibile poni, & siue id, quod dicitur esse futurū promittatur, siue tantum simplici asseueratione affirmetur esse futurum. De quo videndus est Sotus lib. 3. summularum cap. 8. lect. 3. Vbi obiter placet aduerte re ipsum esse apertè in hac sententia, quia inquit de propositionibus cōditionalibus promissiuis, quarum conditio, aut non est posita si sint de præterito, aut non est ponenda si sint de futuro, Deum scire vtrum sint veræ, vel falsæ, quamuis id sit nobis ignotum. Et apponit exemplū in his propositionibus, dato te nunquam vicisse in disputationibus, si vicisses dedissem tibi librum, & dato te non occurrisses mihi priorem, si occurrisses prior dedissem tibi librum. Et idem dicit esse in multis propositionibus conditionalibus de præterito non promissiuis, ut si Petrus nō sumpisset potionem, non fuisset mortuus.

279

Sotus conce- dit Deū cog- noscere futu- ra conditio- nata.

ARTICVLVS. III.

Qua harum sententiarum sit eligenda, si innitatur congruentijs, & rationibus probabilibus?



Hoc respondetur breuiter eligendā esse sententiā affirmatiuā, quæ Deo tribuit cognitionem horū futurorū sub ratione certo, & infallibiliter futurorū. Primò, quia quædam sunt communiter magis recepta apud Theologos in materia de diuina prædestinatione, prouidentia, & gratia, quæ

I Verior sē- tia Deū cog- noscere hæc futura con- ditionata.

multo

2

Cū hac sententia facile respondetur multis difficultatibus.

multo facilius, & suavius possunt conciliari cū alijs, quæ in eis materijs supponuntur vt certæ secundum fidem si admittatur hæc sententia, quàm si admittatur opposita. Ex quibus tantum referam quatuor. Primum est, dari electionem ad gloriam, quæ sit absoluta, & efficax antecedenter ordine rationis ad omnem visionem nostri consensus, quod quamuis ab aliquibus negatur, tamen communiter est magis receptum, maximè iuxta sententiam Augustini. Et cum hoc est conciliandum id, quod est certum secundum fidem, scilicet in ita electis esse libertatem sumptam pro indifferentia ad utramque partem, non solum respectu mediorem, sed etiam respectu consecutionis gloriæ; & in non electis esse facultatem simpliciter non solum ad apponendum media necessaria ad gloriam, sed etiam ad consequendum ipsam gloriam. Et tamen ad conciliandum hæc duo Scholastici in maximas rediguntur angustias, à quibus facillimè liberantur si admittant hanc scientiã, vt explicui cōtrouersia, circa illud 2. Petri. 1. Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, &c.

3

2. Petri. 1.

Secundum est, Deū posse prædefinire absolutè, & efficaciter vt voluntas creata hinc, & nunc concurret ad aliquem actum in particulari cum omnibus circumstantijs suis antecedenter ordine rationis ad visionem consensus eiusdem voluntatis, & nihilominus relinquere libertatem sumptam pro indifferentia ad utramque partem in ipsa voluntate quatenus per modum principij præsupponitur saltem ordine natu-

ra ad talem actum. Si sumatur voluntas creata quatenus saltem ordine nature præsupponitur ad actus liberos, vt eorum principium posse Deum prædefinire absolutè, & efficaciter, vt hinc, & nunc concurrat ad aliquem actum in particulari cum omnibus circumstantijs suis. Et quamuis etiã hoc videatur ab aliquibus negari, tamen re ipsa non negatur, nisi contra quendam modum prædefinitionis, quem constituunt aliqui ex negantibus hanc scientiam. Et ita communiter recipitur ab omnibus, maximè loquendo de actibus bonis, & respectu horum non constituendo hanc prædefinitionem, vt necessariam ex vi causalitatis, sed vt possibile, & etiam vt conuenientem propter perfectionem diuinæ prouidentie ex parte suorum effectuum.

4

In hac sententia possunt concedi prædefinitiones voluntatis libera.

Et cum hoc est conciliandum aliud, quod est certum secundum fidem, scilicet supposita hac prædefinitione absoluta, & efficaci, & ea stante esse in voluntate creata prout ita præsupponitur, vt principium sui actus libertatem sumptam pro indifferentia ad utramque partem. Esse autem valde difficile conciliare hæc duo si hæc scientia non admittatur, & è contra facile ea admissa, patet ex argumentis, quibus cōtra sententiam eorum, qui asserunt esse ponendam hanc prædefinitionem respectu singulorum actuum, solet probari non stare cum ea libertatem arbitrij creati, quoniam nunquam eis planè satis sit ab ijs qui negant hanc scientiam, cum tamen, qui eam admittunt facillimè respondeant, posse dari hanc prædefinitionem

5

Nota.

per

6

Quomodo in hac sententia possunt admitti prædefinitiones.

Obiectio.

7

Respondetur

Resp. 2.

per modum intentionis absq; vlla prædeterminatione voluntatis create, & nihilominus ex hac intentione sequi in executione infallibiliter effectum, quia Deus ea supposita excitabit voluntatem ad operandum ea excitatione, qua per hanc scientiam scit ipsam esse consenturam.

Et si obijcias, quia ad defendendum hanc sententiam conceditur hinc actum de quo loquimur esse determinatum obiectiuè ad hoc, quod est esse futurum pro tali tempore, & voluntatem creatam non esse determinatam ad eam partem, sed indifferentem ad utramque, vt patet ex solutionibus argumentorum, quæ contra ipsam sunt proposita articulo præcedenti: ergo similiter à negantibus hanc scientiam poterit dici eundem actum esse determinatum ad esse futurum ex vi diuinæ prædefinitionis, quamuis voluntas creata non prædeterminetur ad eandem partem, & ex consequenti cum prædefinitione alicuius actus in particulari cum omnibus suis circumstantijs saluari indifferentiam voluntatis ad utramque partem.

Respondetur imprimis, hoc argumento probari, non ostendi omnino efficaciter non posse conciliari hæc duo, scilicet prædefinitionem actus, & indifferentiam voluntatis ad utramque partem, quamuis non admittatur hæc scientia futurorum conditionatorum. Deinde respondetur negando consequentiam. Et ratio discriminis est, quia quamuis tamen in casu antecedentis, quam in casu consequentis determinatio effectus postulet determinationem voluntatis create, cuius concursus est ad ipsum per se requisitus,

tamen in casu antecedentis determinatio obiectiua, quæ præsupponitur ad determinationem obiectiuam quæ conuenit effectui prouenit ex intrinseca indifferentia, & libertate ipsius voluntatis, quæ ideo dicitur determinata obiectiuè, quia ipsa pro sua libertate esse determinata in exercitio ad talē partem, & ideo huiusmodi determinatio non tollit indifferentiam, quæ conuenit voluntati quatenus est principium actus, quia est determinatio ex suppositione, quæ subditur libertati voluntatis. At verò in casu consequentis determinatio voluntatis, quæ præsupponitur ad determinationem, quæ conuenit effectui non prouenit ex intrinseca libertate voluntatis, sed ex suppositione prædefinitionis diuinæ, quæ non solum est extrinseca voluntati create, sed etiam nullo modo subditur eius libertati, & ideo huiusmodi determinatio tollit indifferentiam à voluntate, quatenus præsupponitur ad actum tãquam eius principium.

Tertium est, dare eis, qui operantur supernaturaliter, aut prout oportet in ordine ad finem supernaturalem auxilium quoddam distinctum à sufficienti, quod sit adeo efficax per modum principij, & antecedenter ad omnem consensum arbitrij creati, vt eopposito sit infallibile eos esse consenturos. Et cū hoc est conciliandum alterum, quod est certum secundum fidem, scilicet eum cui datur hoc auxilium etiam in sensu composito, & supposito ipso auxilio, retinere simpliciter libertatem sumptam pro indifferentia ad utramque partem, id est ad consentiendum, & non consentien-

8

Nota maximè pro tota hac doctrina.

9

Quomodo facile intelligatur dari auxilium distinctum à sufficienti in ijs qui conuertuntur.

dum

IO

dum, & eos, quibus non datur, aut habere re ipsa, aut posse habere, nisi per ipsos steterit, omnia auxilia necessaria ex parte principij, vt pro sua libertate possint consentire, & operari potentia reducibili in actum. Quanta verò sit difficultas in horum conciliatione, nisi ponatur hæc scientia, constat ex ijs, quæ dixi in controversia citata, & articulo tertio huius controversiæ in solutione quarti argumenti propositi pro hac sententia.

Quartum est dari talem permissionem peccati, vt ea posita sequatur omninò infallibiliter, & certò peccatum, & non solùm certò moraliter, quamuis voluntati creatæ sumptæ quatenus per modum principij præsupponitur ad suum actum, neq; addatur præmotio aliqua ad peccatum, etiã quoad materiale, neque subtrahatur aliquid ex ijs, quæ sunt simpliciter necessaria ad vitandum huiusmodi peccatum.

Verùm hoc non adeò vrget, quia forsitan dicent autores oppositæ sententiæ non dari permissionem, quæ antecederet ad defectum nostrum, & sine eo inferat omninò infallibiliter peccatum aliquod determinatum in particulari. Et est satis consonum doctrinæ Concilij Trident. ses. 6. decreto de iustificatione cap. 11.

Confirmatur totum hoc argumentum, quia si admittatur hæc sententia vitantur multa inconuenientia in prædictis materijs, & satis fit apertius, & suauius hereticis in difficultatibus grauissimis de rebus ad fidem Catholicam pertinentibus: & solùm est vna difficultas circa modum, quo

hæc futura cognoscatur, nò quòd in eo ostendatur aliqua repugnàtia, sed quia difficile est nobis modum ipsum intelligere: ergo æquum est, vt Theologi amplectantur eam sententiam, quæ hæc scientiam Deo concedit. Patet consequentia à simili, quia quando posse aliquid fieri à Deo est consentaneum veritatibus fidei, & deseruit ad explicandum difficultates, quæ contra eas obijciuntur, & nulla ostenditur in eo repugnàtia solet admitti à Theologis, quamuis modus quo possit fieri non satis percipiatur: vt multi concedunt posse Deum constituere idem corpus in diuersis locis, quamuis nò explicent modum, quia deseruit ad veritatem fidei defendendam de existètia corporis Christi in distinctis hostijs, & in cœlo. Et alij alia admittunt, quæ longum esset recensere.

Secundò potest probari hæc sententia, quia testimonia Scripturæ, quæ pro ea adducimus articulo secundo, facilius, & suauius, & maiori cum proprietate exponuntur si intelligantur de hac scientia: & ex hoc nullum sequitur inconueniens contra rationem, aut contra fidem: ergo ita debent intelligi. Patet consequentia argumentò desumpto ex regula Augustini, qui docet verba Scripturæ debere propriè accipi quoties ex eo nihil sequitur repugnans fidei, aut rationi rectæ.

Tertiò probatur, quia nunquam satis explicatur ratio propter quam aut hæc futura nò sint cognoscibilia, aut de propositionibus de eis formatis nò sit cognoscibile, quæ sit vera, & quæ sit falsa, & idem est de quibuscumque futuris

12

13

Prob. 2.

Prob. 3.

confi-

193

consideratis antecederet ad determinationem diuinæ voluntatis, & de propositionibus de ipsis formatis, & obiectis intellectui diuino secundum eandem prioritatem. Si verò hæc omnia sunt cognoscibilia, necessariò fatendum est cognosci à Deo, qui infinitam habet vim cognoscitiuam.

Inconuenientia contra hanc sententiam.

Obiectio.

SEd obijcies sequi ex hac sententia tria inconuenientia. Primum est dari tertium modum scientiæ, siue tertiam scientiam in Deo, contra omnes veteres Theologos, qui solùm distinxerunt in Deo duas scientias, quarum vnam appellauerunt simplicis intelligentiæ, & alteram visionis. Secundum est, Deum antecederet ordine rationis ad determinationem liberam suæ voluntatis circa rerum futuritionem cognouisse hanc determinationem vt futuram posteriore ordine rationis: quod est contra id, quod diximus articulo precedenti cum referre bamus primum modum exponendi hæc sententiã. Tertium est, Verbum diuinum procedere ex cognitione creaturarum nò solùm vt possibile, sed etiam vt futurarum sub conditione: quia hæc cognitio præsupponitur in Deo ad determinationem liberam suæ voluntatis, atque adeò est naturalis, & necessaria.

Respondetur negando sequentiam. Et ad primum inconueniens respondetur veteres Theologos comprehendisse hanc scientiam in illa diuisione, quia potest ad eius membra reuocari reductiuè propter conuenientiam, quam

habet cum eis, nam quatenus importat libertatem saltè ex parte obiecti quantum ad suppositionem conditionis conuenit cum scientia visionis, & quatenus terminatur ad obiectum, prout neque habet, neque est habiturum existentiam conuenit cum scientia simplicis intelligentiæ. Et quia hæc scientia hoc modo conuenit partim cum vna, & partim cum alia, potuit iure ab aliquibus appellari media, vt latius explicui in controversia citata. Videtur tamè potius esse reducendam ad scientiam visionis propter libertatem quam importat ex parte obiecti. Et addo nò esse contra sententiam veterum Theologorum explicare id, quod ipsi non negauerunt expresse, sed relinquerunt inexplicatum. An verò sicut distinguitur hæc scientia ab illis duabus, possit distinguere alia quarta ab his tribus, quæ Deus ex vi prædefinitionis suæ voluntatis, & sine respectu ad presentiam in æternitate cognoscat aliquid esse futurum, explicandum est alibi.

Ad secundum inconueniens respondetur, determinationem diuinæ voluntatis duobus modis posse considerari, vt dixi articulo precedenti huius controversiæ, vbi explicui, qua ratione determinatio diuinæ voluntatis circa hæc futura præsupponatur ad eorum scientiam.

Ex quo patet, quid sit dicendum ad tertium inconueniens videlicet hanc scientiam nò esse dicendam naturalem ac necessariam in Deo, atque adeò esse posteriorem ordine rationis processione Verbi; quod in materia de Trinitate est latius exponendum. Et hæc de hac controversia.

195

196

SALMANTICAE
EXCVDEBATFRAN-
CISCVS DE CEA TESA
ANNO M.DC.X.



LIBER SECVN-
DVS CONTROVER-
SIARVM, SAPIENTISSIMI
MAGISTRI D. IOANNIS AL-
PHONSI DE CVRIEI, QVÆ SVNT
IN ALIQVA VERBA NOVI
TESTAMENTI.

CONTROVERSIA I.

Circa illa verba: Multifariã multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, &c. An Deus varijs modis penes quos distinctio graduũ Prophetiæ sit se- menda reuelauerit Prophetis, quæ suo nomine volebat dici populo Iudeorum, & quanta fuerit unius- cuiusque præstantia.

ARTICVLVS PRIMVS.

De sensu huius testimonij, & tituli explicatione.

1



D Hu-
ius ex-
plicati-
nem ali-
qua sunt
notanda.
Primũ
est Pau-
lum, vt

ostenderet legem Evangelicam

excellere Mosaicæ, vsum fuisse
his verbis, & eis significare Deũ
hominibus veteris Testamenti,
per Prophetas manifestasse suã
voluntatem, nobis autem per
filiũ suum, quod signum est
maioris amoris ipsius erga nos
Verum Paulus non dicit simpli-
citer Deum fuisse loquutum pa-
tribus per Prophetas, sed *multi-*

3

2

4

5
Quid signifi-
cat multifa-
riam multis-
que modis
secundum
aliquos.

fariam multisque modis, vbi Eras-
mus, Adamus, & Ribera, inter
hæc dicunt esse discrimen, quia
pro multifariam, in Græco
est πολυμοῖος Quæ vox si ad
eius compositionem respicia-
mus potest Latine verti, multi-
partitè, & valet idem quod mul-
tis partibus, aut per plures par-
tes: sicut Latini dicunt bifariam,
& trifariam pro bipartitè, & tri-
partitè ad significandum id, quod
in duas, aut tres partes est diui-
sum. Et pro multis modis, est in
Græco πολυτροπῶς. Quæ vox
ratione suæ compositionis deno-
tat diuersitatem modorum, siue
formarum, aut rationum. Atque
ita dicunt hi authores priorem
vocem referendam esse ad diuer-
sitate temporum, personarum,
& mysteriorum: quia non omnia
mysteria fuerint eodem tēpore,
neque eidem personæ reuelata,
sed quædam vni & alia alijs qua-
si membratim & per particulas;
& eodem modo ipsi ea tradide-
runt populo, posteriorem verò
esse referendam ad diuersitatem
in modo, aut genere, aut qualita-
te reuelationum, quia cum plures
sint modi, aut multa genera reue-
lationum, quibus aliquid potest
hominibus supra suum captum
manifestari, vt statim dicemus,
Deus non fuerit vno tantum vsus
cum Prophetis, sed multis atque
distinctis.

Quare iuxta hanc expositio-
nem vtraque dictio est additio
diminuēs, prior quidem quia de-
notat non omnia, neque simul
fuisse reuelata Prophetis, sed ali-
qua & quasi diuisa in partes, & di-
uersis temporibus: & posterior,
quia denotat non fuisse reuelata

7
clare & apertè, sed tecta varijs in-
uolucris figurarū. Et ex vtroque
ostenditur legem nouam esse
præstantiorem veteri; quia Filio
per quē noua est data, Pater om-
nia reuelauit, non per figuras, sed
clare & apertè, quia palam Deū
vidit. Et ideo Paulus cum dicit
Deum loquutum fuisse nobis per
Filium nihil addidit, sed simplici-
ter dixit: nouissimè diebus istis lo-
quutus est nobis in Filio.

Sed hoc discrimen inter has
voces nō agnoscunt Græci expo-
sitores Chrystostomus, Theophi-
latus, & Oecumenius, imo vtram-
que vocem referunt ad diuersita-
tem generis, & modi ipsarum re-
uelationū. Nam Chrystostomus
ita illas voces exponit, hoc est
diuersè & variè. Et Theophilatus
dicit eas poni pro diuersimodè &
multis speciebus, siue figuris. Et
Oecumenius, vt eas exponat in-
quit: diuersis varijsque modis. Et
duo priores ad explicandum vim
vtriusque vocis adducunt illud
Osee. 12. Loquutus sum per Pro-
phetas, & ego visionem multiplica-
ui, & in manu Prophetarum assimi-
latus sum. Vbi non significatur
Deum reuelasse Prophetis per
partes ea, quæ volebat ipsos dice-
re populo, sed vsus fuisse ad id
multiplici visione, & varijs simi-
litudinibus, aut figuris. Et quam-
uis dictio multifariam, propter
vim vocis, quæ ei responderet in
Græco importet diuisionem ali-
quam quasi in partes alicuius to-
tius, non est necesse diuisionem
hoc loco referri ad res, quas
Deus reuelabat: quia potest refer-
ri ad ipsas reuelationes, quæ ha-
beant rationē partium respectu
cum ali, quibus organibus coalesce-

Chryf.
Theophi.
Oecumen.

Osee.

ret,

9

ret. sicut de rebus quantum ad
hoc est dicendum. Et hoc est
magis consentaneum vsui harum
dictionum, multifariam, bifariam
trifariam, & similibus recepto
apud Latinos, nam cum dicimus
multifariam, aut bifariam aliquid
significare, aut fieri non denota-
tur multitudo, aut dualitas partiū
rei significatæ, vel factæ, sed ra-
tionum, quibus significatur, aut
fit: neque quando dicimus ali-
quem multifariam loqui denota-
tur multitudo rerum, quas loqui-
tur, sed loquutionum, aut idio-
matum.

10

Et præterea colligitur aperte
ex translatione Syra, in qua pro
multifariam habetur omnifariam,
quæ vox non potest significare
diuisionem quo ad partes rei re-
uelatæ, quia efficeretur hic sen-
sus: Deus patribus per Prophetas
reuelabat mysteria diuisa in om-
nes suas partes; qui sensus non
esset satis aptus. Et non potest
objici Paulum frustra fuisse vsus
gminatione harum dictionum,
si idem per vtramque significa-
tur, quia dici potest explicari per
posteriore in particulari id, quod
per priorem fuerat generice di-
ctum. Nam cum per prior em sig-
nificatur, Deum fuisse vsus varia
& multiplici reuelatione, per po-
steriorem explicatur, in quo con-
stiterit hæc multiplicitas, scilicet
in modo, atque ratione ipsarum
reuelationum, sicut in testimo-
nio citato ex Osea dicitur primo,
visionem multiplicauit, & statim
ad hoc explicandum subditur, &
in manu Prophetarum assimilatus
sum, quod est explicare visionum
multiplicationem fuisse positam
in multitudine similitudinum

11
imaginum, & figurarum quauis
Deus fuerat vsus.

Quare iuxta hanc expositionē
dicemus Paulum his duabus vo-
cibus explicare vnā & eandem
proprietaem legis Mosaycæ, sci-
licet in ea Deum fuisse vsus vario
alloquendi genere & modo,
quo non aperte & clare, sed sub
vmbri, & figuris multiplicibus
voluntatem suam, & mysteria
manifestabat. Et quia Paulus non
addidit hanc proprietatem respe-
ctu legis Euangelicæ, sed simpli-
citer cū dixit, Deū loquutum esse
nobis per filium, significauit con-
tinere legem Euangelicā hanc ex-
cellētiā respectu veteris, quod
in ea Deus sit nobis loquutus per
Filiū palam & aperte, & sine in-
uolucris figurarum. Et eam ex-
plicuit Christus eodem modo
Ioannis 15. vbi ita inquit: Nō iam
vos dico seruos, quia seruus nescit,
quid faciat eius Dominus, vos autē
dixi amicos, quia omnia quacumque
audiui à Patre meo nota feci vobis.
Et in hac excellentia inuoluitur
alia, quam Paulus sæpe repetit in
hac Epistola, scilicet Deum in le-
ge Euangelica nō Prophetas, aut
Angelos, sicut in veteri, sed ipsum
Filium adhibuisse suæ voluntatis
interpretem. Et hic etiam est ad-
uertendum Chrystostomum, &
alios Sanctos colligere ex his
verbis nullum ex Prophetis ve-
teris Testamenti vidisse Deum
clare, sed omnes fuisse ab ipso
edoctos varijs medijs alloquu-
tionum & reuelationum. Quod
etiam videtur intelligendum de
Moysē.

Secundo notandum est in his
alloquutionibus, siue reuelatio-
nibus quatuor posse considerari

Differentia
veteris, &
nouæ legis.

21

Ioannis. 15.

Vnde debet
attēdi diuer-
sitas prophe-
tia.

A 2

penes

13

penes quæ modi, aut genera ipsarum allocutionum distinguantur. Primum est persona, quæ alloquitur, quæ potest esse, vel ipse Deus immediatè, vel Angelus, ut eius instrumentum, & minister. Et rursus; tam Deus, quam Angelus quantum ad hoc admittit diversitatem pro varietate figurarum externarum sub quibus obijcitur ei, quem alloquitur. Secundum est res dicta, aut revelata per hanc allocutionem. Quæ potest esse multiplex, vel quo ad tempus, ut si sit præterita, aut præsens, aut futura; vel quo ad ordinem, ut si sit ordinis naturalis, aut supernaturalis, vel quo ad modum suæ entitatis, ut si pertineat ad cordis cogitationes, aut ad actus externos. Tertium sunt imagines quibus huiusmodi res dicuntur & significantur personæ, ad quæ dirigitur locutio. Quæ habent rationem idiomatis in hoc genere locutionis, & etiam hæc possunt esse multiplices, vel ex modo representandi magis, aut minus clarò, vel ex gradu entitatis magis, aut minus immateriali, vel ex ordine naturalitatis, aut supernalitatis proportionato obiecto dicto & significato. Quartum est facultas, quæ datur audienti, siue recipienti revelationem ad intelligendum ea quæ ipsi dicuntur, & appellatur lumen propheticum, quod etiam potest esse multiplex, vel secundum diversitatem specificam & essentialem, vel secundum inæqualitatem perfectionis intrinsecam speciem, ut postea latius explicabo. Quare cum ex his omnibus possit mutari mo-

14

15
 dus & forma revelationis titulus nostræ controversiæ intelligi debet de omnibus diversitatibus quo ad modum, quæ ex singulis harum partium possunt convenire revelationi prophetiæ. Et postulat, ut explicentur duo, scilicet, an ex his omnibus diversitatibus, vel tantum ex aliquibus earum sumatur distinctio graduum prophetiæ, & quo modo se habeant inter se ipsi gradus prophetiæ quantum ad distinctionem & perfectionem.

16
 Tertio notandum est ex his quatuor, quæ nunc dicebamus concurrere ad hanc allocutionem, tria posteriora, scilicet res dictas, imagines & facultatem ad intelligendum, quod per eas Deus vult significare per talem allocutionem debere esse in intellectu eius, qui recipit allocutionem quævis non eodem modo, quia res dictæ & imagines, siue sint externæ, siue impressæ in phantasia Prophetæ, non sunt immediate per se ipsas in intellectu, sed medijs speciebus intelligibilibus, quæ omnes deseruiunt apprehensioni. At verò facultas cum datur ad intelligendum, quod est munus proprium intellectus, necessario debet esse immediatè per se ipsam in intellectu. Verum advertendum est Prophetam indigere hac facultate ad intelligendum, quid Deus velit significare ipsi per talem revelationem, & an id sit verum & an sibi dicatur & reveletur à Deo. Quare cum in titulo controversiæ contineatur Deum uti revelatione & allocutione ad Prophetas oportebit etiam explicare quomodo hæc duo scilicet

16

spe-

17

18
 species intelligibiles, representantes rem, quæ vel immediatè per se ipsam, vel medijs imaginibus sensibilibus dicitur Prophetis, & facultas ad intelligendum ea, quæ proposuimus conveniat ipsis. Et ita ex his manet explicatus integer titulus controversiæ, in quo hæc tria continentur. Primum quomodo in intellectu prophetæ sint species intelligibiles & facultas ad intelligendum id, quod ipsi dicitur, aut reveletur à Deo. Secundum est an ex diversis modis, quibus fit huiusmodi revelatio sumatur distinctio graduum prophetiæ. Tertium quo modo hi gradus comparentur inter se quo ad distinctionem & perfectionem, hoc est, an distinguantur inter se specie, vel solo numero, & quis eorum sit altero perfectior, & de his est agendum in articulis sequentibus.

Integer sensus
 tituli
 questionis.

ARTICVLVS II.

An Deus infundat mentibus prophetarum species, & facultatem ad intelligendum revelationem & ad assentiendum infallibiliter ipsam esse certam, & esse factam à Deo.



Tria necessario debet cognoscere Prophetas.

VPPONIMVS ut certum id, quod in tertio notabili articulo præcedentis, cepimus dicere, scilicet, Prophetam de allocutione, vel revelatione sibi à Deo facta debere in primis habere apprehensionem, atque adeo species intelligibiles, quoniam alias nullo modo pertinebit ad ipsam

1
 allocutio, neque ipse poterit eam alijs referre: & deinde habere iudicium, quo tria infallibiliter, & sine vlla dubitatione cognoscat, scilicet quid Deus per talem allocutionem ei significare velit & illud esse omnino certum, & esse sibi à Deo dictum. Quæ tria esse inter se distincta patet, quia possunt priora à posterioribus separari; nam potest quis intelligere significationem revelationis, & non assentiri, esse certam, ut potest quis intelligere sensum literalem Scripturæ, quævis non assentiat esse verum talem sensum: & similiter potest quis intelligere significationem revelationis, & iudicare, sine vlla dubitatione esse certam non solum ex propria pertinacia & adhæsiōe, sed etiam quia Deus determinat eius intellectum ad hoc iudicium secludendo omnem dubitationem, & non iudicare eam esse factam à Deo, quia nulla sibi ostenditur ratio, qua id cognoscat, nisi ut plurimum ex coniecturis & motiuis probabilibus, ut in eodem exemplo potest facile explicari. Et quia cognoscere hæc tria prædicto modo, scilicet, assensu qui sit per se & ex natura sua omnino certus & infallibilis superat vires naturales Prophetæ, ideo inquirimus an facultas ad cognoscendum prædicto modo illa tria infundatur Prophetæ à Deo.

2
 Et quidem necessarium esse Prophetam habere apprehensionem revelationis per species intelligibiles, aut alio modo iuxta sententiam eorum, qui non admittunt species, adeo certum est, ut à nullo quantumvis hæ-

3

retico, aut stulto negetur. At vero cognoscere illa tria, quæ retulimus negauerunt aliqui ex hæreticis quorum dux fuit Montanus, qui dicebat Prophetas fuisse arreptitios non intelligentes ea, quæ loquebantur. Vt referunt Eusebius lib. 5. Historiæ Ecclesiasticæ capit. 16. Nicephorus, lib. 4. capit. 24. ex Miltiade antiquo scriptore, & Hieronymus in proœmio Commentariorum in Isaiam ad Eustochium, & in proœmio in Naum Prophetam ad Paulam, & Eustochium. Et ad Ephes. 3. in illud, quod alijs generationibus non fuit notum filijs hominum, &c. Et idem sensisse Priscilianum referunt Bernardus de Lutsemburgo in suo Catalogo hæreticorum relatus ab Alphonso de Castro, libr. 12. aduersus hæreses verbo Propheta, hæresi secunda, & Prateolus in Elencho hæresum capitul 36. numer. 9.

Sed mihi videtur, sine fundamento tribui hanc sententiam Prisciliano, quia nullus ex antiquis authoribus, qui meminerunt suæ hæresis, dicit ipsum id sensisse, de quo videri possunt Severus Sulpitius lib. 2. Sacræ Historiæ, sub titulo hæresis Priscilianistarum. Vbi multa de Prisciliano refert & duas Synodos, alteram Casaraugustanam, & alteram Burdigalensem, congregatas contra ipsam. Leo primus Epistola 93. ad Turibium Asturicensem Episcopum. Vbi ex relatione eiusdem Episcopi reducit omnes Prisciliani errores ad sexdecim capita, in quibus nulla fit mentio huius sententiæ, de qua loquimur. Et

Eusebius. Nicephor.

Hierony.

Bernardus de Lutsemburgo.

4

Seuer. Sulpitius.

Augustinus libro ad Orosium contra Priscilianistas & Origenistas, qui etiam refert eiusdem Prisciliani errores.

Sed quidquid sit de auctore huius sententiæ, de ipsa dicendum est esse aperte contra fidem, nam Prophetas non fuisse loquutos in ecstasi & intellexisse, quæ loquebantur probatur primo, quia in Scriptura Prophetæ appellantur videntes, vt 1. Regum nono. Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum, venit & eamus ad videntem, qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns, & eorum prophetiæ suæ reuelationes appellantur visiones, vt Esaiæ primo. *Visio Isaiæ filij Amos.* Ezechielis primo. *Vidi visiones Dei.* Naum primo, *liber visionis Naum.* Et Abdias ita exorsus est: *visio Abdias,* & ipsi Prophetæ cum huiusmodi reuelationes suscipiunt dicuntur videre, vt in testimonio citato ex Ezechiele, & Habacuc primo. *Onus, quod vidit Habacuc Propheta.* Huius autem appellationis nulla potest assignari sufficiens ratio, nisi dicamus Prophetas mentis oculis vidisse & intellexisse ea, quæ ipsis à Deo reuelabantur, quia non semper eorum sensibus externis obijcebantur aliqua imagines, vel phantasiæ imprimerebantur, quæ cum appellarentur visa, sufficerent, vt ipsi Prophetæ respectu earum dicerentur videntes & videre, & ita hanc rationem assignat Hieronymus locis citatis, & ea vitur ad impugnandum hæresim Montani. Et pro ea notanda sunt hæc verba

Aug.

De fide est Prophetas intellexisse quæ loquebantur.

1. Reg. 9.

Isai. 1. Ezech. 1.

Nahum. 1. Abdias.

Hieron.

Basi-

Basi.

7

Basiliij. Itæ. 1. Incer sensum nostrorum organa vnus illud eorum, quæ sensui iubiacent euidentiissima obtinet cognitionem & intelligentiam, nempe visus. Hinc factum, vt eorum, quæ veritate nituntur, speculatio visio appellata sit, ob euidentiã, ac ratam certitudinem, eam obrem vocabatur Propheta videns, &c. Vbi rationem huius appellationis dicit non solum fuisse intelligentiam, quæ conueniebat prophetis respectu eorũ, quæ sibi reuelabantur, sed etiam maximam perfectionem huius intelligentiæ.

Secundò solet hoc probari ex illis verbis Danielis. 10. *Verbum reuelatum est Danieli cognomento Baltasar, & verbum verum, & seruitudo magna: intellexique sermonem:* Intelligentia enim est opus in visione, quia his postremis verbis videtur significare, vt aliquis verè & proprie sit & dicatur Propheta non satis esse eum habere visiones & reuelationes propheticas, sed oportere, vt etiam eas intelligat.

Dices hæc aliter haberi in Hebræo & Græco, nam in Hebræo pro his vltimis verbis sic habetur *& intellexit verbũ, & intelligentia in visione.* Et in Græco: *& intellectus datus est ei in visione.* Quæ lectiones non significant, vt quis proprie dicatur Propheta requiri in ipso intelligentiam visionis, sed hanc intelligentiam datam fuisse re ipsa Danieli.

Sed hoc non infirmat vim huius testimonij ad confirmandum nostram sententiã, quia hæc lectiones eundem sensum habent cum nostra, nam cum in Hebræo dicitur: & intelligentia ei in visione,

Dan. 10.

8

Obiectio.

Resp.

subintelligitur, est necessaria, aut est data, scilicet, vt perfectè & absolute ei munus propheticũ conueniret. Et eodem modo cum in Græco dicitur: & intellectus datus est ei in visione debet subintelligi eadẽ causa, scilicet, vt haberet omnia necessaria ad munus Prophetæ.

Tertiò probatur, quia in Scriptura reuelatiõ facta Propheta appellatur verbum Domini factum ad ipsum, & Deum reuelare alicui Propheta rem aliquam significatur per loqui ad ipsum, vt multis exemplis potest in quo cumque capite prophetarum ostendi. Et in hoc loco significatur à Paulo, quia cum inquit: *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis,* idem valet ac si diceret, loquens patribus per prophetas, hoc est alloquens Prophetas de ijs, quæ volebat per ipsos manifestare patribus. At non potest proprie dici fieri locutionem, vel sermonem, aut verbum ad aliquem, nisi is percipiat & intelligat, quid tali allocutione significetur. Imò stultus censeretur, qui vellet alloqui eũ, qui nõ intelligeret, quid allocutio illa significet. Ergo vt aliquis sit proprie participes reuelationis propheticæ oportet, vt intelligat quid reuelatione significetur. Probatum minor. Tum quia allocutio ex natura rei ordinatur ad manifestandum ei ad quẽ dirigitur id, quod per ipsam significatur. Propter quod Aristoteles dixit lib. 1. de interpretatione cap. 1. voces esse notas conceptuum. Tum etiam, quia Paulus id aperte explicuit 1. Corin. 14. vbi ita inquit: *Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui*

9

10

Arist.

1. Cor. 14.

A 4

loquor

11

loquor barbarus: & qui loquitur mihi barbarus, nam hæc verba hunc sensum habent: si me alloquatur quispiam cuius sermonis significationem non percipiam, ero illi barbarus, & ille mihi etiam erit barbarus, alterque alterum ridebitur. Et multa alia possunt ex eo capite ad hoc probandum adduci.

Greg.

Iob. 13.

Quarto probatur testimonijs sanctorum, nam Gregorius, li. 11 Moral. ca. 12. explicans illa verba Iob. 13. omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Ita inquit: non satis est vidisse, & audisse: non enim utilitatem habent dicta si intellectu carerent. Proinde subditur & intellexi singula, cum enim aliquid ostenditur, vel dicitur: si intellectus non tribuitur, prophetia minime est, & August. li. 12. de Genesi ad literam ca. 9 sic ait: Quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabatur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, ut etiam intelligerent nondum erant Prophetæ. Et Epiphanius lib. 12. contra hæreses, contra hæresim 48. impugnans errorem Montani supra relatum, ita inquit: Prophetæ cum constanti ratione, ac intelligentia loquebantur, & dicebat ex Spiritu Sancto omnia sana mente à corpore dicens. Et statim ex nominibus visionis & videntis, quæ in Scripturis tribuuntur reuelationibus Prophetis & Prophetis idem ostendit. Et postea adducit quoddam testimonium ex Ezech. 4. in quo Ezechiel Deo præcipienti, ut faceret panes de stercore humano respondit: Nequaquam Domine, nunquam inquinatum & immundum ingressum est in os meum. Et di-

Augu.

12

cit, ideo Ezechielem ita respondisse, quia intellexit propter minas fieri hunc sermonem à Domino ad ipsum. Hoc est præcipi sibi à Deo ut faceret id tanquam operationem propheticam comminatoriam ad prædicendum comminatorie passurum illum populum summam egestatem, & ex eo colligit Prophetam tunc sanam & intelligentem mentem habuisse, & rationem reddidit: hæc enim scilicet, ita respondere re vera sunt prophetarum in sancto spiritu sanam mentem habentium, & doctrinam, & sermonem.

Epiph.

Ezech. 4.

Et ex his colligitur Prophetas non solum non fuisse passos ecstasim cum referbantur reuelationes sibi factas, sed etiam intellexisse, quid per huiusmodi reuelationes significaretur, quod est primum ex tribus, quæ nos diximus cognosci à Prophetis.

13

14

Quomodo intelligatur Prophetas habuisse ecstasim.

D. Thom.

Verum circa hoc aduertenda sunt duo ex doctrina eorundem sanctorum, quam rectè explicuit D. Thomas. Primum est sanctos cum contra Montanum contendunt Prophetas non fuisse loquutos in ecstasi intellexisse per ecstasim mentis alienationem, & perturbationem, quæ impediret ne Prophetæ intelligerent significationem reuelationis, non vero alienationem à sensibus. Nam hanc concedunt sæpe contingere Prophetis, quod D. Thomas, ut explicet. 2. 2. q. 173. ar. 3. in corpore, & in solutionibus ad tertium, & quartum supponit reuelationem posse fieri, aut per imagines obiectas externis sensibus, aut per imagines impressas phantasie, aut immediate perspicies intelligibiles: & præterea distinguit duo tem-

poras, in quibus potest Prophetis contingere alienatio à sensibus, scilicet in susceptione reuelationis, & in eius enuntiatione, aut promulgatione.

Et his suppositis dicit D. Thomas Prophetas in priori tempore pati necessario hanc alienationem cum reuelatio sit. Secundo modo, & necessario esse ab ea liberos cum sit primo modo, & posse indifferentem, aut pati hanc alienationem à sensibus, aut esse ab ea liberos cum reuelatio sit tertio modo: tamen in posteriori tempore nunquam pati eam, ita ut, aut loquantur quæ non intelligunt aut velint nolint, & quasi acti ab alio, & non ex proprio sensu & iudicio. Et ratio primæ partis constat ex ipso naturali modo, quo usus facultatis intellectiue impeditur, aut non impeditur propter alienationem à sensibus, vel propter eorum exercitium. Ratio vero posterioris partis est, quia indecorum est eos, qui diuina mysteria annuntiant non se habere rationali modo in huiusmodi promulgatione.

15

poras, in quibus potest Prophetis contingere alienatio à sensibus, scilicet in susceptione reuelationis, & in eius enuntiatione, aut promulgatione.

16

D. Thom.

August.

Et his suppositis dicit D. Thomas Prophetas in priori tempore pati necessario hanc alienationem cum reuelatio sit. Secundo modo, & necessario esse ab ea liberos cum sit primo modo, & posse indifferentem, aut pati hanc alienationem à sensibus, aut esse ab ea liberos cum reuelatio sit tertio modo: tamen in posteriori tempore nunquam pati eam, ita ut, aut loquantur quæ non intelligunt aut velint nolint, & quasi acti ab alio, & non ex proprio sensu & iudicio. Et ratio primæ partis constat ex ipso naturali modo, quo usus facultatis intellectiue impeditur, aut non impeditur propter alienationem à sensibus, vel propter eorum exercitium. Ratio vero posterioris partis est, quia indecorum est eos, qui diuina mysteria annuntiant non se habere rationali modo in huiusmodi promulgatione.

Addit tamen D. Thomas hæc alienationem à sensibus nunquam in Prophetis contingere cum aliqua inordinatione, aut naturæ, ut in arreptitijs & furiosis, aut morum, ut in ijs, qui actiones aliquas inhonestas, & impudicas exercent, & semper prouenire, aut ex magnitudine & excellentia rei, ad cuius contemplationem euehitur mens Prophetæ per reuelationem. Et ita Augustinus li. 1. questionum in Genesim. q. 80. dicit ecstasim solere fieri, in magnarum rerum reuelationibus, aut propter vehementiam contemplatio-

nis, & de Petro orate in coenaculo dicitur Actorū. 1. Factus est in mentis excessu, aut propter magnam vim Diuini influxus rapientis Prophetam & extrahētis Prophetam ab operationibus sensu externorum. Quod D. Thomas dicit significari, cum Ezechiel cap. 1. sui vaticinij dicit de se ipso. Facta est super eum ibi manus Domini. Et Theodoretus qui super ea verba, ita inquit. Diuini operis efficaciam, ita vocat. Et est consentaneum modo loquendi Scripturæ, sic intelligi, nam cum per manū Domini semper eius virtus & potentia significetur, merito cum dicitur factam fuisse manū Domini super aliquem Prophetam, intelligemus Deum tanta vi eius animum afflasse ut Propheta videatur quasi extra se rari & pati diuina. Ut 4. Regum 3. dicitur de Eliseo: Cumque caneret psaltes facta est super eum manus Domini, & ait, hæc dicit Dominus, &c. 2. Paral. 30. In Iuda vero facta est manus Domini, ut daret eis cor unū ut facerent, &c. Alterum est cum dicimus Prophetas intelligere quid significet diuina reuelatio, debere intelligi de ijs, qui verè & perfecte sunt Prophetæ, non tamen de ijs qui solū participant quendam instinctū, quo à Deo mouentur, aut diriguntur ad apprehendendum, aut loquendum, vel faciendum aliquid, quod prophetiam contineat significationem.

Et hoc etiam exponit Diuus Thomas questione citata articulo quarto, hoc modo: Cum mens humana accipit à Deo aliquam illustrationem propheticam comparatur ad ipsum Deum, sicut instrumentum deficiens, & inadæquatum respectu principalis

17

Actor. 1.

D. Thom. Ezech. 1.

Theod.

4. Reg. 3.

18

2. Paral. 30.

D. Thom.

Aliquando aliquis instinctu Spiritus Sancti profert verba Prophetie & tamē nō est Propheta.

19

agentis. Et ideo sicut huiusmodi instrumentum imperfectum non est necesse accipere a principali agente mentionem, qua attingat effectum secundum omnem rationem perfectiōnis; quam ipsum agens vult inducere, & eius defectus suppletur, vel medio alio instrumento, vel immediate ab ipso agente. Ita etiam non est necesse humanam mentem cum a Deo illustratur prophetice accipere hanc illustrationem cum omni perfectione cognitionis, qua ad eam requiritur. Unde aliquando contingit mentem humanam moveri a Deo, vel ad formandum apprehensionem rerum, aut aliquorum signorum sensibilium, vel ad proferendum verba, vel ad efficiendum opera externa, quibus aliquid prophetice significetur; & tamen ipsam non intelligere quid sit, quod per huiusmodi apprehensionem, aut verba, vel opera significatur. Exemplum primi habetur. Genesis. 41. ubi de Pharaone dicitur, habuisse somnium propheticum, & retulisse illud Iosepho, atque interrogasse ipsum eius significationem. Et Danielis secundo ubi de Nabuchodonosore dicitur quæsiuisse a suis sapientibus & postea a Daniele somnium, quod habuerat, & eius interpretationem. Et exemplum secundi habetur Ioann. undecimo ubi de Caipha refertur dixisse in Concilio. Expedi nobis, ut vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Et subditur: Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, &c. Quæ verba duos habebant sensus, vnum impium iux-

20 Gen. 41.

Dan. 2.

Ioan. 11.

21

ta quem significabatur fuisse expediens. Iudæos motum Christo inferre, ut totus populus liberaretur a Romanorum vexatione: & alterum sanctum, & verum, iuxta quem significabatur, fuisse conueniens & necessarium ex suppositione Diuini decreti, Christum pati mortem, ut homines a peccato & morte liberarentur, & ex eis priorem intellexit & intendit Caiphas, posteriorem verò, qui propheticus erat, neque intellexit, neque intendit, & respectu eius dicitur prophetauisse, quia motus fuit a Spiritu Sancto, ut proferret illa verba ad exprimendum hunc posteriorem sensum. Et tamen ipse vitio suo eis fuit abusus ad exprimendum priorem. Et exemplum tertij habetur Ioannis 19. ubi de militibus crucifigentibus Christum refertur, diuissime inter se vestimenta Christi, & de tunica inconsutibilibus dixisse: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit. Et tubiditur hoc factum fuisse, ut Scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestem meam sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et tamen milites non intellexerunt, quid Spiritus Sanctus hac vestium partitione voluit significare: de quo videndi sunt Cyrilus libr. 12. in Ioannem. cap. 32. & Augustinus tractatu 118.

22 Ioan. 19.

Cyrl.

D. Thom.

sicut

23

sicut ea, quæ carent ratione non dicuntur moueri a se ipsis in fines suarum operationum, sed moueri ab authore naturæ media directione, quæ in non cognoscentibus appellatur propensio insita a natura, & in cognoscentibus appellatur instinctus. Ita etiam homo in hoc casu cum non moueatur ad proferendum talia verba, vel ad faciendum talia opera ex intentione significandi, id, quod Deus vult per ea significare, quia neque id intelligit, non dicitur quantum ad hunc finem significandi id, quod in reuelatione continetur, mouere se ipsum, sed moueri a Deo dirigente & instigante ipsum, ut proferat illa verba, vel faciat illa opera ad illud significandum, & quia homo dirigitur & mouetur ad hoc performam apprehensam, & non per formam insitam a natura, ideo huiusmodi directio appellatur instinctus.

24

D. Thom. Verus propheta aliquando non percipit omnia mysteria prophetia.

Et addit Diuus Thomas non tantum eos, qui solum habent hunc instinctum propheticum accipere a Deo reuelationem, sine intelligentia eius, quod per ipsam significatur, sed etiam eos, qui verè & perfecte sunt Prophetæ, sæpe non intelligere omnia mysteria, quæ in reuelationibus sibi factis continentur. Idque colligit ex eodem principio, scilicet quia mens humana, tam in eo qui solum habet instinctum propheticum, quam in eo qui habet perfecte donum prophetiæ est instrumentum, deficiens & inadæquatum respectu Dei. Et est optima ratio, quia ex hoc principio prouenit, ut possit Deus, aut per apprehensionem homi-

nis, aut per verba ab eo probata, aut etiam per opera ab ipso facta significare multa, quorum aut nullam, aut saltem non adæquatam cõferat ei cognitionem. Quamuis semper quantum ad hoc sit discrimen inter eos, qui tantum habent instinctum propheticum & eos, qui perfecte sunt Prophetæ: quia priores nihil asserunt ex significatione prophetica reuelationis sibi factæ; posteriores verò asserunt aliquid scilicet illud, quod Deus vult per eos tanquam per Prophetas suos annuntari, vel cognosci. Quare vniuersaliter concedendum est, nullum esse perfecte Prophetam, aut habere perfecte donum prophetiæ, nisi quantum ad id, quod ex significatione reuelationis sibi factæ, assequitur, & ex consequenti eum, cui fit reuelatio continens tria, aut quatuor mysteria si tantum intelligat vnum esse tantum quantum ad hoc dicendum perfecte Prophetam, & quo ad reliqua esse dicendum habere instinctum propheticum.

25

26

Solū dicitur aliquis verè Propheta quantum ad mysteria, quæ cognoscit.

Et præter testimonia superius allata, quæ satis efficaciter hoc conuincunt, potest addi hæc ratio ad eius confirmationem: donum prophetiæ perficit hominem modo humano & rationali, sed apprehendere imagines, aut proferre verba, & efficere opera, quibus aliquid significetur, sine intelligentia eorum, quæ significantur, non est conforme modo operandi humano & rationali hoc est eorum, qui vtuntur ratione; quia potest esse commune amentibus, aut somniantibus, aut alio modo carentibus vsu ra-

tionis

27

tionis. Ergo cum datur alicui reuelatio prophetica, sine intelligentia eius, quod per eam significatur, non datur ei donum prophetiae. Et ex hoc intelligitur quomodo aliquando, qui donum habent prophetiae, & perfecte sunt Prophetae, quaerant doceri aliqua via de significatione visionis, sibi ostensa, aut reuelationis sibi factae. Nam dicendum est in primis eos non omnino ignorare significationem talis reuelationis, sed solum quantum ad aliqua mysteria, aut aliquas circumstantias.

Et deinde addendum est eos quantum ad haec, quae ignorabant non habuisse perfecte donum prophetiae, sed solum instinctum propheticum. Sic Daniel capit. 12. post ostensam sibi visionem, dixit: *Et ego audiui, & non intellexi: & dixi, Domine mi, quid erit post haec.* Cui respondit Angelus, *Vade Daniel, quia clausi sunt signati que sermones, usque ad praefinitum tempus.* Quibus verbis & Daniel significauit se non intellexisse, quae sibi dicta fuerant, & postulauit eorum explicationem, & Angelus negauit se esse aliquid additurum; quo ea magis aperiret: quia non erant intelligenda ante quam re ipsa euenirent. Quod tamen non est ita accipiendum, quasi Daniel nihil intellexerit de significatione illius reuelationis, sed quia cum multa intellexerit ignorauit alia, quae ad circumstantias personarum, locorum, temporum, & nominum pertinebant, ut ibi exponit Hieronymus.

Secundum quod dixi suppo-

ni, ut certum in titulo huius articuli; cognosci certo & infallibiliter a Propheta est, esse etiam omnino certum & infallibile, id quod per reuelationem, sibi factam significatur; ita ut assensus Prophetae sit secundum se omnino certus & infallibilis, & reddat eodem modo certam mentem Prophetae de veritate obiecti, siue rei significatae. Quod intelligendum est de assensu directo circa talia obiecta: quia de alijs assensibus, quos postea habebat Propheta quasi reflexe circa res sibi reuelatas, postea dicemus, an pertinerent ad lumen propheticum. Et praeterea est intelligendum de obiecto non absolute sumpto, sed quo ad illam rationem, secundum quam terminat assensum Propheticum, quod addo propter praedictiones comminatorias, & conditionatas, quae non terminantur ad effectus secundum se sumptos, sed secundum exigentiam causarum, aut meritum, siue demeritorum, aut alicuius conditionis requisitae. Et haec doctrina in hoc sensu traditur a Diuo Thoma 2. 2. quaest. 171. artic. 6. in corpore, & peculiariter in solutione ad secundum, & in eo est certa secundum fidem.

Et probatur quia assensus propheticus sumptus, prout terminatur ad suum obiectum, seu secundum rationem ex parte obiecti, ad quam terminatur, habet pro ratione, formali sub qua, diuinam reuelationem, & ei innitur. Ergo est omnino certus & infallibilis, tam secundum, se quam ex parte sui obiecti. Consequen-

29

Secundo re-
quiritur ut
cognoscat
Prophetae
se certum, &
infallibile,
id quod re-
uelatur.

30

D. Tho.

Prophetia
habet pro ob-
iecto diuinam
reuelationem
& ei innitur.

quen-

31

quentia est euidentis secundum rationem naturalem, quia per eam est nobis euidentis, Deum qui est prima veritas, neque admittit in se falsitatem, neque eam alijs dicere. Et etiam est certa secundum fidem. Quod probari potest illis testimonijs, quibus in materia de fide probatur fide supernaturali, quia innitur testimonio Dei reuelatis esse omnino infallibile. Et antecedens probatur, quia Lucae. 1. dicitur. *Sicut loquutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt Prophetarum eius, & hoc loco inquit Paulus, multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis.* Et Petrus in 2. Epistola, cap. 1. sic ait: *non enim voluntate humana allata est, aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* Et in hoc argumento fundatur ratio qua Diuus Thomas vtitur loco citato ad probandum hanc conclusionem, scilicet cognitionem prophetica esse impressam menti Prophetae ex diuina reuelatione per modum cuiusdam doctrinae traditae discipulo a magistro, & ideo debere esse eandem veritatem propheticae cognitionis & diuinae, atque adeo talem, ut impossibile sit ei subesse falsum. Non enim vtitur D. Thomas hoc exemplo ad significandum cognitionem propheticae derivari ex diuina reuelatione, tanquam ex instructione aliqua facta per discipulum, & exempla, & alios modos, quibus obiectum reddatur magis perceptibile, sicut cognitio discipuli derivatur ex doctrina Magistri. Quia hoc modo non esset exemplum aptum ad colligendum id, quod Diuus

Lucae. 1.

2. Petr. 1.

32

Thomas intendit scilicet cognitionem propheticae habere eandem certitudinem cum diuina, sicut cognitio participata a discipulo non habet perfectionem scientiae, quae est in magistro.

Sed vtitur eo ad significandum cognitionem Prophetae esse expressam, & communicatam ex diuina reuelatione, sicut cognitio discipuli est communicata ex doctrina magistri, quamuis in modo communicationis sit magna diuersitas, quia diuina reuelatio communicatur immediate per se ipsam, & sine vlla modificatione tamquam ratio, sub qua assentiendi.

Itaque sensus D. Thomae est, cognitionem propheticae esse impressam ex diuina reuelatione, quia & communicatur Prophetae per diuinam reuelationem, & habet ipsam reuelationem pro ratione, sub qua assentiendi. Et ex hoc bene sequitur id, quod Diuus Thomas colligit scilicet cognitionem propheticae habere eandem veritatem & certitudinem cum diuina reuelatione, quia quaelibet cognitio intellectiua habet has proprietates ex ratione formali, sub qua.

Contra hanc veritatem errauit quidam haereticus dictus Appelles, qui ut refert Eusebius libro quinto, historiae Ecclesiasticae capitulo 13. dicebat prophetias nostras ex spiritu contrario, & sibi repugnante edidas, & ideo multa continere falsa, non tamen propterea assererat, duo esse rerum principia, ut ei tribuit Alphonsus a Castro libro pro duodecimo aduersus ha-

33

34

Eusebius.

Castro.

refes

35

refes verbo, Propheta, hæresi prima, falso ad hoc citans Eusebium, sed cum fateretur unum rerum omnium principium dicebat prophetias nostras editas ex spiritu huic principio contrario, & sibi ipsi repugnante, ut ibi inquit Eusebius. Et apertius Nicephorus, lib. 4. Historiæ. c. 29.

Nicepho.

Verum hoc intelligendum est de eo, qui verè & perfectè est propheta, nam qui solum habet instinctum propheticum sicut non intelligit quid per ea, quæ facit, ut motus tali instinctu significetur (ut paulò superius diximus) ita non est certus de eius veritate. Quod etiam docet Diuus Thomas loco statim citando.

36

Tertio verus Prophe- ta cognoscit Deum esse authorè talis reuelationis.

Tertium quod dicebamus supponi, ut certum in eodem titulo cognosci à Propheta certò & infallibiliter est, Deum esse authorem reuelationis sibi factæ: itaq; Propheta non solum est certus de veritate eius, quòd per reuelationem sibi factam significatur: sed etiam certo, & infallibiliter iudicat Deum esse, qui id reuelat. Et ex consequenti cum eadem certitudine discernit, quid apprehendat, aut loquatur, vel faciat ex spiritu diuino, & quid ex humano. Ita hoc docet D. Thomas. 2. 2. quæst. 171. ar. 3. Et probatur primo quia propheta eadem certitudine, qua annuntiant ea, quæ sibi sunt reuelata, dicunt fuisse sibi à Deo reuelata, & ita frequenter reuelationes suas appellant, *verbum Domini*, & cum eas referunt utuntur his modis loquendi *Domini locutus est: hæc dicit Dominus: factum est verbum Domini: Dominus misit me: & alijs similibus.* Ergo tam certo iudicabant reue-

D. Thom.

lationem esse sibi factam à Deo, sicut esse veram.

37

Confirmatur ex ratione, propterquam utuntur his modis loquendi: ea enim est, ut auctoritatem & fidem dictis suis conciliet & ut auditores magis commoueant dum vident non hominis, sed Dei esse verba quæ audiunt. Et hæc ratio omnino conuincit necessarium fuisse Prophetis certò iudicare se à Deo accepisse suas reuelationes, quoniam alias iniuste sibi eam arrogarent auctoritatem, & grauissimum committerent peccatū. De quo Deus ita reprehendit falsos Prophetas Ieremiæ. 23. *Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini; & postea: ecce ego ad Prophetas ait Dominus; qui assumunt linguas suas, & aiunt: Dicit Dominus.* Et propterea idem Ieremias, capit. 26. ut de hoc redderet Iudeos certòs circa suam reuelationem, ita inquit. *In veritate misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.*

Ierem. 23. Ierem. 26.

38

Secundò probatur ratione Diui Thomæ loco citato, quæ potest ad hanc formam reduci. Fides quæ innitur testimonijs & dictis Prophetarum est omnino certa & infallibilis: ergo Propheta cognoscunt certò, & infallibiliter se loqui ex reuelatione sibi à Deo facta. Antecedens patet, quia intelligitur de fide Theologica, de qua certum est in primis inniti testimonijs Prophetarum, cum multa ex eis, quæ sunt hæc fide credenda fuerint Ecclesiæ reuelata à Deo medijs Prophetis. Imò & omnia, quæ in eorum vaticinijs continentur, sint hæc fide cre-

denda

39

denda. Et præterea etiam est certum esse, & infallibilem: quæ duo supponenda sunt ex materia de fide. Et consequentia probatur, quia fides, quæ innitur alicui testimonio, ut rationi assentiendi, non potest esse omnino certa, & infallibilis, nisi ipsum testimonium sit omnino infallibile: & nullum testimonium potest esse, aut simpliciter infallibile circa supernaturalia, aut circa quodcumque infallibile, ea infallibilitate, quæ requiritur ad fidem Theologicam, nisi proponatur, ut acceptum à Deo per reuelationem; & ex consequenti, nisi proponens sit omnino certus, fuisse ita acceptum à Deo.

40

Confirmatur quoniam alias sequeretur non posse ex fide Theologica haberi assensum circa dicta Prophetarum probatur sequela, quia ratio motiua ad assentiendum ex fide Theologica, est diuina reuelatio: ergo nisi Propheta ea, quæ dicit proponat ut reuelata à Deo, non potest circa ea haberi assensus ex fide Theologica, nisi aliunde nobis constet fuisse à Deo reuelata. Patet consequentia: quia nullus habitus potest elicere actum ubi deest sua ratio formalis obiectiua, & Propheta non potest ea, quæ dicit proponere ut reuelata à Deo, nisi certo iudicet fuisse sibi reuelata à Deo. Et potest hoc explicari amplius exemplo desumpto ex duobus modis, quibus potest aliquis accipere à Deo inspirationem & reuelationem ad scribendum librum aliquem. Nā primo potest hoc contingere, ita ut is homo certo & infallibiliter iudicet reuelari sibi à Deo omnia quæ in

41

tali libro scribit. Secundo ita ut nihil de hoc iudicet, quamuis re ipsa nihil in tali libro contineatur, quod non fuerit acceptum ex Dei reuelatione, & in priori casu, assentiremur ex fide omnibus contentis in illo libro: in posteriori verò non possemus, ita assentiri, nisi aliunde nobis costaret illa omnia esse scripta ex Dei inspiratione, & reuelatione. Ergo idem dicendum est de ijs, quæ à Prophetis dicuntur propheticè.

Obiectio.

Sed obijcies contra rationem hanc: quia iuxta eam sequeretur non esse de ratione cognitionis propheticæ certitudinē de Deo reuelante. Probatur sequela, quia in hac ratione solum probatur esse necessariam hanc certitudinem, ut vaticinijs Prophetarum possit præberi assensus ex fide, ergo ipsa cognitio prophetica, secundum suam essentiam & proprietates sibi intrinsecas non postulat talem certitudinem. Probatur consequentia: quia cognitio prophetica proponitur, ut completa, & perfecta secundum suam essentiam, & omnes conditiones sibi proprias ad assensum ex fide, non solum apud alios, sed etiam apud ipsum Prophetam.

42

Conf. 1.

Confirmatur primò, quia cognitioni propheticæ accidentale est adhiberi ei assensum ex fide; ergo id quod solum est necessarium, propter hunc assensum cuiusmodi est hæc certitudo iuxta rationem D. Thomæ, etiā erit accidentale eidem cognitioni, & ex cōsequenti poterit cognitio prophetica intelligi perfecta quo ad essentiam & omnes proprietates sibi intrinsecas, sine hac certitudine. Probatur hoc antecedens, quia cognitio

pro-

43

prophetica nō solū p̄cedit assēsum fidei, sed etiā est independens ab eo, quia quamvis non sequeretur talis assensus, non ideō esset incompleta, aut imperfecta. Ergo accidentale est ipsi adhiberi talem assensum.

Conf. 2.

Confirmatur secundo: quia cognitionem prophetica annūtiare alijs, est ipsi cognitioni accidentale, ergo & p̄beri ei assensum ex fide, & ex consequenti etiā id, quod solū est necessarium propter hunc assensum, cuiusmodi est hęc certitudo, de qua loquimur. Prima cōsequētia patet, quia cum annūtiatio sit medium, per se ordinatum ad assensum, si annūtiatio est accidentaria cognitioni prophetice, etiā assensus erit ei accidentarius. Et antecedens probatur. Tum quia D. Thom. 2. 2. quæstione. 171. artic. 1. Docet tres actus pertinere ad Prophetiam, scilicet, cognitionem, qua Propheta cognoscit ea, quæ sibi reuelantur à Deo, locutionem, qua ea annūtiatur alijs hominibus, & operationem miraculorum, qua ea confirmat: & inquit prophetiam consistere in primo actu primariō, & in reliquis secundariō, & accidentaliter. Tum etiā quia multis sunt factæ reuelationes prophetice, vt personis priuatis, & non vt ministris, per quos Deus voluerit eas annūtiari alijs, vt patet de multis Sanctis, de quibus dicitur habuisse spiritum prophetice: & circumferuntur plures reuelationes: vt de Beato Benedicto, de Beata Catherina Senensi, Beata Brigita & alijs: & ita neque Ecclesia approbauit horum reue-

D. Thom.

44

lationes, vt factas à Deo, neque est contra fidem non assentire eis.

Ad hanc obiectionem, Respondetur negando sequelam argumenti principalis, & vt respondeamus probationi, & confirmationibus aduertendum est Diuum Thomam in hac ratione supponere id, quod dixerat in proœmio quæstionis. 171. & 1. 2. quæst. 111. art. 1. & 4. Scilicet prophetiam esse vnā ex gratijs gratis datis, quæ non sunt communes omnibus hominibus, sed dantur peculiariter aliquibus, vt alijs cooperentur ad eorum iustificationem & salutem, & ordinari peculiariter ad perfectionē fidei: nam cum commune sit omnibus gratijs gratis datis esse quasi quædam instrumenta, & adiumenta ad generationem, & perfectionem fidei, in alijs, quia important in docente sufficientiam requisitam, vel ex parte cognitionis, vel ex parte locutionis, vel ex parte confirmationis ad instruendum alios de rebus diuinis; prophetia hoc habet peculiare, vt non solū deferuiat ad fidei confirmationem, sed etiā ex propria ratione & essentia ordinetur ad hoc, vt hominibus fiat reuelatio veritatū, quæ sunt ex fide credendæ: & propterea prophetæ dicuntur legati, & ministri, per quos Deus suam voluntatem hominibus annūtiat, vt apertè docet Paulus in hoc testimonio, de quo agimus, & Petrus in secunda Epistola, cap. 1. cum inquit: *habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, quasi lucerna lucenti in cali-*

ginoso loco. Appellat enim propheticum sermonem, lucernam lucentem, quia per ipsum nobis lumen rerum diuinarum datur. Et potest hoc congruenti ratione confirmari, quia quamvis Deus potuerit singulis hominibus credenda immediate reuelare; tamen sua vis dispositio, qua Deus cuncta gubernat consentaneè ad eorum naturas, postulat, vt per principalia Ecclesie membra, scilicet Prophetas, Apostolos, & Euangelistas Deus peculiaribus hominibus hæc mysteria reuelat, quia consentaneum est nature humanæ, vt homines discant ab hominibus, & vt inferiores per superiores gubernentur. Et ita hoc argumentum, in quo D. Thomas probat conuenire hæc certitudinem cognitioni prophetice, quoniam aliās non poterit p̄beri ei assensus ex fide: est à priori, quia sumitur ex fine ad quem ordinatur, secundum suam naturā ipsa cognitio prophetica: & in eo colligitur ex hoc fine qualis debeat esse ipsa secundū se, sicut ex diffinitione demonstratio nis data per finem colligit Aristoteles à priori qualis debeat esse ipsa demonstratio. Et ex diffinitione anime data per eius finem, scilicet principium vegetandi &c. colligit à priori ipsam esse actum corporis &c.

45

Resp. obiectioni.

Prophetia est gratia gratis data.

46

1. Petri. 2.

ginoso

48

Sua vis Dei providentia postulat, vt hominibus instruantur.

tes requisitas ad faciendum reuelationem, quæ est obiectum formale fidei, & ex consequenti hæc certitudinem, de qua loquimur. Quia non poterit Propheta annūtiare hominibus aliquid, vt dictū & reuelatum à Deo, sicut requiruntur ad obiectum fidei, nisi ipse sit certus esse sibi reuelatum à Deo. Sicut non potest legatus Regis referre nobis aliquid, vt dictum sibi à Rege, nisi ipse certò iudicet fuisse sibi à Rege dictum. Et ad probationem eiusdem consequentia dicendum est, vnā ex conditionibus requisitis ad complementum & perfectionem cognitionis Prophetice secundum suam essentiam, esse aptitudinem quandam, vt per eam fiat reuelatio, quæ est obiectū formale fidei & ad hanc aptitudinem requiritur certitudinem, de qua loquimur.

49

Ad primam confirmationem responderetur distinguendo antecedens: quia si intelligatur, de assensu fidei, vt in exercitio, & re ipsa adhibito verum est, quia cognitio prophetica non amitter aliquid de sua perfectione, quamvis re ipsa nullus ei assentiatur ex fide: si tamen intelligatur de eodē assensu, vt debito adhiberi cognitioni prophetice, falsum est, quia cognitio prophetica non erit perfecta quo ad suam essentiam, nisi sit talis, vt sit ei debitus assensus fidei, supposita conuenienti & requisita eius propositione. Et eodem modo est distinguendū consequens, quia id quod solū est necessarium ad assensum fidei, vt exercitum est accidentale cognitioni Prophetice; id tamen quod est necessariū ad assensum, vt debitum non est accidentale,

Et hoc supposito ad probationem illius sequelæ responderetur negando consequentiam: quia cū cognitio prophetica ordinetur per se & ex natura sua tanquam ad finem, ad hoc, vt per eam fiat hominibus reuelatio eorum, quæ sunt ex fide credituri, necesse est ipsam habere omnes proprieta-

50

51

Ad 1. conf. Ref.

B sed

52

sed intrinsicum cognitioni propheticae, & certitudo, de qua loquimur, est necessaria propter assensum sumptum, tam in priori, quam in posteriori modo.

Ad a. conf. Ref.

Ad secundam confirmationem responderetur distinguendo antecedens. Si enim intelligatur de annuntiatione re ipsa, & in exercitio facta, verum est, loquendo de eo genere accidentalitatis, quo exercitium dicitur accidere respectu principij, quod ex propria natura ordinatur ad ipsum: si tamen intelligatur de ordinatione cognitionis propheticae ad annuntiationem falsum est: quia (vt dixi) cognitio prophetica ex propria essentia ordinatur ad hoc, vt per eam annuntientur hominibus ea, quae oportet ab eis cognosci, & sunt ipsis occulta. Et consequens etiam est distinguendum eo modo, quo distinximus consequens praecedentis confirmationis. Et ad primam probationem antecedentis quatenus deseruire potest ad probandum ipsum absolute, & in omni sensu, responderetur Diuum Thomam expressse loqui de locutione prophetica in exercitio.

53

Et ad secundam probationem dicendum est, reuelationes illas particulares, siue factas aliquibus sanctis, vt personis particularibus ordinari ex parte suae rationis formalis obiectiuae, ad hoc vt alijs hominibus manifestentur, quamuis re ipsa ratione materiae non manifestentur; imò & Deus disposuerit non manifestari.

D. Thom.

Sed adhuc circa hoc tertium, sicut circa duo praecedentia, quae diximus cognosci à Prophetis aduertendum est, Diuum Tho-

mam. 2. 2. quaest. 171. artic. 5. debere intelligi de vero & perfecto Propheta, qui simpliciter habet donum prophetiae, & loquitur ex eo: nam qui solum mouetur ex instinctu prophetico ad loquendam aliquid propheticum, vel ad faciendum, quamuis ex officio sit verus & sanctus Propheta, & circa alia multa habuerit, imò & tunc habeat expressam, & perfectam reuelationem prophetica, non discernit quantum ad id, quod facit ex tali instinctu an moueatur ex diuino instinctu, vel potius ex proprio spiritu, & ingenio. Et ratio huius limitatio nis sumitur ex imperfectione huius instinctus in genere prophetiae: nam quia huiusmodi instinctus est, quid imperfectum in eo genere, vt inquit Diuus Thomas, non oportet in eo, quod procedit ex huiusmodi instinctu reperiri totam perfectionem cognitionis propheticae.

54

Et potest hoc amplius explicari ex eo, quod superius diximus, scilicet, hominem, cum ex huiusmodi instinctu facit aliquid propheticum, siue sit apprehensio, siue locutio, siue opus aliquod externum; non se habere quantum ad significationem propheticae; vt mouentem se ipsum, sed potius vt motum ab alio. Quia ex hoc prouenit vt non semper cognoscat quid significetur propheticè per id, quod facit & multò minus à quo moueatur ad id faciendum.

55

Et confirmari potest esse hoc ita intelligendum argumento de sumpto ex Diuo Thoma ibidem: quia contingit Prophetas sanctos & qui ad munus prophetandi

Aliquando loquuntur Prophetas, moti proprio spiritu

sunt

56

sunt peculiariter à Deo deputati, dicere aliquid motos ex proprio spiritu & ingenio, & tamen suspicari se moueri ad id dicendum ex spiritu prophetiae. Ergo oportet admittere, aliquando veros Prophetas moueri à Deo ad prophetandum: & tamen ipsos, non cognoscere certò se ad id moueri à Deo; & cum hoc non possit adniti de perfecta motione prophetica, quae fit per expressam reuelationem, erit admittendum de imperfecta, quae fit per instinctum propheticum. Consequentia patet, quia si prophetae quotiescumque mouentur à Deo ad faciendum aliquid propheticum, cognoscunt certò se moueri à Deo; nunquam poterit dari casus, in quo ipsi sub dubio iudicent se moueri à Deo, cum re vera non mouentur: quia ex defectu certitudinis in huiusmodi iudicio poterunt colligere deesse sibi motionem ex diuino spiritu, quae semper est cum hac certitudine. Et antecedeas probat Diuus Thomas autoritate Gregorij, qui Homilia prima in Ezechielem, ita inquit: Aliquando Prophetas sancti dum consuluntur ex magno usu prophetandi, quaedam ex suo spiritu profertur, & se hac ex prophetia spiritu dicere suspicantur. Et idem confirmat ipse Gregorius ibi exemplo Nathan Prophetae, qui secundo Regum septimo, & primo Paralipomenon decimo septimo

57

D. Thom. Greg.

Dauidi consulenti ipsum, an expediret templum aedificare; respondit: omne quod est in corde tuo uade, & fac, quia Dominus tecum est. Quoniam his verbis Nathan videtur dare responsum hoc vt acceptum à Deo, alias enim non

Reg. 7. Paral. 17.

58

addidisset illa verba: Dominus tecum est, quae significant Deum fauere, & auxilium praestare Dauidi ad peragendum opus: quia cum ipse non posset hoc scire, nisi ex Dei reuelatione si existimaret se ea carere, videretur ex professo & data opera, velle decipere Dauidem in re graui, quod de Propheta Dei sancto non est credendum. Et tamen constat ex ipso contextu Nathan tunc non fuisse locutum ex diuino spiritu, sed ex proprio & ita errasse. Nam statim dicitur Nathan nocte sequenti fuisse à Deo edoctum per reuelationem propheticae, vt prohiberet Dauidi templi aedificationem.

D. Thom. Greg.

Et addit Diuus Thomas ex eodem Gregorio, fuisse discrimen inter Prophetas sanctos, & non sanctos, cum utriusque ex proprio spiritu tanquam ex diuino loquentes errabant, quia sancti, ne ex suo errore detur alijs occasio errandi statim per instructionem Spiritus Sancti corriguntur & cognoscunt veritatem, & eam alijs, quibus falsum dixerant manifestant. Quod Gregorius his verbis docet. Sed quia sancti sunt per Spiritum sanctum citius correcti ab eo, quae vera sunt, audiunt, & semetipsos, quia falsa dixerint reprehendunt. Et continuo id confirmat exemplo Nathan paulo superius adducto.

59

Est autem aduertendum in his Gregorij verbis illam rationem, quia sancti sunt, non poni ad denotandum priuilegium aliquod sanctitatis, quasi ob eorum sanctitatem Deus eos statim à deceptione extrahat (vt falso intellexit Caieta. exponens D. Thomam

Caiet.

60

loco citato, quia cum prophetia ordinetur in bonum aliorum non datur alicui in primum suae sanctitatis, sed ut alijs profit, quamuis sanctitas possit esse congrua dispositio, ut detur. Quare illa ratio habet eum sensum, quem ex Divo Thoma proposuimus, scilicet, quia propter suam sanctitatem possunt esse alijs occasio errandi, &c.

Et si queras, quomodo discernemus quando Propheta loquantur ex spiritu prophetiae, & quando ex proprio spiritu? Respondetur regulam, infallibilem ad hoc cognoscendum esse, Ecclesiae determinationem, & ideo de omnibus prophetijs, quae ut acceptae à Deo referuntur in libris, quos ut canonicos approbavit Ecclesia, censendum est, fuisse acceptas à Deo per expressam revelationem, & Prophetas cum eas proferrent fuisse loquutos ex spiritu prophetiae, & nullo modo ex proprio. Poterimusq; cognoscere an prophetia referatur, ut accepta à Deo ex multis circumstantijs verborum, quibus id solet indicari, ut si ipsi Prophetae dicant se loqui nomine Dei, aut ut missos à Deo, siue ipsam prophetiam appellent verbum, aut sermonem, vel visionem Domini, aut aliquo modo ex Scriptura colligatur eos fuisse à Deo missos ad faciendum, vel dicendum aliquid propheticum.

Dico autem de his Prophetijs esse censendum fuisse à Deo acceptas per expressam revelationem, ut significent non fuisse acceptas per instinctum propheticum, quia cum Prophetae ea,

Quomodo cognoscatur quando propheta loquitur proprio spiritu

61

quae cognoscebant per hunc instinctum non discernent an essent à Deo, non tradebant ea, ut accepta à Deo, ne alios exponerent periculo errandi, & ideo neque Scriptura ea refert, ut accepta à Deo.

De alijs autem Prophetijs, quae in Scriptura non continentur, variae solent assignari regulae ad discernendum quando sint ex Deo, siue per expressam revelationem, siue per instinctum propheticum: & quando sint ex spiritu humano, aut etiam ex demonis suggestionem, quas longum esset recensere & alienum à nostro instituto, poterit de eis videri Divo Thoma 2.2. quaestione 172. articulo quinto, & ibi Caietanus. Qui tres differentias colligit ex Divo Thoma inter Prophetas Dei & daemonum.

Sed quamuis tria illa, quae diximus supponi in titulo ut certa, sint vera, scilicet Prophetas habere species intelligibiles deservientes apprehensioni revelationis sibi factae: & praeterea cognoscere certo, & infallibiliter tria, quae hactenus explicuimus, nempe quid per talem revelationem significetur, & illud esse verum, & reuelari sibi à Deo, & tandem dari eorum intellectibus à Deo facultatem supernaturalem, quae haec possint cognoscere: adhuc remanent circa ea tres difficultates, quae in ipso titulo insinuantur.

(?)

62

D. Thom.

63

Prima

1

I. DIFFICULTAS

Est circa primum, An menti Prophetae infundantur à Deo novae species, per quas apprehendat, & concipiat revelationem sibi factam?



Quam, ut respondeat Divo Thomas secunda secunda quaestione 172. articulo secundo, supponit, tribus modis posse produci in intellectu Prophetae species, quibus apprehendat revelationem alicuius veritatis. Primo medijs aliquibus imaginibus sensibilibus obiectis sensibus externis eiusdem Prophetae. Secundo medijs formis imaginarijs, non acceptis per sensus externos, sed impressis phantasiae à Deo. Tertio sine concursu alicuius formae, tam externae, quam pertinentis ad phantasiae per immediatam impressionem specierum intelligibilium factam à Deo.

Et hoc supposito, Respondet, quando reuelatio fit primo modo necessarium esse, ut ab illis formis sensibilibus producantur species in sensibus externis, & deinde his mediantibus fiant phantasmata in imaginativa, & tertio concurrentibus aliquo modo his phantasmatis, producantur species intelligibiles in intellectu possibili, quoniam per hos gradus naturaliter ea, quae obijciuntur sensibus externis proveniunt ad apprehensionem intellectus. Et

D. Thom. Tribus modis possunt produci species in intellectu Prophetae.

2

quando reuelatio fit secundo modo dicit, produci à Deo immediate in imaginativa phantasmata de nouo, aut ea, quae antea in ipsa existerant ordinari modo aliquo convenienti, & proportionato ad representandum id, quod Deus vult per ipsa obijci phantasiae, & medijs his phantasmatis, aut novis, aut nouo modo ordinatis resultare in intellectu possibili, aut productionem novarum specierum, aut novam ordinationem, & compositionem praesistentium, ita ut representent intellectui id, quod phantasmata postulant, representari.

Et in hoc secundo modo supponit Divo Thomas, secundum diversam dispositionem phantasmatum provenientem, aut ex aliqua transmutatione corporali, ut in dormientibus, & phreneticis, aut ex imperio rationis dirigentis imaginativam ad id, quod est intelligendum, siue huiusmodi imperium sit expressum, siue virtuale propter subordinationem imaginativae ad intellectum fieri in ipsa imaginativa diversas apparitiones, & inde resultare in intellectu possibili similem diversitatem quo ad species intelligibiles: quod in exemplo posito de dormientibus & phreneticis est manifestum. Quoniam in eorum imaginativa constat fieri diversas valde apparitiones propter diversam phantasmatum transmutationem, & à Divo Thoma explicatur exemplo literarum, quae propter varias dispositiones & ordinatio-

3

4

B 3

nes

5

nes habent diuersas significaciones, & distinctos pariunt intellectus.

Et tandem quando reuelatio fit tertio modo, dicit Diuus Thomas, necessarium esse produci à Deo immediatè in intellectu possibili species intelligibiles, vel eas, quæ antea erant in ipso ordinari & componi modo aliquo conuenienti ad significandum id, quod Deus vult apprehendi ab intellectu Prophetæ medijs talibus speciebus. Et horum omnium vna est ratio fundata in eo, quod requiritur, vt intellectus humanus aliquid cognoscat, scilicet, non posse aliter intellectum Prophetæ habere apud se repræsentationem obiecti requisitam ad cognitionem.

Obiectio.

6

Et si obijcias non bene constitui discrimen inter secundum modum & tertium in eo, quod ad secundum requiratur productio, vel ordinatio noua phantasmatum, & non ad tertium, quia videtur eam requiri ad vtrumque modum. Quod sic probatur. Omnis nostra cognitio intellectualis pro hoc statu est, cum dependentia à phantasmatis. Ergo non potest esse infusio, vel ordinatio specierum in intellectu, sine impressione, aut ordinatione phantasmatum, aliàs vsus harum specierum intelligibilium esset sine dependentia à phantasmatis: quia nulla est ratio, propter quam huiusmodi species, quo ad suam productionem, vel ordinationem non pendeant à phantasmatis, & tamen quo ad vsum in actuali cognitione

pendeant ab eisdem phantasmatis.

7

Respondetur discrimen, quod nunc constitutum inter duos illos modos, quibus prophetis fiunt reuelationes, non esse intelligendum de speciebus intelligibilibus, quantum ad earum vsum, qui consistit in actuali cognitione, quasi in tertio modo intellectio actualis sit omnino independens à phantasmatis, sed quantum ad earum infusionem, vel ordinationem, quæ præsupponitur ex parte actus primi ad actualem cognitionem: quia est quædam acquisitio ipsius actus primi. Et discrimen consistit in hoc, quod hæc acquisitio specierum intelligibilium in secundo modo dependet ex simili acquisitione phantasmatum facta per influxum à Deo, & in tertio non ita pendet ab ea. Et ratio huius discriminis est, quia in secundo modo species intelligibiles procedunt ex phantasmatis, quæ tunc producuntur, aut ordinantur à Deo. Tamen in tertio modo species intelligibiles non procedunt ex phantasmatis, sed immediatè infunduntur à Deo.

Resp.

8

Quare ad obiectionem negandum est requiri in vtroque modo productionem, aut ordinationem phantasmatum ad productionem specierum intelligibilium. Et ad probationem concessio antecedenti, si intelligatur de intellectu naturali, aut de ea, quæ quamuis sit supernaturalis fit modo connaturali nostro intellectui pro hoc statu, neganda est consequen-

Intellectio, qua non fit modo connaturali potest non dependere à phantasmatis.

tia

9

D. Thom.

10

na, & ad eius probationem dicendum est ex voluntate Dei posse prouenire vt species, quæ quoad vsum pendent ex phantasmatis in quantum non potest intellectus per eas aliquid intelligere nisi phantasia cooperante circa phantasmata eis proportionata, non pendeant ex eisdem phantasmatis quoad suam productionem, sed immediatè producantur à Deo infundente eas intellectui, sicut Diuus Thomas prima parte quæstione nonagesima tertia articulo tertio ad primum dicit: Adamum in sua conditione habuisse species intelligibiles, quæ tunc fuerant sibi à Deo immediatè infusæ, sine vlla dependentia à phantasmatis: & tamen de ipso dixerat articulo præcedenti non potuisse in illo statim intelligere aliquid, sine dependentia à phantasmatis. An verò aliquando dentur Prophetis species intelligibiles, quæ non solum de facto producuntur, sine dependentia à phantasmatis, sed etiam ex propria natura postulent, ita produci, & intellectus debeat eis vt, sine dependentia ab eisdem phantasmatis, dicemus articulo quarto, vbi agemus de distinctione graduum prophetiæ.

(?)

Dubium circa eandem difficultatem.

11

AN Quando reuelatio fit per res aliquas habentes rationem symbolorum significantium id, quod Deus vult manifestare Prophetæ per talem reuelationem, necessarium sit dari ei in intellectu species duorum ordinum, scilicet, quasdam repræsentantes huiusmodi symbola, & deseruientes eorum apprehensioni, & alias repræsentantes, quid per talia symbola significetur & deseruientes apprehensioni ipsius significationis?

Et vt facilius intelligatur hoc dubium, supponendum est in primis reuelationum, quæ à Deo fiunt hominibus, quasdam esse claras & apertas, distincte, & euidenter significantes eas res, quas Deus vult per ipsas manifestare hominibus: & alias reuelationes esse obscuras & inuolutas per varias aliarum rerum similitudines, & imagines, tectè insinuantesea, quæ Deus vult reuelare. Et quidem prioris generis reuelationum exempla sunt duæ reuelationes factæ Iosepho, & vna facta Magis, quæ habetur Mathæi primo & secundo, & alia facta Paulo, quæ habetur Actorum decimo sexto. Mathæi primo, Deus per Angelum dixit Iosepho: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem

12

Matt. 1. & 2

Acto. 16.

13

Filium: & vocabit nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, & capitulo segundo, dicitur de Magis: & responso accepto in somnijs, ne redirent ad Herodem. Et statim refertur Angelum dixisse Iosepho: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi, usque dum dicam tibi: futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Et Actorum decimo sexto de Paulo Apostolo sic habetur: Et visio per noctem ostensa est Paulo. Vir quidam erat Macedo, stans & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam adiua nos. Ut autem visum vidit, statim quasiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quod vocasset nos Deus euangelizare eis.

14 A&o. 10.

Posterioris autem generis reuelationum exempla sunt hæc: Actorum decimo dicitur de Petro Apostolo. Cecidit super eum mentis excessus, & vidit Calum apertum, & descen dens vas quoddam, velut lintheum magnum, quatuor inijs submitti de Cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia terra, &cætera, quæ sequuntur. Genesis quadragesimo. Pincerna Regis Pharaonis retulit hoc somnium suum. Videbam coram me vitem, in qua erant tres pro pagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vnas maturefcere, &cætera. Et continuo Pistor eiusdem Pharaonis retulit alterum somnium suum. Et ego vidi somnium, quod tria canistra haberem super caput

Gen. 40.

meum: & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me patabam omnes cibos, qui sunt arte pistoria, auesque comedere ex eo, &cætera. sequenti narrantur duo somnia Pharaoni, vnum de septem bobus, & alterum de septem spicis, & Propheta Daniel capitulo segundo sui vaticinij retulit Nabuchodonosori eius somnium, quod sibi Deus reuelauerat. Tu Rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis, &cætera.

Et hoc supposito iam intelligitur, non proponi hoc dubium de reuelationibus prioris generis, in quibus per proprias species apertè & clarè significantur ea, quæ Deus vult reuelare, sed de reuelationibus posterioris generis, in quibus necesse est significationem signorum, & imaginum intelligere.

Et ratio dubitandi pro parte affirmatiua est, quia in reuelationibus posterioris generis duo sunt obiecta adeò distincta, vt alterum cum altero nullam habeat connexionem naturalem, scilicet, symbola & eorum significatio. Ergo necessariae sunt duæ apprehensiones, atque adeo species distinctæ, quæ deseruiant vtrique apprehensioni. Antecedens quidem patet, quia significatio distinguitur à symbolis, & non conuenit eis ex natura rei, sed ex diuina institutione, ita, vt quamuis nihil eis desit ex eo, quod ipsorum natura postulat, possint carere hac significatione. Consequentia autem sic probatur.

15

16

Quia

17

Quia cum obiecta sunt adeo distincta, vt non habeant inter se naturalem connexionem, non potest apprehensio, & species vnus deseruire ad cognoscendum alterum, sed vniuscuiusque requiritur propria apprehensio & species. Et ita Deum cognoscimus per speciem creaturæ, quia creatura habet cum Deo naturalem, & necessariam connexionem, sicut effectus cum sua causa. Et substantiam materialem cognoscimus per speciem accidentis, quia etiam accidens habet naturalem connexionem cum substantia, cui inhæret.

18

Requiritur dari species symbolorum in Prophe-ta.

D. Thom.

Etiã rerum significatiu, per symbola requiritur dari species.

Prima Conclusio.

Ad hoc dico primò symbolorum, per quæ Deus significat id, quod vult reuelare, necesse est dari species in intellectu Prophetæ, siue per infusionem de nouo, siue per ordinationem specierum præexistentium. Hoc expresse docet Diuus Thomas loco citato. Et est satis notum ex ratione, qua probatur, necessariae esse species obiectorum ad intelligendum.

Secunda Conclusio.

Dico secundo, rerum, quæ per huiusmodi symbola significantur etiam est necesse, dari species in intellectu Prophetæ. Probatur, quia Prophetæ iudicium non solum est de symbolis, sed etiam de eo, quod per ista significatur, vt patet in exemplo superius adducto ex Daniele, qui non solum retulit Nabuchodonosori statuam, quam

19

20

Ordinationis formalis ad re significatam non requiritur species

D. Thom.

somnians viderat, sed etiam explicuit, quid per eam significaretur. Ergo etiam apprehensio, & ex consequenti species est de vtroque, scilicet, de symbolo, & de re significata.

Confirmatur, Quia proposita imagine Regis externa, non poterit aliquis iudicare representari Regem per talem imaginem, nisi habeat apud se speciem Regis. Ergo similiter Propheta non poterit iudicare significari, per hæc symbola tale obiectum, nisi etiam habeat speciem eiusdem obiecti.

Tertia Conclusio.

Dico tertio, Non est necesse Prophetam habere peculiarem speciem eius habitudinis, siue institutionis, aut ordinationis passiuæ ad significandum tale obiectum, quæ ex parte symbolorum est significatio formalis, aut virtus significatiua talis obiecti. Probatur, primò autoritate Diui Thomæ, qui articulo citato in corpore dicit, requiri duo ad cognitionem humanæ mentis, scilicet, acceptionem, siue representationem rerum, & iudicium de rebus representatis. Et ex his primum fieri per species, & secundum per vim luminis intellectualis. Et continuo explicans, qua ratione hæc duo reperiantur in reuelatione Prophetica, de qua loquimur, inquit: acceptionem, siue representationem consistere in spe-

21

ciebus symbolorum, & iudicium in cognitione significationis ipsorum, quam dicit fieri per virtutem luminis intellectualis infusi. Vbi aperte D. Thomas distinguit cognitionem significationis symbolorum ab acceptione specierum, & dicit hanc cognitionem fieri solum per lumen infusum, & non per acceptionem aliquarum specierum. Et postea hoc ipsum explicat exemplo, nam inquit Pharaonem, & Nabucho donso rem: quamuis haberint representationem aliquarum rerum per similitudines imaginarias, non fuisse Prophetas, quia eorum mentes nunquam fuerunt illuminatae, ad iudicandum, quid per huiusmodi similitudines significaretur. Vbi aperte tribuit hoc iudicium lumini prophetico, vt distinguitur ab speciebus.

D. Thom.

Secundo probatur ratione desumpta ex Diuo Thoma, ibidem, quia postquam intellectus habet cognitionem symbolorum secundum suam entitatem per eorum species, vt cognoscat eorundem significationem, satis est infundi ipsi lumen proportionatum. Ergo non est necesse ipsum habere peculiarem speciem talis significationis. Consequentia est nota: quia frustra daretur Prophetarum huiusmodi species. Antecedens autem probatur, quia possibile est dari huiusmodi lumen, quod sit vis, & facultas ad interpretandum significationem symbolorum. Ergo satis est dari hoc lumen habenti

species symbolorum, vt possit exponere eorum significationem. Antecedens hoc probatur duobus medijs.

23

Primum medium desumitur ex testimonijs Scripturae & sanctorum. Nam in primis, Danielis primo sic habetur. *Danieli autem intelligentiam omnium visionum, & somniorum, scilicet, dedit Deus.* Vbi sermo fit de visionibus & somnijs immisis a Deo, & habentibus vim significandi ex Dei beneplacito, & institutione: & per intelligentiam significatur facultas quaedam intelligendi, & interpretandi, quid per visiones & somnia significetur. Et ita interpretas Vatabli vertit: *Danieli praeterea vim exponendi omne visum, & somnia, scilicet, dedit.* Hieronymus exponens haec verba, sic ait: *Daniel hoc extra tres pueros habebat insigne, quod visiones, & somnia, quibus per symbola quaedam & aenigmata, futura monstrantur, sagaci mente cernebat: vt quod alij videbant in phantasmate, hic oculis cordis aspiceret.* Quibus verbis Hieronymus sagacitatem, & facultatem ad intelligendum, & non species representantes significationem symbolorum videtur intelligere.

Dan.

24

Hierony.

Et praeterea Diuus Thomas loco citato loquens de vi ad exponendum visiones, & imagines ostensas a Deo aliquibus hominibus appellat eam expresse lumen, & distinguit eam ab speciebus, nam ita inquit. *Non est talis, scilicet, qui videt has ima-*

D. Thom.

gines

25

gines censendus Propheta, nisi illuminetur eius mens ad iudicandum, scilicet, de earum significatione. Et paucis interpositis. *Erit autem Propheta si solummodo intellectus eius illuminetur ad iudicandum, etiam ea, quae ab alijs imaginariè visa sunt.* Et inferius. *Lumen autem intelligibile quandoque quidem imprimitur menti humanae diuinitus ad iudicandum ea, quae ab alijs visa sunt.* Et tandem Augustinus ibidem relatus a Diuo Thoma, tomo tertio libro duodecimo de Genesi ad literam, capite vndecimo, sic ait: *Itaque magis Ioseph Propheta, qui intellexit quid significarent septem spicae, & septem boves, quam Pharaon, qui eas vidit in somnis: illius enim spiritus informatus est, vt videret, huius mens illuminata, vt intelligeret.* Et postea, *Maxime Propheta, qui vtroque praecellit, vt & videat in spiritu corporalium rerum significatas similitudines, & eas viuacitate mentis intelligat.* Alterum medium sumitur ex non nullis exemplis: nam donum intelligendi scripturas ad quod pertinet interpretatio sermonum non consistit in speciebus representantibus, qui per Scripturam significetur, sed in lumine intellectuali diuinitus infuso & impresso humanae menti ad iudicandum de sensu scripturarum, Quo exemplo vitur Diuus Thomas loco citato, vbi inquit, esse de hoc lumine intelligendum, quod de Apostolis dicitur Lucae vigesimo primo, scilicet Christum aperuisse eis sensum, vt intelligerent Scri-

Augu.

26

Lucae. 21.

pturas: & similiter donum linguarum non consistit in speciebus representantibus significationes vocum, sed in lumine ad intelligendum huiusmodi significationes, vt docet Diuus Thomas secunda secundae quaestione 176. articulo primo, ad secundum. Ergo eodem modo dicemus virtutem ad cognoscendum significationem symbolorum non esse species representantes ipsam significationem sed lumen quoddam intellectuale.

27

D. Thom.

Et praeterea in naturalibus, quamuis cum addiscimus linguam aliquam, necesse sit tradi nobis in particulari significationes saorum vocabulorum, atque adeo nos accipere earum species; tamen postea usu, & exercitio eiusdem linguae acquirimus facilitatem quandam per modum habitus, vt possimus sine speciebus significationis, aut impositionis vniuscuiusque vocis ad significandum intelligere facile, & expedite significationes vocabulorum talis linguae, quoties, aut ab alijs, aut a nobis proferuntur. Si ergo assiduitate, & exercitio comparatur huiusmodi facilitas, multo melius poterit infundi Prophetarum a Deo lumen intellectuale, quo possit intelligere significationem symbolorum.

28

Et potest his exemplis adiungi aliud ex Caietano secunda secundae, quaestione 172. articulo primo, circa solutionem ad primum, vbi explicans doctrinam Gregorij relatum ibi, a Diuo Thoma, scilicet, animam cum appropinquat ad mortem

Caiet.

cog-

29

cognoscere aliqua futura subtilitate suae naturae, ita inquit: Anima tunc percipit subtiles motus imaginatiuae ex impressione causarum naturalium, ex quibus motibus imaginatiua lucentibus lumine intellectus agentis & alius cuius forte superioris intellectus mouetur intellectus noster possibilis ad cognoscendum futurum in presenti signo representatum. Et hoc modo dicit quendam hominem, cuius meminit Gregorius prauidisse sepeliendum se in sancto Xysto.

Vltimò probatur hoc, quia communiter Theologi videntur in eo consentire, cum disputant an donum prophetiae habeat rationem habitus, vel auxiliij, aut qualitatis transeuntis: nam cum cognoscere significationem symbolorum, sit actus huius doni, si fieret per species ipsius significationis, deberent inquirere an in hoc dono includantur huiusmodi species.

Ad fundamentum Res.

Et ad rationem dubitandi pro parte affirmatiua responderetur distinguendo antecedens. Si enim intelligatur de obiectis, ita distinctis, vt vnumquodque eorum per se sumptum habeat rationem obiecti, falsum est, quia significatio si praescindatur à symbolo, cui conuenit, non est obiectum, & ideo non comparatur ad ipsum, vt ad alterum obiectum, sed vt modus eius. Si tamen intelligatur de obiectis, quae censentur distincta, quia non habent inter se naturalem connexionem, verum est. Ceterum neganda est consequentia, quia vt valeret oportet

teret antecedens esse verum in priori sensu, vt patet in exemplis propositis in secunda probatione vltimi dicti.

Ex quibus etiam patet, non esse verum id, quod dicitur in probatione huius consequentiae: scilicet, cum obiecta sunt ita distincta, vt non habeant inter se naturalem connexionem non posse apprehensionem vnius deseruire ad cognoscendum alterum. Et ex hoc patet facile intelligi quo modo aliquando, qui habet species symbolorum non cognoscat eorum significationem: non enim id prouenit ex defectu specierum, sed ex defectu luminis proportionati ad vtendum eis.

II. DIFFICULTAS

Circa secundum, An certitudo infallibilis, qua Propheta cognoscit illa tria, scilicet quid significetur per reuelationem & illud esse verum, & reuelari sibi à Deo, sit ex ipsorum euidencia, vel potius sine hac euidencia & cum obscuritate?



Vt intelligatur, de quo horum sit difficultas, aduertendum est, non esse, de primo, quia de significatione reuelationis manifestum est Prophetam habere euidenciam quando ipsa reuelatio est aperta. Et idem dicendum est, quando est recta sub imaginibus: quia siue tunc significatio manifestetur Pro-

31

32

ph-

33

pherae, per infusionem, aut ordinationem peculiarium specierum, siue per infusionem luminis, quod vt probabilius eligimus in solutione praecedentis difficultatis, certum est manifestare in se ipsa, atque adeo euidenter. Quare solum est difficultas de duobus vltimis scilicet de re reuelata, & de egressa ipsius reuelationis à Deo, vt ab authore.

Caiet. sent.

Et de his Caietanus 2. 2. quaestione 171. articulo quinto, asserit Prophetas habere euidenciam, quantum ad id, quod de vno quoque eorum ipsi reuelatur. Et quia de primo, scilicet, de re reuelata saepe non reuelatur, quid sit talis res, sed solum an sit, vel futura, vel de praesenti sit talis qualis reuelatur; vt futuram esse Verbi Incarnationem, & Deum esse trinum: ideo dicit consequenter Prophetas non semper habere euidenciam rei reuelatae quantum ad quid est, sed saepe solum quantum ad an est. Itaque sententia Caietani est: Prophetas cognoscere euidenter duo, scilicet, futuram esse rem, quae ipsis reuelatur, aut de praesenti esse talem qualis reuelatur, & praeterea Deum esse, qui eam rem sibi reuelat, & ipse probat eam quinque testimonijs Diui Thomae.

D. Thom.

Primum est, de veritate, quaestione duodecima articulo primo ad quartum, ex argumentis sed contra. Vbi inquit Prophetam posse distincte inspicere omnia, ad quae est perfectus dono prophetiae, & per distincte inspicere, non videtur intelli-

gere aliud, quam cognoscere euidenter: & articulo decimo tertio, in corpore, vbi inquit per prophetiae donum cognosci sua obiecta, sicut si sciretur per principia demonstrationis, quod est scire euidenter.

Secundum testimonium habetur 2. 2. quaest. 171. art. 3. ad 2. vbi docet esse discrimen inter fidem & prophetiam cum versantur circa idem obiectum materiale, quia fides non dat homini cognoscere ea, quae creduntur, sed assentiri his, quae sunt ab alijs cognita: prophetia vero dat cognoscere ea, quae reuelantur. In quo discrimine, eadem cognitio negatur fidei, & conceditur prophetiae, quare cum fidei non negetur absolute cognitio, sed solum euidens, sequitur cognitionem euidentem tribui prophetiae.

Tertium habetur articulo quinto sequenti in corpore, vbi inquit fidem nostram inniti dictis prophetarum, ex quo videtur sequi cognitionem, quae in prophetis praesupponitur ad huiusmodi dicta esse cum aliqua euidencia, quoniam alias deberet inniti testimonio alterius, & ita daretur processus in infinitum. Et ad hoc testimonium potest reduci aliud, quod Caietanus citat ex tertio contra gentes capitulo 154. quia ibi solum dicit Diuus Thomas, per donum prophetiae cognosci ea, quae sunt hominibus occulta, vt futura contingentia, & cogitationes cordium, & aliqua alia supernaturalia, quae

sunt

35

36

37

sunt fide credenda, & quantum ad utrumque deferuire hoc donum ad fidei confirmationem.

Quartum habetur in solutione ad argumenta eiusdem articuli. Vbi D. Thomas, inquit, ex his, quæ dixerat in corpore patere eorum solutionem.

Quare cum in tertio argumento comparatur Propheta habenti scientiam in quantum certò scit se habere scientiam, videtur D. Thomas admittere, sicut habens scientiam scit certitudine evidentia, se habere scientiam: ita etiam Prophetam scire certitudine evidentia se habere lumen diuinum. Et quamuis hoc loco solum loquitur D. Thomas de certitudine luminis, per quod fit reuelatio, & non de certitudine rerum reuelatarum, atque adeo ex eo solum possit colligi Prophetam cognoscere euidenter Deum esse authorem suæ reuelationis, tamen postea quæst. 173. articulo quarto in solutione ad argumenta habito respectu ad secundum argumentum comparat eodem modo certitudinem, quam habet Propheta de rebus reuelatis cum certitudine, quam habens scientiam habet de rebus scitis. Et ita potest ex eo loco desumi simile argumentum ad probandum Prophetam habere certitudinem evidentia de rebus reuelatis.

Vltimum testimonium habetur quæstione 174. articulo tertio; vbi D. Thomas inquit, in prophetia proprie dicta manifestari supernaturalem veritatem. Et constat nullam verita-

38

te redai manifestâ, sine euidetia.

Secundo probat hoc ipse Caietanus h. c. ratione: quoniam certitudo cognitionis, quæ est infallibilis non solum ex parte ipsius cognitionis, sed etiam ex parte intellectus non potest esse, sine euidetia obiecti. Sed certitudo cognitionis prophetia de his duobus, scilicet esse verum, quod sibi reuelatur, & reuelationem esse a Deo, est infallibilis non solum ex parte ipsius cognitionis, sed etiam ex parte intellectus. Ergo huiusmodi certitudo non est, sine euidetia vtriusque obiecti. Maior patet, quia certitudo cognitionis tunc dicitur infallibilis ex parte ipsius cognitionis & intellectus, cum & cognitioni secundum se repugnat subesse falsum, & intellectus est adeò certus, vt nullum admittat dubium, nec possit habere oppositum actum circa idem obiectum: & ad hanc certitudinem necesse est conuinci intellectum de veritate obiecti: quia, nisi conuincatur manebit cum aliqua indeterminatione & indifferentia ad vtramque partem, & ex consequenti poterit admittere dubium circa id quod iudicat de illis duobus, imò & habere iudicium oppositum: & constat non posse intellectum conuinci de veritate alicuius obiecti, sine eius euidetia.

Et explicantur hæc omnia exemplo actus fidei Theologica: nam huiusmodi actus habet secundum se certitudinem omnino infallibilem; ita vt repugnet ei falsitas; non tamen ex parte intellectus, & ita

39
Caiet. ratio.

40

in-

41

intellectus cum credit ex fide non conuincitur de veritate obiectorum, & propterea potest admittere dubium circa ipsam, & habere actum oppositum. Et tota horum ratio est non proponi intellectui obiectum cum euidetia, sed obscure. Et minor probatur in primis testimonio D. Thomæ, qui 2. 2. quæstione 171. articulo quinto, inquit, vtrum Propheta discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spiritum Prophetia. Et hic titulus intelligitur de discretionem certa, & infallibiliter ex parte ipsius Prophetæ, quoniam de certa coniecturaliter, aut de certa infallibiliter ex parte ipsius discretionis, aut cognitionis non poterat esse dubium, & postea respondens huic quæstioni, ita inquit, De his ergo, quæ expressè per spiritum prophetia Prophetæ cognoscit maximam certitudinem habet: & pro certo habet quod hæc sunt diuinitus sibi reuelata, quæ verba necessario sunt intelligenda de certitudine ex parte Prophetia, & non possunt commodè explicari de certitudine solum ex parte cognitionis.

Deinde probatur duobus testimonijs, quibus ibi vtitur D. Thomas ad confirmationem horum verborum. Primum est illud Ieremiæ vigesimo sexto. *In veritate misit me Dominus ad vos, vt loquerer in aures vestras omnia verba hæc.* Quod non potuisset Ieremias dicere, nisi certo cognosceret se muti a Deo. Alterum testimonium desumitur ex Genes. vigesimo secundo, vbi refertur Abrahamum visione

D. Thom.

42

Ierem. 26.

Gen. 22.

prophetica admonitum præparasse se ipsum ad immolandum filium suum vnigenitum, quod tamen nullo modo fecisset, nisi de diuina reuelatione fuisset omnino certus.

Et his testimonijs possunt adiungi illa, in quibus prophetia dicitur visio, & Prophetæ appellantur videntes, quia cum nominetur hoc vocabulo ad significandam certitudinem prophetia (vt supra diximus) videtur id fieri ad significandam non solum certitudinem ex parte cognitionis, sed etiam ex parte subiecti, aliàs eodem vocabulo possent appellari fideles, & actus credendi.

Et tandem probatur eadem minor ratione desumpta ex D. Thoma ibidem, scilicet, quia cognitio prophetica ordinatur ad hoc, vt prophetarum testimonium de veritatibus reuelatis sit sufficiens ratio assentiendi ex fide. Ergo debet esse certa non solum secundum se, sed etiã ex parte subiecti, scilicet, Prophetarum. Patet consequentia: quoniam aliàs testimonium Prophetæ, non magis esset ratio assentiendi ex fide, quã testimonium cuiuscumque fidelis, quia etiã cognitio, quã habet fidelis de veritatibus supernaturalibus est secundum se omnino certa. Et propterea D. Thomas ibidè dixit, si Prophetæ non habeant hoc genus certitudinis, sequi fidem, quæ dictis prophetarum innititur non esse certam, quia non magis esset debita fides infallibilis testimonio Prophetæ, quam testimonio cuiuscumque fidelis.

43

Ratio D. Thom.

44

Ter-

45

Tertio probat idem Caieta- nus, quia ex fide aſſentimur di- ctis prophetarum. Ergo oportet Prophetas habere cognitionem evidentem eorum, quæ dicunt. Patet confequentia, quoniã aliàs prophetarum cognitio eſſet obſ- cura, atque adeo deberet inni- ti teſtimonio alterius, & ita daretur proceſſus in infinitum.

Ultimò probatur hæc ſentẽtia, quia diuina virtute poteſt puro viatori dari notitia evidens my- teriorum ſupernaturalium falte quantum ad quæſtionem, an eſt. Ergo credendum eſt re ipſa dari hanc notitiam Prophetis. Ante- cedens ſolet probari multis argu- mentis, quæ videri poſſunt apud authores ſtatim citandos. Et con- ſequentia probatur, quia in ſuper- naturalibus, ita Deus re ipſa diſpo- nit omnia ſua providentia, vt per- ficiatur ordo naturæ, & non in- uertatur, aut deſtruatur. Cum er- go ſe cûdum naturæ ordinem is, cuius teſtimonio innititur aliorũ fides debeat habere cognitionẽ evidentem eius rei, quam dicit, ſequitur etiam in ſupernaturali- bus, Deum prophetis, quorum te- ſtimonio innititur noſtra fides. dediſſe notitiam evidentem eo- rum, quæ dicunt.

Oppoſitam ſententiam ſequun- tur Molina. 1. par. q. 1. art. 2. diſp. 4. & Gabriel Vazquez. 1. par. diſ- putatione. 135. quamuis non cõ- ueniant inter ſe, nec in eo, quod contra Caietanum aſſerunt, neq; in fundamento. Nam licet vterq; loquatur de rebus reuelatis ſuper- naturalibus cuiuſmodi ſunt myſ- teria fidei noſtræ, tamen Molina aſſerit Prophetas, neq; de rebus reuelatis, neq; de Deo reuelatore

Molin.

Vazquez.

habere evidentiam, ſiue quantum ad quæſtionem, quid eſt, ſiue quan- tum ad quæſtionẽ, an eſt, ſiue intui- tiuã, ſiue abſtractiuã, & non quia exiſtmet eſſe impoſſibile diuina virtute dari Prophetæ notitiã ho- rũ abſtractiuã evidentem quo ad quæſtionem, an eſt, ſed quia cen- ſet de facto non dari. At vero Vazquez ſolum id dicit de rebus reuelatis, & quia exiſtimat non poſſe à Deo communicari puro viatori talem cognitionem eui- dentem. Probat hæc ſententia primò ex Scriptura, quia 1. ad Co- rint. 13. Paulus de omni cognitio- ne ſupernaturalium pertinente ad hũc ſtatum, & peculiariter de hac Prophetica docet eſſe ceſſa- turam in patria propter imperfe- ctionem ſuæ obſcuritatis, quæ nõ poteſt eſſe ſimul cum claritate vi- ſionis beatificæ. Nam textus ibi ita eſt ordinandus, & explican- dus; *Charitas nunquam excidit*, id eſt, ſemper manet in iuſtis etiam in cælo, quia ex propria ratione non importat imperfectionem repugnantem perfectioni beati- tudinis. *Sine Prophetia euacuabun- tur, ſiue lingua ceſſabunt, ſiue ſcien- tia deſtruetur*; id eſt, ſed pro- phetica cognitio, & linguarum vſus, & ea ſcientiã, quam de re- bus diuinis habemus in hac vita, ſcilicet Theologia, ac ſubinde fi- des, cui innititur nõ permanebit in beatitudine. Et ſubiungit ratio- nem reddens, *Ex parte enim cog- noſcimus, & ex parte prophetamus cum autem venerit quod perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt*: id eſt, ideo hæc euacuabuntur, quia per ſcientiam cognoſcimus ex parte, ſcilicet quo ad modum cog- nitionis, quia cognoſcimus

47

Probat. 1. 1. Cor. 13.

48

certo

49

certo quidem, ſed non euidenter & ſimiliter per prophetiam cog- noſcimus ex parte quo ad mo- dum cognitionis, quia etiam per eam cognoſcimus certò, ſed non euidenter, & cognitio ita imper- fecta non poterit eſſe ſimul cum viſione beatifica, quæ erit tam perfecta, vt per eam cognoſca- mus non ſolum certò, ſed etiam euidenter, & cõtinuo. Id confir- mat Paulus exemplo ſapientiæ, quæ eſt in puerili ætate, & adde- niente ætate virili mutatur in al- tiorem, & perfectiorem modum iudicandi de rebus. Et conclu- dit, *Videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad fa- ciem*. Vbi totam cognitionem huius ſtatus, vt diſtinguitur à bea- tifico appellat ænigmaticam, & obſcuram. Et comprehendit pro- culdubio etiam prophetiam, quoniam de ea agebat in verbis præcedentibus cum quibus hæc habent connexionem quo ad ſcientiam. Et intelligi in præce- dentibus per cognitionem ex par- te, cognitionem obſcuram vide- tur explicatum à Paulo in ver- bis quæ poſt hæc immediate ſubiũ- xit. *Nunc cognoſco ex parte*, nã reſ- pondent illis. *Videmus nunc per ſpeculum in enigmate*. Et hæc. *Tunc autem cognoſcam*, ſimiliter, & *cognoſtus ſum*, Respondent alijs, quæ ſtatim ſequuntur, *tunc autem facie ad faciem*.

50

Secundo probatur ratione fundata in autoritate Scripturæ, quia certitudo, quam aliqui pro- phetæ habebant de reuelationi- bus ſibi factis à Deo erat ex fide: ergo nõ erat cû euidentia, ſed cû obſcuritate. Conſequentia patet quia fides nullam habet euiden-

tiam, neque rei reuelatæ, neque Dei reuelantis. Et antecedens probatur. Quia in primis reuelatio à Deo facta Abraham de mul- tiplicanda eius ſobole per Isaac, Genef. 15. 17. 21. 22. fuit prophe- tica, vt conſtat ex ipſa Scriptura, & fatetur Diuus Thomas. 2. 2. q. 171. articulo quinto, fuiſſe pro- pheticam: & tamen ipſum præ- buiſſe ei aſſenſum ex fide conſtat ex illo, ad Roman. 4. *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*. Et ad Galatas ter- tio. *Similiter Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſti- tiam*. Et apertius ad Hebræos 11. *Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur. Et vnigenitum offerrebat, qui ſuſceperat repromiſ- ſiones, &c.* Et Iacob 2. *Abraham pater noſter nonne ex operibus iu- ſtificatus eſt offerens Isaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius & ex operibus fides conſummata eſt? Et deinde reuelatio facta Noë de constructione arcæ ad vitandum periculum futuri dilu- vij fuit proculdubio prophetica & tamen certitudo, quam ipſe habuit de veritate huius reuelationis fuit ex fide, vt totum ſigni- ficatur à Paulo ad Hæbr. 11. vbi ſic ait, *Fide Noe reſponſo accepto de ijs, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in ſalutem carnis ſuæ, per quam damnauit mundum, & iuſtitie, quæ per fidem eſt, hæreſ institutus. Hoc eſt Noë fide credidit verbis, & reuelationi Dei, & timens diluuium parauit arcam, & eadem fide damnauit reliquorum hominum incredulitatem, & nactus, ſiue lucratus eſt, vt iuſtus eſſet apud**

51

Gene.

D. Thom.

Rom. 4.

Galat. 3.

Hebr. 11.

Iacob 2.

52

Hebr. 11.

C Deum

53

Deum. Et præterea de Isaac, dicitur ibidem: *Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob, & Esau.* Hoc est fide credit futura esse illa bona, nam benedictio illa fuit Prophetica, & magis habebat vim prædictionis, & promissionis, quã deprecationis. Et continuo de Abraham benedicente duos filios Ioseph dicitur: *Fide Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigiũ virgæ eius.* Hoc est fide Iacob cum iam esset morti proximus benedixit duobus filijs Ioseph scilicet Ephraim, & Manasse, hoc est promisit eis magna bona, quia, vt dixi, hæc benedictiones erant Propheticæ, & tanta fuit eius fides, vt & minori, id est, Ephraim maiora bona promiserit, & propterea manus commutauerit imponens dexteram minori, quem maiorem futurum significabat.

Genes. 48. Et in Ioseph adorauit Regiam potestatem, quam sciebat fuisse à Deo promissam filio suo in reuelatione ei facta, per quietem & videbat iam prope ei datam. Genes. 47. Et demum in eodem capite dicitur de multis alijs credidisse ex fide reuelationibus Propheticis, sibi factis à Deo.

54

Genes. 48.

Genes. 47.

Et non potest responderi dici Paulum per fidem non intellexisse fidem Theologicam, sed simpliciter assensum, quem hi omnes adhibebant reuelationibus, qui possunt appellari fides à Deo, vel similiter quicumque assensus appellatur credulitas, vel ad denotandum eius certitudinem. Quia Paulus loquitur de assensu libero, & merito, siquidem commendat

hos, propterea quod habuerint huiusmodi assensum, & qui esset fundamentum iustitiæ, quæ datur ex fide, & non ex operibus, vt constat ex ipso contextu & hæc omnia solum conueniunt fidei Theologicæ: Nec etiam potest responderi solum colligi, ex his testimonijs eas reuelationes propheticas in particulari de quibus in eis fit sermo non fuisse cum euidencia, sed cum obscuritate, non tamen de omnibus. Quoniam reuelationes, quas Paulus commemorat fuerunt maxime insignes, quare si illæ fuerunt, sine euidencia bene sequitur esse dicendum idem de reliquis omnibus, aut saltem non esse de ratione reuelationis propheticæ esse cum euidencia.

55

Tertio probatur, quia multorum mysteriorum supernaturalium, saltem eorum, quæ includunt Deum cuiusmodi sunt mysterium Trinitatis, & mysterium Incarnationis non est possibile, etiam virtute diuina dari puro viatori notitiam euidencem quo ad an est, siue intuitiuam, siue abstractiuam, ergo saltem respectu horum mysteriorum non potest cognitio prophetica esse cum euidencia quo ad an est eorum. Et ex consequenti cognitio prophetica non postulat ex propria ratione, & specie huiusmodi euidenciam de veritate rei reuelatæ. Probatur antecedens: & loquamur in particulari de mysterio Trinitatis. Aut hæc notitia Trinitatis haberetur per immediatam præsentiam ipsius Trinitatis, sine interuentu alicuius medijs, quod sit, vel obiectum cognitum, vel species,

56

ad

57

ad eum modum, quo dicimus videri essentiam diuinam à beatis, aut per medium aliquod, quod sit ratio cognoscendi non cognita, cuiusmodi esset species representans immediate id, quod de Trinitate cognoscetur per hanc notitiam, scilicet, ipsam esse, aut per medium aliquod, quod esset obiectum cognitum, & per earum species cognoscimus Deum esse. Primum dici non potest, quia talis cognitio esset intuitiua, siquidem terminaretur ad obiectum, vt præsens, & vt præsens secundum existentiam. Et non obstat non terminari ad obiectum, secundum suam quidditatem, sed solum secundum conditionem existentiam, quia visio corporea dicitur cognitio intuitiua, quia terminatur ad obiectum cum dependentia ab eius præsentia secundum existentiam, quamuis non terminetur ad ipsam secundum suam quidditatem. Et propter eandem rationem non potest dici secundum, quia etiam illa notitia esset intuitiua, cum non minus terminaretur ad obiectum, vt præsens secundum existentiam, & cum dependentia à tali modo præsentia quam si priori modo cognoscetur obiectum per immediatam præsentiam sui, sine interuentu speciei. Similiter visio corporea dicitur intuitiua, quia terminatur ad colorem dependentem ab eius præsentia secundum existentiam, quamuis color representetur visui per species.

58

Si vero dicatur tertium, potest contra obijci communis dif-

ficultas de assignatione illius medijs. Quam vt explicemus aduertendum est auctores huius sententiæ esse diuisos inter se circa explicationem medijs, ex cuius cognitione, & specie possit cognosci euidenter Trinitatem esse. Nam aliqui dicunt huiusmodi medium esse quamcunque creaturam etiam ordinis naturalis, in quantum vt effectus trium personarum importat ad eas reuelationem dependentiæ: quia potest Deus infundere puro viatori speciem creaturæ, vt ita relata ad tres personas, & lumen supernaturale proportionatum ad vtendum ea, & per hanc speciem, vt subordinatam lumini proportionato, similiter cognosceretur creatura, vt ita relata, sic etiam cognosceretur eius terminus, scilicet, Trinitas diuinarum personarum. Quemadmodum enim ex cognitione dependentiæ cuiuscumque creaturæ à Deo cognoscitur euidenter Deum esse, ita etiam ex cognitione dependentiæ eiusdem creaturæ à tribus personis Diuinis cognoscitur euidenter esse tres personas diuinas. Et ratio vtriusque est id, quod docet Aristoteles in prædicamento, Ad aliquid, scilicet non posse cognosci vnum relatiuum, quin cognoscatur alterum, saltem secundum eam rationem, qua terminat ipsum.

Alij dicunt hoc medium esse quosdam effectus supernaturales, qui secundum suam essentiam specificam important habitudinem transcendentem ad tres personas Diuinas, similiter visus ad colorem, & audi-

59

Quomodo
posset dari
medijs ad co-
gnoscendũ
Trinitatẽ.

60

61

tus ad sonum, & enumerant quinque effectus, scilicet, visionem beatificam, lumen gloriæ, speciem representantem immediatè diuinam essentiam, ut est in se; habitum fidei Theologicæ, & lumen gloriæ, & unionem hypostaticam cum tribus personis. Et explicant, quare ratione per hos effectus cognoscatur euidenter cognitione abstractiua Trinitatem esse eodem modo, sicut præcedentes: dicunt enim per speciem representantem unumquemque ex his effectibus, secundum propriam speciem, atque adeò, prout importat relationem transcendentalem ad tres personas non ut ad causam, sed ut ad obiectum, posse cognosci euidenter huiusmodi relationem, & ex consequenti eius obiectum quod sunt tres personæ Diuinæ, saltem quo ad an est.

62

Tertio dicunt alij huiusmodi medium esse testimonium eius, qui, nec fallere, nec falli posset, ut euidenter cognitum, cuiusmodi esset reuelatio diuina de Trinitate diuinarum personarum, si euidenter cognosceretur ipsam reuelationem esse à Deo. Nam qui haberet hanc reuelationem posset ita argumentari, omne reuelatum à Deo est verum; sed Deum esse Trinum in personis est reuelatum à Deo, ergo est verum. Hæc consequentia est euidenter bona, & utraque præmissa est euidenter, maior quidem ex vi luminis naturalis, quia in eo est euidenter Deum, nec posse falli, nec fallere alios, & minor ex suppositione, quod id est mihi euidenter ostensum.

Ergo etiam consequens euidenter est, quia in bona consequentia similiter si antecedens sit verum etiam consequens est verum, debet esse euidenter.

Ultimò, dicunt alij, hoc medium esse notitiam intuitiuam Trinitatis communicatam alicui per modum transeuntis, ita ut ipsa prætereunte maneat euidenter notitia memoratiua eius, nam qui haberet huiusmodi notitiam memoratiuam cognosceret euidenter se habuisse cognitionem Trinitatis diuinarum personarum, posset colligere euidenter esse verum, Trinitatem personarum diuinarum esse. Patet, quia posset uti hoc argumento. Cognitione euidenter cuiuscunque obiecti est vera; sed de Trinitate diuinarum personarum habui cognitionem euidentem, scilicet, visionem, ergo & veram, atque adeò est verum Trinitatem diuinarum personarum esse. Et in hoc argumento consequentia esset huic homini euidenter bona, & maior euidenter vera ex vi luminis naturalis, & minor ex suppositione perfectionis notitiæ memoratiuæ: ergo etiam conclusio esset euidenter vera. Et idem argumentum posset eodem modo desumi ex memoria euidenti, & perfecta actus fidei Theologicæ, quia etiam est euidenter ex vi luminis naturalis non posse huic actui subesse falsum, similiter, neque diuinæ reuelationi, cui innititur.

Et hoc posito iam constat difficultatem huius argumenti esse, quia de omnibus his medijs potest probari non sufficere

63

64

Nulla species, aut mediū potest dari ad cognoscendū Trinitatem euidenter.

ad

65

ad habendum hanc notitiam Trinitatis de qua loquimur. Et de primo probatur: quia Deus non terminat relationem creaturæ formaliter, ut est trinus, & vnus in personis, sed ut est ens excedens omne creabile, & sapiens, & omnipotens: ergo, ex cognitione relationis creaturæ ad Deum non potest cognosci Deus, ut Trinus in personis, sed solum, ut ens excedens omne creabile, & sapiens, & omnipotens. Consequentia patet, quia ex vi cognitionis etiam comprehensiuæ alicuius relationis non potest cognosci eius terminus, nisi secundum id, quod in ipso est ratio formalis terminandi, quod ipsa relatio, per se & ex propria natura postulat in eo, & reliqua omnia, quæ in eodem termino coniunguntur, habent se per accidens ad rationem terminandi. Similiter quamuis in aliquo artifice simul cum facultate artefactiua reperitur albedo, & iuris prudentia; ratio formalis terminandi dependentiam sui effectus ab ipso non est albedo, neque iuris prudentia; sed facultas artefactiua: sed relatio dependentiæ creaturæ à Deo non postulat in Deo Trinitatem personarum, sed esse ens excedens omne creabile, & sapiens & omnipotens: quia quantum est ex parte creaturæ non minus posset creari, & conseruari à Deo, si subsisteret in vna tantum persona, quam si subsistat in tribus: ergo in Deo ratio formalis terminandi relationem creaturæ non est Trinitas personarum, sed alia condi-

66

tionem, quæ pertinent ad unitatem.

Et idem probatur de secundo medio. Et in primis quantum attinet ad habitus luminis gloriæ fidei, & charitatis; quia ad cognoscendum quidditatiue aliquem habitum sufficit cognitio sui obiecti secundum rationem formalem, sub qua specificat ipsum, & non secundum modum essendi, qui ei conuenit secundum se. Sed rationes formales sub quibus Deus specificat hos habitus sunt esse cognoscibile sub lumine claro, ut est in se ipso, cognitione intuitiua, & sub lumine diuinæ reuelationis, & esse diligibile etiam, ut in se ipso, ut est author bonorum supernaturalium, & ad nullam ex his rationibus pertinet esse trinum in personis, sed ad modum essendi, qui Deo conuenit secundum se: ergo ex vi cognitionis horum habituum solum potest cognosci Deus, ut cognoscibilis, vel diligibilis sub illis rationibus, & non ut Trinus in personis. Maior patet ex ratione, quæ probatur eum, qui cognoscit quidditatiue hos habitus debere cognoscere eorum obiecta. Tota enim huius ratio est specificari huiusmodi habitus, similiter, & reliquos omnes per ordinem ad sua obiecta, & nihil posse cognosci quidditatiue, sine cognitione sui specificatiui.

Hæc autem ratio solum habet vim de obiectis quo ad rationes formales, secundum quas specificant suos habitus, non autem quo ad modos essendi

67

68

Obiecti solū secundum rationem formalem qua terminat specificat potest.

C 3

par-

69

particulares quos in se ipsis habent, siue quantum ad substantiam, aut existentiam, siue quantum ad naturam, & essentiam, siue quantum ad proprietates, & attributa, quia hæc omnia materialiter se habent, & quasi per accidens ad specificationem habituum: & ita stante eorum identitate propter diuersitatem rationum formalium resultant distinctæ specificationes habituum. Et potest hoc probari inductione facta in omnibus habitibus, & in potentijs, quæ etiam specificantur per ordinem ad sua obiecta, similiter habitus. Nam, verbi gratia, ad cognoscendum quidditatiuè, & comprehensiuè habitum pœnitentiæ, non est necesse cognoscere peccatum secundum eius quidditatem, vt an eius quidditas consistat in priuatione, vel in aliquo positivo, aut physico, aut morali: sed satis est cognoscere ipsum secundum rationem formalem, sub qua specificat pœnitentiam, scilicet, vt est destruibile, aut expiabile per actus nostros quatenus habent modum dispositionis compensatoriæ. Et similiter ad cognoscendum eodem modo potentiam visuam, & eadem est ratio de reliquis, non est necesse cognoscere modum existendi coloris, aut eius genus, & differentiam essentialem, vel eius proprietates, sed satis est cognoscere modum cognoscibilitatis, secundum quem specificat habitudinem, & cooperationem essentialem potentiæ visuæ, qui solet constitui in cognoscibilitate per talem modum immurandi sensum. Et minor

Ad cognoscendum quidditatiuè potentiam solam requiritur cognitio obiecti, vt obiectum est.

70

huius probationis etiam est nota, ex ijs, quæ à Theologis dicuntur de rationibus formalibus, sub quibus obiecta horum habituum specificant ipsos.

Et eodem argumento potest etiam probari insufficientia huius medijs, quantum attinet ad actus, quia etiam ad cognoscendum quidditatiuè actum, satis est cognoscere suum obiectum, secundum rationem formalem, sub qua terminat ipsum, quamuis non cognoscatur secundum rationem materialem, siue in genere rei, quæ de ipso cognoscitur per talem actum similiter ad cognoscendum quidditatiuè visionem corpoream, non est necesse cognoscere colorem secundum eius rationem in genere rei, sed solum secundum rationem in genere obiecti, quæ est ratio, sub qua terminat eandem visionem, ergo ad cognoscendum quidditatiuè, & perfectè visionem diuinæ essentiæ non est necesse cognoscere, quid sit in genere rei illud, quod de diuina essentia cognoscitur per talem visionem, sed satis est cognoscere diuinam essentiam habere rationem obiecti visibilis respectu talis visionis; & idem est maiori ratione dicendum de cognitione actus credendi, aut diligendi Trinitatem diuinarum personarum. Itaque ad cognitionem horum actuum satis est cognoscere Deum habere rationem respectu ipsorum, & non est necesse cognoscere modum essendi in genere rei secundum quem Deus terminat tales actus, quia hic modus essendi pertinet ad obiectum materiale ipsorum

71

72

actuum

73

actuum & non ad formale. Et eodem modo potest impugari hoc medium, quantum attinet ad speciem diuinæ essentiæ, quia species, vel non est representatio formalis, sed virtualis: & ita ad cognoscendum ipsam perfecte satis erit cognoscere Deum esse obiectum cognoscibile intuitiue per talem speciem, quamuis non cognoscatur modus essendi Dei, qui per eam est cognoscendus. Similiter diximus de visione, vel si sit representatio formalis, non erit representatio per modum imaginis cognitiæ, sed per modum rationis cognoscendi non cognitiæ: & ita ad cognoscendum ipsam quidditatiuè non erit necessarium, cognoscere eius representationem per modum imaginis, sed solum per modum rationis cognoscendi: & ex consequenti sufficit cognoscere Deum esse cognoscibilem per ipsam, vt per rationem cognoscendi.

74

Et demum contra hoc medium quantum attinet ad vniionem hypostaticam potest obijci: quia siue supponamus eandem humanitatem esse vnitam tribus personis diuinis, siue eam tribus humanitatibus singulis esse vnitam singulis personis non sequitur esse necessarium cognoscere mysterium Trinitatis diuinarum personarum ad cognoscendum huiusmodi vniiones: tum quia quamuis admitamus cognosci numerum personarum proportionatum numero vniionum, quæ sunt aut in vna humanitate, aut in tribus, non sequitur cognosci cui-

denter non esse in Deo plures personas Diuinas præter illas, quæ de facto sunt vnitæ: & ita non sequitur haberi eidentiam mysterij Trinitatis quo ad an est, quia hoc mysterium non solum importat esse in Deo tres personas, sed etiam esse tres, & non plures, neque pauciores. Tum etiam quia, neque est necessarium cognosci ternarium numerum personarum, quia in eadem humanitate non essent tres vniiones distinctæ, sed vna tantum, quam terminarent tres personæ extensiuè, & singulæ intensiuè. Et ita ad cognoscendum intensiuè hanc vniionem satis esset cognoscere, esse in Deo substantiam incommunicabilem, quæ eam terminaret, & non oporteret cognoscere esse tres substantias. Similiter posito casu, quo idem numero effectus produceretur à tribus causis efficientibus totalibus, & eiusdem ordinis, & eodem modo applicatis posset haberi euidens, & intuitiua cognitio dependentiæ huius effectus à sua causa, quamuis non cognosceretur numerus causarum. Et ratio huius vtrouique esset, quia neque in nostro casu numerus personarum esset ratio terminandi vniionem humanitatis, neque in hoc exemplo numerus causarum esset per se ratio terminandi dependentiam effectus, sed vtrouique numerus se haberet quasi materialiter ad rationem terminandi. Et quamuis vniiones essent distinctæ in eadem humanitate, similiter deberent distingui in tribus humanitati-

75

76

C 4

bus

77

bus posset haberi earum cognitio intuitiva, sine cognitione evidenti totidem personarum, quæ eas terminarent, quia numerus personarum non esset per se requisitus ad distinctionem unionum, cum posset eadem persona Divina terminare tres humanitates, atque adeo tres earum uniones, ut sæpe diximus ad cognitionem intuitivam relationis sufficit cognitio sui termini, quantum ad id, quod in ipso est per se ratio terminandæ eam.

Et contra tertium medium potest objici in primis esse impossibile cognoscere evidenter esse Deum, qui reuelat aliquod mysterium, sine cognitione intuitiva ipsius Dei, similiter impossibile est cognoscere evidenter esse Petrum, qui loquitur, nisi videndo ipsum Petrum, & deinde potest objici, quamuis illud esset possibile non esse medium sufficiens, ad habendum hanc evidentiam, de qua loquimur, quia evidentia infallibilitatis alicuius testimonij non reddit evidentem pro evidentia infallibilitatis alicuius testimonij. Quod confirmatur, tam quia lumen manifestat immediate connexionem prædicati cum subiecto posita terminorum explicatione. Similiter lumen naturale intellectus manifestat connexionem hanc in principijs, quia talis evidentia deseruit ad cognoscendum illam connexionem, ut res cognita, neque ut medium distinctum ab extremis, & habens connexionem cum eis. Quod

78

potest ostendi in illo argumento, quo præsupponitur vltimum esse eum, qui haberet hoc medium ad cognoscendum Trinitatem esse, quia illud argumentum non est demonstratio, neque à priori, neque à posteriori, cum eius medium, scilicet, diuina reuelatio, neque sit causa, neque effectus conclusionis. Ergo ex vi illius argumenti, quantumvis sit evidens connexio medijs cum extremis in præmissis, & bonitas consequentiæ non habetur evidentia de conclusione, per consequentiam: quia tantum sunt illa duo genera demonstrationis, & nullus syllogismus præter demonstratiuum generat evidentiam. Et confirmatur, quantum ad hoc secundum, quia testimonium infallibile non est aliquid veritatis confirmatæ per ipsum, neque, ut causa eius, neque, ut effectus, sed est omnino extrinsecum ipsi: ergo non est sufficiens per modum medijs ad reddendum evidentem talem veritatem.

Et eodem modo potest impugnari vltimum medium: quia memoria evidens, & perfecta, quam quis haberet de cognitione intuitiva præterita mysterij Trinitatis, solum deseruiret ad cognoscendum Trinitatem per modum testimonij infallibilis, quod ipse sibi exhiberet, atque adeo non magis sufficeret ad generandum evidentiam de mysterio Trinitatis, quam testimonium eodem modo evidenter infallibile, quod sibi exhiberetur ab altero de eodem mysterio.

79

80

Vlti-

81

*Fides & e-
videntia v-
nius rei nõ
sibi cõpatiri-
tur.*

Vltimò probatur hæc sententia, quia quamuis esset possibilis hæc evidentia Trinitatis in puro viatore non habente fidem illius mysterij, non esset compossibilis in eodem subiecto cum actu fidei de eodem mysterio, sicuti eum habebant Prophetae, quibus hoc mysterium fuit reuelatum. Et probatur hoc, tum quia de ratione actus fidei est obscuritas circa suum obiectum, & obscuritas non potest esse simul in eodem obiecto com-evidentia circa idem obiectum: tum etiam quia tota ratio, propter quam medium demonstratiuum non potest esse simul cum actu fidei in eodem intellectu, circa idem obiectum est, quia conante intellectu elicere assensum circa obiectum propter auctoritatem diuinæ reuelationis, quæ est ratio assentiendi ex fide, & obscure occurrit medium demonstratiuum, quod est in memoria, & tollit inevidentiam ab actu, atque adeo facit, ut actus non sit fidei, sed scientiæ: sed eodem modo, quæcumque evidentia esset in intellectu tolleretur inevidentiam ab actu, circa suum obiectum, & ex consequenti faceret, ut actus non esset fidei: ergo quæcumque evidentia circa mysterium Trinitatis est impossibilis in eodem intellectu cum actu fidei, circa ipsum.

Confirmatur, quia quamuis non repugnaret aliquam evidentiam mysterij Trinitatis simul in eodem subiecto cum actu fidei, videtur esse magis consentaneum statui viatoris & Prophetæ, non dari ei talem evidentiam,

82

quia ad munus Prophetæ sufficit certitudo infallibilis, & hæc potest haberi per cognitionem obscuram, ut patet in cognitione fidei; & statui viatoris est magis accommodata cognitio obscura, quam evidens, propter imperfectionem ipsius status, & ut detur locus merito fidei.

Prima Conclusio.

Dico primò, certitudo, quam Prophetæ habent de illis doctibus, de quibus agimus, scilicet, de Deo reuelante, & de veritate rei reuelatæ, est ex evidentia vtriusque. Itaque Prophetæ cognoscunt evidenter, & Deum esse authorem reuelationis sibi factæ, & id, quod per talem reuelationem sibi annuntiatur esse verum. Probatur quia certitudo hæc quantum ad vtrumque in Prophetis non solum tenet se ex parte rationis formalis assentiendi, sed etiam ex parte intellectus: ergo procedit ex evidentia vtriusque obiecti. In hoc argumento oportet probare antecedens: & consequentiam: quod melius præstabimus impugnando duas solutiones, quæ ei solent adhiberi, & ad earum intelligentiam supponendum est, duobus modis dici actum intellectus certum. Primus est, ex parte rationis formalis assentiendi, ut cum ratio formalis, cui actus innititur est tam infallibilis, ut ei non possit subesse falsum & iuxta gradum, quo huic rationi formali non potest convenire falsitas, est maior, aut minor certitudo, quæ ex hac parte convenit actui. Secun-

83

*Propheta
habet evidẽ-
tiam Dei re-
uelantis &
rei reuela-
tæ.*

84

*Duplici mo-
do potest
esse certitu-
do in actu
intellectus.*

C 5

dum

85

85
 dus modus est ex parte intellectus, ut cum intellectus tanta firmitate fertur per suum actum in eius obiectum, ut non possit ab eo dimoueri, neque per actum oppositum, neque per dubium, aut suspicionem, quod est intellectum determinari, & necessitari ad talem actum. Appellatur autem hic posterior modus certitudinis actus, peculiariter, certitudo ex parte intellectus, non quia prior conueniat solum actui, & non communicetur intellectui, cum impossibile sit actum non communicare intellectui, cui inhaerent, suas proprietates intrinsecas, atque adeo certitudinem: sed quia prior modus certitudinis non tollit ab intellectu indifferentiam, quam secundum se habet ad talem actum, & ad oppositum, vel ad dubium, sicut posterior & hoc prouenit ex improprietate inter intellectum, & rationem formalem assentiendi. Nam quia intellectus non penetrat perfecte vim, quam habet huiusmodi ratio ad mouendum ad talem actum, ideo, quamuis eliciat eum omnino certum, iuxta exigentiam suae rationis formalis non denudatur a propria indeterminatione, & indifferentia ad ipsum, & ad oppositum.

86

86
 Et hoc supposito aliqui respondent, negando antecedens, quia censent sufficere ad cognitionem propheticae eam certitudinem, quae est ex parte rationis formalis, ita ut si Deus reuelaret Prophetam hanc veritatem, Antichristus est futurus, relinquendo eius intellectum,

Contra probationem conclusionis insurgit.

87
 cum eadem indifferentia, & indeterminatione, quam fideles habent ex parte intellectus ad assentiendum, vel dissentiendum ei, posset assensus, quem Propheta eliceret, circa eam dici proprie, & simpliciter propheticus.

87
 Verum haec solutio potest primo impugnari auctoritate, Diui Thomae, qui satis aperte docet intellectum Prophetam determinari ad assentiendum, & reuelationem esse veram, & fieri a Deo, ita ut non maneat in ipso indifferentia ad habendum oppositum actum, vel dubium. Nam quaestione duodecima de veritate, articulo primo ad quartum eorum, quae proponuntur in contrarium, inquit intellectum diuersimode perfici per donum Prophetiae, & per habitum fidei, quia per donum prophetiae perficitur secundum se, & sine ordine ad voluntatem: at vero per fidem perficitur in ordine ad affectum voluntatis, & ita actus fidei elicitur ab intellectu imperato a voluntate, & ex hoc discrimine bene sequitur non manere in intellectu Prophetam indifferentiam, aut indeterminationem aliquam circa obiectum sibi reuelatum: quoniam aliis necessarium esset determinari ad assentiendum per imperium voluntatis, sicut determinatur intellectus habens fidem. Et secunda secundae quaestione 171. articulo 1. ad quartum inquit, motionem Prophetam ad hoc, ut attendat diuinam reuelationem fieri media eius voluntate, quia modo humano excitatur mens Prophetam ad attenden-

87

Impugnatur solutio. primo. D. Thom.

88

dum

89

89
 dum tamen perceptionem reuelationis fieri, sine dependentia a voluntate, Et non potest responderi discrimen hoc intelligendam esse permissiue, quantum est ex parte prophetiae, ita ut sensus eius sit non esse de ratione prophetiae dependere ab effectu voluntatis, sicut est de ratione fidei, quia D. Thomas vniuersaliter loquitur de dono prophetiae & explicat id, quod positum ipsi conuenit quantum ad modum, quo perficit intellectum. Neque etiam potest responderi Diuum Thomam non loqui de ipso assensu prophetico, sed de ijs, quae antecedunt assensum in intellectu, quasi per modum apprehensionis ipsius reuelationis, & propterea in secundo testimonio appellasse hanc motionem Prophetam perceptionem reuelationis, quia Diuus Thomas in primo testimonio expresse loquitur de assensu fidei, & non de apprehensione reuelationis factae a Deo, vel immediate, vel medio praedicatoris, siue homine, siue Angelo. Quare etiam dicendum est ipsum loqui de assensu prophetico, quia in quacumque comparatione debent extremis sumi, secundum eandem rationem, imò ipse Diuus Thomas videtur id declarasse in utroque testimonio: quia in priori ex illo discrimine colligit eum, qui habet donum prophetiae debere cognoscere omnia, quae propheticè reuelantur, & in posteriori non appellat illam motionem, perceptionem reuelationis, sed diuinorum, hoc est rerum reuelatarum, quae pro-

90

91
 culdubio est cognitio. Et ideo statim dicit in ea perfici prophetiam, quod non fit nisi in cognitione: & subdit per eam remoueri obscuritatem, & ignorantiae velamen, quod apertius est non potuisse dici, nisi de cognitione.

91
 Secundo potest impugnari illa solutio, quia iuxta eam sequeretur actum prophetiae non distinguere specie ab actu fidei, sed solum differentia aliqua accidentali, quod videretur falsum: quia potest esse actus prophetiae in eo, qui omnino sit infidelis infidelitate opposita fidei Catholicae. Et quia poterit aliquis dicere fidem Catholicam non distinguere specie a fide, virtute Theologica, & huius actum posse in hoc casu terminari ad reuelationem propheticae, sicut & ad alias reuelationes particulares; probatur alia ratione id esse falsum, quia cognitio fidei, circa obiectum reuelatum immediate per propheticae reuelationem alicui homini praesupponit in ipso homine ex natura sua cognitionem propheticae tanquam propositionem sui obiecti, atque adeo distinguitur ab ea specie. Et sequela probatur, quia eadem esset ratio formalis assentiendi in utroque actu, scilicet, diuina reuelatio obscure facta, atque adeo relinquens quantum est ex se in intellectu indifferentiam, & indeterminationem ad assentiendum, vel dissentiendum, & ex ratione formali assentiendi sumitur conuenientia, & distinctio specifica inter actus intellectus.

91

Impugnatur secundo solutio.

92

Dices

Dices.

93

Dices esse discrimen inter has duas reuelationes, quia prophetica fit immediatè ipsi Propheta & ordinatur ad utilitatem aliorum: & ideò pertinet ad gratias gratis datas: at verò reuelatio fidei fit media Ecclesia: & ordinatur in bonum eius, qui eam recipit, scilicet, vt iustificetur. Sed contra, quia totum hoc discrimen est accidentale, & intra eandem speciem, tum quia medium concurrens præcisè, vt subordinatum Deo per modum instrumenti & ministri, non mutat speciem reuelationis, neque gradum suæ certitudinis: & ita quamuis prophetica reuelatio sæpe fiat ministerio Angelorum, non quidem quo ad infusionem luminis prophetici, sed quo ad applicationem, & propositionem perceptibilem obiecti; sicut fit reuelatio fidei ministerio hominum non propterea distinguitur specie hæc reuelatio prophetica ab ea, quæ fit immediatè à Deo, de quo videndus Diuus Thomas secunda secundæ quæstione 172. articulo secundo, & ibi Caietanus, & multo minus sufficit ad hanc distinctionem specificam ordinatio reuelationis ad aliorum utilitatem, vt ad finem: quia huiusmodi finis accidentalis est, & extrinsecus respectu obiecti formalis, à quo sumitur specificatio, sicut scientiæ, & eius obiecto est accidentalis finis, ad quem ordinatur à sciente, tum etiam, quia fides Apostolorum & Prophetarum, erat eiusdem speciei, cum nostra, & tamen reuelatio mysteriorum fuit eis facta immediatè, & in ordine ad utilitatem totius Ecclesiæ.

94

D. Thom. Caiet.

Confirmatur, quia etiam sequitur lumen prophetica, & lumen fidei, esse eiusdem speciei, quod ab omnibus negatur, & debet negari, tum quia lumen fidei omnibus datur in iustificatione, tanquam necessarium ad eam, non verò lumen propheticum, quod ordinatur ad Ecclesiæ utilitatem. Tum etiam, quia lumen fidei datur per modum habitus, & lumen propheticum per modum auxiliij, aut formæ transeuntis, vt dicemus sequenti difficultate. Et sequela probatur eadem ratione, qua sequela huius argumenti est probata, scilicet, quia eadem esset ratio formalis assentiendi per vtrunque lumen, nempe eadem reuelatio diuina, & ex ratione formali assentiendi, vel quod idem est, ex cognoscibilitate subtili ratione, sumitur specificatio habitus.

95

Lumē Propheti-
cū datur per modū
auxilij, & lumē fidei per modū
habitus

Tertio potest obijci contra illam solutionem, quia reuelatio facta Propheta de aliquo mysterio supernaturali est sufficiens, vt Propheta habeat statim assensum fidei circa tale mysterium: ergo datur tunc in Propheta aliqua regula omnino certa ad iudicandum reuelari à Deo tale mysterium. Sed hæc regula tunc non potest esse externa, & visibilis, vt in nobis est Ecclesia: ergo internus assensus propheta, atque adeo huiusmodi assensus debet esse omnino certus, tam ex parte suæ rationis formalis, quam ex parte subiecti, scilicet, intellectus. Et hoc argumentum potest confirmari omnibus rationibus, quibus probatur dari in Ecclesia aliquam regulam omnino infallibilem ad

95

Impugnatur
tertia
solutio.

iudi-

97

Contra pro-
bationem
cōclusionis.
2.
Molin.

iudicandum de applicatione reuelationis diuinæ ad obiecta credenda.

Secundò respondent alij, de quorum numero est Molina loco citato, concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia dicunt Prophetas, sine illa euidencia habere totam illam certitudinem, quia Deus per lumen propheticum efficit in eorum intellectibus firmitatem quandam, quæ non finit eos dubitare quin res reuelata sit vera, & reuelatio ipsa sit à Deo profecta.

Impugnatur.

98

D. Thom.

Sed quamuis hæc solutio si intelligatur de certitudine intellectus proveniente ab extrinsecò, & non ex vi motionis factæ ab obiecto formali, & natura sui actus sit vera, quia, vt diximus in principio huius articuli potest intellectus independenter à voluntate determinari à Deo ad assentiendum, quo ad specificacionem, sine vlla indifferentia, sicut potest determinari voluntas ad amandum, sine vlla libertate, tamen, si intelligatur de certitudine proveniente ab intrinsecò, scilicet ab obiecto formali, aut motiuo ad assentiendum, & ex natura actus, est aperte contra Diuum Thomam, & falsa. Nam in doctrina Diui Thomæ certum est cum intellectus non conuincitur ab obiecto ad assentiendum, esse indeterminatum non solum, quo ad exercitium, sed etiam quo ad specificacionem actus, & determinari per liberam electionem voluntatis: ergo iuxta hanc doctrinam Diui Thomæ non expellitur ab intellectu indeterminatio ad spe-

ciem actus, ex vi motionis obiecti, nisi obiectum ipsum conuincat intellectum: & quia obiectum non conuincit intellectum, nisi media euidencia, ideo dicendum est idem de euidencia. Et propterea Diuus Thomas, quoties dicit intellectum conuinci ab obiecto, apponit exemplum in primis principijs & in conclusionibus demonstrationis. Hæc consequentia patet, quia determinatio proveniens ab electione voluntatis non fit ex vi motionis obiecti, sed ab extrinsecò, & antecedens probatur tribus testimonijs Diui Thomæ.

Primum habetur prima secundæ quæstione decima septima, articulo sexto, vbi inquit Diuus Thomas eos assensus intellectus, qui sunt circa obiectum quod non adeo conuincit intellectum, quin possit assentire, vel dissentire, esse in potestate nostra, & cadere sub imperio voluntatis, etiã quantum ad specificacionem.

Secundū habetur 2.2. q. 1. ar. 4. vbi, vt probet obiectum fidei non esse euidens, aut visum, supponit, vt fundamentum certum, intellectum cum non mouetur sufficienter ab obiecto, non determinari ad speciem actus, nisi media electione voluntatis inclinetur in vnam partem magis, quam in aliam, & per non moueri sufficienter, intelligit moueri ab obiecto euidenter cognito.

Tertium testimonium habetur, 2.2. quæst. 2. artic. 9. in solutione ad secundum, vbi D. Thomas, vt reddat rationem, propter quam assensus scientiæ, quo ad specificacionem, non fit meritorius, &

99

Intellectus cum non conuincitur ab obiecto est, indeterminatus, quo ad obiectum & quo ad specificacionem.

Prob. 1.

100

assen-

101

assensus fidei sit meritorius, dicit assensum scientiæ, quo ad specificationem non subiacere libero arbitrio, sicut assensum fidei: & huius ratione dicit esse, quia sciens cogitur ad assentiendum per efficaciam demonstrationis, non verbo credens.

Impugnatur secundo secunda solutio.

Et deinde solutionem illam esse falsam, probatur hac ratione. Quando intellectus non conuincitur ab obiecto ad assentiendum quantumcunque hoc obiectum bene proponatur, manet intellectus ab intrinseco, & quantum est ex parte obiecti indifferens ad assentiendum, vel dissentiendum, ergo non potest determinari ab intrinseco, & ulterius: ergo cum in hoc casu determinatur ad alteram partem, siue determinetur per electionem voluntatis, siue per motionem Dei, tota determinatio prouenit ab extrinseco. Hæc secunda consequentia colligitur aperte ex prima, quia hæc determinatio debet habere aliquam causam, quare si causa non sit virtus intrinseca intellectus, erit virtus extrinseca agentis. Et prima probatur: quia intellectus non habet libertatem formalem, quæ in hoc consistit, ut potentia indifferens se ipsam determinet ad alteram partem virtute propria, & alias non differret intellectus, quantum ad libertatem formalem à voluntate. Ergo cum intellectus est indifferens ad utramque partem, ut in hoc casu non potest determinari ab intrinseco, siue virtute propria ad alteram partem.

Obiectio.

Sed obieciens, Diuum Thomam secunda secunda questione quinta articulo secundo, concedere

intellectum aliquando conuinci ad hoc, quod iudicet esse credendum ijs, quæ dicuntur, licet non conuincatur per euidenciam rei, & ita dæmones conuictos multis indicijs credere esse vera ea mysteria, quæ fides nostra tradit, ut Deum esse trinum, & vnum, quamuis non videant ipsa mysteria. Ex quo videtur sequi non esse necessariam euidenciam obiecti, ut intellectus Prophetæ conuincatur ad assentiendum ijs, quæ sibi reuelantur à Deo.

103

Et confirmatur, quia si modo intellectui apponuntur multa, & valde efficacia motiua ad assentiendum alicui obiecto, & remouentur omnia, quæ possunt mouere ad dissentium, aut impedire aliquo modo assensum, conuincitur, & necessitatur intellectus ad assentiendum, quo ad specificationem, ita, ut quamuis voluntas velit, non possit ipsum mouere ad dissentiendum, sicut experimur in assensu huius propositionis, Roma est, in ijs, qui nunquam viderunt Romam. Ergo multò melius poterit Deus apponendo intellectui Prophetæ efficacissima motiua & remouendo omnia impedimenta conuincere, & determinare ipsum ad assentiendam, esse verum id, quod ipsi reuelat quauis non det ei vllam eius euidenciam.

Confirmat.

104

Ad argumentum respondetur, primò duos esse modos, quibus intellectus conuincitur: vnu simpliciter, & alterum moraliter, & ad vtrumque requiri euidenciam proportionatam: ad priorem quidem euidenciam simpliciter, & ad posteriorem euidenciam mor-

Resp. obiectioni.

ralem

105

Intellectus conuincitur moraliter ad assentiendum huic propositioni. Roma est.

ralem: & D. Thomam loqui de posteriori modo & non de priori, ita ut sensus eius sit, intellectus aliquando conuinci moraliter ad credendum, quamuis non conuincatur simpliciter, & omnino, & sic conuinci dæmones ad credendum mysteria fidei. Et hoc non est contra nostram sententiam, quia nos solum dicimus non posse intellectum conuinci simpliciter, sine euidencia simpliciter, & cum hoc concedimus, ut conuincatur moraliter, sufficere euidenciam moralem. Et huc esse sensum D. Thomæ colligitur ex eius verbis, nam in primis cum refert hunc modum, quo conuincitur intellectus, sine euidencia rei dicit intellectum, ita conuictum moueri à voluntate ad assentiendum, quod tamen non potuisset dicere si intellectus simpliciter & omnino conuinceretur ab obiecto, quia in tali casu non indiget motione voluntatis, ut determinetur ad assentiendum, & deinde, ut eundem modum explicet apponit exemplum eius qui visa suscitatione mortui facta à Propheta ad confirmandum, id quod vaticinatur esse verbum Domini conuinceretur ad id credendum, de quo tamen certum est non conuinci simpliciter, quia ignoraret an suscitatio illa esset vera, & an fieret à Deo ad confirmandum vaticinium Prophetæ fuisse ab ipso acceptum.

106

Resp. 2.

Secundò respondetur, quamuis admittamus Diuum Thomam loqui de priori modo, quo conuincitur intellectus non colligi aliquid contra nostram sententiam, quia poterimus dicere intellectum in eo casu, quamuis

non conuincatur ab euidencia rei in se ipsa, conuinci ab euidencia in testificatione, quia signa & motiua ad credendum ostendunt euidenter esse à Deo reuelatum, id quod proponitur credendum, & utroque modo potest responderi ad confirmationem. Et ita non ostenditur posse intellectum conuinci simpliciter ad assentiendum, sine euidencia obiecti, aut in se ipso, aut in testimonio dicentis.

Secunda Conclusio.

Dico secundò euidencia, quam Prophetæ habent de rebus reuelatis, quæ solum sunt obscuræ propter distantiam loci, vel, quia pertinent ad cogitationes cordium vel, quia sunt ordinis supernaturalis omnino create, & non continentis aliquid increatum, potest esse per immediatam manifestationem rei in se ipsa.

Probat, quia ad hanc euidenciam non est necesse Prophetas eleuari ad visionem Dei, & ipsa nihil continet, ratione cuius repugnet communicari Prophetis, ergo potest eis dari. Consequentia patet, quia hoc genus euidencie non inuoluit secundum se, & absolute repugnantiam, ita ut nulli intellectui possit conuenire, sicut patet de intellectu diuino, & de angelico respectu eorum, quæ solum sunt obscura propter distantiam loci, quare si non posset dari Prophetis, maxime, quia vel ad ipsum esset necessaria clara Dei visio, ad quam supponimus non eleuari Prophetas, vel certè, quoniam secundum se contineret aliquid

107

Ad Confir. Resp.

Certitudo Prophetæ quatum ad res creatas est manifestatio rei in se ipsa.

108

Prob.

ra-

109

ratione cuius repugnaret ipsum communicari Prophetis, & antecedens probatur in primis, quantum ad res, quæ solum sunt occultæ propter distantiam loci, quia huiusmodi res ideo sunt nobis occultæ, quia nihil intelligimus, nisi per species acceptas per sensus externos, & cum dependentia à phantasmatis & sensus externi aut non possunt immutari ab obiectis, nisi præsentibus secundum locum, aut etiam non possunt operari circa obiecta, nisi sint hoc modo præsentia, & idem est semper de sensu communi, & de phantasia saltem quantum ad primam rei cognitionem, constat autem Deum posse supplere omnes hos defectus, aut infundendo intellectui species representantes obiecta distantia secundum locum, & elevando ipsum ad hoc, ut per has species operetur, sine dependentia à phantasmatis, quia intellectiva cognitio per se non pendet à præsentia locali, aut infundendo species sensibus externis, & internis, & confortando eos ad hoc, ut eis mediantibus operentur circa ipsarum obiecta perinde, ac si nihil distarent. Et eadem ratione probatur idem antecedens, quantum ad res, quæ sunt occultæ, quia pertinent ad cogitationes cordium: quia huiusmodi res ideo sunt nobis occultæ, quia non possumus per sensus accipere earum species: & quamvis simul concurrat alia ratio, quæ in Angelis habeat locum, Deus potest infundere intellectui Prophetæ species representantes has res, & dare ei virtutem ad utendum his speciebus, sine dependentia à Phantasia, aut etiã

110

infundere ipsi phantasiæ phantasmata proportionata ad inferendum intellectui in harum rerum cognitione.

Et demum probatur quantum ad res, quæ sunt occultæ, quia pertinent ad ordinem supernaturalem; quia huiusmodi res ex suppositione nullam continent infinitatem, ratione cuius non possint dari species representatiuæ ipsarum prout in se sunt: ergo poterit Deus infundere intellectui Prophetæ has species, & lumen proportionatum ad utendum eis. Exempla sint in corpore Christi, secundum modum essendi, quem habebat sub speciebus consecratis in Sacramento Altaris, aut in gratia, quæ est in anima alicuius, de quo multa solent dici in materia de Eucharistia, & 3. par. quæst. 11. art. 1. cum agitur de ijs, quæ Christus cognoscebat per scientiam infusam.

Vbi circa exemplum gratiæ placet advertere, si vera esset sententia eorum, qui dicunt gratiam esse formalem participationem, hoc est secundum convenientiam formalem Dei quatenus est infinitus in genere entis, & ens per essentiam, habere peculiarem difficultatem explicare, quomodo possit dari species representatiua gratiæ immediate, prout est in se ipsa in doctrina D. Thomæ, qui negat posse dari speciem creatam representatiuam Dei, prout est in se ipso propter eius infinitatem, aut si potest dari species gratiæ, quia eius infinitas est participata, cur non concedemus, posse dari speciem Dei, quæ sit eiusdem ordinis cum ipso, quo ad infinitatem in genere entis, &

actua

111

112

133

actualitatem, quia habet hæc omnia formaliter, scilicet esse infinita, & ens per essentiam, & purum actum: & nihilominus non sit Deus, sed creatura, quia non habet ea, per essentiam, ut Deus, sed per participationem sicut illi auctores dicunt de gratia.

Tertia Conclusio.

Dico tertio, Evidentia, quæ Prophetæ habet de effectibus futuris qui aliquo modo pedit à libero arbitrio, non potest esse per immediatam manifestationem ipsorum in se ipsis, neque per manifestationem factam per medium aliquod, quod sit causa, vel effectus eorum. Probat quod ad priorē partē, quia huiusmodi effectus, secundum se non habent necessariam connexionem, cum sua existentia, ut futura: ergo non possunt manifestari Prophetis immediate per se ipsos: & non obstat exemplum Dei, cui huiusmodi effectus sunt manifesti immediate per se ipsos, quia hoc provenit, vel ex præsentia eorum in æternitate, vel ut alij volunt, ex infinita eminentia divinæ virtutis, cognoscitiuæ, quæ extenditur ad omnem modum cognoscibilitatis, qui convenit rebus omnibus pro quocumque statu considerentur: siue ad hoc supponatur aliqua determinatio obiectiva ex parte ipsarum rerum, siue non supponatur: quæ omnia explicanda sunt latius. 1. p. q. 14. art. 3. vbi agitur de scientia, quæ Deus habet futurorum contingentiū. Et deinde probatur, quod ad posteriorē partē, quia huiusmodi effectus pendent tanquam à causa à libero arbitrio, quod est intrinsecè indeterminatum, & indifferens ad utramque partem: ergo non

Evidentia quæ habet Prophetæ de rebus futuris non est manifestatio eorum in se ipsis, vel in causa, vel in effectu.


134

potest reddi manifesta, & evidens futuritio horum effectuum in sua causa, quia in causa indeterminata, non potest esse certus aliquis effectus atque adeo, neque evidens. Et multo minus poterit manifestari hæc futuritio, siue effectus, ut futurus in aliquo effectus suo, quia id, quod futurum est, ut est futurum non potest habere aliquem effectum: & dato, quod haberet eum, non posset talis effectus habere maiorem determinationem quam ipse effectus futurus, qui esset eius causa. Loquor autem in hac conclusione de effectibus futuris cum hac limitatione, ut pendent aliquo modo à libero arbitrio, & non absolute de his effectibus, quatenus sunt futuri contingenter: quia de effectibus futuris contingenter, qui nullo modo pendent à libero arbitrio aliqui cessant satis probabiliter posse cognosci certo ab Angelo virtute naturali sui intellectus in propensione causarum naturalium, quæ possunt eos producere, & in propensione etiam causarum naturalium, quæ possunt impedire eorum productionem. Et posita hac sententia necessario concedendum erit posse Deum manifestare hos effectus intellectui Prophetæ in eisdem causis. De effectibus vero præteritis, qui iam desierunt esse, & nihil reliquerunt, quod habeat cum eis certam connexionem eodem modo indicandum est, quantum ad hoc, quod est posse reddi manifestos intellectui Prophetæ, siue habuerint dependentiam in suo esse à libero arbitrio creato, siue non habuerint eam, quia varoque casu videtur probabiliter non posse manifestari, neque immediate in se ipsis cum iam nullum

D habeant

135

136



117

habeant esse, & ipsa præteritio nihil sit, neq; mediata aliquo, quod sit eorum causa, vel effectus, cum ex suppositione nihil reliquerint, quod hoc modo habeat cum eis certam connexionem. Quare cum Deus revelabat Moyse, verbi gratia, mundum fuisse creatum spatio sex dierum, aut fuisse passum generale diluuiam, in quo Noe cum filiis suis, & vxoribus remedio arca seruatus est, non manifestabat ei hanc veritatem in se ipsa, neque in eius causa, aut effectus, sed alio modo, quem postea explicabimus.

Affero autem hoc tantum, ut probabile, quia forte posset aliquis dicere, sicut species deseruiens intellectui alicuius obiecti recipiunt iuxta multorum sententiam, ex ipsa intellectione modificatione quadam, ratione cuius postea representant idem obiectum, vrantea cognitum, & deseruiunt actu memorie, per quem cognoscitur illud obiectum sub conditione præterite cognitionis: ita etiam species quæ vim habent ad representandum obiecta præterita, de quibus loquimur, secundum eorum entitatem, & abstrahendo à conditione præteritionis recipere à Deo modificationem aliquam, ratione cuius possint representare eadem obiecta, vrantea habuerunt esse, & iam non habent, & deseruiere cognitioni, quæ immediate terminatur ad ipsa, sub conditione præteritæ existentie.

Quarta Conclusio.

Dico quarto. Probabile mihi videtur, euidentiã quam Prophetæ habet de mysterijs supernaturalibus includentibus aliquid infinitum, cuiusmodi sunt Trinitas diuina,

Euidentiã mysteriorum supernaturalium fit Prophetis, quo ad an est per manifestationem ipsorum.

rum personarum: & incarnatio, ut includit vtrumque; extremum unionis, scilicet, personam Verbi & humanitatem, posse diuina virtute fieri per immediatam manifestationem ipsorum mysteriorum, non quantum ad quid est, sed quantum ad an est, & non intuitiuam, sed abstractiuam.

Ad huius explanationem & probationem aduertendum est, duo posse manifestari de realiqua, scilicet quid sit, & ipsam esse in rerum natura, aut habere actualẽ existentiam. Et hoc secundum posse manifestari duobus modis, scilicet, aut per medium aliquod, quod etiam sit obiectum manifestatum, aut cum per creaturas manifestatur Deum esse, aut per medium, quod solum sit ratio manifestandi, & non obiectum manifestatum, ut cum per speciem immediate representatur, atque adeo manifestatur rem aliquam esse, & rursus hoc secundo modo dupliciter manifestari rem esse, scilicet, intuitiuam, & abstractiuam. Tunc dicitur manifestari intuitiuam, cum representatur per speciem vtpresens & cum dependentia ab eius presentia, cui quævis sit presentia non representatur, ut presentia, sed abstrahendo ab eius presentia, ita ut quantum est ex parte modi representandi impertinet sit, talem esse presentem, aut non esse presentem, tunc dicitur manifestari abstractiuam. Per hanc tamen presentiam obiecti non intelligimus solum eius existentiam actualẽ, sed cum similitate respectu ipsius speciei, non tantum quo ad durationem, neque quo ad locum, neque quo ad exclusionem medijs representati, sed quo ad proportionem, eorum, quæ in his omnibus requiruntur, ut si intellectus receptiuus speciei posset moue-

119

Secundum potest manifestari res quo ad an est.

120

121

ri. ab obiecto, nihil deesset ipsi obiecto ex parte approximationis: & similitatis cum intellectu, ut posset producere talem speciem.

Et hoc supposito, quod dicimus esse, posse Deum manifestare Prophetis illa mysteria supernaturalia, non quo ad eorum quidditates, sed quo ad an est, quod est manifestare ipsa habere actu esse in rerum natura: & non per medium, quod sit etiam obiectum manifestatum, sed per medium, quod solum sit ratio manifestandi, siue potius species representatiua immediate eius, quod est illa mysteria esse: & non intuitiuam, sed abstractiuam. Et ex hac explanatione manet totum, quod asserimus probatum. Nam in primis non posse hæc mysteria manifestari quo ad eorum quidditates, neque quo ad an est, aut per medium, quod sit obiectum manifestatum aut intuitiuam per medium, quod solum sit ratio manifestandi, patet, quia primum & tertium requirit claram visionem Dei, ut est in se ipso, quam supponimus non dari Prophetæ, & secundum, si sit medium intrinsecum, ut distinguitur à testimonio extrinseco, debet esse causa, vel effectus, & tale medium esse impossibile, est ostensum in argumentis, secundæ sententiæ. Et deinde posse manifestari quo ad an est, per medium, quod solum sit ratio manifestandi, atque adeo immediate, non intuitiuam, sed abstractiuam probatur: quia nulla ex parte repugnat dari Prophetæ speciem quæ hoc modo representet, verbi gratia Trinitatem personarum diuinarum. Ergo possibile est per diuinam potentiam. Consequentia pa-

122

ret, quia diuina potentia extenditur ad omne id, quod non inuoluit repugnantiam. Antecedens autem probatur, quia aut repugnantia provenit ex parte obiecti representati, aut ex parte ipsius speciei, aut ex parte subiecti, scilicet Prophetæ, cui datur talis representatio.

Et ut à facilioribus incipiamus certum est, non posse dici hoc tertium, quia ex parte Prophetæ solum potest esse repugnantia: quia aut ipse non potest acquirere sibi tale speciem, nisi aut ab obiecto viso, aut ab eius causa, vel effectus, & neque videt Deum, neque obiectum habet ullam causam, neque effectum qui ipsum ita manifestet, aut quia necesse sit per hanc manifestationem eleuari ad statum comprehensoris, & neutrum habet locum in presenti casu, quia Prophetæ non acquirit sibi hanc speciem, sed accipit per infusionem à Deo, & est certum apud omnes solam manifestationem intuitiuam diuinæ essentia, & visionem adiunctam efficere comprehensori, non verò manifestationem, ut notitia abstractiuam, quantumcumque euidens sit. Neque etiam potest dici primum, quia ex parte obiecti non potest esse vlla repugnantia, nisi propter eius infinitatem: & hæc non obstat. Primo quia quævis obiectum sit secundum se infinitum non representatur, ut infinitum, sed solum, ut habet esse in rerum natura abstrahendo ab eius infinitate. Secundo quia infinitas obiecti includeretur in ipso quatenus per talem speciem representatur: ut si dicamus representari per hanc speciem totum hoc, scilicet, Trinitatem diuinarum personarum, quæ est quid infinitum in genere entis esse in rerum natura

123

124

125

tura, nō repugnaret repræsentari hoc obiectū per speciē creatam & limitatam, quia infinitas obiecti non repræsentaretur per talē speciē, secundum propriam rationem formalem, sed secundum rationem quandam proportionalem excedentis omne finitum.

Potest dari species representans infinitū quo ad an est.

Et tertio, quia nullus negat posse dari speciē creatam, quæ immediate repræsentet infinitū, quo ad an est: & non quo ad quid est, quia hoc in rigore non est repræsentari infinitum quo ad eius infinitatē, sed solum quo ad hanc conditionē, quæ est habere esse actu in rerum natura. Et omitto solutionem eorum, qui ut defendant posse per potentiā Dei absolutam dari speciē repræsentatiuā immediatē diuinæ essētiæ, prout est in se ipsa, dicunt non repugnare per speciē finitā repræsentari obiectum infinitum finite, sicut non repugnat per intellectiōnem finitam videri immediatē obiectū infinitū finite.

126

Potest dari cognitio abstractiua rei existentis.

Neq; tandem potest dici secundum, quia ex parte speciēi nō potest esse vlla repugnantia præter illam, quæ confurgit ex improprietate eius cum obiecto infinito, de qua nunc egimus: nisi quia hæc duo, scilicet, speciē repræsentare immediate obiectum ali quod existens, ut existens est, sicut dicimus hanc speciē de qua loquimur mysterium Trinitatis repræsentare, & nihilominus repræsentare ipsum abstractiue, & non intuitiue, sint repugnantia inter se. Et probatur, hæc duo nullā habere repugnantiam inter se, quia ut paulo superius diximus, ut speciē repræsentet suū obiectū intuitiue, non est satis repræ-

sentare ipsum, ut existens est, aut immediatē per exclusionē mediæ repræsentati, sed necesse est repræsentari ipsum, ut præsens præsentia secundū approximationē ad intellectū, quæ sit sufficiens ad hoc, ut si intellectus possit mutari ab obiecto per suā speciē nihil deesset obiecto ex parte approximationis, ut possit efficere hanc immutationē. Et tamen constat speciē, de qua loquimur, quamuis repræsentet suū obiectū, ut existens, & sine aliquo medio, quasi interposito in ratione obiecti repræsentati non repræsentare ipsum, ut ita præsens, vel approximatum: quia in hoc quod est repræsentare absolutē rem aliquā esse non inuoluitur eius præsentia secundum approximationem prædictam, sed abstrahitur ab ea ita ut ad hunc modum repræsentandi sit omnino impertinēs rem repræsentatam esse, aut non esse ita approximatum intellectui.

127

128

Confirmatur, quia speciē, per quam quis recordatur patrem suū viuere, & habere esse, repræsentat illud immediate, tanquam obiectum cognitum & repræsentatum: & tamen non repræsentat intuitiue, sed abstractiue tale obiectum. Et tota huius ratio est, quia non repræsentat illud, ut præsens prædicto modo: ergo pari ratione speciē, per quā Propheta in nostro casu cognoscit Trinitatē esse, repræsentat immediatē hoc obiectū, ut existens & nihilominus, quia non repræsentat ipsum ut præsens, nō repræsentat intuitiue, sed abstractiue.

Dices esse discrimē, quia in casu antecedētis speciē nō repræsentat immediatē patrē esse, sed in te

Dices.

stimo-

129

stimonio præteritæ cognitionis, ut si repræsentaret illud, ut dictū ab alio, at vero in casu consequentis speciē repræsentat Trinitatē esse excluso omni medio quod sit obiectū cognitum: & repræsentatum, siue tanquam testimonium proprium, vel alienum, siue alio modo.

Sed contra, quia quamuis in casu antecedētis, cōcurrant illa duo, tamē vnum, scilicet patrem esse habet se, ut obiectum cognitum & repræsentatum, & alterū scilicet, præterita cognitio habet se, ut ratio cognoscendi & repræsentandi, vel ut conditio necessaria ad vtrumque: & primum potest saltem diuina virtute separari à secundo, ita ut per speciē repræsentetur patrem esse non ut antea cognitum, sed immediate: & eodem modo cognoscatur ab intellectu. Ergo etiam in casu cōsequētis poterit fieri diuina virtute, ut per speciē aliquam repræsentetur immediatē Trinitatē esse abstrahendū ab eius præsentia. Probatur hoc vltimū antecedens. Tum quia quamuis illa duo non possint separari in ordine ad representationem, quæ deseruiat actu memoriæ, & ad ipsum actū memoriæ, tamen absolute in ordine ad alium modū repræsentandi, & ad aliud genus cognitionis, nulla poterit sufficiens assignari ratio repugnantiaæ præter quam non possint diuina virtute separari. Tum etiam, quia Deus cognoscit repræsentari illa duo per speciē, quam naturaliter habet intellectus, alterum ut obiectum, & alterum ut modum siue conditionem obiecti: & vltèrius cognoscit illa obiecta nō ha-

130

bere inter se intrinsecam, & necessariam connexionem, cum conditione, siue in genere rei, siue in genere obiecti. Ergo potest producere speciē limitatam ad repræsentandum obiectum, sine conditione.

Quinta Conclusio.

Dico quinto, euidentiā, quæ Propheta cognoscit Deū esse authorem reuelationis sibi factæ non potest esse per speciē, quæ immediate repræsentet id, sed per effectus aliquos, de quibus Propheta euidenter cognoscit duo, scilicet, non posse fieri, ut à causa propria & principali, nisi à Deo, & vltèrius fieri ab ipso, ut authore talis reuelationis. Prima pars probatur, quia supponimus ut certam sententiā D. Thomæ affirmantis non posse etiam per potentiā Dei absolutam dari speciē creatam, quæ ipsam immediatē repræsentet, ut est in se.

131

Propheta cognoscit euidenter Deū reuelasse se ex effectibus.

Dices nō esse necessariū speciē, quæ immediatē repræsentat Deum esse authorem reuelationis repræsentare ipsum, ut est in se, quia repræsentat eū secundū hanc conditionē, quæ est esse causam reuelationis, sicut in præcedenti conclusione diximus non esse necessariū speciē, quæ immediatē Trinitatē diuinā personarū esse, repræsentaret, repræsentare ipsam Trinitatē, ut est in se, quia repræsentat eam secundum hanc conditionem, quæ est habere esse.

132

Dices.

Sed contra, quia existentia, est quid intrinsecum Trinitati, & omnino idem cum ipsa, & ideo non est necesse repræsentari ipsam Trinitatem, secundum se ad hoc ut repræsentetur, ut exi-

Resp.

D 3

stens

133

stens; at verò exercitium causalitatis respectu illius reuelationis est quid extrinsecū Deo, & ideo Deus comparatur ad ipsum, ut vnum extremum ad alterum cōdistinctum. Ergo non potest representari immediate Deus, ut habens tale exercitium, nisi represententur duo hæc extrema, scilicet, Deus secundū se: & exercitium, ut procedens ab ipso.

Secunda etiam pars probatur. Primo quia non potest haberi euidencia de aliqua re, nisi aut per immediatam repræsentationem, aut per testimonium extrinsecū euidens, aut per causam, aut per effectum: sed euidencia, quam Propheta habet de hoc obiecto, quod est Deum esse authorem suæ reuelationis non est per immediatam repræsentationem, ut ostensum est in prima parte, neque per testimonium extrinsecum euidens, quoniam huiusmodi testimonium deberet esse alia reuelatio diuina, de qua non posset Propheta euidenter cognoscere esse à Deo, nisi per aliam reuelationem: & ita daretur processus in infinitum: neque per causam, quia Deum esse authorem reuelationis, non habet aliam causam: ergo est per effectum. Dicimus verò Prophetam, ut per talem effectum cognoscat euidenter Deum esse authorem suæ reuelationis, debere cognoscere euidenter duo de ipso effectu, scilicet, & fieri à Deo, ita ut non possit fieri ab agente creato, ut à causa propria, & principali: & fieri ab ipso, ut authore suæ reuelationis: quia si alterum horum Propheta non cognoscat euidenter non poterit per tale me-

134

dium cognoscere euidenter suā reuelationem esse à Deo.

Quod sic probatur, Ut Propheta habeat certitudinem expellentem omne dubium, tam ex parte intellectus, quam ex parte obiecti formalis, atque adeò euidenciam, quæ ad eam requiritur de infallibilitate omnimoda suæ reuelationis, debet cognoscere euidenter Deum solum esse causam propriam, & immediatam suæ reuelationis: & non satis est cognoscere euidenter esse causam primam & vniuersalem: sed nisi cognoscat euidenter illa duo de effectu nō poterit per effectū cognoscere euidenter Deū esse causam propriam suæ reuelationis. Ergo neque poterit habere de eius infallibilitate certitudinē illam, atque adeò, neque euidenciam, quam diximus ad eam requiri. Maior patet, quia per modum causæ vniuersalis concurrat Deus ad quamcunque reuelationem factam à creatura; atque adeò non est satis Deum esse causam vniuersalē alicuius reuelationis, ut ipsa reuelatio sit omnine infallibilis: aliās quæcumque reuelatio facta à creatura etiam esset omnino infallibilis, & ex consequenti, neque erit satis cognoscere euidenter Deum esse causam vniuersalē alicuius reuelationis, ut Propheta habeat illam certitudinem, & euidenciam de infallibilitate ipsius reuelationis, sed necessarium erit cognoscere esse causam propriam & immediatā.

Supponimus verò in illa maiori Prophetam habere illud genus certitudinis de infallibilitate reuelationis quod probari potest eodē modo, quo probatū est ipsū

habere

135

136

137

habere, idē genus certitudinis de veritate rei reuelatæ. Et minor probatur, quia in primis effectus, qui indifferēter potest esse à Deo & creatura, ut à causa propria, & principali non potest esse mediū ad colligendum aliquid esse determinatē à Deo, ut à causa propria, sine interuētū causæ creatæ. Et deinde effectus, qui quamuis sit à Deo, ut à causa propria, & immediata non est ab ipso, ut authore alicuius reuelationis non potest esse mediū ad colligendum Deum esse causam propriā, & immediatam, ut distinguitur ab vniuersali talis reuelationis: quia si hic effectus, & reuelatio essent in hominibus distinctis nō posset effectus deseruire, ut mediū ad colligendum aliquid circa dependentiam reuelationis à Deo, ut à causa propria, & per accidens est, coniungi in eodem homine.

138

Et si quæras, quomodo possit Propheta cognoscere euidenter hæc duo de effectu? Responderetur, quantum ad primum, scilicet effectum esse à Deo, ut à causa propria, facile posse hoc explicari, quia de multis effectibus solet apud Theologos disputari an ita sint proprii effectus Dei, ut non possint fieri etiam per potentiam Dei absolutam, ut producantur à creatura tãquam à causa propria & principali, & rationibus saltem probabilibus concluditur pars affirmatiua. Et ita dicere possumus Deum ostendere euidenter Prophetæ de aliquo effectu non posse produci ab aliqua creatura, ut à causa propria, & principali, atque adeò esse solum à se ipso productum, quia id, quod nō possu-

mus probabiliter ostendere, Deus poterit multo melius ostendere euidenter, vel per speciem, quæ immediatē repræsentet, naturam talis effectus esse tam perfectam, ut superet virtutem propriam cuiuscumque causæ creatæ effectiua, ac etiam creabilis, vel alio modo illustrando clare intellectum Prophetæ, circa hanc veritatem, quæ proculdubio est demonstrabilis, atque adeò cognoscibilis euidenter.

At verò quantum ad secundū, scilicet, talem effectū esse à Deo, ut authore reuelationis non potest, tam facile explicari, quia videtur difficile aliquem effectum dependere necessario à Deo sub hac conditione, quæ est esse authore reuelationis, & quamuis ex libertate Dei possit provenire, ut dependeat, non poterit hoc manifestari Prophetæ, nisi per aliam reuelationem, de qua erit eadem difficultas circa modum, quo Propheta possit euidenter cognoscere ipsam esse à Deo, ut à causa propria & immediata. Tamen, ut id etiam aliqua ratione explicemus vtendum est hac distinctione. Aut effectus pertinet ad ipsam reuelationē tãquam modus eius, aut est omnino ipsi extraneus, ac si esset in alio subiecto distincto, ab eo, in quo est reuelatio. Quando effectus est prioris generis habet necessariam cōnexionem cū reuelatione, & ex consequenti necessario pendet à Deo, non solum, ut à causa propria, sed etiam ut ab authore reuelationis: quia Deus eodem singulari, & vniūco influxu efficit reuelationē: & modos eius intrinsecos: & ideo tunc Deus eo medio, quo ostēdit eui-

139

140

141

ueter Propheta talē effectū esse ab ipso, ut à causa propria, ostendit etiam esse ab ipso quatenus est author reuelationis.

D. Thom.
Caiet.

Et explicatur ex doctrina Di. Thomae 2. 2. quæst. 172. arti. 2. & Caietani ibidem, qui quamuis admittant reuelationes propheticas fieri ministerio Angelorum dicunt hoc esse intelligendum, quantum ad applicationem, & propositionem obiecti per varias similitudines, & per excitationem proportionatam phantasmatum, & quantum ad aliquam confortationem intellectus, quæ solet tribui illustrationi, quæ Angelus dicitur illuminare intellectū, nō tamē quātū ad immissionē luminis, aut specierū in intellectu, neq; quātū ad motionem intellectus, & voluntatis non ex parte obiecti, sed ex parte principij ad suos actus: quia immittere lumen & speciem in intellectum & mouere hoc modo has potentias ad operandum est proprium Dei: ita ut nulli creaturæ possit communicari, vel simpliciter, vel saltem tanquam causæ principali, quo ad aliqua horum.

142

Et hæc doctrina supposita dicemus hos effectus, qui sunt infusio luminis & specierum intelligibilium, & motio intellectus, aut voluntatis ex parte principij esse proprios Dei & pertinere ad ipsam reuelationē intrinsece: & ideo dependere necessario à Deo ut ab authore ipsius reuelationis, & propterea eodem medio ostēdi euidenter Propheta, ipsos esse à Deo, ut à causa propria, & ut à reuelante.

Quando verò effectus est posterioris generis dicendum est,

non habere necessariam connexionem, cum reuelatione, sed solum ex libera voluntate Dei, qui eum facit, ut signum, & testimonium, quo confirmet Propheta se esse authorem eius reuelationis, quæ tunc ei datur: & ideo Deus non eodem medio manifestat Propheta esse hunc effectum ab ipso, ut à causa propria, & immediata, & ut ab authore reuelationis, sed primum, eo modo quem paulo superius explicuimus, & secundum, aliquo genere locutionis internæ, quo Propheta dicat fieri ab ipso illum effectū ad confirmandum etiam reuelationem esse à se factam, ut à causa propria & immediata. Quare euidentia, qua Propheta cognoscit illum effectum esse à Deo, ut à causa propria, & immediata, nō erit satis, ut iudicet euidenter, etiam reuelationem esse eodem modo factam à Deo, nisi adiungatur euidentia, qua ex locutione Dei cognoscit effectum esse ab ipso factum ad id confirmandum.

Et potest hoc explicari exemplo, nam omnes concedunt cum D. Thoma. 3. par. quæst. 43. ar. 4. miracula Christi fuisse sufficientia signa ad ostendēdū euidenter eius diuinitatem si de eis cognoscerentur duo euidenter, scilicet, & ipsa esse verè miracula: ita ut vel quantum ad substantiam operis, vel quantum ad modum, quo fiebant excederent omnem facultatem virtutis creatæ, & non possent fieri, nisi virtute diuina.

Et præterea fieri ab ipso in confirmationem suæ doctrinæ, qua dicebat se esse verum Deū, & solum esse dissensio inter scho-

143

144

laisticos

145

laisticos, cum disputatur an de facto aliqui, verbi gratia demones ex his miraculis cognouerint euidenter Christum esse verum Deum: quia quidam negant demones cognouisse de Christi miraculis hæc duo euidenter, & alij id affirmant. Ita ergo nos poterimus dicere effectum, de quo loquimur, esse signum sufficiens ad ostendendum euidenter reuelationem esse factam à Deo si de ipso cognoscatur duo euidenter, scilicet, superare omnem facultatem causæ creatæ, ita ut non possit fieri, nisi à Deo tanquam à causa propria: & præterea fieri ab ipso tanquam signum ad confirmandum etiam reuelationem esse eodem modo à se factam: & ideo Prophetam, quia hæc duo cognoscit euidenter de illo effectum, cognoscere etiam euidenter, ex ipso Deum esse immediatam causam suæ reuelationis.

146

Ut autem Propheta cognoscat euidenter secundum de illo effectum, scilicet fieri à Deo, ut signum ad confirmandum etiam reuelationem esse à se factam non est necesse ipsum cognoscere euidenter de locutione interna, per quam diximus hoc ei manifestari esse à Deo, quia ad hoc necessarius esset alius effectus, de quo eadem duo cognoscerentur: & ita daretur processus in infinitū. Aut si possit alio modo hoc manifestari euidenter propheta de hac locutione, etiam posset de ipsa reuelatione, quæ etiam est quædam locutio, sed satis est Prophetam intelligere euidenter hanc locutionem, & eius conjunctionem cum illo effectum, tanquam cum signo, & testimo-

nio dato ad eius confirmationem: quia euidenter est repugnare Deo efficere aliquid, ut signum ad confirmandum id, quod sit falsum: quia est confirmare falsitatem propria autoritate: & satis est coniungi productionem illius effectus, cum locutione, qua significatur fieri huiusmodi effectum, tanquam signum ad confirmandum reuelationem esse à Deo, ut debeat dici fieri in eum finem, siue talis locutio sit facta à Deo, siue à quacumque creatura. Et huiusmodi ratio est manifesta, quia cum Deus possit, aut impedire locutionem creaturæ, aut ea posita non producere illum effectum, si producat censetur consentire, cum locutione, & ex consequenti facere effectum, ut sit signum eius quod per ipsam significatur, scilicet reuelationem esse ab ipso. Quod contra Durandum defendit optime Suarez, tomo secundo in tertia parte, disputat. 31. sectione secunda, & potest explicari exemplo supra posito. Nam ut demones cognoscerent euidenter fieri à Deo illa miracula ad confirmandum Christum esse verum Deum non erat necesse ipsos cognoscere euidenter, dici hoc ab eo, qui esset verus Deus: aliàs in hoc testimonio, sine euidentia miraculorum cognoscerent Christum esse verum Deum: sed satis erat euidenter intelligere assertionem Christi, quæ dicebat se esse verum Deum, & in huiusmodi veritatis confirmationem facere talia miracula, & correspondentiam, aut connexionem miraculorum cum ipsa assertionem.

Ex his verò duobus generi-

147

148

Suarez.

D 5

bus

149

bus effectuum, primum videtur mihi magis accommodatum ad hoc explicandum. Tum quia melius intelligitur quomodo ex eo possit propheta habere perfectam evidentiam, qua omnino conuincatur suus intellectus ad iudicandum Deum esse authorem suae reuelationis: tum etiam, quia per ipsum videtur Gregorius explicare modum, quo Deus immediate alloquitur homines, lib. 28. Moral. cap. 2. vbi sic ait: *Cum per semetipsum loquitur, scilicet Deus, sola nobis vis interna inspirationis aperitur. Cum per semetipsum loquitur, de verbo eius, sine verbis, ac syllabis cor docetur: quia virtus eius intima quadam subleuatione cognoscitur ad quam mens plena suspenditur, vacua grauat: pondus enim quoddam est, quod omnem animam quam replet, leuet, in corporeum lumen est, quod interiora repleat, & repleta exterius circumscribat: sine strepitu sermo est, qui & auditum aperit: & habere sonitum nescit.* Quibus verbis Gregorius aperte significat ex vi, & efficacia diuinæ locutionis, & ex modo, quo animum ad superiora eleuat & ad interna reuocat: & totum ipsum replet, & occupat, & ei vim addit ad intelligendum prouenire, vt ab hominibus cognoscatur, qualis sit, scilicet, esse diuinam.

Et ex hac conclusione sequitur, sufficere hanc evidentiam, qua diximus Prophetam cognoscere Deum esse authorem suae reuelationis, vt quamuis nullo ex modis explicatis in praecedentibus conclusionibus habeat evidentiam de veritate rei reuelatae habeat eam alio modo sufficien-

Greg.

150

ti, vt suus intellectus omnino conuincatur ad iudicandum verum esse id quod sibi reuelatur. Probatur, quia supposita illa euidencia de Deo reuelante, aut causare reuelationis potest Propheta vti hoc argumento. Omne reuelatum à Deo est verum, sed hoc, verbi gratia, Deum esse Trinum in personis est mihi reuelatum à Deo: ergo hoc est verum: in quo argumento consequentia est euidenter bona: & maior euidenter vera, & similiter minor respectu Prophetae iuxta hanc conclusionem. Ergo etiam conclusio est euidenter vera eadem Prophetae: & fundamentum huius consequentiae est illa regula Dialecticorum personata: In bona consequentia, si antecedens est verum necesse est consequens esse verum: quia ex hac propositione bene sequitur, si antecedens est euidenter verum, etiam consequens esse euidenter verum: quia si repugnat ex antecedenti vero, inferri consequens falsum; ergo vbi antecedens est euidenter verum conuincitur intellectus ad iudicandum consequens esse ita verum, vt non possit esse falsum: & ex consequenti intellectus in eo casu habet evidentiam veritatis obiecti, quia (vt supra dixi) non conuincitur intellectus sine euidencia.

Aliqui contendunt hoc genus euidenciae non esse appellandum simpliciter euidenciam, sed non video, quo alio nomine possit appellari: & certe hoc pertinet ad quaestionem de nomine; quia de re satis constat intellectum Prophetae conuinci ad assentiendum: ita vt neque mouente voluntate possit dissentire. Et hoc

151

152

quod

153

quod est, ita conuinci, aut esse proprietatem actus distinctam à certitudine, aut praesupponere aliquam proprietatem ab ipsa distinctam, à qua oriatur, & huiusmodi proprietatem non potest esse alia, quam euidencia. Verum cum dicimus Prophetam vti posse hoc argumento, non est ita accipiendum, vt propterea dicamus assensum propheticum de veritate rei reuelatae esse eum, qui generatur per hunc discursum, aut postulare huiusmodi discursum, & assensum per eum genitum, tanquam conditionem necessario requisitam, quia in primis assensus genitus per hunc discursum non pertineret ad prophetiam, sed ad scientiam: & difficile esset explicare de eo, quo modo esset supernaturalis quo ad substantiam: vt patet in assensu conclusionis Theologicae deductae ex principiis fidei per euidenter consequentiam.

Et deinde non poterit assignari sufficiens ratio, propter quam talis discursus, & assensus per eum genitus sit conditio necessario requisita ad assensum propheticum. Quare solum id diximus, vt explicarem; qua ratione euidencia de Deo reuelante sufficit ad euidenciam de veritate rei reuelatae, & de Propheta dicendum est simul & vno actu: atque adeo sine discursu cognoscere euidenter Deum, qui fallere non potest esse authorem suae reuelationis, & id, quod sibi reuelatur esse verum, quia haec duo coniunguntur per modum vnus, in quantum primum se habet, vt ratio formalis assentiendi, & secundum vt obiectum cognitum, sicut dici-

154

lolet de actu fidei, vt terminatur ad veritatem credendam: & ad reuelationem Diuinam obscuram, vt ad rationem formalem assentiendi: vtrobiusque enim hoc fit, sine discursu per solam coniunctionem rationis formalis, sub qua ad obiectum materiale, ad eum modum, quo potentiae, quae non vtuntur discursu terminantur ad haec duo in suis obiectis.

Ultima Conclusio.

Dico ultimo. Regulariter Deus non dat Prophetam aliam euidenciam de veritate rei reuelatae quam eam, quae prouenit ex euidencia egressus reuelationis ab ipso. Probatur, quoniam haec euidencia sufficit ad totam certitudinem, quam Propheta habet de illa veritate, & est conformior imperfectioni status viatoris, in quo est Propheta. Item quia necesse est Prophetam habere hanc euidenciam de veritate rei reuelatae, cum necesse sit eum cognoscere euidenter Deum esse authorem suae reuelationis. Ergo superfluit aliud genus euidenciae de eadem veritate, quando propter aliquem finem particularem distinctum à fine proprio doni prophetiae non est necessarium, atque adeo regulariter non datur Prophetis.

Ad argumenta contraria sententia.

Ex his patet solutio ad argumenta facta pro sententia Caietani, quia vt plurimum probat Prophetas habere hoc genus

155

156

Respon. ad
fundamentum
Caiet.

cui.

157

evidentiæ de veritate rei reuelatæ. Et forte Caietanus nihil aliud sensit, quamuis, quia dicit Prophetas cognoscere duo evidenter, scilicet, reuelationem esse à Deo, & ipsam rem reuelatam, secundum se esse veram, aliqui dicant ipsum loqui de alia evidentiâ veritatis rei reuelatæ distincta ab ea, quæ potest haberi ex evidentiâ, quæ cognoscitur Deum esse authorem reuelationis.

Ad primam alterius sententiæ.

Ad primum alterius sententiæ responderetur, quamuis admittamus sensum illius testimonij esse eum, qui in argumento proponitur non posse ex eo colligi aliquid contra nos, quia etiam si cognitio prophetica sit, vel cum hac evidentiâ, vel cum evidentiâ explicata in præcedentibus conclusio nibus potest dici ex parte quo ad modum cognitionis, qui est evidentiâ: quia in primis hæc evidentiâ, quæ habetur ex evidentiâ, quæ cognoscitur Deum esse authorem reuelationis, non est evidentiâ rei in se ipsa, sed solum in testimonio extrinseco, & ideò admittit secum obscuritatem circa rem prout est in se ipsa. Et deinde evidentiâ explicata in præcedentibus conclusionibus non est, quantum ad quid est, sed solum quantum ad an est, & quantum ad hoc non est intuitiva, sed abstractiva: & ita quantum ad utrumque compatitur secum aliquam obscuritatem.

158 Evidentiâ Prophetæ compatitur secum aliquam obscuritatem.

Et quod attinet ad sensum illius testimonij aduertendum est illa verba, Charitas nunquam excidit, non significare charitatem esse duraturam, usque in beatitudinem, sed in hac vita, nunquam cessare, quia quasi succubat oneri

propter occasiones oblatas: ita ut non possit exire in opus suum erga quoscumque, & quantumcumque se indignos reddant dilectione: ita ut hæc verba sint veluti conclusio præcedentis sententiæ, in qua inter encomia charitatis refertur omnia sufferre, omnia sustinere, quasi diceretur: denique nulla occasione data frangitur, aut dissoluitur, ne suum actum habeat. Alterum est illa verba, ex parte non significare prophetiam esse obscuram, sed esse imperfectam, quia pauca & imperfectè per eam cognoscuntur. Et ita in translatione Latina facta ex textu Syro habetur: *Modicum enim ex multo cognoscimus, & modicum ex multo prophetamus: & statim cum redditur ratio propter quam hoc genus cognitionis sit cessaturum adueniente clara visione beatitudinis dicitur: Cum autem venerit perfectio, tunc abolbitur id, quod modicum est.* Tertium est coniungi hæc duo, scilicet, cognoscere ex parte, & per speculum in ænigmate, non quia sint idem, sed quia in utroque est eadem ratio, propter quam cognitio sit cessatura, scilicet, imperfectio. Unde in eadem translatione habetur. Ceterum nunc quasi per speculum cernimus in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, nunc de multo exiguum cognosco, tunc autem cognoscam, sicut cognitus sum.

Ad secundum responderetur distinguendo antecedens, si enim intelligatur de certitudine, quam Prophetæ habebant in ipsa cognitione Prophetica, falsum est: quia huiusmodi certitudo erat ex evidentiâ in sensu explicato, si

Ad secundum.

tamen

159

160

161

tamen intelligatur de certitudine alterius actus, quo Prophetæ assentiebant cognitio à se per donum prophetiæ, verum est. Ceterum, ut consequentia valeret oporteret antecedens esse verum in priori sensu: quia solum illa certitudo prioris cognitionis pertinet ad lumen propheticum. Itaque in Prophetâ est magnum discrimen inter cognitionem, quæ pertinet ad donum, & lumen propheticum, & est actus eius, & inter cognitionem, quæ pertinet ad virtutem fidei, & est eius actus: quia cognitio illa, qua Prophetæ primo assentitur alicui rei innitendo, ut rationi formali diuinæ reuelationi evidenti quantum ad hoc, quod est esse diuinam, hoc est, à Deo, ut reuelante, pertinet ad donum prophetiæ, & habet illud genus certitudinis, quod diximus provenire ex evidentiâ: at vero cognitio, qua hac supposita tanquam propositione obiecti prophetæ assentitur eidem rei innitendo diuinæ reuelationi, ut propositæ per priorem cognitionem, sine evidentiâ Dei, ut reuelantis pertinet ad virtutem fidei & habet certitudinem, sine evidentiâ, atque pendet, etiam quantum ad specificationem ex motione, & imperio voluntatis, & ex consequenti habet totum, quod ex parte huius libertatis requiritur, ut sit meritoria. Et de hac posteriori cognitione intelliguntur testimonia adducta in confirmationem illius antecedentis: siue quia homines, de quibus in eis sit sermo habuerint eum statim à principio expresse & actu: siue quia tunc habuerint eam in præparatione animi & postea formaliter.

Quomodo assensus Prophetæ potest esse meritorius.

163

164

Quomodo tamen per priorè cognitionem proponatur diuina reuelatio, sine evidentiâ reuelantis, si ipsa terminetur ad reuelationem cum hac evidentiâ poterit facile intelligi, si aduertamus ita se habere priorem cognitionem in Prophetâ, quantum ad propositionem diuinæ reuelationis respectu posterioris cognitionis, ac si duæ istæ cognitiones essent in hominibus distinctis. Quare sicut in diversis hominibus media cognitione prophetica, quæ est cum prædicta evidentiâ sit propositio reuelationis, sine eadem evidentiâ, non quia negetur reuelationem esse quantum ad illud evidentiâ, sed quia non proponuntur media, per quæ de eo habetur talis evidentiâ: sic etiam in eodem homine per actum prophetiæ, quo cognoscitur evidenter Deum esse authorem reuelationis, fiet propositio reuelationis, ut diuinæ; & sine illa evidentiâ, quia non proponuntur media per quæ id evidenter cognoscitur. Et ratio huius non est deesse huiusmodi media in intellectu Prophetæ, sed lumen fidei respectu cuius fit hæc propositio, non esse eorum capax.

Ad tertium responderetur negando antecedens: & ad probationem dicendum est posse virtute diuina haberi notitiam evidenter abstractivam mysterij Trinitatis, quantum ad an est secundo, & tertio modo: & ad objectionem factam contra secundum modum negandum est, talem notitiam esse intuitivam, non quia habeatur media specie, quia ut ibi bene probatur medium, quod est species cum solum sit

ratio

Ad tertium.

165

ratio cognoscendi non cognita non impedit ne cognitio sit intuitiva, & rei præsens, ut præsens est, sed quia per hanc speciem non repræsenteretur mysterium Trinitatis, ut præsens, quamvis repræsenteretur ut existens: quod esse possibile exemplis & rationibus est satis explicatum in quarta conclusione.

Et ad obiectionem factam contra tertium modum, Respondetur prætermittendo duo priora media: quoniam molesta & longa esset necessaria disputatio ad examinandum, an per ea possit haberi hæc notitia de mysterio Trinitatis, saltem tertium medium & quartum, quod ad ipsum reducitur esse ad id satis aptum, ut in quinta conclusione est satis ostensum. Et ad impugnationem huius medij quantum ad priorè partem. Respondetur iam esse ibidem explicatum, qua ratione possit evidenter cognosci Deum esse authorem revelationis, quâvis ipse Deus non videatur intuitive, ut est in se ipso. Et ad eandem impugnationem, qua probatur etiam hoc admisso illud medium esse insufficiente ad cognoscendum evidenter rem reuelatam esse veram, Respondetur evidentiam infallibilitatis huius testimonij non reddere evidentem veritatè reuelatam, tanquam lumen immediate manifestans connexionem prædicati cum subiecto, sed in nostro casu, ut medium cognitum non alio actu, sed eodem, quo cognoscitur ipsa veritas reuelata, quamvis prius ordine rationis formalis obiectivæ, quia comparatur ad eam, ut ratio assentiendi, ut explicui in illatione

166

facta ex ultima conclusione. Et ita contra hoc non habet locum obiectio pro contraria parte facta, quia cum non dicamus esse medium cognitum alio actu distincto ab eo, quo cognoscitur res reuelata, non est necesse dicere esse medium in aliquo discursu, atque adeò neque in demonstratione à priori, aut posteriori: quia discursus non reperitur proprie, nisi ubi est multiplicitas actuum cum ordine causalitatis inter ipsos: ita ut actus quo cognoscitur medium sit verè causa eius actus, quo cognoscitur conclusio. Et ad id posse testimonium, ut evidenter infallibile esse medium in discursu aliquo ad habendum evidentiam de veritate revelationis, aut cuiuscumque rei, quæ tali testimonio confirmatur, ut in eadem illatione dixi.

Et ad obiectionem contra hoc factam. Respondetur admittendo, discursum illum non esse proprie demonstrativum in eo rigore, quo Aristoteles loquitur de demonstratione: quia cõiunctio medij cum altero extremo in minori propositione, scilicet, hoc est reuelatum à Deo: non est necessaria simpliciter, sed contingens, & solùm habet necessitatem præsentia litatis, quæ est necessitas, secundum quid & ex suppositione: & ideo neque esse proprie demonstrationem, aut à priori, aut à posteriori, neque assensum per ipsam genitum esse proprie scientificum, si loquamur, sicut Aristoteles de his rebus loquitur: negamus tamen hoc non sufficere, ut per hunc discursum nullo modo habeatur evidentia de veritate conclusionis: quia tamen

167

168

Poteſt dari
evidentia rei
& non per
causam, aut
per effectum.

ex

169

ex vi eius non possit haberi evidentia conclusionis in se ipsa, quia ad habendum hanc evidentiam per discursum requiritur medium, quod sit causa, vel effectus, bene potest haberi evidentia de correspondentia eiusdem conclusionis ad regulam infallibilem, atque adeò de eius veritate. Aristoteles verò quia non est assequutus posse per regulam extrinsecam infallibilem manifestari in discursu veritatem alicuius rei, ideo solùm retulit duos modos habendi evidentiam per discursum, scilicet, à priori & à posteriori.

Et deinde dico posse illud argumentum reduci ad demonstrationem à posteriori, quia licet divina revelatio sit ratio à priori respectu cognitionis, non est ratio à priori respectu veritatis obiectivæ, quæ convenit rei, sed tantum est eius signum, quod potest ostendi per has propositiones causales, quia hæc causalis est veritas, ideo assentimur esse talem re veram, quia est reuelata à Deo, & hæc est falsa, ideo secundum se talis res est vera, quia est reuelata, non enim habet res veritatè obiectivam ex revelatione: quare revelatio solùm ostendit talem veritatem, ut signum in quantum non potest esse reuelatum à Deo id, quod non est verum.

Ad conf.

Ex his patet solutio ad confirmationem, quia ex eo, quod testimonium infallibile non sit aliquid veritatis confirmatæ per ipsum, neque ut eius causa, neque ut eius effectus, solùm colligitur, non posse talem veritatem fieri evidentem in se ipsa per hoc testimonium, non tamen non posse fieri evidentem extrinsece,

aut in signo extrinseco.

Ad ultimum ut respondeatur supponendum est cum Caetano supra quæst. 1. art. 4. §. in articulo 4. versiculo, respondeatur secundo, & quæst. 5. art. 1. id quod iam cepimus dicere, scilicet, dupliciter posse haberi evidentiam de veritate alicuius rei. Primo in se ipsa, & secundum propriam rationem, ut cum cognoscitur evidenter connexio extremorum: siue immediatè, ut in primis principijs, siue per medium quod sit ratio cognoscendi cognita, aut tanquam causa, aut tanquam effectus, ut in conclusionibus, de quibus habetur scientia, aut à priori, aut à posteriori. Secundo non in ipsa re, neque secundum eius propriam rationem, sed in alio, aut secundum correspondentiam ad regulam extrinsecam, de qua evidenter sciatur esse infallibilem, ut cum non cognoscitur evidenter ipsa connexio extremorum, sed eius correspondentia ad divinam revelationem, de qua evidenter scimus esse omnino infallibilem.

Et si quæras, cur per medium quod sit effectus, aut causa cognoscatur evidenter connexio extremorum, & per medium quod sit testimonium extrinsecum, non cognoscatur evidenter huiusmodi connexio, sed solùm eius correspondentia ad regulam infallibilem? Respondetur rationem discriminis esse, quia causa, vel effectus pertinet suo modo per se ad ipsam rem, & ideo potest esse medium ad manifestandum ipsam secundum se. Et verum testimonium extrinsecum non pertinet per se ad rem, sed accidentaliter ei adiungitur ex libertate

171

Caict.

Evidentia
est duplex.

172

præ-

173

præbentis ipsum: & ideo non potest manifestare rem secundum se, sed solum, ut correspondentē, sibi, quod est quædam regula omnino infallibilis.

Et hoc supposito, ad illam primam probationem, Respondetur priorem modum evidentie non posse esse simul cum obscuritate fidei, quia inuoluit repugnantiam, eandem connexionem extremorum simul, & in eodem intellectu esse manifestam & obscuram; tamen posteriorem modum bene posse esse simul cum obscuritate fidei, quia non repugnat veritatem aliquam simul esse evidentē, & manifestam quo ad correspondentiam ad regulam infallibilem, & inevidentem & obscuram in se ipsa: & quo ad connexionem extremorum, & satis est esse hoc modo inevidentem, ut possit terminare assensum fidei. Et eodem modo respondendum est ad secundam probationem, nam quidquid sit de maiori neganda est minor, si intelligatur de hac evidentia, de qua nos loquimur, quia non habet repugnantiam cum obscuritate fidei, ut nunc explicui. Et præterea est discrimen inter casum maioris & minoris, quia evidentia mediæ demonstrationi est per se permanens in intellectu ratione habitus: & ideo non potest esse simul in intellectu cum obscuritate fidei, aliàs fides esset otiosa. At verò evidentia prophetiæ non est per se permanens, quia lumen propheticum non datur per modum habitus, ut statim dicam: & ideo potest aliquando coniungi obscuritati fidei, quia non sequitur fidem esse otiosam. Ad confirma-

174

Quæ obscuritas rei sufficit ad fidem.

tionem respondetur, negando certitudinem, quam diximus requiri ad munus Prophetæ posse bene haberi, sine aliqua evidentia, aut cognitionem fidei habere illum modum certitudinis, quem habet cognitio prophetica.

175

III DIFFICULTAS.

Tertia difficultas est, circa tertium scilicet, circa facultatem, quæ datur intellectui Prophetæ ad intelligendum revelationem sibi factam, quid sit huiusmodi facultas, & an habeat modum habitus, vel alioquin modi transientis.

Prima Conclusio.

AD hoc dico primo. Hæc facultas est vis quædam intime unita intellectui Prophetæ constituens ipsum in actu, ut est principium intellectiois ad hoc, ut intelligat ea omnia, quæ diximus cognosci certo à Prophetæ, atque proinde distincta, tam à facultate naturali intellectus, quam ab speciebus etiam de novo infusis, aut ordinatis. Hæc conclusio duas partes continet.

Prima est, hanc facultatem esse vim quandam unitam intime intellectui, & constituentem ipsum in actu, ut est principium intellectiois ad intelligendum illa omnia, & hæc probatur: quia in primis esse vim quandam, aut virtutem satis patet, cum sit facultas ad intelligendum. Et deinde debere uniri intime intellectui, & constituere ipsum in actu, ut est principium intellectiois prophetiæ, etiã est manifestum, quia intelle-

I
Facultas, quæ datur Prophetæ ad intelligendum est vis quædam intime unita intellectui.

ctus

2

ctus Prophetæ est principium effectuum intellectiois prophetiæ, sicut & cuiuscumque intellectiois, cum etiam si intellectio consistat formaliter in receptione & passione, sit receptio vitalis; atque adeo actiue debeat procedere à principio vitali: & ut principium effectuum operetur per aliquid tanquam per virtutem ad agendum requiruntur duo, scilicet, coniunctio entitativa inter ipsa, quoniam aliàs principium non diceretur operari per talem virtutem: sed ipsa virtus operabitur per se si fuerit subsistens, aut aliud suppositum per eam si non fuerit subsistens. Et præterea talis coniunctio, ut id, quod habet rationem virtutis constituat principium effectuum in actu ad agendum, quia non est aliquid virtus alterius ad agendum, nisi in quantum dat ei esse potens: & ut ita dicamus, virtuosum ad agendum, & esse potens ad agendum consistit in actualitate. Quare necesse est, id quod est virtus agentis ad agendum dare agenti hanc actualitatem: & cum non det eam in genere causæ efficientis medio effectu à se producto, de quo esset eadem quæstio, sed in genere causæ formalis, atque adeo immediate per se ipsam, sequitur eam constituendo in actu, sine actuando per suam entitatem ipsum agens, cuius est virtus. Quare idem dicendum erit de hac virtute respectu intellectus Prophetæ.

3

Secunda pars est, hanc virtutem esse distinctam à facultate naturali intellectus, & ab

speciebus. Et in primis distinguere à facultate naturali intellectus: patet, quia datur ad intelligendum id, quod intellectus sua virtute naturali non poterat assequi: non solum quantum ad obiectum formale, quod est divina revelatio: & quantum ad modum cognoscendi; qui est cum certitudine, & evidentia de ipsa revelatione, & de veritate rei revelatæ superius explicata: sed etiam quantum ad obiectum materiale: quod licet possit esse aliquando naturaliter cognoscibile, ut Divus Thomas secunda secundæ quæstione 174. articulo tertio colligit ex eo, quod tertio Regum quarto dicitur, Salomonem loquutum fuisse parabolas & disputasse super lignis à cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete: & disseruisse de iumentis, & volucris & reptilibus, & piscibus; tamen maiori ex parte; & regulariter comprehendit ea, quæ sunt occulta lumen naturali intellectus. Præterea Divus Thomas loco citato dixit, illa obiecta non pertinere ad prophetiam propriè dictam: ubi non sumit vocem propriè; ut distinguitur ab improprie, sed ut valet idem, quod perfectè: quasi diceret illa obiecta non pertinere ad perfectum gradum prophetiæ. Et quæstio. 171. articulo tertio, cum in corpore dixisset pertinere ad infimum gradum prophetiæ, addidit in solutione ad primum posse universaliter dici, omnia, quæ sub prophetia cadunt convenire in hac ratione, quod non sunt ab ho-

4

D. Thom. 3. Reg. 4.

5

E mine

6

mine cognoscibilia, nisi per reuelationem diuinā, & in hoc inquit differre prophetiam à donis sapientiae, scientiae, & interpretationis sermonum, quia huiusmodi dona versantur circa ea, quae naturali ratione possunt ab homine cognosci quantum altiori modo manifestentur per illustrationem diuini luminis.

In quo tamen D. Thomas non contradicit doctrinā, à se traditā in corpore eiusdem articuli, & altero loco superius citato: & ita dicendum est intelligi de obiecto materiali, quod regulariter pertinet ad prophetiam. Et deinde hanc virtutem distingui, etiam ab speciebus intellectualibus probatur, quia saepe Prophetarum non dantur de nouo species, ut supra diximus, & tamen semper datur de nouo hanc virtus. Et praeterea ratione vniuersali ad omnes species, quantum datur de nouo: imo etiam si sint per se infusae, quia distinctus est concursus obiecti à concursu intellectus ad intellectionem. Ergo etiam virtus superaddita intellectui ad intelligendum debet distingui ab specie quacunque etiam infusa. Patet consequentia, quia virtus datur ad proprium concursum intellectus, ut est principium intellectionis, & species datur ut gerat vicem obiecti, quantum ad suum concursum circa eandem intellectionem.

Secunda Conclusio.

Dico secundo, Hanc virtus ita est superaddita facultati naturali intellectus, ut sit superna-

Hac virtus datur Prophetis ad modum motionis, aut actionis transeuntis.

turalis quo ad substantiam. Probatur: quia ratio formalis assentiendi per hanc virtutem est diuina reuelatio euidentis quantum ad hoc quod est Deum esse eius authorem; ut diximus in praecedenti difficultate. Ergo hanc virtutem nulli naturae intellectuali factae, aut factibili potest esse connaturalis. Et ulterius, ergo est supernaturalis, quoad substantiam. Hanc secunda consequentia patet, quia in communi id dicitur supernaturale quoad substantiam, quod est supra totam naturam factam & factibilem. Et in particulari in ijs, quae sunt aliquid alterius, verbi gratia, potentiae dispositiones & facultates; cuiusmodi est hanc virtus, de qua loquimur, quae est virtus alterius, scilicet, subiecti, cui datur ad intelligendum, id dicitur esse supra totam naturam factam & factibilem, quod nulli naturae factae aut factibili potest esse connaturale. Et prima probatur quia nulli naturae intellectuali factae aut factibili potest esse connaturalis illa ratio assentiendi, scilicet, diuina reuelatio, sine obscura, sine euidentis illo modo, quia cum Deus sit supra totum ordinem entis creabilis non potest esse connaturale alicui naturae creatae, aut creabili habere pro ratione assentiendi Deum ut se alloquentem. Ergo neque potest esse connaturalis virtus, quae habet talem rationem assentiendi.

Tertia Conclusio.

Dico tertio, Hanc virtus non datur intellectui prophetarum ad modum

8

9

for-

10

Hac virtus datur Prophetis ad modum motionis, aut actionis transeuntis.

formae, aut alicuius doni permanentis: ita ut quantum est ex parte ipsius virtutis situm sit in potestate Prophetarum habere actum, quocirca diuinam reuelationem intelligat ea, quae diximus cognosci à Prophetis, sed ad modum cuiusdam motionis, aut actionis transeuntis. Hanc conclusio est certa secundum fidem. Et ante eius probationem, sunt duo aduertenda. Primum est non fieri in ea in particulari mentionem habitus, sed in communi doni permanentis in sensu explicato, quoniam hanc duo sunt valde distincta, scilicet, esse donum permanente, & esse habitum: ut de potentia, quam Christi humanitas habuit ad faciendum miracula concedunt omnes fuisse donum permanente in hoc sensu, quod Christus, ut homo, habebat semper parata omnia requisita ad faciendum miracula: & ideo semper censetur habere potentiam illam: & tamen fere omnes negant illam potentiam fuisse habitum, aut qualitatem firmiter inhaerentem humanitati Christi. Quia, ut docet Diuus Thomas, 2. 2. quaest. 178. arti. 1. ad primum repugnat communicari creaturae gratiam miraculorum per modum habitus, aut qualitatis permanentis. Alterum est, consulto esse additam illam limitationem: ita ut quantum est ex parte ipsius virtutis, &c. Quia ut hanc virtus non dicatur permanente non est satis eam non posse habere suum actum, sine speciebus, quae requiruntur ad apprehensionem reuelationis: cum etiam hoc contingat in lumine naturali intellectus, & in habitibus acquisitis,

11

& in habitu infuso fidei, de quibus tamen est certum habere esse permanente ex natura sua.

Quare ad probandum hanc conclusionem non sunt necessaria testimonia, in quibus sub nomine habitus significetur hanc virtutem non esse in Prophetis permanente. Quia quamuis possint adduci aliqua, in quibus id aliquo modo insinuetur, ut statim dicam, tamen nullum est in quo expresse dicatur. Neque etiam sufficiunt testimonia, in quibus dicatur Prophetam aliquando caruisse cognitione aliquarum rerum, quas posset cognoscere si esset instructus dono prophetiae, quia potuit provenire ex defectu specierum, per quas fieret applicatio, & apprehensio obiecti. Ex quo etiam patet non esse sufficiens argumentum id, quo aliqui vtuntur ad probandum hanc conclusionem, scilicet, quia Prophetarum non habent permanente Deum loquentem secum; atque adeo neque diuinam reuelationem: quia si locutio, aut reuelatio non sumatur, ut includit hanc virtutem, sed solum pro infusione, vel ordinatione specierum, per quas Deus aliquid significat, non probatur virtutem hanc non esse permanentem in Prophetis: alias eodem modo probaretur facultatem, quae vnus homo intelligit sermonem alterius hominis, aut quae vnus Angelus intelligit locutionem alterius, non esse in eis permanente, scilicet, quia sermo, aut loquutio non fit ad eos permanente. Si verò sumatur, ut includit hanc virtutem committitur petitio principij, quia supponitur

12

13

E 2

vt

14

vt certum id, de quo dubitabamus, scilicet, Prophetas non habere permanentem hanc virtutem. Et ideo illa testimonia erunt necessaria, & sufficient ad probandum hanc conclusionem, in quibus significatur provenire ex defectu huius virtutis, vt Prophetæ non semper intelligant diuinas reuelationes sibi, vel alijs factas.

1. Reg. 16.

Et hoc probatur primò ex Scriptura. Nam primo Regum 16. refertur Samuelem cum vellet dicere, quem ex filijs Isai Deus elegisset in Regem existimasse eum esse Eliab, & Deum ei dixisse: *Ne respicias vultum eius neque altitudinem statura eius: quoniam abieci eum: neque iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt eu, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Vbi Deus aperte dicit: Samuelem non solum non cognouisse, quem ipse elegerat, quod posset provenire ex defectu specierum id significantium, sed etiam vt ita iudicaret fuisse ductum humana ratione: & non diuino lumine, atque adeò tunc caruisse eo.

15

2. Reg. 7.

Et secundo Regum septimo, dicitur Nathan Prophetam rogatum à Davide de voluntate Domini circa templi ædificationem, respondisse ei, *Omne quod est in corde tuo, vade, fac: quia Dominus tecum est.* In quo deceptum fuisse Nathan constat, quia statim dicitur eum fuisse à Deo emendatum his verbis: *Et ecce sermo Domini ad Nathan dicens: Vade & loquere ad seruum meum David, Hæc dicit Dominus, numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? &c.* Vbi etiam significa-

tur aperte Nathan, tunc non habuisse lumen propheticum, quoniam alias per ipsum cognouisset saltem non fuisse sibi id reuelatum à Deo.

Et propter hanc rationem pertinet ad hoc probandum illud, quod tertio Regum 13. dicitur de quodam Propheta, qui cum Regi Ieroboam ea, quæ post longum tempus erant euentura prædixisset, statim à quodam pseudo-propheta deceptus est. Nam si huiusmodi Propheta habuisset tunc donum prophetiæ cognouisset id, quod dicebatur à pseudo-propheta non esse ex Dei reuelatione. Et

3. Reg. 13.

4. Regum tertio Eliseus consultus à Iosaphat Rege Israel de eueru belli, dixit: *Nunc autem adducite mihi psalterem.* Et continuo subditur: *Cum caneret psalterem, facta est super eum manus Domini; & ait. Hæc dicit Dominus, &c.* Vbi per fuisse factam manum Domini super Eliseum significatur eum fuisse lumine prophetico illustratum quoniam hanc vim habet in Scriptura hæc locutio, & ita Chaldeus vertit: *Afflatus fuit spiritu Domini.* Quare ex hoc loco aperte colligitur Eliseum antequam psalteres caneret caruisse hoc lumine prophetico, & spiritu Domini ad vaticinandum. Et Daniel secundo dicitur, Daniele petijisse à Rege Nabuchodonosor tempus ad solationem indicandam ei, scilicet, eius quæstionis, de qua eum consulebat: quæ duo continebat, scilicet, quod esset somnium, quod ei contigerat, & quæ esset eius significatio. Et cum eo tempore simul cum socijs suis Deum instanter supplicasset, vt misericordia cum eis vteretur,

4. Reg. 3.

17

Dan. 2.

sci.

18

scilicet, dando ei, vtriusque intelligentiam, mysterium fuisse ei nocte per visionem reuelatum. Vbi duo dicuntur fuisse Danieli manifestata, scilicet somnium & eius significationem; & quia supposita notitia somnij, solum erat necessaria vis intellectiua ad assequendum eius significationem, sequitur hanc vim fuisse tunc datam Danieli; atque adeò antea caruisse ea. At verò fuisse illa duo tunc manifestata Danieli, colligitur ex multis circumstantijs contextus, nam in primis vtriusque manifestationem petijt Daniel à Deo sua oratione, sicut Rex suo præcepto obligabat ipsum, & sapientes Babylonis, vt vtrumque ei aperirent. Et deinde quia Daniel, de vtroque agit Deo gratias, scilicet de notitia somnij & de virtute ad intelligendum eius significationem. Nam ita inquit. *Tibi Deus patrum meorum confiteor, te laudo, quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi, quæ rogauimus te, quia sermonem Regis aperuisti nobis.* Quibus verbis significat se tunc accepisse à Deo ea, quæ sermo Regis continebat, quæ proculdubio erant duo quæ diximus, vt constat ex principio capitis.

19

Et præterea, quia Daniel cum responsum dat Regi fatetur beneficio Dei tunc se vtrumque accepisse. Nam cum Rex ei diceret: *Putas ne verè potes mihi indicare somnium, quod vidi, & interpretationem eius? Ipse respondit: Mysterium, quod Rex interrogat, sapientes, magi, & arioli; & auspices nequeunt*

indicare Regi. Sed est Deus in Cælo reuelans mysteria, &c.

Quasi diceret, non alio modo, quam per diuinam reuelationem potuisse vtrumque à se cognosci. Et vt significaret non facultate, qua ipse antea præcunctis hominibus esset præditus, sed reuelatione tunc sibi à Deo facta fuisse id à se cognitum, explicuit occasionem & rationem, propter quam talis reuelatio fuisset sibi facta, dicens: *Mihi quoque non in sapientia, quæ est in multisquam in cunctis hominibus, Sacramentum hoc reuelatum est, sed. vt interpretatio Regi manifesta fieret.* Et demum quia non potest negari difficilius fuisse cognoscere somnij significationem, quæ erat euentus quidam futurus contingenter, quam ipsum somnium, quod cum esset præteritum maiorem determinationem habebat: & propterea Rex prudenter obijciebat sapientibus, si non reuelabant ei, quod fuisset suum somnium, multo minus posse aperire eius significationem. Ergo si Daniel non potuit cognoscere quod fuisset Regis somnium, nisi per reuelationem tunc sibi à Deo factam, multo minus potuit intelligere somnij significationem, nisi per facultatem sibi tunc ad id datam à Deo.

Et denique dari Prophetis de nouo hanc vim ad intelligendum significationem reuelationis videtur colligi ex Danielis. 4. vbi postquam Nabuchodonosor retulit aliud somnium suum, & petijt à Daniele eius interpretationem: ita dicit: *tunc Daniel, cuius nomen Balthasar cepit intra semeip-*

20

21

Dan. 4.

23

Hieroni.

sum tacitus cogitare quasi vna hora: & cogitationes eius conturbant eum. Quæ verba quamuis Hieronymus explicet solum de conturbatione Danielis, quia cum intellexisset somnium esse contra Regem timebat indicare illud Regi, & dolebat pro eo, qui ei plurimum honoris detulerat; & ne videretur insultare ipsi Regi; tamen quo ad illam partem coepit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi vna hora; bene possunt exponi cum Theodoro & Carthusiano demora facta à Daniele, ut per orationem obtineret à Deo facultatem ad interpretandum somnium, quod ipse non intelligebat. Et quod sequitur: cogitationes eius conturbabant eum.

Theod. Carthu.

24

Et confirmatur, quia Scriptura ad significandum dari Prophetis hanc vim, seu facultatem, de qua agimus, sic loqui solet: factum super talem Prophetam verbum. seu manus Domini. vel, dixit, seu loquutus est Dominus ad eum: vel, suscitavit Dominus eius spiritum: vel, irruit super eum spiritus Domini: vel, raptus est in spiritu. Quæ verba significant dari Prophetis spiritum prophetiæ per modum cuiusdam motionis, & inspirationis actualis, & non per modum alicuius domi permanentis.

Greg.

Secundo probatur testimonijs sanctorum. Nam Gregorius libro secundo Dialogorum, cap. 21. sic ait: Prophetia spiritus Prophetarum mentes non semper irradiat: quia sicut de sancto spiritu scriptum est: ubi vult spirare: ita sciendum est, quia & quando vult spirare. Et postea aliam rationem addit his verbis: Quod Deus ex magna pietatis dispensatione disponit, quia

dum prophetia spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, Prophetarum mentes, & eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, ut & accipientes spiritum inueniant, quid de Deo sint, & rursum prophetia spiritum non habentes cognoscant, quid sint de semetipsis. In Homilia prima in Ezechielem post medium ita inquit: Aliquando prophetia spiritus Prophetis deest, nec semper eorum mentibus præsto est, quatenus cum hunc non habent, & hunc agnoscant ex dono habere cum habent. Et eandem doctrinam repetit libro quarto expositionis in libros Regum capitulo primo, & adiungit aliam rationem, sæpe electorum sequentium solatia sunt. Mira etenim dispensatione, nam cum in principio capitis dixisset aliquando sanctos viros derelinqui à Deo, ita ut ea, quæ recta intentione disponunt secundum Dei providentiam recta non sint, quatenus illorum infirmitas, electorum sequentium firmitas fieret. Apponit exemplum in Samuele eligente filios suos iudices in Israel, primo Regum septimo, & ita inquit: Ecce qui prophetia spiritu plenus fuerat, ij quos iudices Israel ponebat, quia per auaritiam postmodum declinare debebant, & munera accipere, & iudicium pervertere, non cognouit. Quid ergo mirum, si fallim disponendis ordinibus possunt, qui prophetia gratiam non accipiunt: si ij, qui prophetia spiritum habent, eundem spiritum ad disponenda cuncta non habent? Idem docet Hieronymus, tomo tertio Epistola 125. ad Damasum de tribus questionibus sacræ Scripturæ q. 3. vbi multa adducit testimo-

25

26

Hier.

nia

26

D. Thom.

nia Scripturæ ad id probandum, & solum excipit Christum, de quo D. Thomas tertia parte, quæstione septima, articulo octavo, docet habuisse donum prophetiæ: & videtur concedendum habuisse illud permanenter, quia fundabatur in scientia infusa, vel in beata: & idem dicit Hieremias vigesimo octavo, & Ezechiel trigesimo quinto, & D. Thomas secunda secundæ q. 171. ar. 2.

Jerem. 28.

Ezech. 35.

Obiectio.

Et tertio posset hoc probari rationibus, quas statim adducemus. Et si obijcias sequi ex hoc non posse aliquem appellari Prophetam, nisi cum actu Prophetat, quoniam alio tempore non habet hanc motionem actualem, in qua consistit donum prophetiæ, quod tamen videtur esse contra consuetudinem scripturæ;

D. Thom.

27

Respondet D. Thomas, articulo citato in solutione secundi, duobus titulis posse aliquem transacto actu prophetandi nominari Prophetam, scilicet, vel quia ex præcedentibus illustrationibus manet in eius mente, quædam habitus ad hoc, ut facilius iterum illustretur, sicut mens semel ad deuotionem excitata, facilius postea ad pristinam deuotionem renouatur: vel quia deputatus, & destinatus est à Deo ad obeundum munus prophetandi, sicut Hieremias dixit Deus, capitulo primo, Prophetam in gentibus dedi te: & hoc modo dicitur Numero. vndecimo viros 70. electos à Moyse accepisse à Domino spiritum & prophetasse, & nunquam cessasse; non quod semper actu prophetauerint, sed quod nunquam fue-

Jerem.

Numer. 11.

rint reiecti à munere prophetandi, & suis temporibus fuerint à Deo illustrati ad prophetandum. Et ita etiam dicimus de aliquo habere gratiam curationum, aut donum faciendi miracula: quia quamuis, neque huiusmodi donum sit in eo permanenter, neque ipse semper, & sine interruptione conferat sanitatem corporalem, aut faciat miracula, tamen frequenter Deus per ipsum, aut ad eius preces facit huiusmodi opera.

Ex hac conclusione sequitur huiusmodi virtutem, quæ datur Prophetis non esse habitum. Hæc illatio etiam est certa, quamuis non in eo gradu, quo conclusio, ex qua deducitur, quia in scriptura nihil significatur, circa hoc sub nomine habitus. Et probatur quia habitus est, quo quis agit cum voluerit, ut dicit Commentator tertio de anima, ex quo ortum habuit illa communis sententia. *Habitibus utimur cum volumus*: sed non potest quis uti hac virtute prophetiæ cum voluerit, quia ut dictum est in hac conclusione, non datur per modum formæ permanentis in eo, cui datur. Ergo hæc virtus non est habitus. Ad probandum hanc illationem utitur alia ratione D. Thomas, quam consulto prætermittimus in probatione conclusionis, quia tota vis eius desumitur ex natura luminis perficientis determinatè intellectum, per modum habitus, & non utrumque per modum formæ permanentis. Et quamuis si hoc lumen non habet modum formæ permanentis sequatur non habere modum habitus, ut patet ex argu-

28

Commen.

29

D. Thom.

30

Caiet.

mento facto pro hac illatione, nō ideo ratio, quæ sumitur ex proprijs habitibus potest deferuire ad probādum aliquid in cōmuni de forma permanenti, quæ minorem postulat perfectionē: potest autem hæc ratio, cum Caietano reduci ad hanc formam. Lūmē intellectuale existens in aliquo per modum formę permanentis, & perfectę perficit intellectum principaliter ad cognoscendum principium illorū, quæ per illud lumen manifestantur; sed lumen propheticum, siue hæc virtus de qua agimus non perficit intellectum principaliter ad cognoscendum principium eorum, quæ per huiusmodi lumen, aut virtutem manifestantur: ergo lumen propheticum, siue hæc virtus non datur per modum formę permanentis, & perfectę. Maior à Diuo Thoma explicatur exemplo luminis intellectus agentis, quod principaliter perficit intellectum ad cognoscendum principia omnium illorum, quæ naturaliter cognoscuntur: & minor probatur, quia principium eorum, quæ per lumen propheticum manifestantur est ipse Deus, qui non videtur per essentiam à Prophetis.

31

Dixi autem, hanc rationem non desumi ex natura luminis habentis vtrumque modum formę permanentis, sed determinate habentis modum habitus, quāuis in ea nulla fiat mentio habitus, quia in genere virtutis cognoscitiuæ, idem est esse formam permanentem ex natura sua: & esse habitū. Quod vt intelligatur & simul explicetur vis huius rationis (quæ videtur fundari in quadam æquiuocatione circa modū

cognitionis principij eorum, quæ per lumen illud manifestantur; quia minor intelligitur de cognitione Dei per visionem, vt patet ex eius probatione: & quoniam aliās non posset deferuire ad inferendum conclusionem, & tamen maior intelligitur de cognitione principij proportionata, & sufficienti, vt tale lumen perficiat intellectum permanentem in ordine ad ea, quæ in tali principio continentur, ad quod non requiritur cognitionem esse visionem vt patet in habitu fidei) Aduertendum ex Caietano Diuum Thomam in maiori duas conditiones requirere in lumine de quo agit. Prima est esse formam permanentem, & cum duobus modis possit aliqua forma esse permanentis, scilicet, aut per se, vt cum ex natura sua habet permanere in suo subiecto, quamuis per accidens propter indispositionem subiecti, vel voluntatem principalis agentis parum duret, aut per accidens, vt cum forma ex propria natura non habet permanere in suo subiecto, tamen ratione alicuius extrinseci, scilicet, propter aliquam dispositionem subiecti, aut propter continuam influxum principalis agentis diu & multum permanet. Diuus Thomas loquitur tantum de priori modo formę permanentis. Secunda conditio est esse formam perfectam. Et hæc intelligitur de forma, quæ non quomodocumque sit perfecta, sed in suo genere, ita vt intra suum genus habeat vltimum complementum: & nō sit solum quædam inchoatio, aut via ad ipsum, sicut in genere animalis forma cuiuscumque speciei

32

Caiet. D. Thom.

33

est

34

est perfecta, quia habet in eo vltimum complementum: & non ordinatur, vt via ad habendum maius complementum: & propter oppositam rationem forma embryonis non est in tali genere perfecta, quia non est in eo vltimò completa, & terminata: sed est quædam via ad vltimum complementum. Quare cum Diuus Thomas loquatur de forma perfecta intra genus virtutis cognoscitiuæ aut luminis intellectualis necessario erit intelligendus de forma habente vltimum complementum intra genus hoc, ita vt non sit in via ad huiusmodi complementum.

35

Et hoc supposito, iam patet ex prima conditione quomodo hæc ratio sumatur ex natura luminis habentis determinatè modum habitus, quia in virtute, quæ datur ex parte principij ad cognoscendum, proprium est habitus esse permanentem ex natura sua, & per se. Et ex secunda conditione patet non committi illā æquiuocationem in hac ratione, quia tam maior, quam minor intelligitur de cognitione principij perfecta simpliciter in suo genere, atq; a deo euidenti, quia cognitio intellectualis non est perfecta intra suum genus, sine euidencia, aut per viam resolutionis, vt respectu conclusionum, de quibus habetur euidencia per resolutionem in sua principia, aut per viam intuitus, vt respectu primorum principiorum, & in hoc casu euidencia debet esse visionis aut intuitus.

Obiectio.

Et ad id, quod obijcitur, scilicet, lumen fidei disponere permanenter: & per modum habitus

ad cognoscendum veritates fidei & tamen non disponere ad cognoscendum euidenter Deum per essentiam, qui est principium cognitionis earundem veritatum, atque adeo idem posse dici de lumine propheticò.

36

Resp.

Respondetur negando, paritatem inter hæc duo lumina quantum ad hoc: & rationem discriminis esse manifestam ex hac secunda conditione; quia lumen fidei quamuis sit in intellectu per modum formę permanentis ex natura sua, & ideo sit habitus, non est per modum formę perfectę in genere luminis intellectualis: & ideo non disponit intellectum ad cognoscendum perfecte hoc est per essentiam, Deum, qui est principium veritatum, quæ per ipsum manifestantur. At verò lūmē propheticum, si esset in intellectu per modum formę permanentis, deberet etiam esse per modum formę perfectę in genere luminis intellectualis, & ideo deberet disponere intellectum ad cognoscendum per essentiam Deum, qui est principium veritatum, quæ manifestantur per ipsum.

37

Obiectio.

Et si obijcias videri falsum discrimen, scilicet, lumen propheticum esse formam perfectam intra genus luminis intellectualis, & non lumen fidei, quia vtrumque habet complementum perfectionis intra talem speciem luminis intellectualis, & ob id fides dicitur virtus intellectualis, & dispositio perfecti ad optimum, & neutrum habet tale complementum intra totam latitudinem luminis intellectualis;

Respondetur, non constitui

38

inter hæc lumina discrimen, quia lumen propheticum contineat totam perfectionem, quæ potest reperiri intra latitudinem luminis intellectualis, neque quia lumini fidei desit aliqua perfectio intra suam speciem, sed quia lumen propheticum perficit intellectum completè intra terminos intellectus, hoc est non relinquendo in ipso dependentiam ab alio complemento proveniente à potentia extrinseca. At verò lumen fidei non ita perficit intellectum, sed relinquit ipsam cum dependentia à complemento determinationis proveniente ex imperio voluntatis, cuius rationem explicuimus in præcedenti difficultate: & sicut lumen intellectuale habet suum esse per ordinem ad intellectum, quem perficit: ita etiam habet esse completum in ratione luminis intellectualis, quando perficit intellectum completè intra suos limites, hoc est, sine dependentia ab aliquo extrinseco.

39

Sed quamuis hæc explicatio sufficiat ad defendendum hanc rationem Diui Thomæ esse optimam congruentiam, non sufficit ad defendendum esse demonstratiuam, ut vult Caietanus. Primo quia iuxta eam sequeretur, neque per potentiam Dei absolutam posse dari lumen propheticum per modum habitus: patet sequela, quia per nullam potentiam potest fieri, ut virtus cognoscitiua feratur in obiectum, quod est extra suam rationem formalem cognoscibilitatis, per quam specificatur, ut per nullam potentiam est possibile visum corporeum percipere colorem,

nisi sub tali ratione cognoscibilitatis, scilicet, ut manifestatur per lumen corporeum, aut alio modo. Ergo etiam per nullam potentiam fieri potest, ut lumen propheticum, de quo loquimur, sit principium connaturale videndi Deum, ut est in se ipso: quia Deus ut visibilis in se ipso est extra rationem formalem cognoscibilitatis, per quam specificatur huiusmodi lumen, quæ est cognoscibilitas sub tali modo reuelationis. At verò iuxta hanc explicationem Caietani, ut lumen propheticum haberet rationem habitus, deberet esse principium connaturale videndi Deum in se ipso. Consequens tamen videtur falsum. Tum quia in Christo lumen propheticum fuit per modum habitus; Et non est satis dicere in Christo lumen propheticum fuisse ipsum lumen gloriæ, quo eius anima videbat Deum per essentiam aut fuisse habitum scientiæ infusæ. Quia lumen gloriæ non potuit esse principium immediatè cognitionis prophetiæ propter rationem nunc assignatam, & scientia infusa non disponebat per se animam Christi ad videndum Deum. Tum etiam quia tota perfectio cognitionis prophetiæ, siue quo ad res reuelatas, siue quo ad Deum reuelantem, quæ hactenus explicuimus non est tanta, ut excedat vim cuiuscumque habitus creati, aut creabilis. Ergo non est negandum posse per potentiam Dei absolutam fieri habitum proportionatum, & commensuratum, ut sit principium illius cognitionis.

Secundo potest impugnari hæc doctrina Caietani, quia cog-

40

41

nitio

42

cognitio prophetica habita per lumen, quod esset habitus, si esset possibile tale lumen: & ea quæ de facto habentur per lumen, quod non est habitus, sunt eiusdem speciei, ut in naturalibus assensus scientificus genitus per demonstrationem antequam acquiratur habitus scientiæ, est eiusdem speciei cum eo, qui elicetur medio habita acquisito, & in supernaturalibus actus, quibus disponimur ad habitus infusos, quamuis non procedat ex ipsis habitibus, sunt eiusdem speciei cum alijs actibus procedentibus ex habitibus. Ergo sicut cognitio prophetica, quæ procedit ex lumine, quod non est habitus, non postulat secundum propriam speciem cognitionem Dei, quæ sit visio, ita neque cognitio, quæ procederet ex lumine quod esset habitus postulare eam. Et ulterius, ergo neque lumen propheticum, quod esset habitus disponderet ad cognoscendum Deum per visionem. Prima consequentia patet: quia si illæ duæ cognitiones sunt eiusdem speciei, non potest una earum postulare ex propria specie perfectiorem essentialiter cognitionem Dei, quam altera. Et secunda probatur, quia habitus sicut specificatur per ordinem ad suum actum, vel ad obiectum, ut attingibilem per seum actum: ita etiam disponit subiectum iuxta exigentiam ipsius actus. Ergo si actus non postulat visionem Dei, neque habitus disponet eam.

Tertiò, quia lumen, quod manifestat aliquam veritatem solum debet manifestare principium talis veritatis quantum fuerit necessarium ad manifestationem,

43

quæ ab ipso fit de tali veritate. Quod patet tum exemplo scientiæ subalternæ, in qua solum manifestatur principia quantum necessarium est ad manifestationem conclusionum, quæ fit in ea. Tum etiam ratione, quia manifestatio principij solum est necessaria ad manifestationem veritatis, quæ in eo continetur, atque adeo ei debet commensurari. Ergo sicut ad manifestationem veritatis reuelatæ, quæ fit per lumen propheticum satis sit manifestari Deum, ut reuelantem: ita etiam erit satis per lumen propheticum manifestari Deum, ut reuelantem talem veritatem, quamuis non manifestetur, ut est in se ipso.

Quare mihi videtur hanc doctrinam Caietani esse sufficientem ad explicandum quomodo hac ratione Diui Thomæ probetur lumen propheticum non esse habitum, quamuis in ea non fiat expressa mentio habitus: & item quo modo ipsa sit optima congruentia ad concludendum intentum, quia congruum est, ut facultas ad cognoscendum aliquid per diuinam reuelationem conuincentem, & determinantem intellectum omnino, sine dependentia à voluntate non derur per modum habitus, nisi ei, qui immutabiliter, & permanenter habet Deum, ut se immediatè alloquentem, saltem iuxta exigentiã sui status, quod nulli conuenit extra claram visionem Dei. Et huic congruentiæ possunt adiungi alia tres desumptæ ex verbis Gregorij adductis, in probationem conclusionis, scilicet, quia ita ostenditur apertius Deum esse authorem huius luminis, &

44

Caiet.

45

pro

46

pro sua libertate dare illud, quibus vult & cum vult: & præterea quia hoc cedit in utilitatem eorum, quibus huiusmodi lumen datur, & cum videant se eo carere magis humiliantur, & agnoscant non ex propria virtute, sed ex Dei beneficio habere cum habent. Et tandem quia etiam hoc cedit in utilitatem aliorum, ut cum videant eos, qui aliquando acceperunt à Deo huiusmodi donum errare, cum eo carent in rerum agendarum dispositione magis caueant sibi, qui nunquam ad tantam excellentiam cognitionis fuerant euecti.

Et his omnibus potest addi alia ratio congruentiæ, quæ est omnium fundamentum & desumitur ex Diuo Thoma, 1. 2. quæst. 111. art. 1. scilicet gratias, quæ appellantur, gratis datæ, inter quas connumeratur prophetiæ donum, non dari primario, & per se in ordine ad iustificationem & bonum eius, cui datur, sed in ordine ad utilitatem aliorum. Nam ex hoc sequitur non esse dandas huiusmodi gratias alicui permanentes: & per modum habitus, sed quando: & quo modo oportuerit in ordine ad hunc finem, scilicet, ad aliorum utilitatem, quia in donis, quæ ordinantur in aliquem finem ex fine sumenda est ratio modi, quo sunt danda, sicut etiam in instrumentis ex usu, ad quem ordinantur sumitur tota eorum ratio.

D. Thom.

47

Hæc virtus est qualitas inhærens licet contrarium sit probabile.

Ultima Conclusio.

Dico ultimò, probabile est hanc virtutem, quæ datur intellectui Prophetæ non esse qualita-

tem creatam inhærentem ipsi, sed consistere in assistentia: & vnione intima, & immediata Dei cum ipso in ordine ad productionem cognitionis propheticæ. Probabilius tamen est oppositum, scilicet, esse qualitatem inhærentem intellectui Prophetæ. Prima pars probatur primo, quia possibile est intellectum Prophetæ quatenus per modum principij præsupponitur ad cognitionem propheticam eleuari per hanc intimam, & immediatam assistentiam & vnionem Dei ad eliciendum ipsam cognitionem: & est consonantius modo, quo Scriptura & sancti & scholastici loquuntur de elevatione intellectus Prophetæ ad eliciendum cognitionem fieri hoc modo: ergo ita fit de facto. Maior probatur: tum quia de instrumentis materialibus, non viventibus probabilius est eleuari per prædictam assistentiam Dei, in ordine ad effectus supernaturales, quam per aliquam qualitatem eis inhærentem, de qua nunquam satis explicatur quid sit, & intellectum Prophetæ in hoc casu eleuari ad actum vitalem non est satis, ut non possit eleuari per hanc Dei assistentiam, sicut aliqui arbitrantur, quia qualitas non est magis vitalis formaliter, quam Deus ita assistens, & Deus est magis vitalis virtualiter, quia continet virtualiter omnem vitalitatem creaturarum. Tum etiam quia si potest intellectus eleuari, per qualitatem inhærentem, melius poterit eleuari per assistentiam Dei, quia ut eleuetur per qualitatem duo ponuntur ex parte qualitatis, scilicet, virtus per modum formæ, siue

48

46

Instrumenta materialia probabilius est, eleuari solum per assistentiam.

Quomodo intellectus possit eleuari per solam assistentiam Dei.

vt

47

ut quo, & vnio cum intellectu, & in utroque Deus excedit illam qualitatem: nam & est magis virtuosus, & efficax etiam ut quo, cum in hoc præcise non importetur imperfectio: & est magis intime vnitus intellectui seclusa inhærentia, quæ non est de ratione vnionis virtutis actiue cum eo, cuius est virtus, ut patet in substantia cum est virtus eleuans calorem naturalem ad producendum substantiam etiam viventem. Et hæc omnia tenentur concedere Thomistæ, qui dicunt essentiam diuinam per modum speciei intelligibilis constituere in actu primo intellectum beati ad eliciendum visionem: quia etiam hoc est quoddam genus elevationis intellectus. Et minor etiam probatur ex modis loquendi, quibus in confirmatione primæ probationis præcedentis conclusionis diximus Scripturam ut ad explicandum eam illustrationem quæ mentibus Prophetarum datur a Deo; quia in omnibus significatur hanc illustrationem habere modum motionis transeuntis: non solum ut motio dicitur transeiens ad distinctionem formæ permanentis per modum habitus, sed etiam ut ita appellatur ad distinctionem formæ, cuius esse non consistit quasi in fieri, & in fluxu quodam actuali, sed in facto esse.

48

Et deinde potest hæc minor explicari exemplo illustrationum, & inspirationum, in quibus vocatio, quæ appellatur sufficiens, & operans, consistit: quia cum his magnam similitudinem habet inspiratio, qua Prophetæ excitatur ad attendendum Deo loquenti,

49

& illustratio, qua eius mens informatur & instruitur de rebus cognoscendis: & tamen respectu illustrationum, & inspirationum pertinentium ad illam vocationem, quæ omnino antecedit nostram libertatem, videtur valde probabile non dari aliud auxiliū distinctum à concursu, præter hanc intimam, & immediatam Dei assistentiam: de quo agendum est in materia de gratia.

Secundo probatur hæc eadem pars: quia si hæc virtus, quæ datur menti Prophetæ est qualitas inhærens ipsi distincta à motione actuali, quæ ut dixi consistit in fieri, & in fluxu actuali, sequitur eam esse naturam suam, & per se permanentem in subiecto: atque adeo habere rationem habitus, siue à Deo conferretur paruo, siue multo tempore in subiecto: quia hoc est per accidens ad rationem habitus, ut patet ex ijs, quæ dixi ex doctrina Caietani in probatione illationis factæ ex præcedenti conclusione. Probatur sequela: quia de forma accidentali, cuius esse consistit in ordine ad subiectum non potest reddi ratio, propter quam non sit per se, & ex natura sua permanentis, nisi ex parte subiecti; & hæc ratio ex parte subiecti tantum potest esse duplex, scilicet defectus connaturalitatis in subiecto, ut dici solet de luce in aëre, aut alio corpore distincto à luminoso cui lux est connaturalis, & habere contrarium in subiecto, ut calor in aqua nunquam potest habere esse permanentem propter contrarietatem frigiditatis: & nulla harum rationum habet locum in hac virtute, de qua loquimur magis,

50

quam

51

quam in alijs formis supernaturalibus, quæ ex natura sua sunt permanentes, & habent rationem habituum. Quod de prima probatur, quia tota ratio, propter quã hæc virtus non est connaturalis intellectui Prophetæ, est; quia cū sit supernaturalis non præsupponit in eo potentiam naturalem, sed solum obedientialem: & hæc ratio respectu cuiuscumque formæ supernaturalis habet æqualem vim. Et de secunda etiam probatur, quia hæc virtus, nullū habet contrarium in intellectu Prophetæ, neque ex natura rei, neque per modum demeriti, aut peccati cum possit dari etiam secundum legem Dei ordinariã, ijs qui sunt in peccato mortali, in quo excedit quantum ad hoc gratiam, & reliquas virtutes infusas, quæ habent contrarium saltem demeritoriè.

52

D. Thom.

Secunda etiam pars probatur auctoritate Diui Thomæ. Nam in corpore articuli citati virtutē hanc appellat lumen propheticum, quo nomine videtur significari aliqua qualitas, quæ analogiam habeat ad lumen corporeum: & deinde ibidem comparat hoc lumen propheticum lumini corporeo, dato aëri à sole: quod non est ipse Sol, ut virtus aëri, sed qualitas ab eo producta in aëre. Et præterea inquit in hæsse animæ Prophetæ per modum cuiusdam passionis, vel impressionis: & tamen de Deo non potest dici in hæsse, aut imprimi alicui subiecto. Et tandem in solutione primi dicit, etiam in naturalibus dari in intellectu nostro aliquid per modum passionis sumendo passionem pro receptio-

ne transeuntii, quod sit principium suorum actuum: & tamen in naturalibus non potest dici hæc passionem, siue receptionem consistere in intima assistentia Dei, cum intellectu.

Et ad primum argumentum partis præcedentis, Respondetur concedendo maiorem, & negando minorem. Et ad probationem dicendum est, ex illis modis loquendi solum colligi illustrationem, quæ datur Prophetis habere modum passionis seu receptionis transeuntis, hoc est, non permanentis. Et si volueris ut probatione maioris ad ostendendum de facto eleuari intellectum Prophetæ per illam assistentiam Dei, quia ita eleuantur instrumenta materialia, Respondetur, quid quid sit de instrumentis materialibus, negando esse dicendum, idem de intellectu. Et ratio discriminis est ea, quæ ibi assignatur si intelligatur de facto, & non de possibili: quia ex eo, quod intellectus eleuetur ad actum vitalem non colligitur non posse de potentia Dei absoluta eleuari per illam assistentiam Dei, sed solum esse magis consentaneum suæ naturæ eleuari per qualitatem in hærentem, si sit possibilis talis qualitas, quæ non sit habitus. Et ad explicationem illius minoris desumptam ex auxilio, quod datur ad actus nostros subitos & indeliberatos, Respondetur esse apertum discrimen: quoniam auxilium illud datur in ordine ad vocationem, quæ est necessaria ad nostram salutem: & ideo si esset qualitas nulla esset ratio, ut nobis subtraheretur; at verò lumen propheticum nõ est neces-

53

Ad primū
argm. partis
præcedentis

54

sarium

54

sarium ad salutem eius, cui datur, & ideo multæ sunt rationes quas superius explicuimus, ut etiam postquam datum est alicui auferatur ab eo.

Ad secundū
reponetur.

Ad secundum respondetur ex D. Thoma. I. 2. quæst. 49. artic. 2. ad 3. esse difficile mobile, aut habere esse permanentem, ut est differentia distinguens habitum à dispositione non constitui in ordine ad connaturalitatem, & carentiã contrarij in subiecto, quia formaliter consistat in eo, sed ad designandum & explicandum principia essentialia & intrinseca, ex quibus aliqua qualitas habet esse ex natura sua permanentem & difficile mobilem, sicut etiam in genere substantiæ aliquando differentia accidentales ponuntur ad explicandum differentias essentialis. Et ita possumus dicere in qualitatibus supernaturalibus, quæ sunt principia nostrarum operationum esse discrimen: quia ex propria differentia essentiali quædam earum sunt permanentes, & difficile mobiles, & alia sunt transeuntia, & facile mobiles, quauis nullæ supponant connaturalitatem in subiecto, & quædam ex permanentibus habeant in subiecto contrarium, & alia ex non permanentibus nullum habeant contrarium. Et si quæras quantum daret lumen propheticum in animo prophetæ? Respondetur habere durationem commensuratam durationi reuelationis obiectiæ, sicut D. Thomas I. 2. quæstio. 67. arti. 2. docet habitus scientiarum non durare in intellectu, nisi quantum permanent in eo species intelligibiles. Quare ad actum memoriæ, quo tran-

55

facta reuelatione propheta recordatur se eam habuisse non remanet lumen propheticum, neque alia qualitas in fine reuelationis infusa, sed sufficit lumen fidei, si actus pertineat ad fidem, vel etiam naturalis facultas memoratiua, si actus sit imperfectus ut de memoria multorum actuum supernaturalium dicendum est.

ARTICVLVS III.

Utrum diuersitas in modo reuelationis secundum quam designantur gradus prophetiæ, consistat in diuersitate personæ reuelantis, aut luminis prophetici, aut specierum & imaginum, aut rerum reuelatarum.



ad tituli explicationem aduertendum est, supponi in eo, ut certum, dari diuersos gradus prophetiæ, & inquiri, secundum quam diuersitatem sint huiusmodi gradus distinguendi. Et quia, ut diximus articulo primo huius controversiæ notabili secundo, quatuor sunt in Prophetiis reuelationibus, ex quibus potissimum potest earum diuersitas resultare, scilicet, personæ reuelantis, lumen quod infunditur menti Prophetæ ad percipiendum reuelationem, species, per quas fit reuelatio comprehendendo nomine specierum omnes species, tam intellectus, quam sensuum internorum, & externorum, & symbola quæcumque, siue pertineant ad voces, siue ad externa visa, siue ad phantasmas, quatenus per ea aliquid

56

aliud

2

aliud recte significatur, & tandem res reuelatæ, & in singulis horum potest esse magna diuersitas, vt ibidem explicuimus: ideò peculiariter inquiritur secundum, cuius ex his quatuor diuersitatum sit constituenda distinctio graduum prophetiæ.

Prima sententia.

ET in hoc sunt variz sententia. Prima est Montani, qui in quadam præfatione ad librum duodecim Prophetarum, cui titulus est: Communes prophetorum librorum disputationes, Paragrapho, at verbò tria etiam genera: non habita ratione alicuius ex his quatuor distinguit tres gradus prophetiæ penes tres quasi status ipsorum Prophetarum, quorum primus est affectio ipsius Prophetæ, erga Deum: nam mens humana affectu, & studio probitatis, & rerum diuinarum excitatur ad diuina mysteria decantanda. Secundus appellatur visio, cum mens humana ulterius euehitur ad intelligendum ea, quæ pertinent ad obiectum Prophetiæ reuelationis: nam hæc cognitio, siue fiat per spectra, aut symbola, aut interna, aut externa, siue per expressa verba, siue sine eis dicitur visio. Tertius appellatur executio, aut munus perficitio, cum Prophetæ ea quæ per visionem didicit, denuntiat & decantat alijs. Et quamuis Montanus ibi supponat ex eis, quæ ante dixerat aliam diuisionem prophetiæ, scilicet, in visionem, locutionem, & onus, tamen, quia per membra huius diuisionis nõ intelligit diuersos gradus pro-

3

phetiæ, sed diuersos respectus reuelationis, ex quibus vnum, qui est ad Prophetam, qui recipit reuelationem dicit significari per visionem, & alterum, qui est ad Deum reuelantem per locutionem: & tertium, qui est ad eos ad quos pertinet res reuelata per onus, ideò absolutè dixi eum explicare prædicto modo distinctionem graduum prophetiæ.

Et fundamentum eius pro hac sententia solum est auctoritas antiquorum, de quibus refert, ita distinxisse tria genera prophetiæ & vsus Scripturæ, quæ de hominibus constitutis in vnoquoque ex illis tribus statibus dicit prophetare, vt de primo habetur. 1. Regum. 10. Cum ingressus fueris ibi urbem, obuium habebis gregem Prophetarum descendentium de excelsis, & antecos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosque prophetantes. Et insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis. Vbi Chaldeus, Prophetantes, inquit canentes: id est canentes encomia, Laudes, Hymnos in honorem Dei. Et pro eo, quod sequitur: & insiliet, &c. inquit: & manebit in te spiritus prophetiæ ante Dominum, & laudabis cum illis. Id est dabitur tibi spiritus prophetiæ: quo fiet, vt simul cum illis laudes Deum in Hymnis & canticis. Et de secundo passim habetur in Prophetis ipsos videre, quæ à Deo ipsis manifestabantur, siue per imagines, siue per verba, siue alijs modis. Vt Amos, 7. Quid tu vides Amos, & dixit, Virilam camentarij, &c. Ierem. 11. Factum est verbum Domini ad me dicens. Quid tu vides Ieremia? & dixi, Virgam vigilantem ego video. Et

4

Fundamentum huius sententia.

1. Reg. 10.

5

Amos 7.

Ierem.

dixit

6

dixit Dominus ad me. Bene vidisti, quia vigilabo ego, &c. Et paulo inferius: Factum est verbum Domini secundo ad me, dicens. Quid tu vides? & dixi, Vllam successam ego video. &c. Isai. 1. Visio Esaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam, &c. & ca. 2. Verbum quod vidit Esaias, &c. Et de tertio habetur Amos. 7. Qui vides gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & propheta bis ibi, & in Bethel non adicies vltra, vt prophetes. Et paulo inferius, Dixit Dominus ad me, Vade propheta ad populum meum Israel. Ierem. 2. Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Vade & clama in auribus Ierusalem, &c. Et Ezech. 21. Pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum. & hunc gradum prophetiæ Montanus dicit ab antiquis Hebræis fuisse appellatum voce quadam, quæ Latine explicatur nomine instillationis, & ita in Scriptura significari nomine stillationis, & verbo stillare. In quo habet pro se Hieronymum. Mich. 2. quamuis Ribera, Amos. 7. num. 20. ei contradicat: quia existimat non quodcumque eloquium Prophetarum appellari instillationem, sed illud, quo ira Dei contra aliquos denunciatur.

Isai. 1.

Amos 7.

Ierem. 2.

Ezech. 21.

7

Hieronim.

Ribera.

Confir. ratione.

Et potest hæc sententia confirmari ratione: quia gradus in quacumque re significant status, per quos ad vltimum complementum perducitur: vt in naturalibus intensio diuiditur per gradus, & in moralibus status, & conditiones hominum in republica appellantur gradus, & in Sacramento ordinis inferiores ordines appellantur gradus, per quos fit promotio ad superiores. Cum ergo

8

in munere prophetico per prædictos status perueniatur ad vltimum eius complementum, quod consistit in functione, merito huiusmodi status appellabuntur gradus prophetiæ.

Secunda sententia.

SECUNDA sententia est Eugubini: qui in Annotationibus ad ca. 12. memor. in illud: in visione apparebo ei, dicit gradus Prophetæ distinguendos esse penes diuersitatem in modo, quo Prophetæ percipiunt reuelationem: & in eius dispositione corporea, & in imaginibus, aut medijs, per quæ fit reuelatio. Et ita ex diuersitate in his omnibus colligit quinque esse genera prophetiæ, quorum primum appellatur visio: quia tunc Prophetæ quasi videndo, & prospiciendo percipiunt ea, quæ sibi reuelantur. Secundum, somnium, quia tunc Prophetæ sunt somno correpti. Tertium ænigma, quia tunc aliud est, quod videtur, & aliud, quod innuitur & significatur, vt cū Ezechiel librū comedit. Quartum figura, quia tunc Prophetæ intuentur imagines rerum apertas, vt cum prospiciunt acies, choros, pōpas, & res quasdam præclarissimas. Quintum appellatur allocutio diuina, quia tunc Deus, quasi familiari quodam sermone reuelat Prophetis mysteria: & Prophetæ nullā patiuntur corporis resolutionem, per quam ab operatione sensuum abstrahantur, sicut in reliquis omnibus generibus prophetiæ, eam patiuntur iuxta sententiam huius auctoris.

Eugubinus

9

Fundamentum eius est, quia Num. 12. Deus, vt ostendat Moysen excedere reliquos Prophetas in gra-

Fundamentum huius sententia num. 12

F du

IO

du prophetiæ recēset gradus, qui reliquis Prophetis solent cōmunicari. Et ita inquit: *Siquis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquar ei. Palā & non per enigmata, & figuras Dominū videt, vbi aperte recēsentur omnia prædicta genera.*

Oleaster.

Ad hanc sententiam videtur accedere Oleaster in expositione eiusdem capituli: quāuis eam reprehendat, quia multiplicauerit, sine necessitate genera prophetiæ cū ex illis verbis solū colligatur esse distinguenda duo genera in ordine ad mediū, per quod fit reuelatio, & ad eius exclusionē. Primū quo Deus Prophetā alloquitur, siue per se, siue per aliquam, scilicet, locutionē, vel visionē, siue apparitionē. Secundū est quo Deus siue immediate per se ipsum, siue per aliquā sui effigiem alloquitur. Prophetā & locutione, atq; verbis, siue exterius formatis, siue representatis in phantasia significante res, quas vult reuelare, quod ipse existimat semper cōtingere in somno. Alterū est cum Deus per similitudines: & imagines, aut figuras, sine verbis significat ea de quibus facit reuelationem; quod dicit cōtingere semper in vigilia.

II

Et fundamentū eius est idem testimoniū, quia in eo solum referuntur duo modi apparitionis Dei ad Prophetas, siue manifestationis, aut reuelationis factæ ipsis à Deo, scilicet, visio per quā significatur reuelatio per imagines, aut similitudines obiectas quasi vidēdas, & locutio. Et quāuis de apparitione faciēda in visione nō

dicatur an esset faciēda in somno, vel in vigilia, tamen dū dicitur locutionē esse faciēdam in somno videtur significari de visione esse tantum faciēdam in vigilia. Non tamen negat hic author dari tertium genus, quod hæc duo excederet, & in quo cōsisteret excellentia Moysis supra reliquos Prophetas, quæ non eodem testimonio significatur.

Tertia sententia.

Tertia sententia est Abulēsis: qui super cap: 12. Num. q. 35. dicit gradus, secundum quos prophetia est magis, aut minus excellens, esse distinguendos per ordinē ad dispositionem subiecti, quæ consistit in maiori, aut minori abstractione ab operationibus partis sensitivæ, & vegetatiuæ. Aduertit tamen hanc distinctionē non esse à priori, sed à posteriori & à signo: quia ex maiori, aut minori abstractione ab huiusmodi operationibus colligimus esse necessariū maiore, aut minore gradū virtutis datæ Prophetæ ad percipiendū reuelationem. Et ita constituit tres gradus prophetiæ. Primus est cum Prophetā recipit reuelationē media immutatione facta solum in intellectu per impressionē, aut excitationem specierū: & cum alienatione ab operationibus sensuum, tam externorum, quā internorū, & partis vegetatiuæ, quāuis ab operationibus huius partis nō omnino alienetur; sit ita vt sint parū intensæ: & vt neque ab ipso Prophetā, neq; ab alijs exterius percipiātur, sicut contingit in raptu, & ecstasi. Secundus est cū Prophe-

12

13

sionem

14

tionē, aut excitationem specierū in phantasia, sine vlla alienatione ab operationibus partis sensitivæ & vegetatiuæ. Et ad hunc gradū reducitur quidā modus recipiendi reuelationē in somno, qui est cum impressione, aut excitatione specierū in phantasia: & cū alienatione ab operationibus sensuum externorū. Quia ferme eadē est, difficultas ad percipiendū reuelationē in vtroq; casu, & ex consequenti indigētia æqualis virtutis & illustrationis: quia quāuis in posteriori casu minuatur difficultas propter alienationē ab operationibus sensuum externorū, tamē ex alia parte crescit, scilicet, ex indistincta imagine imaginatiuæ, quæ patitur continuū motum propter fumos ascendētes, ex vehementia actionum partis vegetatiuæ, quæ maior est, quā in vigilia. Tertius gradus est cū Prophetā recipit reuelationē per impressionem, aut excitationem specierum factam solum in intellectu, & sine vlla alienatione ab operationibus, tā partis vegetatiuæ, quā etiā sensitivæ, siue internæ, siue externæ.

15

Fundamentū huius sententiæ est; quia ex maiori abstractione ab operationibus partis sensitivæ, & vegetatiuæ colligimus Prophetā habere minore virtutē, aut facultatem ad eliciendū cognitionem prophetiā, & ex minori abstractione habere maiore virtutē. Ergo ex diuersitate abstractionis possumus, tāquā ex signo, & à posteriori colligere distinctionem graduum prophetiæ. Cōsequēti patet: quia, vt supra diximus ex maiori, aut minori abstractione à prædictis operationibus solū colligitur distinctio graduum prophe-

tiæ tāquā ex signo. Et antecedens probatur: quia quāto anima cum maioribus impedimētis elicit perfectā intellectionē tanto maiore vim, & perfectiore dispositionē habet ad intelligendū: sed quāto maior est abstractio à prædictis operationibus, tāto anima minora habet impedimēta ad intelligēdum; & quāto minor est abstractio tāto impedimētata sunt minora. Ergo ex maiori abstractione rectē colligitur Prophetā habere minore virtutem ad eliciendū cognitionē prophetiā, & ex minori abstractione habere maiore virtutē. Maior huius probationis patet, quia maior est virtus actiua cæteris paribus, quæ nō solū potest agere, sed etiā superare, & remouere impedimēta, quā quæ solū potest agere. Vt maior virtus calefactiua requiritur in calefactione ad introducendū vnū gradum caloris, vbi ex parte passivi est repugnātia, quā vbi nulla est repugnātia. Et minor etiā patet tum experientia in qua fundatur illa propositio, Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Tū etiā ratione: quia cum anima pro hoc statu dependeat à corpore saltē ministerialiter quantum ad operationes intellectuales, etiam supernaturales necesse est, vt pariatur impedimētum ex multitudine operationum corporalium.

Prima Conclusio.

Designatio diuersorū graduum prophetiæ faciēda est secundū diuersitatē graduum luminis prophetici. Hæc est expressa sententiā D. Thomæ de veritate, q. 12. ar. 13. vbi expressē dicit gradus prophetiæ esse principaliter distinguēdos

Diuerfitas graduum prophetiæ faciēda est secundū diuersitatem gradus luminis.

16

17

81

D. Thom.

19

secundū gradus visionis intellectualis, quā secundū gradus imaginariæ: & cōstat gradus visionis siue cognitionis intellectualis optime distingui secundū gradus luminis, quod per se ad eam requiritur, tanquā eius principium. Et 2. 2. q. 174. arti. 3. in solutione ad primū, nā in illo argumēto probat gradus prophetiæ debere distingui secundū gradus visionis intellectualis, & nō secundū gradus imaginariæ: quia visio intellectualis in prophetia requiritur per se & visio imaginariæ solū requiritur propter aliud, scilicet, ut deseruiat intellectuali. Et respōdet distinctionem luminis intelligibilis nō posse à nobis cognosci, nisi per aliqua signa imaginaria, aut sensibilia, & ideò ex diuersitate imaginatorū perpendi diuersitatē intellectualis luminis. Vbi aperte admittit intentū argumenti, scilicet gradus prophetiæ esse distinguēdos secundū lumen propheticū, tanquā verā & propriam mensurā ipsius: & explicat, quo sensu sit accipiendū cum dicitur distingui secundū gradus visionis imaginariæ, & inquit sensum esse, distinguī tanquā per signa, quibus nobis manifestantur gradus prophetici luminis, qui secundum se sunt nobis ignoti: ut ibidem explicuit optime Caietanus.

Et deinde probatur ratione de supra ex D. Tho. in hoc argumēto: quia quāuis ad prophetiā concurrat visio intellectualis, quæ est cognitio intellectus de eo, & ad ipsum pertinet in obiecto reuelationis prophetiæ, & visio imaginaria, quæ est cognitio phantasiæ, de eo quod in eodē obiecto pertinet ad ipsam, tamen cognitio pro-

phetica nō cōsistit per se in visione imaginaria, sed in visione intellectuali. Ergo gradus prophetiæ nō sunt designandi secundū diuersitatem visionis imaginariæ, sed secundū diuersitatem visionis intellectualis, atq; adeò secundū diuersitatem luminis prophetici, q̄ est eius principium. Consequentia patet: quia gradus secundū quos aliqua res diuersificatur, per se nō sunt cōstituendi, nisi in eo, in quo talis res secundū se cōsistit. Et antecedens probatur: quia cognitio prophetica consistit per se, & intrinsecè in iudicio perfecto de re reuelata, ut reuelata est, & ad hoc potest eleuari intellectus: nō verò phantasia, quæ est determinata ex parte sui obiecti specificatiui ad cognoscendum solū obiecta sensibilia, & sub ratione sensibili.

Confirmatur, quia ad cognitionem propheticā duo requiruntur, scilicet, acceptio seu apprehensio obiecti per species & iudiciū: & ex his duobus hoc secundū est, id in quo intrinsece, & per se cōsistit cognitio prophetica: & primum est, quid necessario requisitū, ut præuiū ad eam, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 173. ar. 2. Et visio imaginaria pertinet ad primum in quantum iuxta diuersitatem phantasmatum resulant in intellectu diuersæ species intelligibiles.

Secunda Conclusio.

Tres possunt in cōmuni distinguī gradus luminis prophetici, atque adeò cognitionis prophetiæ secundū tres modos, quibus mēs Prophetæ immutatur à Deo ad intelligendū ea, quæ ipsi reuelat. Primus est per propositionem imaginum externarum. Secundus

20

21

D. Thom.

Tres sunt gradus prophetiæ.

per

22

Gradus luminis prophetiæ sunt nobis ignoti.

23

per propositionem imaginum in phantasia, sine vlla immutatione sensuum externorū. Tertius per productionem, aut excitationem immediatā specierū in intellectu, sine vlla immutatione sensus externi, aut interni.

Ad huius cōclusionis explicationem & probationē aduertēdum est primo, ex ijs quæ ex D. Tho. & Caiet. diximus in prima probatione præcedētis cōclusionis gradus luminis prophetici secundū se esse nobis ignotos: & ideò, ut distinguamus eos necessariū esse recurrere ad aliquid habens distinctos gradus, qui & sint nobis manifesti, & habeāt aliquā connexionē per se cū gradibus luminis. Nā quāuis possimus dicere distinguī gradus in lumine penes aliquam perfectionē intrinsecā, vel penes intensionē & remissionē, aut propriè sumptā, si fuerit verū accidēs inhaerens intellectui, aut sumptā metaphorice pro abundantia, & defectu, si fuerit intima Dei assistentia: tamen nō poterimus explicare, quādo lumen re ipsa habeat hanc perfectionē, vel sit magis intēsum, aut remissū vel detur in maiori, aut minori abundantia, nisi per ordinē ad aliquid, q̄ habeat aliquā inæqualitatē nobis notā & postulātē in ipso lumine prophético prædictā inæqualitatē.

Secundò aduertēdū est, vñ aquāque facultatē cognoscitiuā habere aliquā proportionē secundum suā perfectionē cū speciebus, quæ ei deseruiunt: ut quia intellectus noster pro hoc statu dū anima in format corpus habet modū essendi in corpore in quātū est potētia animæ, quæ est actus corporis, & cū anima est à corpore separata habet modū essēdi extra corpus,

ideò species, quæ deseruiūt ipsi in hoc statu acquiruntur ministerio corporis, & sunt minus perfectæ, quā species, quæ deseruiūt ipsi in statu separationis, & adueniunt, si ne ministerio corporis. Et inter sensus dicimus illū esse magis immaterialē & eleuatum, qui magis immateriali modo immutatur, per suas species: & ita visum cōstitimus in supremo gradu, & tactū in infimo; quia immutatio visus est maxime immaterialis, & immutatio tactus maxime materialis. Et de Angelis dicimus iuxta doctrinā D. Tho. eos habere perfectiores & magis vniuersales species, qui in natura intellectuali sunt præstātiores. Quare etiā lumen propheticū habebit proportionē aliquā cum speciebus intelligibilibus, quibus mētēs prophetarum à Deo immutantur: ita ut quanto huiusmodi species fuerint perfectiores, tanto ipsum lumen sit etiam perfectius.

Tertiò aduertēdum est, de his speciebus posse à nobis iudicari, & cognosci, quæ sint perfectiores saltē quātum ad vsum prophetiæ ex modo magis, aut minus immateriali, quo producuntur, aut excitantur in mēte Prophetæ. Nā sicut in exēplis propositis in præcedēti notabili inter species intelligibiles illæ sūt perfectiores, quæ producuntur cū minori depēdētia à sensibus & inter sensibiles illæ, quæ producuntur cū minori trāsmutatione physica & materiali: ita etiam inter species intelligibiles, quæ deseruiunt prophetiæ, illæ dicuntur perfectiores quātū ad vsum prophetiæ, quæ producuntur, aut excitantur in mēte Prophetæ cum minori dependentia à sensibus.

Quarto aduertēdū est, ut docet

24

25

26
D. Thom.
Tres gradus
specierum in-
telligibiliu.

D. Tho. 2. 2. q. 173. ar. 2. & 3. posse per ordinē ad maiorē, aut minorē dependentiā à sensibus distinguī in cōmuni tres gradus specierū intelligibiliū de seruientiū cognitioni propheticę. Primus est quādo ad earū productionē p̄cedit immutatio sensuū externorū facta per imagines aliquas rerū reuelatarū propositas corā eis. Secūdus est, quādo solū p̄cedit immutatio phātasie facta, vel per productionē, aut excitationē phātasmatū, quæ cōmuni & naturali modo possunt abstrahi à sensibus in ordine ad species producendas in intellectu, quāuis de facto non ita abstrahātur, vel per productionē aliquarū formarum, & imaginum quæ nō possent ita abstrahi à sensibus, sed ad hoc specialiter formātur à Deo. Tertius est quādo nulla p̄cedit immutatio in sensibus, aut internis, aut externis, sed immediatē in intellectu producitur à Deo de nouo, aut ordinātur species necessarię ad cognitionē prophetiā. Quæ omnia statim exēplis ex scriptura adductis explicabimus. Dico verbō distinguī hos tres gradus in cōmuni, quia in quocūq; eorum potest reperiri inæqualitas, & distinctio ex triplici capite. Vt docet D. Tho. 2. 2. quæst. 173. arti. 3. scilicet, aut ex parte rei reuelatę, aut ex parte modi quo fit immutatio potentie cognoscitiuę, siue sit intellectiua siue sensitua, aut interna, aut externa, aut ex parte personę reuelātis. Nā primo in singulis ex his tribus gradibus possunt distinguī tres veluti gradus ex parte rei reuelatę, quia interdū res reuelata est de agendis, quę pertinet ad humanā cōuersationē, vt de Sansone dicitur Iudic. 15. *Irruit spiritus*

27

Iudic. 15.

Domini in eū: & sicut solēt ad odorem ignis lina cōsumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt ac soluta. Hoc est spiritu Domini motus est, vt vincula quibus ligatus tenebatur, distrūperet tanta vi & celeritate, sicut lina solent igne cōsumi. Et interdū est de cognoscendis, & speculandis, quæ pertinent ad naturalē facultatē intellectus nostri, vt de Salomone dicitur. 3. Reg. 4. *Loquutus est quoq; Salomon, tria millia parabolas, & fuerūt carmina eius quinque millia. Et disputauit super lignis à Cedro, quę est in Libano, vsq; ad hyssopū, quę egreditur de pariete: & discernit de iumentis & volucibus, & reptilibus, & piscibus.* Et horū cognitio non excedit facultatē naturalē nostri intellectus: & data fuit Salomoni per diuinā reuelationē, vt cōstat ex eo, quod paulo ante dicitur: *Dedit quoq; Deus sapiētiam Salomoni, & prudētiam multā nimis, &c.* Et quāuis D. Tho. loco citato dicat hos duos gradus nō attingere Prophetiā propriē dictā nō negat absolute esse propriē, & secūdū speciem essentialē prophetiā, sed solū attingere omni ex parte perfectionē prophetię: quia ex parte obiecti materialis cū sit cognoscibile lumine naturali nō attingunt eam, cū quo tamē stat, eos quo ad rationē formalē, sub qua, scilicet, cognoscibilitatē sub lumine prophetico, ex qua sumitur ratio specifica prophetię cōuenire cu prophetia propriē dicta. Et tandē interdū res reuelata talis est, vt non possit facultate naturali nostri intellectus cognosci, quod ex multis capitibus provenire potest, scilicet, aut quia secūdū se est incertā, quale est futurū cōtingens, aut quia est nobis occulta vnde cūq;

28

29

3. Reg. 4.

id

30

id proveniat, cuiusmodi est cogitatio cordis, aut quia est supernaturalis, vt si sit aliquod ex mysterijs nostrę fidei. Et tota hęc diuersitas, quę sumitur ex parte rei reuelatę, potest reperiri in vnoquoq; ex illis tribus gradibus prophetię: quia nulla ex parte repugnat dari prophetę cognitionē omnium harū rerū p̄æuo quocūq; ex illis tribus modis immutationis, secūdū quos diximus esse distinguendos tres gradus prophetię. Secūdo possunt in eisdē tribus gradibus distinguī duo alij quasi gradus ex parte modi, quo fit immutatio potentie cognoscitiuę: nā interdū potentia immutatur locutione, vt cū percipit verba, & interdū immutatur visione, aut rebus visis, vt cū percipit imagines: & possunt vtriusq; modi immutationis proponi exēpla in singulis gradibus, aut saltē in duobus ex eis. Nā in primis quo ad gradū qui cōstituitur per ordinē ad immutationē sensuū externorū reperitur immutatio eorū dē sensuū facta per locutionē, & verba expressa. 1. Reg. 3. vbi referuntur verba à Deo facta ad Samuelē vigilatē, & respōdentē sibi iuxta cōsiliū, quod ab Heli acceperat. Et immutatio facta per visionē, hoc est formā, aut imaginē obiectā visui externo habetur Danie. 5. vbi refertur apparuisse quādā manū referentē similitudinē humanę, & descripsisse quasdā dictiones in pariete corā Rege Balthasar, quibus omnibus visu externo percipis territus est, & à Daniele Propheta accepit. scripturę lectionē & interpretationē. Et deinde quo ad gradū, qui cōstituitur per ordinē ad immutationē factā in phantasia habetur exēplū immutatio-

31

1. Reg. 3.

Dan. 5.

nis facta in phantasia per verba & imagines. Ier. 1. cū dicitur: *Factū est verbū Domini ad me, dicens, quid tu vides Ieremias? & dixi, Virga vigilatē ego video. Et dixit Dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego, &c.* & statim: *Et factū est verbū Domini secūdo ad me, dicens, quid tu vides? & dixi, Nillam succensam ego video, & faciem eius a facie aquilonis. Et dixit Dominus ad me, Ab aquilone panderetur omne malū, &c.* Quæ reuelatio facta est cū immutatione phantasię, & habet admixta verba cū imaginibus. Et Amos 7. describuntur varię imagines significantes clades superuenturas Iudæis ostense Prophetę in phantasia, & verba, quibus Propheta Deū deprecabatur, vt eas clades auerteret à Iudæis, & quibus Deus Prophetę respondebat. Et Zacharię 6. describitur alia visio imaginaria data Prophetę cū imaginibus ostēsis in phantasia, & verbis, quibus & Propheta ab Angelo petebat interpretationē visionis. & Angelus eā tradebat Prophetę: Et potest hęc distinctio visionis imaginū, & auditionis, & locutionis verborum in phantasia prophetarū explicari exēplo somniantium qui non per sensus externos, quibus non vtuntur, sed per phantasiā, & eius species percipiunt multa, vt obiecta visa, & vt verba audita, & loquuntur, & exercēt plures actūs, qui pertinent ad sensus externos. Quo ad illū verō gradū, qui cōstituitur per ordinē ad immutationē factā immediatē & solū in intellectu non sunt vā fręquētia exēpla huius distinctionis in Scriptura, nisi forte vnū de modo reuelationis, quā Deus cōmunicabat Moysi, quod habetur Numer. 12. de quo statim dicam. Cū

32

Ierem. c. 1.

Amos 7.

Zachar. 6.

33

Numer. 12.

34

cuius ratio est illū gradū nō fuisse datum Prophetis, frequēter, sed raro, & vix vni, aut alteri, quia valde superat statū hominum in hac vita. Et nihilominus potest hęc distinctio explicari etiā in illo gradu per ordinem, vel ad aliquas proprietates visionis, & auditionis externæ, vel ad modum quo substantiæ separatæ dicuntur colloqui inter se, quod est verba proferre, & percipere locutionē quod est audire, & cognoscere rē vt est in se ipsa existēs & præsens quod est videre. Et quāuis hęc duę cōparationes videātur esse diuersæ, tamē re vera posterior reducit ad priorē, quia in Angelis distinctio auditionis à visione, & locutionis, quæ est applicatio obiecti, auditionis à propositione rei vt vidēda, quæ est applicatio obiecti visionis nō potest melius explicari, quā per ordinē ad distinctiōnē, quæ est inter hęc ipsa respectu nostrorū sensuū externorū.

35

Quare sicut in nobis distinguntur quatuor, scilicet loqui, audire locutionē, proponere rem, vt vidēda, & videre, & ex his loqui corporaliter, nō est aliud, quā signis quibusdā exterioribus explicare propriū de aliqua re cōceptū hac intētionē, vt ab eo cū quo loquimur audiatur, & intelligatur, & audire, vt responderet locutioni est percipere hęc manifestatiōnē alient cōceptus, vt à loquēte ordinatur & dirigitur ad hoc, vt nos eā percipiamus, proponere verō rem, vt vidēda est facere rē præsente visui, secūdu suā entitatē immediate hoc est, sine medio aliquo signo eam manifestare, & in dependēter à cōcepto, vel affectu proponētis circa eā: & videre, vt responderet huic propositioni

est cognoscere rē sic propositā. Ita etiā in ea immutatione, quæ immediate fit in intellectu Prophetæ possunt distingui alia quatuor secūdu aliquā proportionē ad hęc, quæ diximus reperiri in nobis, ex quibus duo, scilicet, locutio & propositio obiecti, vt vidēdi teneāt se ex parte Dei: & alia duo scilicet, auditio, & visio ex parte Prophetæ. Et ita Deus dicitur loqui ad Prophetā quatenus notis, aut signis, quibusdā explicat Prophetæ propriā sententiā de re reuelata: & Prophetæ dicitur audire locutionē Dei, quia ex eisdem notis intelligit nō solū rem reuelatā, sed etiā reuelationē esse diuinā, & non magis de eo dubitat, quam si corā verbis exterius expressis Deū loquentē secū audiret. Et rursus Deus dicitur proponere Prophetæ rē reuelatā, vt vidēda; quia subito, sine vlla mediōrū difficultate eā proponit, ac si corā oculis corporeis eam obijceret vidēda; & Prophetæ dicitur videre rem, sic propositā à Deo, quia sine vlla mora, aut difficultate eam percipit non minus, quam perspicacissimis oculis eā præsente videret.

Hoc modo Basilii vocem, siue locutionē Dei ad Prophetas explicuit. Nā Hom. 1. super Psalm. 28. loquēs de verbis, quibus Deus alloquitur Prophetas, sic ait: *Est vox Dei generis diuersi ab ijs vocibus, quæ in audiendi sensum cadunt. Fit enim cū mens hominū, quos ille suā percipere vocē vult, visione quadā informatur, haud fere aliter, atq; in somnis accidit. Nā vt in his secundū quietē, animus noster quorūdam veluti verborū memoria imbutur, nō pulso aëre externo, neq; voce vlla in audendi sensum lapsa, sed ipsa*

36

37

mente

38

Greg.

mente notis quibusdā rerū signata in formataq; Tale existimādū est Dei esse vocē, quā audire memoratur Prophetæ. Sed apertius Greg. li. 28 Moral. ca. 2. explicuit, quid esset Prophetas audire verba Dei, & quid videre ea, quæ per huiusmodi verba ipsis reuelatur, & cōstituit discriminē inter hęc. Na ita inquit: Spiritū Dei quasi quadā nobis verba dicere, est occulta vi, ea, quæ agenda sunt intimare, & cor hominis ignarū nō adhibito strepitu & tarditate sermonis peritū repete de absconditis reddere. Nā quia auditus ea, quæ ad se fiūt non simul omnia dista cōprehēdit, quippe qui & causas per verba, & particulatiōnē verba per syllabas percipit, visus autē noster in eo quod se dirigit totū subito, & simul apprehēdit: Dei locutio ad nos in rerius facta videtur potius, quā audiat.

39

Greg.

Vbi in primis docet: ideo dici Deū loqui ad Prophetas, quia eis intimā suā volūtātē, quod propriū est loquentiū, & rursus dici proponere & ostēdere eisdē Prophetis vidēda ea, quæ ipsis reuelat: quia subito, & sine vlla mora illustrat eorū mentes, vt ea percipiant, quod videtur pertinere ad immutationē visus, vt distinguitur ab immutatione auditus, quæ fit cū successione & mora. Tertio possunt in eisdē tribus gradibus subdistingui quatuor alij quasi gradus ex parte personæ reuelantis: quos etiā distinguit Greg. lib. citato c. 3. Primus est quādo Prophetæ mēte percipit verba, & cognoscit esse à Deo facta, nō tamē videt aliquē secū loquentē, aut sibi ostēdētē aliqua signa, significatiua id, quod sibi reuelatur. Et hoc modo Prophetæ dicūt cōmuniter fuisse sibi factas reuelationes: quia referūt ea, quæ viderunt, vel

audierūt, & nō dicūt se vidisse aliquē, qui hęc sibi ostēderet & diceret. Secundus est quādo Prophetæ videt aliquē sub figura hominis, & vt hominē se proponētē, qui secū colloquatur: sicut aliqui existimāt Deū apparuisse Abrahæ & locutū ei fuisse Gene. 12. & 15 & ita videtur significari apparuisse Samueli. 1. Reg. 3. Nā sic habetur: *Et venit Dominus & stetit: & vocauit sicut vocauerat secūdo, Samuel, &c.* Vbi verbū stetit, significat Deū astitisse Samueli & apparuisse ei in forma quadā, quæ vt minimū esset hominis, quia erat loquētis ad Samuelē. Tertius est quādo Prophetæ videt Angelum tecū colloquentē, siue quia videt formam, aut figuram aliquā, sub qua Angelus se manifestat; siue quia mente cognoscit eū, qui loquitur secū esse Angelū, quamuis sub nulla figura sensibili ei obijciatur, aut extrinsecus, aut in phantasia. Exēplū primi habetur Gen. 22. *Et ecce Angelus Domini de celo clamauit, dicens, Abrahā, &c. & 31. Dixitq; Angelus Dei ad me in somnis, Iacob, &c. & ca. 32. Et ecce vir iustabatur cū eo vsq; mane.* Et postea hic vir cū imponeret Iacob nomen Israel inquit: *Nequaquā Iacob appellabitur, nō ē tuum, sed Israel: quoniam si cōtra Deū fortis fuisti, quanto magis cōtra homines proualebis?* Vbi per Deū significatur Angelus Dei, vt Iacob ipse videtur explicare paulo inferius eū dicitur: *Vocauitq; Iacob nomē loci illius Phanuel, dicens, Vidi Dominum facie ad facie.* Quoniam ibi Chaldeus vertit: *Vidi Angelū Dei facie ad facie.* Exēplū verō secūdi Greg. lib. citato ca. 6. dicit esse illud Zachar. 1. *Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me, vbi sic ait: Dū ad*

40

Genes. 12.

1. Reg. 13.

41

Genes. 22.

Zachar. 1.

42

se quidē, sed in se tamē loqui. Angelū dicit, liquido ostēdit, quod is, qui ad ipsum verba faceret per corpoream speciem extra non esset. Verū est Vatablum tam ibi, quā paulo inferius, & capitulo secundo, & 4. sequenti, illud, in me, exponere pro mecum, vt sensus sit, Angelus qui mecum loquebatur: & non qui loquebatur intra me, sine aliqua figura externus proposita. Et fauer ei Chaldaeus, apud quem in omnibus his locis pro in me habetur mecum.

Sed hoc nō obstat, quia licet his verbis significetur Prophetā loqui de Angelo, qui secū in prece dētibus revelationibus fuerat loquutus, tamē negari nō potest de notari simul specialē modū, quo idē Angelus Prophetā alloquebatur, scilicet, ita vt nō appareret sub aliqua figura sensibili, sed immediate secūdū suā substantiā esset in tra ipsum. Quia per loqui in aliquo importatur aliquid peculiare præter cōmune, quod significatur per loqui cū aliquo, & verba Hebræa hoc loco magis postulāt vt vertatur in me, quā mecum quod etiā Græce expresserūt. 70. & videtur colligi hoc ex cōtextu ipso quia prius dicitur: Et ecce vir ascēdēs super equū rufum, & ipse stabat inter myrteta. Vbi per hūc virū significatur aliquis Angelus, quia paulo inferius de eo dicitur: & respōderūt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta. Et videtur rationē propter quā Prophetā tā diuersimode loquatur de his duobus Angelis, vt vnū appeller Angelū, & de altero simpliciter dicat loquūtū fuisse in ipso, esse desumēdā ex hoc discrimine, q̄ explicamus scilicet, quia prior sub forma viri apparuit ipsi, & posterior, sine vlla

August.

forma sensibili eū alloquebatur. Et præter Gregoriū etiā Augustinus intellexit ita hūc locū in Enchiridio ca. 59. et li. quæstionū de Genesi ad literā c. 2. cū verō dicimus aliquādo Angelū cognosci a Propheta, sine vlla forma sensibili obiecta suis sensibus externis, aut phantasie, nō negamus cōcursum phantasmatū necessariū, vt pro hoc statu noster intellectus cognoscit Angelū, sed figurā sensibilem peculiariter constructam ad representandum Angelum.

Quartus gradus est, cū Prophetā videt aliquē loquentē secū, qui gerat personā officium & munus Dei, siue is obijciatur Prophete sub aliqua figura sensibili, siue immediate per se ipsum, sine vlla figura, sicut diximus de Angelo, vt cum Isai. capit. 6. dixit: *Vidi Dominum, sedentem super solium excelsum, &c.*

Ex his omnibus sequitur primò sensus huius cōclusionis, qui cōpletur tres partes. Prima est esse in communi tres gradus luminis prophetici, secūdū quos diximus in prima cōclusionē esse per se distinguendos gradus cognitionis prophetice. Secunda est hos tres gradus luminis posse à nobis distingui per ordinē ad tres modos, quibus mens Prophetæ immutatur à Deo ad percipiēdū reuelationē. Tertia est hos tres modos immutationis distingui, secūdum potentias, in quibus inchoatur & perficitur hæc immutatio. Quia licet semper cōpleatur, & perficiatur in intellectu, sicut & ipsa cognitio prophetica, tamē interdū inchoatur in sensibus externis, & interdum in phantasia non præcedente aliqua immutatione sensuum externorum, & interdū

44

Isai. 6.

Sensus cōclusionis.

45

in

46

in intellectu, sine vlla præuia immutatione sensuum, aut internorum, aut externorum.

Secundò sequitur ratio huius cōclusionis, quo ad omnes suas partes. Nā primæ ratio pēdet ex secunda in qua explicatur in particulari: vnde sit à nobis sumenda distinctio illorū triū graduum luminis prophetici. Et ratio secūda est, quia in diuersitate immutationis factæ in Propheta cōcurrunt duo, quæ necessaria sunt, vt nos possimus per ordinē ad eā designare gradus distinctos in lumine prophetico. Primum est ipsam esse nobis notam. Secundū est habere proportionem cū gradibus luminis prophetici quo ad perfectionem: ita vt quanto modus immutationis est perfectior, tātō etiā gradus luminis prophetici, ei respōdens & proportionatus sit perfectior. Et ratio huius sumitur ex secundo notabili, in quo ostendimus vnāquāq; facultatem cognoscitiuā habere proportionem, quo ad perfectionem cū speciebus, quæ ei deseruiūt. Et demū ratio tertiæ partis est, quia vt diximus in tertio notabili, species tanto sunt perfectiores, quanto modus, quo producuntur, est magis immaterialis, & modus, quo producuntur, aut excitantur species in intellectu, quales sunt illæ, quæ deseruiūt immediatē lumini prophetico nō potest dici magis, aut minus immaterialis, nisi secūdū maiore, aut minorem indepēntiā à sensibus externis: quia cum productio specierū, secūdū se sit simpliciter immaterialis, sicut & ipsæ species sunt immateriales nō possunt in ea distingui gradus inæquales immaterialitatis, nisi secūdū depēntiā à sensibus cōcur-

47

rentibus ad eā ministerialiter, & præsuppositiue. Et quia sensus externi sunt maxime materiales in ter omnes; idē rectē productio speciei intelligibilis, quæ fit cū minori dependentia ab eis dicitur magis immaterialis, & constat in elongatione ab hac dependentia solum posse assignari tres gradus à nobis explicatos.

Tertiò sequitur, nō esse distinguendos plures gradus prophetice, quam tres cōtētos in hac cōclusionē: quāuis, vt dictū est in ultimo notabili, quilibet eorū possit subdiuidi ex parte materie reuelate, & ex parte modi, quo percipitur reuelatio, scilicet, aut per modū locutionis, aut per modum visionis, & ex parte personæ reuelatis. Et ratio huius est, quia tota hæc diuersitas constituitur secundum differentias materiales, & accidentales respectu cognitionis, vt cognitio est.

Sed restat cōtra hoc difficultas desumpta ex D. Thom. 2. 2. q. 174 ar. 3. Vbi postquam enumerauit omnes gradus prophetice explicatos in ultimo notabili, concludit gradus prophetice proprie dictæ designandos esse, secūdū imaginariā visionē. Ergo iuxta doctrinā D. Tho. gradus prophetice non sunt distinguendi secūdū maiore aut minorem immaterialitatem modi, quo immutatur mens Prophetæ, sed secundum diuersos modos visionis imaginariæ, hoc est immutationis phantasie.

Cōfirmatur primo, quia D. Th. ibidem, vt reddat rationē doctrine propositæ inquit, dari quendam gradum prophetice, in quo intelligibilis, aut supernaturalis veritas, sine visione imaginaria ostenditur immediate menti Pro-

phetæ,

48

49

Dub. D. Thom.

Confr. 1.

50

phetæ, tamen huc gradum excedere ratione prophetiæ proprie dictæ. Vbi aperte docet D. Tho. diuisione graduū prophetiæ proprie dictæ esse faciendā intra latitudinem visionis imaginariæ.

Confir. 2.

Confirmatur secundo, quia D. Thom. ibidē vt reddat rationem huius, scilicet, cur reuelatio facta immediate in intellectu, sine visione imaginaria nō pertineat ad prophetiā proprie dictā præsupponit ex ar. præcedēti in solutione ad tertium, vbi dixerat huc gradum prophetiæ esse perfectiorē in ratione cognitionis, deficere tamē à ratione prophetiæ proprie dictæ: quia hæc ratio importat imperfectionē obscuritatis & remotionis ab intelligibili veritate: & ideō nō participatur proprie in ea cognitione, quæ attingit veritatē intelligibilē immediate: & si ne medio & obscuritate visionis imaginariæ. Et apponit exemplum in visione patriæ: quæ quāuis sit perfectior in ratione cognitionis quam cognitio viæ nō participat proprie rationē fidei: quia includitur in ea imperfectio cognitionis. Quare etiā in hac ratione videtur D. Tho. relinquere, vt certū gradus prophetiæ proprie dictæ esse solum designandos intra latitudinem visionis imaginariæ.

51

Resp. ad dubium.

Ad difficultatē respondetur D. Thom. ibi per prophetiā proprie dictā nō intellexisse eam, cui soli cōuenit ratio specifica prophetiæ quasi nulli cognitioni, quæ est sine visione imaginaria conueniat hæc ratio, sed eā, cui conuenit ratio prophetiæ habētis aliquā conaturalitatē, & proportionē cum nostro statu. Nā cum Deus possit reuelare supernaturaliter ea, quæ sunt occulta, sã Angelis, quā ho-

minibus, & sic vt Angelis est cōnaturalē intelligere, sine depēdētia à phāntasmatib: ita hominibus est cōnaturalē intelligere cū hac depēdētia: ideo reuelatio, quæ fit p̄ immediatā immutationē intellectus sine vlla immutatione sēsuū, magis videtur pertinere ad ordinē superiorem, quo continentur reuelationes, quæ sūt substantijs separatis seruata proportione ad exigentiā suæ nature, quā ad ordinē inferiorē, quo cōtinentur reuelationes, quæ sūt hominibus seruata proportione ad modū intelligēdi, qui ipsis cōuenit p̄ hoc statu.

52

Ad primā conf. resp.

Et eodem modo respōdetur ad primā cōfirmationē, quia D. Tho. cū dixit gradū prophetiæ intellectualis excedere rationē prophetiæ proprie dictæ, noluit significare excedere quo ad rationē specificā prophetiæ, ita vt nō contineatur intra eā & pertineat ad aliā speciē superiorē, quæ nō sit prophetiæ, sed excedere quo ad proportionē cū modo cōnaturali intelligendi nostri intellectus p̄ hoc statu. Et hoc sensit Caiet. cū exponens eadem verba D. Tho. inquit hæc prophetiam excedere rationem prophetiæ proprie dictæ non tanquam rem superioris ordinis, sed sicut sūmū in illo ordine: quia solū negauit esse rē superioris ordinis quo ad rationē specificā prophetiæ, non verō quo ad proportionem explicatam.

53

Caiet.

Ad secūdā confirmationē facilis est solutio, si sensus D. Thom. intelligatur, quia D. Thom. ibi solū reddit rationē quo ad modum loquendi, scilicet cur prophetæ, qui simul cū intellectuali reuelatione habuerunt imaginariam visionem appellentur simpliciter Prophetæ, nō verō illi, qui tantū

ha-

54

habuerūt intellectualē reuelationē. Et hæc rationē dicit esse: quia prophetia importat quandā obscuritatem, & remotionē ab intelligibili veritate, & hæc remotio magis reperitur vbi veritas intelligibilis manifestatur sub visione imaginaria, quā vbi immediate per se ipsam reuelatur intellectui. Quare ex hac ratione non potest colligi gradus prophetiæ sumptæ secundū suam speciem, esse distinguendos intra latitudinē visionis imaginariæ, sed solū gradus prophetiæ: quæ communiter dicitur prophetia propter imperfectionem dependentiæ à phantasmatibus esse, ita distinguendos.

Ad fundamentum primæ sententiæ.

55

Ad fundamentū primæ sententiæ, respōdetur solū cōvincere, in quacūq; phāntasia sumpta in individuo posse distinguere illos tres gradus, & non tanquā partes in quibus in trinsece cōsistat prophetia, sed tanquā munera pertinentia aliquo modo ad ipsum. Et ita primus ex illis tribus gradibus habet se, vt quædā præuia dispositio, & informatio ad prophetiā, & secundus est intrinsece, & essētia liter prophetia, & tertius est, quæ dā executio muneris prophetici cōsequēs ad prophetiā, de quo videtur est D. Tho. 2. 2. q. 171. ar. 1 nos verō agimus de distinctione graduū prophetiæ pertinentiū in trinsece ad distinctas prophetias.

Ad confir.

Et eodem modo respōdetur ad cōfirmationem, solū cōvincere fieri bene illā distinctionē graduū respectu eiusdem prophetiæ sumptæ in individuo, quia p̄ eos quæ libet prophetia deducitur ad vl-

56

timū suum cōplementum, nō verō respectu prophetiæ sumptæ in cōmuni: quia nō sufficit prophetiā aliquā perducere ad vltimū illorum statū, vt habeat totā perfectionem, quæ potest reperiri intra latitudinem prophetiæ sumptæ in cōmuni: imo id potest cōuenire prophetiæ, quæ fit in infimo gradu perfectionis, cum certū sit posse quacūq; prophetiā quātū cūque sit imperfecta denuntiarī iussu Dei alijs hominibus.

Ad argumenta secundæ sententiæ.

Ad fundamentū secundæ sententiæ respōdetur, in illo loco Numer. solū distinguere eosdem illos tres gradus prophetiæ, qui à nobis sunt explicati, vt notat etiā ex mente Hebræorū Lyr a, ibidē, & Massius in Cōmētarijs super c. 1. Josue nu. 1. parum post principiu, nā per visionem intelligitur ille modus, quo Deus Prophetis vigilātib, & præuia immutatione sensuū externorum reuelat ea, quæ vult eos scire; & per somniū intelligitur alter modus, quo Deus Prophetis, vel ratione somnij, vel alia de causa abstractis ab operationibus sensuū externorū & præuia immutatione phantasie aliquid reuelat: & tandem per loqui ore ad os, intelligitur peculiaris ille modus, quo Deus mentem Prophetæ immediate, & sine vlla præuia immutatione sensuū, aut externorū, aut internorū illustrat. Sunt tamen aliqui authores qui existimēt hæc verba intelligi de locutione audiēdi sensu percepta, de quorū numero est Gabr. Vazq. 1. p. dif. 55. c. 5. vbi excellētiā Moysi inter omnes Prophetas

Lyr. Massius.

57

quæ

58

quæ illis verbis significatur, dicit in eo fuisse positam, quod Deus ei sub forma corporea, & visibili appareret, & cum eo loqueretur ore ad os, sicut amicus solet loqui ad amicum.

Verum mihi probabilius videtur, & magis consentaneum contextui, cum Lyrano & Massio intelligi de locutione mentis auribus immediate percepta: & sine vlla immutatione sensuum internorum, aut externorum. Nam quauis loqui cum aliquo ore ad os significet loqui coram eo presente, & familiariter, tamen cum Deus dicit se ita loqui cum aliquo in signum peculiaris benevolentiae non debet intelligi de praesentia, & locutione corporea, & sensibili; sed de intelligibili, quæ mente sola percipitur, quoniam hæc est magis possibilis, & accommodata diuinæ naturæ, & cedit in maiorem dignitatem eius, cui comunicatur, cum per eam euehatur ad quandam participationem substantiarum immaterialium. Ex quo etiam patet, non oportere recurrere ad praesentiam, & locutionem Dei corpoream ad explicandam excellentiam Moysi, de qua ibi fit sermo ut forsitan dicam art. sequenti: vbi ad hoc iterum redibit explicandum illud testimonium. Et non probat Eugeninus sufficiens distinguere ibi plures gradus prophetiae ex illis verbis, quibus explicatur excellentia gradus prophetiae comunicatus Moysi, scilicet, *Palam, & non per anigmata, & figuras Dominum videret*: quia per hæc verba non excluduntur duo gradus distincti à tribus explicatis per visionem, somnium, & locutionem factam ore ad os, sed solum excluduntur imperfectiones, quæ reperiuntur in omnibus his tribus

59

gradibus, & significatur fuisse Moysen euectum ad tertium gradum, sine vlla ex illis imperfectionibus, aut forte vox, figuras, additur ad explicandum quomodo Moyses Deum viderit loquentem secum, quod etiam pertinet ad articulum sequentem. Et ad id, quod ex Oleastro refertur ad probandum solum colligi ex illo loco duos gradus prophetiae, Respondetur ex ipsa serie contextus constare distinguere tres gradus eo modo, quo à nobis sunt explicati. Et ad id, quod vterius refertur ex eodem ad probandum visionem, siue reuelationem per figuras, & formas visas fieri tantum in vigilia, & locutionem in somno, Respondetur vtrumque modum immutationis fieri indistincte in somno & in vigilia, & de locutione videtur explicatum à Jerem. c. 23. Vbi separans eam à somnio, ita inquit: *Propheta, apud quem est somnium, narrat somnium, & apud quem est verbum meum, narrat verbum meum vere.* In testimonio vero de quo agimus non negatur hoc, sed refertur vterque modus immutationis, & breuitatis causa, vnus, scilicet is qui fit propositione figurarum visarum refertur ad statum distinctum à somno, hoc est ad vigiliam: & alter, scilicet, is qui fit per locutionem, & verba refertur ad somnium.

Ad argumenta tertiae sententiae.

AD fundamentum tertiae sententiae, Respondetur duplicem perfectionem posse distinguere in lumine prophetico; vnâ secundum intentionem, & alteram secundum immaterialitatem, ita vt saepe vnum propheticum lumen superare alterum in priori perfectione, & superari ab

60

Jerem. c. 23.

61

62

eo posteriori, tam è gradus prophetiae non esse distinguendos secundum priorem perfectionem, sed secundum posteriorem, vt constat ex notabilibus positis, pro secunda conclusione. Et ideo quamuis pro maiori, aut minori abstractione ab operationibus partis sensitivae, & vegetativae requiratur in phantasia minor, aut maior virtus quo ad priorem perfectionem, quod solum, & vt plurimum conuincit probatio antecedentis illius fundamenti, non ideo sequitur gradus prophetiae esse distinguendos, secundum maiorem, aut minorem abstractionem ab operationibus partis sensitivae, & vegetativae: & ita potest contingere lumen propheticum, quod est in infimo gradu esse maius quo ad intensiorem, quam alterum, quod sit in supremo gradu: quæ omnia magis explicabimus articulo sequenti.

I. ARTICVLVS IIII.

Vtrum hi tres gradus prophetiae distinguantur inter se specie, vel solum numero, & quo modo se habeant inter se, quo ad perfectionem.



DVO Continentur in hoc articulo. Primum est, an tres gradus prophetiae, quos hactenus explicuimus, sint adeo distincti inter se, vt distinguantur specie, vel potius solum distinguantur numero. Alterum est, an sint in æquales inter se in perfectione: & quo modo sint ordinandi, quo ad perfectionem.

Caiet. sent.

Et circa primum Caietanus, secunda secundæ quæst. 174. arti. primo, ita vniuersaliter affirmat

hos tres gradus solum distinguere inter se numero, vt dicat rationem communem prophetiae esse vnâ unitate speciei specialissimæ, quæ non potest diuidi in alias species, sed solum in indiuidua. Et probatur hæc sententia, primo cum ipso Caietano auctoritate D. Tho. qui. 2. 2. q. 171. art. 3 ad tertium, dicit prophetiam esse vnâ secundum speciem. Et non potest responderi ipsum loqui de specie subalterna, quæ verè est genus & potest diuidi in plures alias species. Quia argumentum, quod ibi dissoluit D. Thomas probat non pertinere ad prophetiam cognitionem alia obiecta præter futura contingentia, quia cum pluralitas obiectorum sit causa distinctionis specificæ in cognitione, sequeretur prophetiam cognitionem non esse vnâ secundum speciem. Et hoc inconueniens non posset inferri si intelligeretur de unitate speciei subalterne, quia pluralitas obiectorum cognoscibilium per intellectum non impedit hanc unitatem in intellectionibus, vt patet in scientijs: quæ quauis habeant obiecta valde distincta sunt inter se vnâ unitate speciei subalterne. Ergo etiam solutio, quam Diuus Thomas adhibet huic argumento, vt non sit extrarem, non est intelligenda de unitate speciei subalterne, sed infimæ.

Secundo probatur ratione desumpta ex hac solutione D. Thomæ: quia vnitas, quæ in actibus, & habitibus sumitur ex obiecto formali, est vnitas speciei specialissimæ: sed prophetia respectu quoruncumque obiectorum materialium habet vnitatem ex obiecto formali. Ergo habet vnitatem speciei specia-

lissimæ.

2

D. Thom.

Pro. auctoritate.

3

Pro. ratione.

4

lissimæ. Maior pater ex his, quæ dici solent de unitate specifica actuum & habituum, & ex Aristotele dicente, actus & habitus specificari per ordinem ad sua objecta. Nā cum hoc non possit intelligi de objectis materialibus, ut patet ex pluralitate objectorum materialium pertinentium, ad eandem scientiam, necessario erit intelligendum de objectis formalibus. Et minor probatur. Primo auctoritate Divi Thomæ, qui id expresse dicit in illa solutione. Et deinde, quia objectum formale actuum, & habituum intellectus consistit in cognoscibilitate per tale medium, aut rationem assentiendi; & omnia objecta materialia pertinentia ad prophetiam conveniunt in cognoscibilitate per idem medium, aut rationem assentiendi. Quod potest probari, quia motuum, quod se habet, ut medium, aut ratio assentiendi omnibus est divina revelatio obcura, quo ad res revelatas, & evidens quo ad Deum, ut revelantem, & consequenter quo ad ipsas res, ut ita revelatas, & hæc revelatio est eiusdem respectu quo rucūque objectorum materialium

D. Thom.

Confirmatur, quia fides Theologica est una unitate speciei specialissimæ. Et tota huius ratio est convenire omnia sua objecta materialia in una ratione formali sub qua pertinent ad eam, scilicet, in cognoscibilitate per eandem revelationem, aut sub eodem lumine. Ergo propter eandem rationem dicendum est prophetiam esse unam unitate speciei specialissimæ. Patet consequentia: quia fides Theologica ex parte objecti materialis tantā extensionem

habet sicut prophetia, cū omnia, quæ per prophetiam cognoscuntur possint credi per hanc fidem si debite proponantur; & ex parte objecti formalis non habet maiorem unitatem, quam prophetia: quia neque divina revelatio pertinens ad fidem est magis una quam revelatio pertinens ad prophetiam, neque lumen fidei inclinatur magis æqualiter, & eodem modo, & sine vlla modificatione ad assentiendum suis objectis, ut stant sub propria revelatione, quam lumen propheticum ad assentiendum suis, ut etiam stant sub revelatione prophetica.

Prima Conclusio.

Dico primo, Tres gradus prophetiæ, qui à nobis sunt explicati, si non addatur eis maior aliqua diversitas, non differunt inter se specie, sed solum numero. Probatur; quia tota diversitas inter illos gradus est accidentalis. Ergo non est sufficiens ad distinctionem specificam. Cōsequētia patet, inductione in omnibus differentiis accidentaliter diversificationibus aliquā naturā: & respectu naturæ humanæ esse bipedē & tripedē, albū, aut nigrū, masculū, aut feminā; quia nullæ harū differentiæ sufficiunt, ad distinctionem specificam. Et antecedēs probatur: quia accidentale est in immutatione, quæ fit immediate in intellectu non præsupponere immutationem in phantasia, & in sensibus externis & similiter in immutatione, quæ fit immediate in phantasia est accidentale non præsupponere eandem immutationem sensuum externorum, ut constat ex his, quæ superius diximus, scilicet species, quibus sunt huius-

modi

6

Tres gradus prophetiæ signati solum differunt numero secundum se.

7

8

modi immutationes non esse infusas per se, sed per accidens: & ita intellectum quantum ad usum suarum egere conversione ad phantasmata, & tam intellectum quam phantasmata posse habere eandem speciem prævia immutatione sensuum externorum, si à Deo fiat talis immutatio.

Confirmatur: quia species & habitus intellectuales si ex natura sua possunt à nobis acquiri quavis defacto infundantur à Deo non differunt specie ab acquisitis, quia accidentale est eis haberi ex infusione, sicut patet in speciebus & habitibus naturalibus infusis. Adæ in momento suæ creationis. Ergo pari ratione in immutationibus, quæ fiunt in mentibus prophetarum non sufficit ad distinctionem specificam præsupponere aut non præsupponere immutationem sensuum, aut præsupponere immutationem plurimum sensuum vel pauciorum, quia etiā hæc immutationes, quantum ex natura sua possent fieri cū æquali immutatione sensuum.

Obiectio D. Thom.

Sed obijcies, quia D. Thomas 2.2. q. 174. art. 1. dicit prophetiam distinguere in diversas species secundum prius dictam divisionem, ubi per hanc divisionem intelligit eam quæ explicuerat q. præcedenti art. 2. & quam iterum repetit in solutione ad. 3. eiusdem articuli. quæ est illa quæ fit per gradus à nobis explicatos. Ergo inter hos gradus iuxta sententiam D. Thomæ est distinctio specifica.

Respon.

Ad hoc Caietanus ibidem respondet, D. Thomam loqui ex sententia aliorum, & ita conciliat hoc testimonium cum eo quod ipse adducit pro se ex quaest. 171. art. 3. ad tertium; quia dicit illud esse acci-

piendum ut dictum ex propria sententia. Sed hoc voluntarie & sine fundamento dicitur, & non est factis D. Thomam ibi explicare quādam doctrinam Hieronymi & glossæ, quia eadem facilitate dicemus ipsum quotiescumque explicat doctrinas patrum, non loqui ex propria sententia, sed ex aliena.

Quare aliter respondetur D. Thomam in hoc loco non sumere nomen, speciei, proprie, ut significat naturam & essentiam, sed late & improprie, ut significat modum peculiarem alicuius rei: & ita ex illis verbis solum posse colligi hos tres gradus esse tres distinctos modos prophetiæ intra eandem speciem, non tamen esse tres distinctas species.

Secunda conclusio.

Dico secundo. Intra latitudinem prophetiæ proprie dictæ possunt reperiri species distinctæ quæ reducuntur ad eundem gradum vel ad distinctos gradus ex tribus à nobis explicatis. Probatur primo, quia ut D. Thom. docet 3. p. q. 7. art. 8. in Christo fuit vere & proprie donum prophetiæ, de quo videtur certum fuisse distinctum specie à dono prophetiæ quod cæteris hominibus datur, tum quia in Christo habuit evidentiam; quam non habet in alijs hominibus; tum etiam quia hoc donum in Christo vel fuit re ipsa idem cum scientia beata, vel cum infusa: quia in intellectu humano Christi non fuit aliqua cognitio supernaturalis præter has duas; & de utraque constat distinguere specie à dono prophetiæ quod datur puris hominibus. Secundo probatur: quia donum prophetiæ consistit intrinsecè & essentialiter

10

Intra latitudinem prophetiæ possunt dari distincti gradus speciei.

G

inlu-

12

in lumine prophetico, quod est virtus & facultas intellectus ad intelligendū ea, quæ reuelantur, quāuis multa alia requirant; sed huic lumini nō repugnat aliqua ex parte multiplicari in species distinctas: ergo intra latitudinē prophetiæ possunt reperiri species distincte. Probatur minor, quia aut repugnaret ex parte virtutis in sua causa efficiēti, aut ex parte potentiæ susceptiue in subiecto, scilicet, in intellectu creato, aut ex parte ipsius rei, quæ intrinsicè est determinata per ordinem ad vnum obiectum formale: & ita nō est multiplicabilis in plures species, quarum vna quæuis respiciat suum obiectum formale. Primum dici non potest, quia in Deo, qui est causa efficiens est infinita virtus. Neq; secundum, quia potentia susceptiua in intellectu est potentia obedientialis, quæ non est magis determinata ad vnam speciē quā ad plures. Neque tertium, quia ratio formalis obiecti est cognoscibilitas per tale lumen, & hæc potest multiplicari in plures species intra latitudinem cognoscibilitatis per lumen propheticum. Nam in primis cognoscibilitas per lumen euidens quoad res reuelatas euidētia abstractiua distinguitur specie à cognoscibilitate per lumē, quod fit quoad eandem res euidens euidētia solum in attestante. Et dein de cognoscibilitas per lumen dependens quoad vsum ex conuersione ad phantasmata, vel proportionatum speciebus intelligibilibus habentibus hanc dependentiam distinguitur specie à cognoscibilitate per lumen quod non habeat talem dependentiam vel sit proportionatum speciebus non habentibus eā, Et hoc duplex discrimen specifi-

13

cum potest eodem modo explicari in reuelatione diuina, quæ solet cōmuniter appellari ratio formalis obiecti, quia ipsa reuelatio fit per species & lumē: & ideo potest diuersificari penes vtrumq; modū euidētiæ quoad res reuelatas, & penes dependentiam & independētiā à sensibus.

Et non habet vim argumentum quod desumi posset ex Durando in 3. d. 14. q. 3. ad probandum reuelationem hanc aut lumen hoc non esse independēs à conuersione ad phantasmata, scilicet, quia datur prophetæ quatenus est viator, & proprium est viatoris conuerti ad phantasmata. Quoniam hoc argumentum solum probat tale lumen non esse proportionatum modo naturali intelligendi viatoris, & ideo non dari ei regulariter, cū datur lumen propheticum; non tamen aut ipsum secundum se esse impossibile, aut non dari aliquādo viatori ex peculiari gratia Dei.

Et potest cōfirmari hoc quod dicimus de possibilitate multiplicationis distinctarum specierum intra latitudinem luminis prophetici: quia propria & proxima causa huius luminis est Deus, cui non est negandum posse dare ipsum multis modis sufficientibus ad inducendū distinctionē specificam, etiā si tales modi sint nobis ignoti.

Respondetur ad argumenta Caietani.

Ad primum respondetur, quāuis admittamus id, quod Caietanus contendit, scilicet, D. Thomam loqui de vnitāte speciēi specialissimæ; non ideo sequi iuxta

14

Durand.

15

Ad primū Respon.

eius

16

us sententiam omnes cognitiones propheticas esse eiusdem speciēi. Quia solū dicit vt respondeat argumento suo non sufficere pluralitatem obiectorum materialium ad distinctionem specificam prophetiæ, & rationē reddit, quia vnitāte specifica sumitur ex vnitāte luminis; ad quod non est necesse lumen hoc non posse distinguī in plures species, sed satis est non distinguī pro distinctione obiectorum materialium.

Ad. 2.

Ad secundum concessa maiori neganda est minor. Et ad primam probationem, negandum est D. Thomam id dicere vt patet ex solutione præcedentis argumenti. Et ad secundam probationem negandum est omnia obiecta materialia pertinentia ad prophetiam conuenire in cognoscibilitate per eandem rationem assentiendi. Et ad probationem dicendum est, illam rationem assentiendi non esse vnam vnitāte speciēi specialissimæ, sed vnitāte genericam, quia potest distinguī in plures modos formales ex quibus vnusquisque constituat suam speciem, vt de duobus est explicatum in secunda probatione secundæ conclusionis.

17

Ad confirmationem respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam: & ad probationem dicendum est esse discrimen quantum ad vnitātem inter obiectum formale fidei & obiectū formale prophetiæ: quia obiectum formale fidei non est diuisibile in modos distinctos formaliter, sed solum in modos distinctos materialiter, quia modi, in quos diuiditur nō se tenēt ex parte ipsius, cū nō sint distincti modi reuelatio-

nis aut luminis, sed solū ex parte materiæ, in quantum materia reuelata superat magis aut minus facultatē nostri intellectus, vel est maioris aut minoris perfectionis, vel magis aut minus necessaria ad nostrā salutē. At vero obiectum formale prophetiæ est diuisibile in modos formaliter distinctos, quia potest diuidi in modos, qui se tenēt ex parte ipsius: vt patet in duobus exemplis supra positis, in quibus tota distinctio pertinet ad reuelationē vel ad lumē, & nullo modo ad rem reuelatam, cum possit tota & æqualiter reperiri, quāuis materia reuelata sit omnino vna & eadem.

Vt autem intelligatur quo modo prophetia in communi importet ex parte sui obiecti formalis vnam rationē genericam, sub qua contineatur aliæ species distinctæ, & fides Theologica sumpta etiā in cōmuni solum importet vnam rationem specificā, aduertendū est ex D. Thoma. 3. p. q. 7. art. 8. de ratione prophetiæ in cōmuni non esse euidētiā perfectā aut obscuritatem ei oppositam, sed solū euidētiā sufficientē ad conuincendū & determinandū intellectum sine dependentiā à voluntate circa res quæ sunt procul à cōmuni & ordinaria cognitione hominū, cū quibus propheta conuenit in statu; siue huiusmodi euidētia sit omnino perfecta qualis est intuitiua, siue sit abstractiua non fundata in testimonio alterius, siue solū in testificante: & siue habeatur per lumē dependens à sensibus quoad vsum, siue per independens. At vero de ratione fidei virtutis Theologicæ in cōmuni est obscuritas hoc est reuelatio facta obscure & sine vlla euidētia sufficiente ad determinandū intellectū, & præ-

18

Prophetia in communi importat ex parte obiecti solū rationē genericam.

19

D. Thom.

20

terea etiam pertinet ad eam quatenus est habitus intellectus pro hoc statu unionis cum corpore habere dependentiam a sensibus. Et ideo in ratione communi prophetiae non importatur determinatio ad unam speciem infimam sicut in ratione fidei. Et potest hoc explicari exemplo scientiarum naturalium. Nam sicut cognoscibilitas per medium abstractum ab omni materia tam sensibili, quam intelligibili est ratio formalis, obiecti metaphysicæ, ita cognoscibilitas per medium abstractum a materia sensibili & non ab intelligibili, est ratio formalis obiecti mathematicarum: & tamen quia prior cognoscibilitas non est diuisibilis, nisi ex parte materiae, & posterior est diuisibilis secundum se penes maiorem aut minorem abstractionem ab omni ordine ad materiam sensibilem, ideo prior constituit unam scientiam secundum speciem infimam, & posterior solum constituit unam speciem subalternam. Et hæc de primo.

Circa secundum est dubium quis illorum trium graduum sit perfectior.

Abul.

IN quo est sententia Abulensis, qui loco citato art. præcedenti supponit tanquam fundamentum generale illam prophetiam esse perfectiorem, quæ est cum minori abstractione ab operationibus partis sensitivæ & vegetativæ, & consequenter ad hoc fundamentum, quamvis ipse aliter distinguat gradus prophetiæ, ut ibidem explicuimus, dicit primum gradum ex nostris, qui est cum immutatione

sensuum externorum esse omnibus perfectiorem, & continuo succedere secundum, qui est cum immutatione phantasie, & infimum locum obtinere tertium gradum, qui est cum sola immutatione intellectus.

22

Et potest eius sententia probari argumento, quod ibidem proposuimus, pro eo, scilicet, quia quanto minor est abstractio ab operationibus partis sensitivæ & vegetativæ, tanto intellectus maiorem difficultatem & plura impedimenta patitur in suis operationibus. Et ex consequenti tanto maiori virtute & perfectiore dispositione indiget ad exercendum suas operationes. Confirmatur autoritate D. Thomæ. Qui 2.2. q. 174. ar. 3. in corpore ut probet visionem imaginariam quæ fit in vigilia pertinere ad altiorum gradum prophetiæ, quam, eam quæ fit in somno, reddit hanc rationem: quia maior prophetici luminis vis esse videtur, quæ aliquem occupatum circa sensibilia in vigilando abstrahit ad supernaturalia, quam illa, quæ animam hominis abstractam a sensibilibus inuenit in dormiendo.

Prob.

Conf. D. Thom.

23

Prima conclusio.

Dico primo. Quoad dignitatem accidentalem potest quicumque ex tribus gradibus excedere alios aut unus eorum respectu diversorum subiectorum excedere se ipsum ex tribus capitibus, scilicet, aut ex præstantia materiae reuelatæ, aut ex dignitate personæ reuelantis, aut ex maiori expressione signorum per quæ fit reuelatio.

Quis gradus prophetiæ sit perfectior.

Ad huius explicationem & probationem advertendum est, sicut

Aristo-

24 Aristol. Unde sumatur perfectio & dignitas scientiæ.

Aristoteles lib. 1. de anima ca. 1. docuit posse dignitatem alicuius scientiæ considerari aut ex materia de qua agit, aut modo procedendi magis aut minus perfecto quoad conditiones proprias cognitionis. Scientiæ, ita nos ut explicemus dignitatem alicuius gradus prophetiæ distinguere debemus duplices conditiones aut proprietates cognitionis propheticæ: quasdam, quæ quavis sunt necessario requisitæ ad eam non pertinent intrinsece & essentialiter ad eius rationem in genere cognitionis, & alias quæ pertinent intrinsece ad eius rationem in hoc genere, quod exemplis potest explicari. Nam ad prophetiam requiruntur persona reuelans, materia reuelata & signa, per quæ fit reuelatio. Et quia in singulis eorum potest reperiri maior vel minor perfectio, ut patet in persona reuelante proxime, quæ potest se gerere ut homo vel ut Angelus vel ut Deus, & in materia reuelata, quæ potest esse ordinis inæqualis, scilicet, aut naturalis aut supernaturalis, & tandem in signis, quæ possunt esse magis aut minus expressa ad representandum veritatem intelligibilem: & quanto sunt magis expressa tanto sunt magis perfecta in ratione signorum: ideo etiam ipsa cognitio prophetica vel in diversis gradibus vel in eodem potest ex omnibus his partibus habere maiorem aut minorem perfectionem. Verum quia hæc omnia non pertinent intrinsece ad rationem formalem cognitionis propheticæ, id eo perfectionem aut dignitatem, quam ex eis potest habere huiusmodi cognitio appellamus accidentalem. Et ex his manet explicata tota conclusio, & patet eius probatio.

25

26

Et potest confirmari ex doctrina Aristotelis hic adducta. Nam ibi docet expresse dignitatem, quæ conuenit alicui scientiæ propter excellentiam materiae de qua agit esse accidentalem respectu scientiæ sumptæ secundum propriam rationem scientiæ & cognitionis. Et fauet multum huic conclusioni D. Thomæ si bene intelligatur. Nam 2.2. q. 174. art. 3. refert. varios gradus perfectionis qui possunt conuenire prophetiæ ex his tribus capitibus a nobis explicatis, & postea subdit: super omnes autem hos gradus est tertium genus prophetiæ, in quo intelligibilis veritas & supernaturalis absque imaginaria visione ostenditur.

D. Thom.

Et cum in hoc genere prophetiæ non semper reperitur excessus quoad illa tria, necesse est dicere D. Thomam intellexisse perfectionem, quæ sumitur ex illis tribus capitibus non esse essentialem cognitioni propheticæ in genere cognitionis.

27

Secunda conclusio.

Dico secundo. Quoad perfectionem essentialē in genere perfectionis tanto aliquis gradus prophetiæ est perfectior, quanto lumine & reuelatio datur cum minori dependentia a sensibus: & ita ille gradus est omnibus perfectior qui est cum sola immutatione intellectus, & continuo succedit alter, qui est cum immutatione phantasie, & infimum locum habet ille, qui fit cum immutatione sensuum externorum. Hęc conclusio est satis explicata ex ijs, quæ diximus art. præcedenti in probatione secundæ conclusionis, de eo, secundum quod est constituenda distinctio graduum pro-

Perfectio prophetiæ essentialiter est, quæ minus pendet a sensibus.

G 3 phetiæ,

28

phetiæ. Ex eodem loco potest sumi eius probati o, quia ibi ostendimus perfectionem perfecte cognitionis ratione cognitionis consistere in immaterialitate, & cognitione prophetiæ tanto esse magis immaterialem quanto habetur cum minori dependentia à sensibus. Et deinde probari potest ex illo Numerorum 12. *Siquis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore ad os loquar ei, palam & non per anigmata videt Deum.* ubi non solum distinguuntur tres gradus prophetiæ, quibus Deus prophetis suis solet voluntatem suam aut alia. occulta reuelare, vt loco citato explicuimus, sed etiam constituitur inter eos ordo perfectionis, secundum quem vnus sit altero perfectior aut minus perfectus. Quoniam cum Deus referat hos modos, quibus alloquebatur prophetas vt ex eorum collatione ostendat excellentiam Moysis in munere prophetandi supra reliquos, videntur illa verba esse accipienda, ac si Deus ita diceret: Alijs prophetis obijciam visiones, hoc est, imagines percipiendas sensibus externis, aut cum magis eos honorare voluero loquar ad eos per somnium, hoc est in abstractione ab operatione sensuum externorum, & media immutatione phantasiæ, sicut dormientibus contingunt in somnio: at non his tantum modis loquar ad seruum meum Moysen, sed alio excellentiori, scilicet ore ad os &c.

Aliqui etiam existimant posse hanc conclusionem probari ex illis verbis Ioelis. 2. *Et prophetabunt*

Num. 12.

29

Ioel. 2.

filij vestri & filia vestra, senes vestri somnia somniant, & iuuenes vestri visio nes videbunt. Quia cum per somnia & visiones illis verbis significantur diuersi modi prophetiæ, & somnia tribuantur senibus, hoc est maioribus & prouectioribus, & visiones iuuenibus, hoc est minoribus & minus prouectis, videtur etiam insinuare somnia esse gradum prophetiæ magis perfectum quam visiones. Ita illud testimonium exponit ibi Ribera. Verum circa eius doctrinam est aduertendum, ipsum quamuis supponat vt certum colligi ex illo testimonio hanc inæqualitatem inter gradus prophetiæ, obijcere argumentum & testimonium D. Thomæ, quæ in principio huius dubij sunt adducta pro sententia eorum, qui dicunt visionem esse perfectiorem gradum prophetiæ, quam somnium, & respondere hæc verba esse intelligenda de somnis, in quibus sine vlla visione imaginaria fit reuelatio immediate in intellectu prophetæ, & argumentum & testimonium D. Thomæ solum conuincere de somnijs quæ habent visiones imaginarias similes illis, quæ obijciuntur vigilantibus. In quo tamen neque rei veritatem neque sensum D. Thomæ est affecutus: quia ea ratione, qua probatur, priora somnia esse gradum prophetiæ perfectiorem, quam posteriora & quam visiones quæ obijciuntur vigilantibus potest etiam probari posteriora somnia esse gradum prophetiæ perfectiorem quam visiones: quia tota ratio propter quam id dicitur de prioribus somnijs est, quia superant posteriora & visiones quoad immaterialitatem: & hæc etiam habet locum suo modo in posterioribus somnijs respe-

30

Ribera:

31

ctu vi-

32

ctu visionum, quia etiam habent maiorem eleuationem à materia quam visiones, quæ fiunt cum immutatione sensuum externorum. Et præterea argumentum & testimonium D. Thomæ in multis casibus habet eandem vim respectu priorum somniorum, scilicet quoties datur illud genus somniorum cum abstractione à sensibus externis, quia etiam tunc cessant impedimenta vigiliæ, & ex consequenti est necessaria minor vis luminis prophetici ad eleuationem intellectus. Et ideo alio modo est exponendum illud testimonium D. Thomæ de quo dicemus statim, & proculdubio potest authoritas adduci pro hac conclusione in verbis quæ pro præcedenti retulimus in fine suæ probationis.

Ad fundamentum oppositæ sententiæ.

Respondetur. Primo sicut diximus art. præcedenti in solutione ad fundamentum tertie sententiæ solum conuinci requirere in vigilia maiorem vim luminis quoad intentionem, non tamen quoad perfectionem pertinentem per se ad rationem formalem cognitionis propheticæ in ratione cognitionis, aut etiam luminis prophetici, in ratione principij talis cognitionis. Quia maior intentio sufficit ad superandum difficultates, & hæc potest separari à perfectione in ratione cognitionis, vt constat exemplo scientiarum naturalium, in quibus contingit scientiam quæ est minus perfecta quoad propriam rationem scientiæ esse magis intentam.

Secundò, Respondetur cum

Ad. i. Ref.

Respon. 2.

D. Thoma 2. 2. q. 17. art. 1. in solutione ad quartum ad prophetiam requiri ex parte Dei inspirationem qua mens prophetæ eleuatur, vt attendat ad percipiendum diuina, & huic inspirationi respondere ex parte prophetæ attentionem, siue intentionem ad percipiendum id, quod vult Deus ei reuelare, & continuo succedere ex parte Dei reuelationem occultorum, & huic respondere ex parte prophetæ perceptionem ipsius reuelationis: & argumentum illud solum conuincere esse in vigilia & cum minor est abstractio ab operationibus sensuum externorum maiorem difficultatem ex parte prophetæ quantum ad intentionem, non tamen quantum ad perceptionem reuelationis: quia difficultas proueniens ex operationibus sensuum solum potest impedire attentionem mentis ad percipiendum reuelationem, sicut in naturalibus facere sermonem ad aliquem solum est impedimento ne percipiamus locutionem alterius, quatenus impedit attentionem requisitam ad percipiendum eam. Et ideo tam respectu diuinæ reuelationis quam respectu locutionis alterius hominis, si vel ope diuinæ vel alio modo superetur difficultas circa attentionem non remanet ex hac parte aliqua difficultas ad percipiendum ipsam reuelationem aut locutionem. Verum quia attentio non pertinet perfecte & intrinsece ad cognitionem propheticam, sed est quid præsuppositum ad eam, ideo quauis illo argumento concludatur requiri maiorem vim diuini auxilij ad habendum attentionem in vigilia quam in abstractione à sensibus, non sequitur requiri maiorem vim luminis.

34

35

G 4

Et eodem

36
Ad conf.
Respon.

Et eodem modo responderetur ad Cōfirmationem. Quia D. Thomas non vult probare visionem imaginariam, quæ fit in vigilia, esse perfectiorem illa, quæ fit in somno quantum ad rationē propriā prophetice cognitioni, sed solum quoad attentionem prærequisitam, quia signum est maioris attentionis percipere reuelationem in vigilia propter difficultatē insurgentē ex impedimentis, quæ superanda est, & superare eam est signum maioris & efficacioris auxilij diuini. Et cū D. Thomas dicit requiri ad hoc maiorem vim luminis prophetici, aut nomine luminis comprehendit totum auxilium, quo Deus eleuat mentem prophetæ, non solum ad cognitionem, sed etiam ad attentionem: aut si intelligit in rigore luminis, quod est principium cognitionis, attribuit etiam ei excitare & confortare ad attentionem, & quantum ad hunc effectum dicit requiri maiorem vim luminis.

37

Moses fuit excellentissimus omnium prophetarum.

Occasione huius dubij solet inquiri, an Moses fuerit excellentissimus inter omnes prophetas. Et fere omnes supponunt vt certam partem affirmatiuam facta comparatione cum prophetis, qui præcesserunt tempus noui testamenti, etiā cum Dauide: & solum est difficultas in quo excelluerit Moses.

Vazquez.

Ad quam respondet Gabriel Vazquez 1. part. disputatione 55. caput. 5. non excelluisse, quia prophetia sua fuerit intellectualis, & non imaginaria, quia etiam Davidis fuit pure intellectualis, vt docet

D. Thomas. 2. 2. q. 174. ar. 3. ad secundum, sed in alijs duobus. Primum est Deum sub forma quadam visibili apparuisse ei & loquutum fuisse ore ad os, sicut amicus solet loqui ad amicum. Et hoc existimat significari loco citato Numer. cū dicitur, ore ad os. Et Exodi. 33. Loquebatur autem Dñs ad Moysen sem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Et Deuter. 34. Non surrexit vltra propheta in Israël sicut Moyses, qui nosset Domini facie ad faciem. Secundum est reuelationem fuisse ei factam manifeste & sine ænigmatate. Et hoc etiam dicit significari in eodem loco Numerorū, cum subditur; palam & non in ænigmatate.

38

Exod. 33.

Deut. 34.

Sed mihi in hac sententia videtur primo argumentum, quo probatur excellentiam Moysi non fuisse positam in eo quod sua prophetia intellectualis sit; esset valde infirmum, quia potuit esse ita intellectualis vt perse & ex natura sua esset independens à phantasmatibus, non solum quantum ad receptionē, sed etiam quantum ad usum. Et de inde falsum videtur Deum apparuisse aut locutum fuisse Moysi sub figura visibili, aut id significari illis verbis scripturæ. Sed quoniam non possumus hæc amplius examinare, videte de hac re D. Thomam. 2. 2. q. 174. arti. 4. Abulen. lococitato. Masium super Caput primum Io sue. num. 1. prope finem. & super caput. 10. num. 12. post medium. & Martinez lib. 4 hypotyp. capit. 1. in annotatione.

39



5

CIRCA ILLA
VERBA PAULI
AD HEBRÆOS. 3. ET MOYSES

7

quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant: Christus vero tanquam filius in domo sua; quæ domus sumus nos, &c.

Est controversia, An ex eis colligatur, Christum in quantum est homo, esse vere & proprie filium Dei.

ARTICVLVS PRIMVS.
de sensu Tituli.

6

De fide est esse absolute dicendum Christū esse verū filium Dei naturalem.

Huius explicationem aduertendum est, primo, supponi in hoc titulo vt certum secundum fidem, Christum absolute & simpliciter esse dicendum verum Deum, & verum Dei filium naturalem. Non solum quia in Christo vere est natura diuina & persona filij Dei, vt contra aliquos ex hæreticis solet ostendi in principio materie de incarnatione: Et ita Christus, vt significatur hoc nomine, quod pertinere potest ad naturam diuinā, debet simpliciter & absolute dici Deus, & filius Dei naturalis, sed etiam quia cum in Christo sit tantum vna persona filij Dei subsistēs in duabus naturis, scilicet, diuina & humana, vt contra Nestorianos ostendit D. Thomas. 3. p. q. 2. art. 2. & 3. necesse est prædicata quæ attribuuntur naturæ Diuinæ, vt est in supposito Verbi Diuini dici vere & proprie de Christo, siue significetur nomini bus quæ indifferenter possunt per-

D. Th. Prædicata quæ attribuuntur naturæ diuinæ vt est in supposito verbi tributur Christo.

tinere ad naturā Diuinā & ad humanam in concreto, cuius modi sunt Christus, & Dominus: siue nominibus proprijs naturæ humanæ, vt homo. Et ideo absolute & simpliciter concedendum erit, hominem authenticum hominem, demonstrato Christo, esse Deum & filium Dei naturalem. Quia hæc dicuntur de supposito Diuino quod est Verbum Dei, & nomen, homo, aut hic homo, supposita incarnatione, in his propositionibus, supponit pro persona Verbi diuini. De quo videtur est D. Thomas. 3. p. q. 16. art. 4. vbi ex Concilio Ephesino docet contra Nestorianos, has propositiones esse concedendas propter communicationem idiomatū, quæ ex mysterio incarnationis secuta est, & in ea consistit vt prædicata vtriusque nature, scilicet, diuinæ & humanæ dicantur de vna & eadem persona filij Dei, siue, significetur nominibus ad diuinam, siue ad humanam naturam pertinentibus.

8

In Christo ly, hic homo supponit pro persona Verbi diuini.

9

Secundo aduerendum est, quāuis hoc supponatur ut certum, ad huc esse locum huic disputationi, quia titulus hic non est intelligendus de illo modo, quo in notabili præcedenti diximus, supponi ut certum prædicata vtriusque naturæ in concreto dici de Christo aut de hoc homine, scilicet per communicationem idiomatum, sed de alio distincto, quo formaliter ratione excellentiæ & quasi dispositionis communicatæ humanitati dicatur Christus in quantum subsistit in ea filius Dei ita ut quāuis non esset communicatio idiomatum sufficiat hæc excellentia communicata humanitati, ut Christus non simpliciter, sed cum hac limitatione, scilicet, in quantum homo, aut in quantum suppositum talis humanitatis habentis hanc dignitatem possit vere & proprie dici filius Dei. Quare duo sunt modi quibus Christo potest attribui esse filium Dei, vnus per communicationem idiomatum, & alter formaliter ratione eleuationis humanitatis ad vnionem hypostaticā cū persona Verbi diuini.

10

Aliud est dicere Christum esse filium Dei & hoc est de fide, aliud in quantum homo est filius Dei & de hoc est quæst. aliud.

Et esse hos duos modos distinctos inter se probatur primo, quia per communicationem idiomatum dicuntur prædicata vtriusque naturæ de Christo absolute & simpliciter, & sine vlla limitatione, dicimus enim absolute ipsum esse Deum, immortalem; filium Dei, & similiter esse hominem, mortalem & filium Virginis. At vero ratione eleuationis humanitatis, non dicitur Christus absolute filius Dei, sed controuertimus, an dicatur filius Dei cum hac li-

mitatione posita ex parte subiecti, scilicet, in quantum est homo.

11

Secundo probatur quia quāuis sit certum secundum fidem, ut diximus notabili præcedenti Christum per communicationem idiomatum esse filium Dei, nec de hoc possit esse apud Catholicos vlla dubitatio; tamen an ratione dignitatis communicatæ humanitati sit dicendus in quantum subsistit in ea, seu in quantum homo filius Dei, est valde controuersum apud Theologos. Sicut etiam omnes Catholicos concedunt Christum & hunc hominem esse Deum per communicationem idiomatum, & tamen multi eorum, inter quos est D. Thomas. 3. part. quæstio. 16. articulo. 11. dicunt non esse absolute concedendum ipsum in quantum hominem esse Deum.

12

Tertio probatur autoritate Diui Thom. qui quæstione citata art. 4. tradit hoc documentum. Quāuis respectu prædicatorum quæ attribuantur Christo per communicationem idiomatum, nulla fiat distinctio, neque in ipsis prædicatis quantum ad ea quæ sunt attribuentia, neque in subiecto quantum ad nomina, quibus est significandum, tamen in eo secundum quod hæc prædicata ei attribuantur necessario est facienda distinctio, ita ut non attribuantur Christo omnia hæc prædicata indifferenter secundum vtramque naturam diuinam & humanam, sed ea quæ sunt propria naturæ Diuinæ, dicantur de ipso secundum naturam diuinam, & ea quæ sunt propria naturæ humanæ, di-

Alia prædicata dicuntur de Christo secundum vnam naturam & alia secundum.

cantur

13

Augus.

cantur secundum humanam naturam. Idque probat diuus Thomas in corpore testimonio Augustini tomo. 3. libro. 1. de Trinitate capite. 11. & in solutionibus argumentorum ex inconuenientibus, quæ sequuntur, nisi utamur hac distinctione.

Et ex hoc documento colligitur, meo iudicio, aperte Diuum Thomam sensisse cum prædicata Diuinæ naturæ in concreto dicuntur de Christo cum particula reduplicatiua addita naturæ humanæ, ut si dicas, in quantum homo; aut secundum quod homo, non dici de ipso per communicationem idiomatum, quia ratione huius particule denotatur conuenire ipsi secundum naturam humanam, quod est falsum: & ideo siue possint de ipso dici cum hac particula, quærendum esse alium modum, secundum quem dicantur, distinctum ab eo, qui est per communicationem idiomatum; & hunc modum explicamus nos per, conuenire formaliter ratione excellentiæ & dignitatis communicatæ humanitati, & de eo intelligitur titulus huius controuersiz.

14

Tertio notandum est, filium Dei in hoc titulo non sumi in ea latitudine, qua tribuitur omnibus creaturis, prout à Deo accipiunt suum, esse & in eo conseruantur, qua ratione Deus appellatur in scriptura, *Pater pluuie*: sed magis strictè, ut solum dicitur de suppositis naturæ intellectualis; quatenus eis potest conuenire aliquis modus communicationis diuinæ naturæ, aut alicu-

15

ius dignitatis, vel habitudinis aut acceptationis ad bona Diuina, & ad diuinam hereditatem, sufficiens, ut constituantur in esse filiorum Dei. Et quoniam modus communicationis potest esse multiplex, scilicet, aut ipsius naturæ secundum se per æternam generationem, aut etiam ipsius naturæ per gratiam vnionis factæ immediate in persona filij Dei, aut participationis & confortij diuinæ naturæ per gratiam habitualement, aut alicuius relationis siue realis siue rationis, qua formaliter fiat hæc acceptatio; ideo in titulo inquiritur in communi, an Christo ut homini, conueniat esse filium Dei, & non sit determinatio ad aliquem ex his modis in particulari, ut, verbigratia, an sit filius per æternam generationem, aut per gratiam vnionis; vel per adoptionem, ut ita sit locus disputandi de his omnibus.

16

Vltimo aduertendum est ex Diuo Thom. 3. part. quæst. 24. articulo. 2. ad. 2. has particulas reduplicatiuas, in quantum, secundum quod, prout, & similes posse sumi duobus modis, scilicet, reduplicatiue & specificatiue. Primo modo sumuntur cum denotant rationem & causam, propter quam prædicatum conuenit subiecto, ut cum dicimus Sortem in quantum hominem esse risibilem: quia ex principio naturæ humanæ resultat risibilitas in suis indiuiduis. Secundo modo sumuntur, cum important conditionem, secundum quam subiectum suscipit prædicatum, ut cum dicimus, Petrum in quantum pilatum esse

Hæc particule in quantum secundum quod, prout, & similes sumuntur reduplicatiue & specificatiue, ex D. Thom.

se crist-

17

se crispum, quia Petrus non suscipit crispitudinem nisi in capillis. Et in hoc titulo certum est non sumi has particulas priori modo, quia esse hominem non est Christo neque causa, neque adæquata causa, ut sit filius Dei, alias omnis homo esset filius Dei si humanitas esset causa, & nihil aliud ab homine esset filius Dei, si esset adæquata causa.

Quare dubium tituli solum potest habere locum sumendo has particulas posteriori modo, ut sit sensus, an Christus in humanitate habeat communicatam dignitatem aliquam aut habitudine, ratione cuius, ut subsistit in ea sit filius Dei; ut si in exemplo proposito quæras, an Petrus in capillis habeat crispitudinem, ratione cuius sit & dicatur crispus. Quamvis inter hoc exemplum & rem de qua agimus, sit discrimen, quia capilli à crispitudine existente in eis dicuntur criski; & tamen humanitas licet haberet in se illam filiationem nõ posset ab ea denominari filia, ut postea dicemus.

Et ex his manet explicatus integer sensus tituli: est enim, an Christus in quantum homo siue in humanitate habeat dignitatem aliquam aut habitudinem, ratione cuius ipse ut est suppositum talis humanitatis, possit non quidem per communicationem idioma-tum, sed alio modo, scilicet formaliter ratione illius dignitatis aut habitudinis dici aliquo modo vere & proprie filius Dei.

Integer sensus tituli questionis.

18

ARTICVLVS. II.

1

Utrum Christus, ut homo possit vere & proprie dici filius Dei.



Voniam hic titulus est idem cum communi totius cõtrouersie, qui iam est explicatus articulo præcedenti, ideo ad eius explicationem non oportebit aliquid addere.

Pars negatiua probatur primo. Quia hæc propositio est falsa, Christus in quãtu homo est Deus. Ergo etiam hæc, Christus in quantum homo est filius Dei, Antecedens probatur autoritate & ratione D. Thomæ, qui 3. p. q. 16. art. 1. docet illam propositionem in rigore & secundum proprietatem sermonis esse falsam: & rationem reddit quia particula, in quantum, si proprie sumatur determinat naturam & non suppositum: cuius rationem supponit ex articulo præcedenti, scilicet, quia nomen quod repetitur cum additione particule reduplicatiue habet rationem prædicati: quia idem est dicere, Christus in quantum homo, & Christus in quantum est homo: & prædicata in propositionibus sumuntur formaliter, hoc est, secundum id, quod in ipsis est formale. Ergo sensus illius propositionis secundum proprietatem sermonis est, Christum secundum humanitatem esse Deum, quod est aperte falsum, quia secundum humanitatem est creatura, atque adeo non est Deus, alias prædicata contradictoria verificaretur de ipso secundum eadem rationem. Et

1. Argum.

2

confe-

3

consequentia probatur: quia esse filium Dei in Christo est ex prædicatis, quæ se tenent ex parte diuinæ naturæ, sicut esse creaturam aut filium virginis ex parte naturæ humanæ. Ergo si esse Deum non potest vere dici de Christo in quantum homo est secundum proprietatem sermonis, neque esse filium Dei, poterit dici.

1. Argum.

Secundo Christus in quantum homo non est persona. Ergo neque filius Dei. Consequentia patet: quia filiatio nullo modo conuenit naturæ, hoc est, nec quantum ad informationem, nec quantum ad denominationem, ut probat D. Thomas. 3. part. quæst. 35. artic. 5. atque adeo secundum eam rationem, secundum quam non conuenit alicui esse personam, non potest ei conuenire esse filium Dei. Et antecedens probatur: quia non est persona creata, alias esset in Christo persona creata & increata atque adeo essen, due personæ: neque etiã est persona increata. Alias si in quantum homo est persona increata etiam in quantum homo erit Deus, quia de ratione personæ increatæ est esse Deum, quod tamen in primo argumento est ostensum, esse falsum.

D. Thom.

4

3. Argum.

Tertio, Christo secundum quod est homo, non conuenit filiatio æterna nec temporalis respectu Dei. Ergo nullo modo conuenit esse filium Dei. Consequentia patet; quia esse filium Dei est veluti effectus, aut denominatio formalis alicuius filiationis & nulla potest reperiri filiatio, quæ non sit æterna aut temporalis. Et antece-

5

dens quoad filiationem æternam probatur: quia hæc filiatio conuenit Christo secundum naturam Diuinam; atque adeo non conuenit etiam ipsi secundum naturam humanam, siue in quantum est homo. Et quoad filiationem temporalem etiam probatur: quia filiatio temporalis debet esse relatio sicut omnis filiatio est relatio, & in Christo relatio non potest esse realis, quia in ipso non datur subiectum eius capax, cum humanitas non sit capax relationis, quæ sit filiatio, neque suppositum, quod cum sit ipsa persona Verbi Dei non potest recipere aliquam relationem realem aduenientem ex tempore. Neque etiam potest esse relatio relationis, quia in altero extremo, scilicet, in Deo non datur aliqua relatio realis, per ordinem ad quam hæc intelligatur & concipiatur, quia Deus non refertur ad creaturas relatione reali, & tamen relatio rationis in vno extremo non potest concipi aut fingi, nisi per ordinem ad relationem realem, quæ sit in altero extremo. Ergo nullo modo est in Christo filiatio temporalis ad Deum.

6

Conf.

Confirmatur. Quia vel huiusmodi relatio filiationis in Christo est ad patrem sumptum personaliter pro prima persona Trinitatis, vel ad patrem sumptum essentialiter pro Deo, ut dicitur pater noster. Primum dici non potest. Tum quia pater, si sumatur personaliter, non est principium filij, nisi per æternam generationem, & Christus in quantum homo, non procedit à Deo per æternam generationem. Tum etiam quia Christus in quantum homo est creatura. Ergo ut sic est à tota Trinitate,

& non

7

& non tantum ab vna persona, quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, & ex consequenti non importat hanc relationem tantum ad personam patris. Neque etiam potest dici secundum; quia sequitur esse filium totius Trinitatis, atque adeo Spiritus Sancti, imò & sui ipsius, quod est absurdum.

Vltimò, Christus in quantum homo non est filius Dei naturalis, neque adoptiuus; ergo nullo modo est filius Dei. Consequentia patet; quia tantum dantur hi duo modi filiationis Diuinæ loquedo de ea stricte & in rigore. Et antecedens, quo ad posteriorem partem de filiatione adoptiua patet: quia Christus etiam in quantum homo non est persona extranea à Deo, quod tamen requiritur in adoptato respectu adoptantis. Et de hoc videri possunt plura apud Diuum Thomam 3. pa. quæ. 23. artic. 4. Et quoad priorem partem de filiatione naturali probatur; quia Christus in quantum homo non procedit à Deo per generationem æternam & naturalem, sed per creationem voluntariam. Ergo non est filius Dei naturalis, quia Christus solum dicitur filius naturalis Dei quatenus procedit ab ipso per æternam generationem.

Prima conclusio.

Christus in quantum homo potest dici vere filius Dei.

Christus in quantum homo potest vere & proprie dici filius Dei. Et est intelligenda in primis quantum ad particulam, in quantum, in sensu explicato in præcedenti articulo, scilicet, sumē-

9

do eam specificatiue, ita ut denotet conditionem, secundum quam aut in qua Christus habet filiationem Dei, à qua formaliter dicitur filius Dei; & sensus sit Christum in humanitate habere filiationem, ratione cuius potest, ut est suppositum eiusdem humanitatis dici, vere & proprie filius Dei. Et deinde quantum ad filiationem, à qua Christus ut sic, dicitur filius, debet intelligi de ea in communi non determinando in particulari, quæ aut qualis sit huiusmodi filiatio, nec quomodo conueniat humanitati, quia de his est agendum articulis sequentibus.

Et in hoc sensu hæc conclusio admittitur ferè ab omnibus scholasticis. Nam quamuis expressè tantum eam concedant ex antiquis magister, in 3. distinc. 10. §. sed adhuc, & ibidem Ricard. art. 2. quæst. 1. in solutione. 2. Bonauentura eadem distinc. artic. 2. quæst. 1. & Alexander. 3. part. quæst. 6. membro. 2. art. 2. Et ex recentioribus Franciscus Suarez tom. 1. in 3. part. disputat. 49. sect. 1. Ioannes Vincenius relectione de gratia Christi in questione, an gratia habitualis dei Christo esse filium Dei adoptiuum con. 1. & Gabriel Vazquez in disputatione de adoptione Christi contra Elipandum, qua fertur cum suis libris de adoratione. capit. 14. & alijs locis; tamen reliqui omnes tacite eam admittunt: quia cum disputant, an Christus in quantum homo sit dicendus filius Dei adoptiuus proponunt hoc argumentum pro parte affirmatiua, Christus in quantum homo est dicendus filius Dei, & non naturalis; ergo adoptiuus. Et omnes admittunt priorē partē antecedē-

tis, quia

10
Magister Ricardus. Bonauen. Alexander Suarez. Vincenius Vazquez.

11

tis, quia vel dicunt argumentum conuincere: vel si defendunt sententiam oppositam, non negant illam partem antecedentis, sed ea admittunt conantur alia via dissoluerè argumentum.

D. Thom.

Et eode sensu admittitur à Diuo Thoma. Nam 3. p. q. 23. ar. 4. ad secundum concedit Christum esse filium Dei per gratiam vnionis: & cum hoc non possit intelligi de Christo in quantum est Deus; quia in quantum Deus ante gratiam vnionis & per æternam & naturalem generationem habebat esse filium Dei, sequitur esse intelligendum de ipso in quantum est homo. Et quæstione. 24. sequenti. art. 2. in solutione ad primum respondens huic argumento, Christus in quantum homo non est filius Dei, ergo neque est prædestinatus esse filius Dei quia illud, est vnus quisque, secundum aliquod tempus quod prædestinatus est esse, negat virtualiter antecedens si determinatio importata per particulam, in quantum, referatur ad humanitatem, tamquam ad conditionem, secundum quam conuenit Christo ut eius supposito esse filium Dei per gratiam vnionis factam ipsi humanitati: quia sumendo eodem modo determinationem eiusdem particulæ in consequenti, negat consequentiam.

12

Rom. 1.

August.

Et probatur hæc conclusio, primo nonnullis testimonijs scripturæ, ex quibus primum sit illud ad Romanos 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: qui prædestinatus est filius Dei in virtute, & car. Vbi scholastici omnes cum Augustino. tomo. 7. libro de prædestin. Sanct. c. 15. dicunt significari Christum in quantum dicitur factus secundum carnem, hoc

13

est, in quantum hominem esse prædestinatum, ut in tempore sit filius Dei.


Et supposita hac expositione, iuxta quam maiori cum proprietate & rigore intelliguntur verba contextus, ut habentur in vulgata editione, aperte colligitur nostra conclusio ex illo testimonio, si utamur argumento, quod nunc referebamus ex D. Thoma. Quia si Christus in quantum homo est prædestinatus esse filius Dei, ergo etiam in quantum homo est in tempore filius Dei. Patet consequentia, quia illud est vnusquisque; secundum aliquod tempus quod prædestinatus est esse. Et hoc argumentum conuincit apud omnes authores, qui prædictam expositionem sequuntur; si de terminatio importata per particulam, in quantum, referatur ad idem, scilicet, ad humanitatem in antecedenti & consequenti, & non ad suppositum quod non est capax prædestinationis, nec gratiæ, quæ fit per eam, ut cum D. Thoma diximus paulò superius. Verum non desunt Theologi, qui quoniam antecedens intelligitur de filiatione personali verbi Dei ne cogantur concedere consequens de eadem filiatione, conantur subterfugere vim huius argumenti: sed immerito, ut dicemus articulo sequenti.

14

Heb. 11

Secundum testimonium est illud ad Hebræos 11. Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Vbi Paulus loquitur de Christo, ut homo est. Tum quia comparat ipsum cum prophetis quoad munus annunciandi hominibus Diuina consilia, quod non conuenit ipsi, nisi ut homo est. Tum etiam quia con-

tinuo



15

tinuo subiecit *Quæ constituit hære- dem vniuersorum.* Quæ verbalicet in scholijs Græcorum referantur ad æternam generationem. per quam filius omnia quæ habet accepit à patre, tamen melius à Sanctis tã Græcis quam Latinis intelliguntur de Christo vt homo est, quia vt Deus, dicitur omnium effector & natura Dominus, cum hæres efficiatur dominus eorum, quorum aliquando potuit non habere dominiũ, & ibi Paulus Christum ita sumptum appellat filium.

Hebræ. 3.

Tertium testimonium est illud, de quo agimus ad Hebræos. 3. *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tamquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant; Christus vero tamquam filius in domo sua.* Et cæt. Vbi etiam Paulum loqui de Christo, vt homo est colligitur ex multis, quæ ei attribuit, & non conueniebant ipsi, nisi secundum humanitatem. Nam in primis comparat ipsum Moyse, & deinde appellat Apostolum & Põtificem, & demum dicit fuisse fidelem in omni domo sua, hoc est habuisse se in suo vt fidelem procuratorem dispensatorem & administratorem, vt exponit Chrysostomus & cum eo omnes Græci: & tamen de ipso sic considerato dicit fuisse fidelem vt filiũ, atq; adeo in hoc valde superasse Moysen, qui solum fuit fidelis vt seruus. Quare aperte significat Christum ea ratione, quæ illa omnia poterant de ipso dici, hoc est in quantum hominem esse filium Dei.

Ioan. 10.

Quartũ testimonium est illud Ioannis. 10. *Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & nõ potest solui scriptura: quæ pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dici-*

tis, Quia blasphemias: quia dixi, filius Dei sum. Vbi Christus manifeste loquitur de se ipso in quantum est homo, alias minus apte respondisset Iudæis & repulisset eorum calumniam, qui illud ipsi obiecerant vt blasphemum: & quia, *Tu homo cum sis, facis te ipsum Deũ.* Et probat se etiam secundum istã rationem, scilicet, vt homo est posse appellari filium Dei, atque ad id vtitur hoc argumento: si non est blasphemia filios Dei appellari homines, ea ratione quia ad eos, *Sermo Dei factus est,* hoc est eis data est lex Dei & doctrina, siquidem ita eos appellat scriptura, quæ mendax esse non potest; multo minus erit blasphemia, appellare filium Dei eũ, *Quæ pater sanctificauit & misit in mundũ.* Et quamuis per, *Sanctificationem.* Augustinus tractatu. 48. in Ioannem intelligat generationem æternã, per quam pater filio communicauit suam essentiam & sanctitatem, vt sit sensus, nõ esse blasphemum appellare Deum illum, cui per originem est communis essentia & sanctitas patris: tamen mihi viderur magis consentaneum litteræ per hanc sanctificationem intelligi communicationem Diuine naturæ in persona filij factã humanitati per gratiam vnionis, vt sit sensus, non esse blasphemum appellare filium Dei illum, cui etiam in quantum homo est & secundum humanitatem communicata est natura & sanctitas Dei in persona Verbi. Quia vt dixi, Christus vt responderet Iudæis calumniantibus, quod se cum esset homo appellaret Deum, voluit ostendere qua ratione etiam secundum humanitatem haberet tantam dignitatem vt merito pos-

17

August.

18

set ap-

19

Athan.

Hylari

Roman. 1.

Alexandri.

20

Conc. Frac.

set appellari filius Dei. Et ita hoc testimonium exponunt Athanasius, libro de Incarnatione Christi, in principio. Hylarius, libro septimo de Trinitate. Vbi etiam dicit, quid in eo intelligendum sit per sanctificationem explicari à Paulo ad Romanos primo, cum ait: *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui predestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis.* Et Cyrillus Alexandrin. lib. 7. in Ioan. c. 12. Vbi quãuis referat præcedentem expositionem, & addat aliam ab hac, & ab illa distinctam, etiam proponit hanc secundo loco, & refert pro ea hoc testimonium Pauli, & illud Lucæ primo *Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.*

Secundò potest probari hæc conclusio testimonio Concilij Francoford. in quo sæpeditur Christo secundum humanitatem conuenire esse filium Dei, quod est dicere Christum in quantum hominem esse filium Dei, sumendo particulam, in quantum, specificatiue, vt supra est explicatum. Nam in primis in Epistola Adriani Papæ ad Episcopos Galliæ, & Hispaniarum de errore Elipadi, ad probandum testimonia scripturæ, in quibus Christus appellatur filius Dei non esse tantum modo referenda ad diuinitatem, adducitur illud ad Roma. 8. *Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Et continuo, ita dicitur: *Scimus enim, quod non est traditus secundum diuinitatem, sed secundum id, quod homo verus erat, illum nimirum, qui traditus est, id est, ho-*

21

Matth. 3.

Matth. 17.

22

Lucæ. 11.

minem ipsum Apollolus proprium Dei filium protestatur.

Et postea adducitur illud Matthæi 3. de Baptismo Christi. *Et ecce aperti sunt cæli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælis, dicens: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Quæ vltima verba repetuntur Matthæi 17. dicta in transfiguratione, vbi pro complacui, dicitur, *bene complacui.* Et ex circumstantijs ipsius contextus colligitur esse referendum ad Christum, secundum humanitatem. & non secundum diuinitatem. Primò quia dicit Spiritum sanctum descendisse super Christum, quod non potest intelligi de ipso, vt Deus est: quia vt sic nunquam Spiritus sanctus ab eo recedit, cum semper à Filio & Patre ineffabiliter procedat. Et secundo: quia dicitur: *in quo mihi bene complacui,* quod etiam non potest referri ad Christi diuinitatem, quia verbum *complacui,* de notat conuenientiam, & quasi associationem distinctarum personarum ad complacendum, & tamen Christus, secundum diuinitatem non est à tota Trinitate, sed solũ à persona patris, & idèò respectu ipsius debuisset dici, *placui & non cõplacui.* Et finita hac argumentatione, ita concluditur: *Animaduertite: quia nihil vobis restat, vt secundũ Diuinitatem tantũ modo credatis dixisse Patrẽ, Hic est filius meus, sed potius, secundũ humanitatem.* Et deinde in libello eiusdem Concilij, qui appellatur sacrosyllabus adducitur illud Lucæ 1. *Paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus,*

H & vo-

23

Et vocabitur Altissimi filius. Et item illud: Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. & continuo ita subditur: Non de sola excellentia maiestatis eius tunc loquebatur Angelus, sed potius de incarnata diuinitate. Et ad hoc probandum desumitur argumentum ex nomine, sanctum & ex pronomine, quod, quia vtrumque est generis neutri: & ideo debet intelligi de corpore, quod sumitur pro toto homine, more sacri eloquij sumentis partem pro toto. Et ex eo, quod post pauca dixit idem Angelus: Dabit ei Dominus sedem David patris eius. Circa quæ verba, ita ibidem dicitur: Secundum carnem videlicet David filius dictus est, non secundum diuinitatem. Habes ergo quomodo, de quo supradixerat, quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei, de eo subiecit, dabit ei Dominus sedem David patris eius. Vbi satis aperte significatur Christum sicut in his posterioribus, secundum humanitatem, appellatur filius David; ita in prioribus, etiam secundum humanitatem appellari filium Dei.

24

Et demum in Epistola eiusdem synodi ad præfules Hispaniarum adducitur illud, ad Romanos nono. Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sacula. Et subditur continuo: Et si verus Deus, etiam & verus filius; & si verus filius, nequaquam adoptiuus. Quæ verba intelligenda sunt de Christo secundum carnem, siue secundum humanitatem. Tum quia de eo secundum hanc rationem intelligun-

Roman. 9.

tur verba Pauli. Tum etiam quia Concilium vult probare Christum in quantum hominem non esse filium Dei adoptiuum, ad quod non esset satis probare ipsum absolute, aut in quantum Deum esse filium Dei naturalem.

Et postea adducitur illud ad Titum secundo. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis. Et continuo sic habetur: Magnus Deus Iesus Christus Saluator dicitur, non primogenitus omnis creaturæ, non Verbum Dei, & sapientia, quæ sunt appellationes diuinae generationis, sed Iesus Christus, quæ vocabula assumpti hominis sunt. Et paucis interpositis: Hæc testimonia ideo posuimus, ut cognoscatis Deum, & dominum nostrum Iesum Christum, in vtraque natura esse & unigenitum, & primogenitum, non adoptiuum, sed magnum Deum.

25

Titum. 2.

Tertio probatur hæc conclusio testimonijs sanctorum, quia omnes, quos adduximus pro explicatione primi testimonij scripturæ adducti in prima probatione huius conclusionis videntur eam asserere. Et potest eis addi Cyrillus Alexandrinus, qui alijs locis aperte eam concedit. Nam libro vndecimo, in Ioannis capitulo 25. Vbi exponens illud: Et ego pro eis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate, sic ait: Quoniam caro Christi non natura sancta, sanctificata in Christo est à Verbo Dei, quod habitat in ea, quod que templum suum per spiritum suum sanctificauit, & ad sanctificationem suam naturam traduxit. Et libro

26

Alexandri.

Ioan. 25.

duo-

27

duodecimo Thesauri, capitulo nono. Vbi ex testimonijs Epistolæ ad Hebræos superius adductis, & alijs, probat Christum, etiam secundum humanitatem, aut in ea appellari filium Dei. Et idem repetit libro de recta in Christum fide ad Reginas. Et libro de recta fide ad Theodosiū post mediū paragrapho, prædicatur autē. Vbi hæc verba apponit valde notanda. Sicut esse unigenitum in Christo factum est proprium humanitatis, per hoc quod unita est Verbo, iuxta dispensationem unio-nem: ita esse fratrem in multis & esse primogenitum proprium est Verbo, eo quod unitum est carni.

28

Ab omnibus formis, quæ sunt in humanitate Christi, suscipit proprias denominationes

Vltimò probatur ratione Theologica. Quia Christus in humanitate habet filiationem aliquam Dei: ergo ut subsistens in hac humanitate potest ab huiusmodi filiatione dici filius Dei. Consequentia patet: quia à reliquis formis, quæ sunt in sua humanitate suscipit in quantum est eius suppositum proprias denominationes. Et antecedens probabimus articulo sequenti, vbi explicabimus, quænam sit huiusmodi filiatio.

Ratio per se infiniti valoris Christi est dignitas personæ conditio vero humanitas.

Confirmatur: Quia iuxta magis receptam sententiam eorum, qui asserunt Christi opera habuisse infinitum valorem ad satisfaciendum de toto rigore iustitiæ, dicendum est rationem per se huius valoris fuisse infinitam dignitatem personæ operantis, & conditionem requisitam fuisse humanitatem: quia persona non communicabat hunc valorem operationibus, quatenus subsistebat in natura diuina, sed quatenus sub-

sistebat in natura humana. Ergo concedendum est Christum in humanitate habere hanc dignitatem, quæ est proprietas filiationis personalis, atque adeo ut subsistentem in ipsa humanitate posse à filiatione, ita ei unita dici filium.

29

AD ARGUMENTA RESPONDETUR.

Ad primum respondetur, distinguendo antecedens. Si enim particula, in quantum, sumatur reduplicatiue, verum est, propositionem illam esse falsam: quia facit hunc sensum. Christus ratione humanitatis est Deus, quod est omnino falsum. Si tamen sumatur eadem particula specificatiue, falsum est propositionem illam esse falsam, quia facit hunc sensum, Christus in humanitate habet unitam personalitatem Verbi, & diuinam naturam, ratione cuius, ut subsistit in eadem humanitate, dicitur, Deus: quod est adeo certum, ut à nullo admittente mysterium incarnationis possit negari. Et eodem modo est distinguendum consequens: quia si particula, in quantum, sumatur reduplicatiue, falsa est illa propositio, propter rationem nunc assignatam, & ideo concedenda est consequentia. Si tamen sumatur specificatiue vera est illa propositio propter eandem rationem, & ideo consequentia est neganda. Et ad probationem antecedentis quatenus deseruire potest ad probandum ipsum absolute, respondetur Diuum Thomam, loqui de

Ad primū. Christus in quantum homo est Deus est falsa reduplicatiue specificatiue vero vera.

30

31

illa propositione sumendo particulam, in quantum, reduplicatiue.

D. Thom.

Et ad rationem, quam ibidem reddit Diuus Thomas, propter quam illa propositio sit neganda, responderetur, admittendo antecedens, scilicet, particulam, in quantum, in his propositionibus si propriè sumatur determinare naturam, & non suppositum, & distinguendo consequens: si enim particula, secundum, sumatur reduplicatiue, neganda est consequentia, qua ex eo, quod particula in quantum, determinet naturam colligitur sensum illius propositionis esse Christum, secundum humanitatem esse Deum: si verò sumatur specificatiue, concedenda est consequentia. Et in hoc sensu negandum est esse in rigore falsam hanc propositionem, Christus secundum humanitatem est Deus: quia non est eius sensus, esse ratione humanitatis Deum, sed habere vnitam humanitati personalitatem verbi, & in ea naturam diuinam, ratione cuius est Deus, quamuis ne videatur admitti in priori sensu non sit absolute concedenda sed explicanda iuxta hanc distinctionem.

32

Christus secundum humanitatem est creatura est vera reduplicatiue.

Et contra hoc non habet vim obiectio ibidem facta, scilicet Christum, secundum humanitatem esse creaturam, atque adeò si etiam secundum humanitatem sit Deus, concedi duo contradictoria de eodem, secundum eandem rationem. Quia Christus dicitur secundum humanitatem creatura sumendo particulam secundum redu-

plicatiue: & dicitur Deus, sumendo eandem particulam specificatiue, quod non est concedere hæc duo de Christo, secundum eandem rationem, sed secundum diuersas: quia primum conceditur ratione humanæ naturæ: & secundum ratione diuinæ. Et est simile, si Petrus haberet capillos natura sua nigros & inducto colore flauos. Quia in hoc casu Petrus diceretur secundum capillos niger sumendo particulam, secundum, reduplicatiue, & etiam flauus sumendo eandem particulam specificatiue, quia in capillis haberet flauum colorem. Et hoc modo est exponendus Diuus Thomas, tertia parte, quæstione 16. articulo quarto, cum inquit prædicata propria naturæ diuinæ non esse tribuenda Christo, secundum humanitatem, quia loquitur sumendo particulam, secundum reduplicatiue.

33

D. Thom.

34

Et vt hæc solutio melius intelligatur, Aduertendum est, circa rationem, quam ex Diuo Thoma retulimus ad probandum antecedens, dupliciter posse particulam, in quantum, in illis propositionibus determinare naturam, scilicet, aut tanquam rationem, propter quam prædicatum conueniat subiecto, quod est sumi ipsam particulam reduplicatiue, aut tanquam conditionem, secundum quam, aut in qua prædicatum conuenit subiecto, quod est illam particulam sumi specificatiue. Et doctrina Diui Thomæ, vt vniuersaliter sit vera, est intelligenda de altero ex ijs duobus modis determinandi naturam, &

Specificatiue & reduplicatiue, quid significant.

non

37

non determinate de priori, quia ratio quæ ad eam probandam vtitur, scilicet, nomina repetita cum additione particulæ reduplicatiue habere rationem prædicati, a tque adeò sumi pro eo, quod in ipso est formale, saltem quo ad modum significandi, solum conuincit huiusmodi particulam determinare aliquo modo naturam: quia quomodocunque determinet eam satisfest, vt nomen, cui additur habeat rationem prædicati, & sumatur pro formali.

Obiectio.

Et si quæras, cur Diuus Thomas, neque articulo quarto, nunc citato, neque articulo vndecimo, eiusdem quæstionis distinxerit hos duos modos sumendi particulas reduplicatiuas, scilicet, specificatiue, & reduplicatiue, quantum attinet ad veritatem propositionum, de quibus agimus, sed absolute dixerit in priori prædicata propriè diuinæ naturæ non esse attribuenda Christo, secundum humanitatem: & in posteriori esse in rigore & secundum proprietatem sermonis falsam hanc propositionem, Christus in quantum homo est Deus.

38

Resp.

Respondetur, rationem, propter quam Diuus Thomas, ibi omisit hanc distinctionem esse, quia agebat de modo, quo hæc prædicata conueniunt Christo, per communicationem idiomatum, ad quam necessarium est sumi has particulas reduplicatiue, prout denotant nomina, quibus adiunguntur sumi formaliter, pro ratione formali conuenientie talium prædicatorum. Non verò loquimur

de alio modo, quo aliqua prædicata tribuuntur Christo, scilicet, per gratiam vnionis: Et ita Caietanus, quamuis articulo vndecimo, supra citato absolute, & sine distinctione concesserit esse in rigore falsam hanc propositionem, Christus in quantum homo est Deus, in quo videtur insinuare esse faciendum idem iudicium de hac. Christus in quantum homo est filius Dei naturalis, si intelligatur de filio per filiationem æternam; tamen postea quæstione 24 articulo secundo, circa solutionem ad primum dicit posteriorem esse veram, si exprimitur, vel subintelligatur hæc limitatio, per gratiam vnionis. Et ibi sumit particulam in quantum, specificatiue, quia circa solutionem secundi dicit esse hoc modo sumendam in altera propositione, ex qua illam infert, scilicet, Christus in quantum homo, est prædestinatus esse filius Dei naturalis.

39

Caiet.

49

In hac autem solutione supponimus Christum, vt hominem dici Filium à filiatione æterna: quia qui dicunt appellari filium à filiatione temporali facilius respondent, quamuis sit falsa illa propositio, Christus in quantum homo est Deus, non ideo sequi esse falsam hanc, Christus in quantum homo est filius Dei, quia vt sit filius per filiationem temporalem non est necesse esse Deum in quantum hominem.

Ad secundum responderetur distinguendo antecedens, si enim sit eius sensus Christum ab hu-

Ad 2. prin. respon.

39

*Christus ab
humanitate
habet esse
personam spe-
cificatiue est
verum redupli-
cative, falsa*

manitate non habere esse personam, quod est sumere particulam, in quantum, reduplicatiue, verum est, & concedendum: quia humanitas non est radix & veluti causa, vt Christus sit persona, cum hoc conueniat ei ratione diuinæ naturæ, cuius est propria illa personalitas, per quam subsistit. Si tamen sensus eius sit, Christum in humana natura esse personam, quod est sumere particulam, in quantum specificatiue, falsum est & negandum: quia Christus verè est suppositum humanitatis & subsistit in ea, quamuis per personalitatem diuinam. Et ideò neganda est consequentia: quia quamuis filiatio non conueniat naturæ, sed personæ, non est necesse personam, cui in quantum subsistit in aliqua natura conuenit esse Filium, habere ex eadem natura, tanquam ex radice & veluti causa esse personam, siue hoc conueniat ei, secundum hanc rationem reduplicatiue, siue specificatiue.

40

*An Christus
in quantum
homo sit
persona crea-
ta.*

Et ad id, quod ex probatione antecedentis potest obijci contra hoc, scilicet, Christum in quantum hominem non esse personam creatam, neque increatam, atque adeò nullo modo esse personam, Respondetur si particula, in quantum, sumatur specificatiue esse personam naturæ creatæ, & secundum se esse increatam. Et ad objectionem contra hoc factam, scilicet, sequi ex hoc esse concedendum Christum in quantum hominem esse Deum, patet solutio ex solutione præcedentis argumenti: & de hoc dicendum

est suo loco apud D. Thomam.

Ad tertium respondetur varias sententias esse circa filiationem, à qua Christus in quantum homo dicitur filius Dei, quia quidam dicunt esse filiationem æternam. Et ad id, quod contra hoc obijcitur, respondent hanc filiationem conuenire Christo, vt Deus est per æternam generationem: & vt homo est per gratiam vnionis factam humanitati. Alij verbò dicunt esse quantum filiationem temporalem, quæ consistit in quadam relatione rationis, quæ consequitur ad gratiam vnionis, tanquam ad proprium fundamentum. Et ad objectionem contra hoc factam, negant non posse concipi, aut fingi relationem rationis in vno extremo, nisi per ordinem ad relationem realem, quæ sit in altero extremo: quia licet relatio realis non possit concipi, nisi per ordinem ad relationem realem, sicut ens rationis non intelligitur, nisi per ordinem ad ens reale, non est necesse eam relationem realem, in ordine ad quam intelligitur relatio rationis in vno extremo, esse in altero extremo correlato. Vt patet in relatione identitatis numericæ; & in relationibus prædicamentorum & prædicabilium & similibus. Quæ omnia latius explicabimus articulo sequenti, vbi agemus de forma, à qua in Christo, vt homine suscipitur hæc denominatio filij Dei.

Ad confirmationem. Qui in solutione huius argumenti, dicunt Christum, vt hominem dici filium à filiatione æterna. Respondent, relationem filiationis

41

Ad 3. prin.

*A qua filia-
tione dica-
tur Christus
filius.*

42

in

43

in Christo esse ad Patrem sumptum personaliter. Et ad objectionem contra hoc factam dicunt Christum, quamuis vt homo non procedat à patre per æternam generationem, posse denominari Filium à filiatione, quæ est ad Patrem sumptum personaliter, vt communicata humanitati per gratiam vnionis. Et similiter dicunt, ipsum quamuis vt homo sit creatura, & ex consequenti, vt sic importet relationem ad totam Trinitatem, posse denominari filium à relatione, quæ est ad Patrem sumptum personaliter.

Qui verbò dicunt denominari Filium à filiatione temporali, Respondent, relationem filiationis in Christo esse ad Patrem sumptum essentialiter. Et ad id quod contra hoc obijcitur, dicunt, de re nullam esse difficultatem. Quia cum hæc filiatio sit temporalis necessario debet esse ad totam Trinitatem, & ex consequenti ad Spiritum sanctum, & ad Filium quatenus subsistit in natura diuina. Et explicant non esse in hoc inconueniens, exemplis, quæ ab omnibus conceduntur. Quia Christus, vt homo dicitur creatura, respectu totius Trinitatis, atque adeò respectu Spiritus sancti, & respectu Filij, vt subsistit in natura diuina: & similiter Christus, vt homo satisfacit toti Trinitati, atque proinde Spiritui sancto, & sibi ipsi, vt subsistit in natura diuina. Et quantum ad modum loquendi dicunt, non esse vsurpandas absolute has locutiones, ne videamur admittere aliqua

44

inconuenientia, quæ ex eis deducuntur, sed addendum esse aliquid, quo res ipsa sufficienter explicetur. Quæ omnia articulo sequenti sunt magis examinanda.

Ad vltimum respondetur Christum etiam, vt hominem non esse dicendum filium adoptiuum, sed naturalem, aut ex parte filiationis, si dicatur Filius, per filiationem æternam communicatam humanitati per gratiam vnionis, & non per generationem æternam, aut saltem ex parte modi, quo ei conuenit esse Filium, si dicatur filius per filiationem temporalem. Quia primus, in quo hæc filiatio consistit non datur ipsi, vt personæ extraneæ, sed modo quodam connaturalitatis propter vnionem humanitatis cum persona Verbi. De quo etiam postea est agendum.

ARTICVLVS III.

Quæ sit forma, ratione cuius Christus, vt homo dicatur filius Dei.



DIXIMVS articulo primo disputationem hanc esse intelligendam de certo quodam modo, quo Christo, vt homo est, conueniat esse filium Dei, distincto ab eo, qui dicitur per communicationem idiomatum, & est conuenire formaliter ratione alicuius dignitatis, aut excellentiæ: & quasi forma communicatæ humanitati, & articulo

45

46

1

secundo ostendimus convenire hoc modo Christo, ut homo est esse filium Dei. Nunc consequenter explicandum est, quid in humanitate, habet rationem huius dignitatis: & quasi formam, à qua Christus, ut homo dicitur filius Dei.

In filio dantur duae forma.

Et ut rectius intelligatur in quo sit posita huius rei difficultas, Advertendum est, duas posse distinguere in aliquo filio formas à quibus dicatur filius, & ex eis unam esse relativam formaliter, quae appellatur relatio filiationis; & alteram non esse formaliter relativam, aut saltem non postulare ex propria ratione, ut sit relatiua, sed consistere in eo, quod per modum formae praesupponitur ex parte filij ad fundandum relationem filiationis, siue secundum se sit relatio, siue aliquid absolutum: & ideo priorem formam appellari filiationem formalem, & posteriorem filiationem fundamentalem, quia est fundamentum prioris. Et in hac posteriori comprehendimus ipsum fieri, aut productionem passivam huius formae, quae dicitur filiationis fundamentalis: tum quia est via ad ipsam: tum etiam, quia saltem tanquam conditio appellatur fundamentum filiationis relativae.

2

Quae omnia possunt explicari exemplo unionis, in qua etiam distinguuntur duae uniones, quarum una dicitur unio formalis, quae est ipsa relatio unionis: & altera appellatur unio fundamentalis, quae est coniunctio extremorum in facto esse, & est fundamentum relationis unionis; & in hac includitur unio sumpta pro ipso fieri, aut productione

3

passiva ipsius unionis fundamentalis, quae dicitur unio passiva, & quia ita sumpta est via ad eam & quia est conditio ad fundandum unionem sumptam pro relatione.

Et applicando haec ad praesentem quaestionem: qua inquiritur quid habeat rationem formae à qua Christus, ut homo dicatur filius Dei. Certum est non esse difficultatem de priori forma, saltem quantum ad quid est. Quoniam haec si reperitur in Christo necessario debet esse relatio aliqua, vel realis, vel rationis ad eum, respectu cuius dicitur filius. Dico autem non esse difficultatem de hac forma, saltem quantum ad quid est, quia quantum ad an est non est ita facile explicare, an in Christo debeat collocari. Et iuxta diversitatem sententiarum circa posteriorem formam, varie possumus de hoc sentire, ut postea explicabimus.

4

Quare praecipua difficultas huius articuli est de posteriori forma, scilicet, quid in humanitate Christi sit quasi forma, à qua Christus, ut homo habeat esse filium Dei, non relativae, sed fundamentaliter. Et de hoc sunt tres distinctae sententiae.

Prima sententia.

PRIMA Est eorum, qui dicunt hanc formam esse dignitatem quandam moraliter resultantem in humanitate ratione unionis cum persona Verbi, quae non est aliud, quam sanctificatio ipsius humanitatis, & ius ad divinam haereditatem. Non quia huiusmodi dignitas addat

in

5

in humanitate aliquam entitatem physicam distinctam ab ipsa personalitate divina, sed quia ratione unionis humanitatis, cum persona Verbi, est sufficiens fundamentum, ut prudenter, & secundum moralem aestimationem possit & debeat iudicari esse in humanitate hanc dignitatem, quae est sanctitas, & ius ad haereditatem Dei: siue huiusmodi dignitas concipiatur per modum relationis rationis, siue per modum formae moraliter, hoc est, secundum moralem aestimationem, existentis intrinsece in ipsa humanitate, & constituentis ipsam sanctam & haeridem. Ad eum modum, quo aliqui dicunt, ex infinita dignitate personae operantis in Christo, derivari in eius opera, influxu, quodam morali, aut secundum moralem aestimationem, infinitum valorem in genere meriti & satisfactionis.

Suarez. Vazquez. Alber. Alexan.

6

Hanc sententiam sequuntur ex recentioribus Franciscus Suarez, tomo tertio, in tertiam partem, disputatione 49. sectione prima, & secunda. Et Gabriel Vazquez, in disputatione de adoptione Christi contra Foelicem & Elipandum capitulo de cimo quarto. Qui referunt pro ea ex antiquis Albertum, in tertio distinctione decima, articulo decimotertio: & proculdubio fauet ei Alexander, tertia parte, quaestione octava memb. tertio articulo quarto. Quatenus inquit Christum, quatenus ratione unionis habet in se inhabitantem Trinitatem, posse dici Filium Dei, ut Deus communis est tribus personis. Quam-

7

uis etiam possit adduci, pro alijs sententijs, ut postea dicemus. Probat haec sententia.

Pro primo.

Primo, Quia in humanitate ratione unionis ad personam Divinam, est sanctitas, & ius ad haereditatem divinam. Ergo huiusmodi sanctitas, & ius est forma, à qua Christus, ut homo habet esse filium Dei. Antecedens patet, quia gratia habitualis, ut inherens animae, dat ei esse Sanctam, & haeridem bonorum coelestium. Ergo maiori ratione persona divina, ut unita hypostatice humanitati, poterit dare ei hunc eundem effectum. Quia gratia dat eum, quatenus est quaedam participatio divinae naturae. Quare melius poterit eum dare personalitas divina, quae non per participationem, sed per identitatem realem & formalem includit divinam naturam. Et consequentia probatur. Quia in hominibus iustis sanctitas & ius ad haereditatem Dei, est forma à qua dicuntur filij Dei. Ergo etiam in Christo excellentior sanctitas, & praestantius ius ad haereditatem est forma sufficiens, ut in quantum homo dicatur filius Dei.

8

Confir. i.

Confirmatur primo ex proportionem, quae est inter personalitatem divinam, & gratiam habitualement, quantum ad vim dandi operibus valorem meriti. Quia sicut gratia habitualis inherens animae, dat operibus, quae ab ea procedunt valorem meriti; ita etiam personalitas divina, ut unita hypostatice humanitati, dat operibus, quae

9

procedunt ab ea, ut à supposito eiusdem humanitatis, infinitum valorem meriti: ergo similiter sicut gratia habitualis, prius saltem ordine naturæ, quam det hunc effectum, dat alterum subiecto operanti, qui est esse Filius: ita etiam personalitas diuina, prius quam det operibus effectum, qui est valor infinitus, dat subiecto operanti, quod est suppositum, ut suppositum talis naturæ alterum effectum, qui est esse filium Dei. Et cum non det hunc effectum, nisi quatenus dat sanctitatem, & ius ad hæreditatem, sequitur hanc sanctitatem, & hoc ius esse formam, à qua Christus, ut homo, dicitur filius Dei. Prima consequentia probatur: quia valor meriti, præsupponit in operante dignitatem filij. Quod de nobis docuit, aperte Concilium Tridentinum, sessione sexta decreto de iustificatione capitulo. 16. Vbi loquens de perseverantibus, usque in finem, sic ait: *Propo-nenda est eis vita æterna, & tan-quam gratia filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei pro-missione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda.* Et quâuis Concilium ibi loquatur so-lum de nobis, tamen fundamen-tum, ut id dicat, est valorem me-riti proprie sumptum respectu hæreditatis Dei præsupponere in operante dignitatem filij; quod Divus Thomas, prima secundæ, quæst. 114. articulo tertio, probat ex illo, ad Roman. octavo. *Si filij & hæredes.* Et ideò ex hac doctrina Concilij videtur colligi esse dicendum idem de omni valo-re meriti proprie sumpto: ergo,

10
Triden.

Roman. 8.

etiam valor meriti, qui est in ope-ribus humanitatis Christi, præ-supponit in ipso, ut homo est, di-gnitatem filij.

Et non potest responderi, Christum non meruisse sibi glo-riam animæ. Quia satis est me-ruisse eam nobis tanquam caput nostrum, ut etiam in ipso valor meriti præsupponeret dignita-tem filij. Præsertim cum nihil de fuerit operibus Christi, ex requi-sitis ad valorem meriti respectu huius gloriæ.

Neque etiam potest respon-deri, hanc dignitatem filij in Chri-sto fuisse ipsam filiationem æter-nam. Quia si alia persona diuina assumeret humanitatem, sua ope-ra non essent minus meritoria de se, quam opera Christi, atque adeò etiam præsupponerent in ip-sa persona, ut homo esset, dignita-tem filij. Quæ cum nullo modo posset esse filiatio personalis, ne-cessario esset aliqua sanctitas, vel aliquod ius filij resultans ex ipsa personalitate, in humanitate ut si-bi vnita.

Confirmatur secundo, quia Paulus ad Romanos octavo, sic ait: *Si autem filij & hæredes, hæ-redes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Ex quibus verbis colligun-tur duo. Primum est valere hanc consequentiam, Petrus est hæres Dei: ergo & Filius, siue sit à priori, tanquam ex ratione for-mali ad suum effectum, aut quasi effectum, ita ut ratio formalis dans esse filium Dei, sit esse hære-dem: & ex eo, quod alicui conue-nit esse hæredem colligatur con-uenire etiam ei esse filium. Siue sit à posteriori, tanquam ex effe-ctu ad suam causam, vel radicem;

11

Obiectio.
Respon.

12

Conf. 2.
Roman. 8.

ita

13

ita ut esse filium sit radix, ex qua proueniat aliquem esse heredem & ex eo, quod aliquis sit hæres colligatur, tanquam ex effectu esse filium. Alterum est Christum, ut hominem, esse heredem nobiscum: quia cum cohæres dica-tur relative ad alterum, qui simul sit hæres, cohæredem, non possu-mus nos dici cohæredes Christi respectu Dei, nisi etiam ipse sit co-hæres nobiscum.

Et ex his duobus possumus nos sic argumentari, Christus ut homo, est hæres Dei, quia cohæ-res noster: ergo etiam ut homo est filius Dei. Et ex hoc possumus ulterius colligere formam, à qua ut homo habet esse filium Dei, esse sanctitatem, & ius hæ-redis. Quod facile potest proba-ri si hæc consequentia sit à priori: quia esse heredem non potest esse causa filiationis (quod requi-ritur, ut consequentia sit à priori) nisi per modum rationis forma-lis, aut formæ, vel quasi formæ. Si verò sit à posteriori probatur: quia sequitur esse heredem in Christo dimanare ex eo, quod est Filius, & cum non dimanet ex eo, quod est Filius per filiationem æternam (quia si Pater assumeret humanitatem posset eodem mo-do dici cohæres noster, & non per filiationem personalem cum non habeat eam) sequitur dimanare ex eo, quod est Filius per aliam filiationem, quam diximus esse sanctitatem, & ius ad diuinam hæreditatem: quia non potest as-signari in Christo alia forma dās ei esse filium Dei.

Roman. 8.

Confirmatur tertio. Quia Pau-lus in eodem capite de Christo, ut homine, sic ait: *Ut sit ipse primo*

genitus in multis fratribus. Vbi aperte significat Christum, ut hominem, esse filium Dei pri-mogenitum, inter multos fratres qui etiam sunt filij Dei. Et cum hoc non possit intelligi de Chri-sto, quatenus est Filius per filia-tionem æternam, propter argu-mentum paulo superius factum, scilicet, quia si pater assumpisset humanitatem, posset etiam dici primogenitus in multis fratribus, sequitur esse intelligendum de ipso quatenus est Filius per aliam filiationem, quæ non potest esse alia quam sanctitas, & ius ad hæ-reditatem Dei.

Secundò. Christus, ut homo dicitur Filius relative à relatio-ne, quæ terminatur ad totam Tri-nitatem, ut est vnus Deus, ergo forma à qua dicitur filius funda-mentaliter, siue quæ est funda-mentum filiationis relative, est sanctitas, & ius ad diuinam hæ-reditatem. Consequentia patet: quia forma, quæ est fundamen-tum relationis, importat habitu-dinem fundamentalem, ad eum terminum, ad quem relatio est habitudo formalis, ut patet in-ductione facta in omnibus fun-damentis relationum. Et in Chri-sto ut homine, nihil est quod im-portet habitudinem fundamen-talem filiationis ad totam Trini-tatem, ut vnus Deus est, præter hanc sanctitatem, & ius ad diui-nam hæreditatem: quia nihil aliud est in ipso, ratione cuius procedat à tota Trinitate, per modum Filij: & antecedens pro-batur, quia Christus, ut homo dicitur filius Dei relative, à ra-tione conueniente, siue ratione productionis, quæ non est gene-

15

Secundo prin-cipaliter pro-batur.

16

ratio

17

ratio æterna, nec manens in Deo ad intra, sed actio Dei in tempore ad extra: ergo huiusmodi relatio respicit totam Trinitatem, tanquam terminum. Patet hæc consequentia, quia productiones factæ à Deo in tempore, & ad extra, sunt communes toti Trinitati, iuxta illam propositionem: *Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa*. Et relationes, quæ fundantur in actionibus & productionibus, siue in terminis, ut productis, respiciunt tanquam terminos principia earumdem productionum, ut inductive constat in omnibus.

Confirmatur: quia Christus, ut homo in scriptura dicitur filius respectu totius Trinitatis: ergo habet filiationem, tam relationem, quam fundamentalem, quæ est forma, de qua agimus, in ordine ad totam Trinitatem. Et ex consequenti huiusmodi forma est sanctitas humanitatis, & ius ad divinam hæreditatem, propter rationem positam in probatione consequentiæ huius argumenti. Probat antecedens, quia Adrianus Papa in Epistola citata articulo præcedenti adducit illa verba Matthæi tertio & 17. *Hic est filius meus dilectus*, &c. Et docet esse intelligenda, ut dicta à tota Trinitate, & de Christo, ut homo est, atque id ostendit ex ipso contextu, ut ibidem retulimus. Et quamvis à Concilio Tolerano vndecimo, in confessione fidei: & ab Augustino in Enchirid. capitu. 38. & 39. & secundo de Trinitate capitulo decimo exponantur, ut dicta à Patre æterno, non excluditur expositio Adriani, quæ simul potest

Adrianus.

Mat. 3. & 17

Conc. Tol.

August.

eisdem verbis adaptari. Item Ioannis 20. Christus sic dixit: *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*. Vbi loquitur de se ipso, ut homine, alioqui non vocaret Deum suum. Et de patre sumpto pro tota Trinitate, alias eum, quem appellat patrem suum, non appellaret patrem nostrum. Et ita exponitur hoc testimonium ab Adriano in Epistola citata. Et non obstat exponi ab aliquibus sanctis de Patre æterno: quia sæpe ea, quæ communia sunt toti Trinitati, attribuntur per appropriationem alicui personæ in particulari.

Tertio, forma à qua Christus in quantum homo dicitur filius Dei non potest esse filiationis æterna: ergo necessario debet esse sanctitas, & ius ad divinam hæreditatem. Consequentia videtur nota à sufficienti partium enumeratione: quia prius ordine naturæ, quam intelligamus esse in Christi humanitate gratiam habitalem, aut aliud donum, quod possit habere rationem huius formæ, intelligimus Christum, ut hominem, & ex consequenti, ut filium Dei, & pro illo priori, nihil est aliquo modo, de quo possit dici esse hanc formam præter sanctitatem & ius ad hæreditatē. Et probatur antecedens: quia in hac propositione, Christus in quantum homo est filius Dei, per Christum intelligitur persona integra, ut resultat ex vnione personalitatis cum natura humana, subsistens in humana natura, atque ad eam constituta, & quasi composita, ex filiatione Verbi, ut ex personalitate: &

19

Ioan. 20.

Tertio principaliter probatur.

20

ex

21

ex humanitate, ut ex natura, & per particulam, in quantum, quia sumitur specificatiue, designatur formaliter humanitas, tanquam pars, aut conditio, in qua conuenit tali personæ, scilicet Christo hæc forma, à qua habet esse filium Dei; sed persona ita sumpta non habet in humanitate præcise sumpta filiationem æternam, sed potius includit eam secundum se, ut alterum extremum suæ constitutionis: ergo forma, à qua Christus, ut homo dicitur filius Dei, non est filiationis æterna.

Particula in quantum quomodo sumitur specificatiue.

Et potest hoc argumentum confirmari, ex sensu quem hæc particula, in quantum, habet, cum sumitur specificatiue. Et idem iudicium erit de reliquis reduplicatiuis. Pro quo aduertendum est, hæc particulam cum sumitur specificatiue, denotare partem, seu conditionem, secundum quam prædicatum conueniat subiecto. Et idem sicut conditio potest dupliciter se habere ad hoc, ut prædicatum conueniat subiecto, scilicet cōcomitanter, & formaliter; ut cum est id in quo formaliter prædicatum est, & tribuitur subiecto: ita ipsam particulam sumi duobus modis. Primo, ut designat conditionem prioris generis, scilicet, cum quæ prædicatum conuenit subiecto, hoc est, quæ solum se habet concomitanter ad hoc, ut prædicatum conueniat subiecto, ut si Petrus sit filius Regis, & prætor alicuius Ciuitatis, & dicamus eum in quantum prætorem esse filium Regis: quia tunc hæc propositio ratione particulæ specificatiuæ solum significat Pe-

22

trum, etiam cum esset præter esse filium Regis, aut non obstare ipsum esse prætorem quamuis sit filius Regis. Et hic sensus est frequentissimus quoties diuersa accidentia conueniunt simul eidem subiecto: & ad denotandam hanc coniunctionem tribuitur ei vnum eorum in quantum habet aliud, ut si dicas, Petrum in quantum musicum esse doctorem.

Secundò modo sumitur, ut designat conditionem posterioris generis, scilicet, quæ non solum se habet concomitanter ad hoc, ut prædicatum conueniat subiecto, sed ut id, in quo conuenit, ut si dicas Aethiopem in quantum habet dentes esse album quia Aethiops in dentibus habet esse album. Et ex his duobus modis sumendi hanc particulam specificatiue, prior est valde improprius & parum in usu, & solus posterior est proprius, & usu receptus.

Et hoc posito sic argumentor. Christus non habet in ipsa humanitate esse filium Dei per filiationem æternam: ego Christus in quantum homo non dicitur propriè filius Dei per filiationem æternam: & ex consequenti dicitur per sanctitatem, & ius ad divinam hæreditatem. Hæc secunda consequentia patet ex probatione consequentiæ argumenti principalis, & prima ex notabili præsupposito. Et antecedens probatur, quia Christus non habet in humanitate filiationem æternam, sed includit eam secundum se tanquam propriam personalitatem: ergo, neque habet in ea esse fi-

23

24

lium

25

lium Dei per filiationem æternam.

Et explicatur vis huius confirmationis. Quia ideo dicimus hanc propositionem, Christus in quantum homo est Deus, etiam si particula, in quantum, sumatur specificatiue, non esse veram in sensu proprio: quia Christus non habet in humanitate formaliter diuinam naturam, à qua dicitur Deus, sed includit eam secundum se, ut præsupponitur humanitati, & vnioni cum ea; & esse veram in sensu improprio: quia hic sensus, Christus, qui est homo, est Deus, aut non obstante vnione cum humanitate, est Deus, est verus, sed valde improprius: ergo propter eandem rationem est dicendum hanc propositionem, Christus in quantum homo est filius Dei per filiationem æternam, esse falsam in sensu proprio, & veram in improprio; quia etiam Christus non habet in humanitate formaliter filiationem æternam: & tamen ipse, qui est homo, aut non obstante vnione cum humanitate est filius per hanc filiationem.

26

D. Thom.

Et hic videtur esse sensus Diui Thomæ, tertia parte quæstione 16. articulo vndecimo, cum inquit, hanc propositionem, Christus in quantum homo est Deus, esse falsam, si particula, in quantum, determinet naturam, & vera si determinet suppositum: & absolute esse falsam: quia secundum proprietatem sermonis determinat naturam. Ratio enim, propter quam est vera cum particula illa determinat suppositum, est, quia facit

hunc sensum, Christus, qui est suppositum humanæ naturæ est Deus. In quo sensu apertum est humanitatem, aut esse hominem solum apponi, vt conditionem concomitantem.

Vltimò, si spiritus assumeret humanitatem, esset in quantum homo filius Dei naturalis: & non ratione filiationis æternæ, sed ratione sanctitatis humanitatis & iuris ad hæreditatem Dei. Et idem concedendum esset de patre, si assumeret humanitatem. Ergo similiter Christus in quantum homo, dicitur filius Dei naturalis, non ratione filiationis æternæ, sed ratione sanctitatis humanitatis, & iuris ad hæreditatem Dei. Consequenter videtur nota ex paritate rationis, in qua nullum potest assignari discrimen sufficiens: & antecedens probatur. Quia si Spiritus sanctus, in eo casu esset filius manifestum est formam, à qua id haberet non esse filiationem æternam: quia hæc cum sit proprietas personæ filij non potest conuenire alijs personis, atque adeò esse sanctitatem, & ius hæredis: quia nihil aliud superest, quod possit esse talis forma, cum gratia habitualis non sit, vt ostensum est, respectu Christi in probatione consequentis tertij argumenti. Ipsum verò in eo casu esse dicendum filium, probari potest, primo argumento cum suis confirmationibus. Quia non minus essent sufficientes reliquæ personalitates diuinæ, quam personalitas filij, ad hoc, vt in humanitate vnita resultaret sanctitas, & ius ad hæreditatem Dei, &

27

Vltimo principaliter probatur prima sententia.

28

vt

29

vt persona diuina, in quantum subsistens in humanitate, diceretur cohæres noster & primogenitus in multis fratribus.

Secunda sententia.

SECUNDA Sententia est aliorum, qui dicunt formam, à qua Christus, vt homo habet esse filium Dei esse gratiam habitualement in hærentem humanitati.

Hanc sequuntur omnes, qui defendunt Christum in quantum hominem, vel secundum humanitatem posse dici filium Dei adoptiuum. Quia cum per gratiã fiat adoptio filiorum Dei eo modo quo concedunt, Christum esse filium Dei adoptiuum tenentur consequenter loquendo dicere, formam, per quam constituitur in esse filij adoptiui, esse hanc gratiam. Et ita aliqui eorum id expresse dicunt. Et ex alijs, qui negant Christum, siue absolute, siue cum addito in quantum hominem posse dici filium Dei adoptiuum, sequuntur eam aliqui recentiores. Qui quamuis concedant Christum, vt hominem dici filium Dei naturalem; à filiatione æterna, vt communicata per gratiam vnionis suæ humanitati, addunt posse simul dici filium Dei naturalem à gratia habituali, vt à forma communicata suæ humanitati. Qui tamen, vt explicent, qua ratione gratia habitualis, sit forma, per quam Christus in quantum homo sit filius Dei naturalis sunt inter se diuisi.

30

Ioan. Vinc.

Nam Ioannes Vincentius, in

relectione de gratia Christi, quæstione prima, in dubio circa quartum argumentum principale, vtrem Christus ratione gratiæ habitualis sit censendus filius Dei adoptiuus, conclusione secunda, dicit gratiam solum habere rationem talis formæ, in quantum est dispositio non antecedens, sed concomitans; & necessario requisita, secundum suauem & ordinariam Dei prouidentiam ad vnionem humanitatis cum personalitate Verbi, per quam Christus in quantum homo est filius Dei naturalis, quod est dicere; Christum in quantum hominem solum esse filium Dei naturalem, per gratiam habitualement, tanquam per dispositionem necessario requisitam secundum suauem Dei dispositionem, ad hoc vt Christus sic homo, atque adeò, vt in quantum homo sit filius Dei naturalis per aliam formam, scilicet, per filiationem æternam. Et quia ad hoc significandum, est valde improprius modus loquendi dicere Christum in quantum hominem esse filium Dei naturalem per gratiam habitualement; ideo ipse author admonet non esse vsurpandum absolute, sed addita hac expositione, scilicet, tanquam per dispositionem concomitantem, & requisitam tantum secundum suauem Dei prouidentiam.

Alij verò dicunt, gratiam habitualement esse ipsam formam, per quam formaliter Christus in quantum homo, est filius Dei. Et ne videantur concedere esse per eam filium adoptiuum, dicunt esse filium naturalem, non

31

32

qui-

33

quidem naturalitate tenente se ex parte formæ, quasi ipsa gratia, quæ est forma sit filiatio naturalis, sed naturalitate tenente se ex parte modi, quo hæc forma convenit Christo, secundum humanitatem: quia convenit ei modo quodam naturali, scilicet, aut per modum proprietatis resultantis naturaliter ex unione, ut Divus Thomas videtur insinuare tertia parte, quæstione septima, articulo decimotertio ad secundum. Aut tanquam debita ex congruitate quadam in humanitate ex vi unionis.

D. Thom.

Sed quomodocumque hæc sententia intelligatur, probatur absolute Christum in quantum hominem habere à gratia habituali esse filium Dei.

34

Probatur 2. sententia primo principaliter.

Primò, Quia esse filium Dei est effectus formalis gratiæ saltem secundarius: ergo Christus in quantum homo habet à gratia, tanquam à forma hunc effectum, qui est esse filium Dei. Antecedens suppono, ut certum ex materia de gratia. Et consequentiam probo: quia quamvis per potentiam Dei absolutam possit forma unita suo subiecto impediri, ne det ei suum effectum secundarium, tamen secundum legem ordinariam Dei proportionatam eidem formæ: & citra miraculum non potest impediri: & neque in gratia Christi, neque in alia quacumque forma est ponendum aliquid præter legem ordinatam ei correspondentem, sine magno fundamento, quod in præsentem non reperitur.

Confir. I.

Confirmatur primò, quia

Christus in quantum homo habet à gratia habituali, tanquam à forma, esse iustum & sanctum & gratum Deo, quia in hoc nulla potest ostendi repugnantia: ergo etiam habet ab ea esse filium Dei. Patet consequentia: quia nulla potest assignari ratio disparitatis inter hunc effectum & reliquos. Tum etiam quia in puris hominibus satis est aliquem esse iustum & sanctum, & gratum Deo, ut sit filius Dei: ergo etiam in Christo in quantum est homo.

35

Confirmatur secundò: quia Christus in quantum homo habet ratione gratiæ habitualis ius ad hæreditatem Dei, & in operibus, quæ ex ipsa procedunt valorem meriti ad eandem hæreditatem: ergo etiam ratione eius est filius Dei. Consequentia patet: quia ut diximus in primo argumento præcedentis sententiæ, bene valet respectu Dei hæc consequentia: Est aliquis hæres: ergo filius. Et antecedens probatur: quia nulla est ratio, propter quam gratia constituat reliquos homines hæredes Dei, & det eis dignitatem requisitam ex parte operantis, ut sua opera habeant valorem meriti, & in Christo, ut homo est non habeat eosdem effectus.

Confir. 2.

36

Secundò, Christus in quantum homo est natus spiritualiter ex Deo ratione gratiæ habitualis, ergo est filius Dei. Consequentia patet, quia in scriptura nati ex Deo appellantur filij Dei: & uniuersaliter natiuitas, cum forma, aut quasi forma per eam accepta est fundamentum filiationis: & ita nomen

Secundo principaliter probatur.

nato.

37

natorum solum tribuitur filijs. Et antecedens probatur: quia Christus in humanitate habet capacitatem natiuitatis spiritualis ex Deo, sicut cæteri homines in suis humanitatibus: quia humanitas in Christo eandem capacitatem, seu potentiam obedientialem habet respectu donorum supernaturalium, atque in cæteris hominibus: & non repugnat unioni humanitatis cum Verbo, aut fini Incarnationis reduci in actum hanc capacitatem: & non intelligitur reducta in actum antecedenter ad gratiam habitualement: ergo de facto Christus, secundum humanitatem habet reductam in actum hanc capacitatem, per gratiam habitualement, & ex consequenti dicitur natus ex Deo spiritualiter ratione gratiæ habitualis. Patet hæc consequentia: quia omnis perfectio, quæ præsupponit in humanitate Christi capacitatem, & non repugnat unioni eius cum persona Verbi, neque fini proximo Incarnationis, est ponenda in ipso.

38

Obiectio.

Dices, præsupponi saltem ordine naturæ in Christi humanitate hanc natiuitatem ex Deo per gratiam unionis ante gratiam habitualement. Quia sicut ex vi unionis humanitatis cum persona Verbi intelligimus Christum secundum humanitatem esse iustum, & sanctum & gratum Deo: ita etiam intelligimus esse natum spiritualiter ex Deo.

Respond.

Sed contra; quia sicut ex vi unionis humanitatis cum persona Verbi Christus, secundum humanitatem non habet formaliter, & intrinsece esse iustum, & sanctum & gratum Deo, sed

39

solum denominatione extrinseca, aut ut plurimum, intrinseca moraliter; ita etiam non habet formaliter, & intrinsece esse natum ex Deo, sed solum denominatione extrinseca, aut ut plurimum intrinseca moraliter: ergo sicut esse illo modo iustum, & sanctum, non impedit, ne simul sit formaliter, & intrinsece iustus & sanctus & gratus Deo per gratiam habitualement; ita etiam esse eodem modo natum ex Deo, non obstat, quo minus sit formaliter, & intrinsece natus ex Deo per gratiam habitualement.

Tertio principaliter probatur.

Tertio, Christus in quantum homo habet à gratia habituali, ut à forma naturam diuinam eo modo, quo potest in creaturis participari secundum formalem conuenientiam: ergo etiam habet ab ea, ut à forma esse filium Dei. Antecedens patet. Quia gratia habitualis, secundum suam essentiam, est participatio formalis diuinæ naturæ: ergo non potest esse unita alicui subiecto, nisi det ei hanc participationem. Et consequentia probatur: quia in naturalibus respectu creaturarum natura accepta, aut participata ab alio habente eandem naturam, est forma, aut quasi forma dans esse filium fundamentaliter: ergo similiter in supernaturalibus respectu Dei natura diuina, ut accepta, seu participata à Deo, eo modo, quo potest participari in creaturis, secundum formalem conuenientiam, est forma, aut quasi forma dans esse filium Dei fundamentaliter.

40

Confirmatur, quia Christus

I in

41

in quantum homo ratione gratiæ habitualis im portat eundem modum habitudinis, seu dependentiæ effectus respectu Dei, quam ceteri homines: ergo sicut ceteri homines non important generalem habitudinem, scilicet, per modum effectus supernaturalis, sed specialem, scilicet, per modum effectus, qui sit filius, ita & Christus. Consequentia patet: quoniam alias non haberet eundem modum habitudinis, seu dependentiæ. Et antecedens probatur: quia gratia habitualis est eiusdem speciei in Christo & in reliquis hominibus & consequenter etiam infusio, quæ est actio, per quam producit gratia: quia ubi terminus est eiusdem rationis, etiam actio, per quam producit, debet esse eiusdem rationis: ergo etiam

42

modus dependentiæ in ratione effectus, quæ ad hæc duo consequitur, debet esse eiusdem rationis.

Tertia sententia.

TER T I A Sententia est aliorum, qui dicunt formam, à qua Christus in quantum homo est filius Dei, esse ipsam filiationem æternam ut communicatam humanitati per gratiam vnionis. Differreque hæc sententia à prima sententia: quia iuxta primam filiatio æterna est huiusmodi forma, non formaliter, quatenus est filiatio, sed quatenus est personalitas Diuina, & non immediate per se ipsam, sed mediante effectu sanctificationis, & iuris ad hæreditatem Dei, qui ex ipsa re-

sultat saltem moraliter in humanitate sibi vnita. At vero iuxta hanc sententiam, ipsa filiatio æterna formaliter, secundum propriam rationem filiationis, & immediate per se ipsam est huiusmodi forma. Hanc sententiam sequuntur aperte ex antiquis Magister, Ricardus, & Bonaventura, locis citatis pro conclusione articuli præcedentis. Et fauet ei magis, quam primæ Alexander loco citato, pro eadem sententia. Et ex recentioribus Ioannes Vincencius loco citato, pro secundæ sententia conclusione secunda. Fundamenta & maiorem explicationem huius sententiæ adducemus postea.

Prima Conclusio.

Forma, aut quasi forma, à qua Christus in quantum homo dicitur filius Dei fundamentaliter non est dignitas sanctitatis, & iuris ad hæreditatem Dei resultans in humanitate ex vi vnionis cum personalitate Verbi, aut ipsa personalitas, quatenus ex ea resultat hæc dignitas in humanitate.

Hanc conclusionem statuo contra primam sententiam: non quia existimem illam sententiam non esse probabilem, sed ut examinem rationes, quæ contra eam obijciuntur: vti ita constet, quam leuibus fundamentis nituntur aliqui ad reijciendum eam, & ut simul explicem rationem propter quam mihi non placet.

Aliqui ergo probant hanc conclusionem (& hoc est potissimum fundamentum eorum,

43

Magister, Ricard. Bonauent.

Alexand.

Ioan. Vinc.

44

Forma à qua Christus, in quantum homo est filius non est sanctitatis dignitas.

Impugnatur aliquot argumentis quibus solet probari conclusio.

qui

45

qui sententiam illam censent nullo modo esse admittendam) quoniam alias sequeretur, si Pater, aut Spiritus Sanctus assumeret humanitatem ad vnionem hypostaticam, eo modo, quo Verbum eam assumpsit, esse concedendum Patrem, aut Spiritum sanctum in quantum hominem esse filium Dei. Quod tamen esse absurdum, videtur aliquibus probari efficaciter argumento, quo Ioannes Vincencius in dubio citato in solutione septimi argumenti principalis vtitur ad probandum Patrem in eo casu, non posse etiam cum addito in quantum hominem dici filium Dei per gratiam habitualem, quæ esset in humanitate assumpta. Quia quantum ad hoc, quod est esse formam, aut quasi formam, constituentem filium Dei videtur esse eadem ratio de gratia habituali in hærente humanitati, & de illa dignitate resultante in ea ex vi vnionis hypostaticæ cum persona diuina.

46

Et argumentum est huiusmodi: Pater, aut Spiritus sanctus, in quantum homo, non esset ratione illius dignitatis filius Dei naturalis, neque adoptiuus: ergo nullo modo esset filius Dei. Consequentia videtur nota: quia præter illos duos modos filiorum Dei contentos in antecedenti, non datur alius tertius. Et antecedens probatur, & in primis non esse Patrem in quantum hominem filium Dei naturalem, dicunt esse manifestum, quia gratia habitualis (& idem est de illa dig-

47

nitate) non sufficit constituere filium Dei naturalem, eum, qui alias ex vi generationis æternæ, filius naturalis non est. Et deinde, non esse filium Dei adoptiuum, probant multis argumentis, quorum præcipuum est, patrem, aut Spiritum sanctum non posse habere rationem personæ extraneæ respectu Dei, & suorum bonorum; & ideo non esse capacem adoptionis, quæ solum potest tribui personis extraneis respectu adoptantis.

Et quoniam de hoc secundo nulla est difficultas apud auctores, qui in eo casu, concedunt Patrem, aut Spiritum sanctum, in quantum hominem esse filium Dei, cum omnes dicant non esse filium adoptiuum: & ita esse dicendum conuincat euidens ratio desumpta ex convenientia, quæ quantum ad hoc esset inter ipsos, & filium in quantum hominem: quia non minorem conaturalitatem, & ex consequenti, neque maiorem extraneitatem, quæ requiritur ad adoptionem, haberent Pater, & Spiritus sanctus supposita Incarnatione, quam Filius. Ideo solum est examinandum primum, scilicet, an in eo casu Spiritus sanctus, in quantum homo, esset ratione illius dignitatis filius Dei naturalis: & quam vim habeat ratio facta ad probandum oppositum.

Et quidem, ut ab illa ratione incipiam, mihi videtur omnino inefficax. Quia, vel illa dignitas est secundum se forma, aut quasi forma, sufficiens ad constituendum filium Dei naturalem suppositum eius naturæ, cui

48

49

conuenit, cum hac additione, in quantum est eius suppositum: vel non est secundum se sufficiens ad hoc. Si dicatur primum, sequitur esse sufficientem, ad constituendum filium Dei naturalem, etiam eum, qui aliàs non esset ex vi generationis filius Dei naturalis: cuiusmodi essent Pater, & Spiritus sanctus in casu posito. Probat sequela: quia si illa dignitas, secundum se est forma sufficiens, ad constituendum filium Dei naturalem: ergo non accipit à filiatione naturali suppositi, posse constituere filium, & ex consequenti poterit indifferenter constituere filium Dei naturalem, quodcumque suppositum naturæ, cui conuenit, siue aliàs ex vi generationis æternæ sit filius Dei naturalis, siue non.

50

Si verò dicatur secundum, sequitur non sufficere ad constituendum filium Dei naturalem, etiam eum, qui aliàs ex vi generationis æternæ sit filius Dei naturalis. Pater consequentia: quia illa dignitas ex suppositione non est sufficiens ad constituendum filium Dei naturalem: & non accipit sufficientiam, ex coniunctione cum filiatione naturali suppositi. Quia vel accipit eam à filiatione naturali in genere causæ efficientis, vel in genere causæ formalis improprie, aut extrinsecè, & sine informatione, & utroque modo poterit etiam eam accipere à reliquis personalitatibus diuinis, cum sit in omnibus æqualis, & eadem vis ad causandum his modis;

ergo non est sufficiens illa dignitas ad constituendum filium eum, qui aliàs ex vi generationis æternæ est filius Dei naturalis.

Dices, In eo, qui est aliàs filius naturalis ratione generationis æternæ, nihil est, quod repugnet constitutioni, in esse filij naturalis faciendæ per illam dignitatem, sicut in eo, qui non est, ita aliàs filius Dei naturalis: quia in hoc propria personalitas repugnat tali constitutioni: nam cum in Deo inuoluat repugnantiam, esse aliam personam, quæ sit filius Dei naturalis, præter illam cui id conuenit ex vi generationis æternæ; sequitur quancumque aliam personam ratione propriæ personalitatis, repugnare, ne constituatur, in esse filij Dei naturalis.

51

Dices.

52

Respon.

Sed contra, Quia ex hoc solum colligitur, inuolueret repugnantiam, esse aliam personam, filium naturalem Dei in natura diuina, non tamen in alia natura assumpta. Quod potest amplius confirmari: quia totum hoc non obstat, ne alia persona, verbi gratia, persona Patris, si assumeret humanitatem ex Virgine, diceretur, in quantum homo filius naturalis Virginis, sicut Christus de facto propter hanc assumptionem dicitur eius filius naturalis: ergo neque obstat, ne eadem persona, in eadem humanitate assumpta dicatur filius naturalis Dei, ratione illius dignitatis ab ipso participatæ in humanitate.

Et non

53

Et non maiorem vim habent alia argumenta, quibus alij vtuntur, ad probandum, non esse in illo casu concedendam hanc propositionem: Pater aut Spiritus sanctus in quantum homo est filius Dei naturalis, scilicet, quia sequeretur confusio personarum in diuinis. Et quia non potest dici filius Dei naturalis, nisi is, qui per æternam, & naturalem generationem accipit à Deo naturam diuinam.

Nam ad primum dici potest (id quod recte aduertunt auctores primæ sententiæ) solum conuincere, esse caute loquendum, ne ex verbis inordinate prolatis incuratur error: & ideo non esse concedendam illam propositionem, nisi cum aliquo addito, quo explicetur, non intelligi de filiatione æterna, sed de filiatione fundata in illa dignitate communicata humanitati. Et eadem cautio est adhibenda circa alias propositiones, quæ de facto sequuntur ex hac sententia, scilicet, Christus, aut filius sui ipsius, aut Verbum diuinum est Pater Christi, vel Christus eius filius. Non enim sunt concedendæ absolutè, sed cum simili addito, quo explicetur, Christum secundum humanitatem appellari filium naturalem sui ipsius, secundum diuinitatem: Et Christum, secundum humanitatem esse filium naturalem Verbi, vt diximus in solutione tertij dubij præcedentis. Et ex hoc manet solum aliud argumentum, quo aliqui probant, negandam esse prædi-

54

ctam propositionem, scilicet, quia sancti dicunt, vnam ex rationibus congruentiæ, ne pater, aut Spiritus sanctus allumerent humanitatem, fuisse, ne daretur occasio confundendi personas.

Et ad secundum dicendum est, conuincere, Patrem, aut Spiritum Sanctum, non posse dici filium Dei naturalem, per esse naturale Dei, sibi communicatum per modum naturæ: quia hoc modo solum potest dici filius naturalis Dei, is qui per æternam generationem processit à Deo: quod solum conuenit Verbo, secundum diuinam naturam. Cum quo tamen stat, posse dici filium Dei naturalem, aut quo ad modum habendi formam, à qua diceretur filius, scilicet, quia illa dignitas esset debita, & conaturalis humanitati, vt eleuata ad vnionem hypostaticam, vt dictum est, in explicatione secundæ sententiæ, aut etiam quo ad modum vnionis cum Deo. Scilicet, quia cum vnio illa quidem, quam in illo casu haberet Pater, aut Spiritus sanctus, in quantum homo cum Deo non esset secundum affectum, sed secundum personam, diceretur ei vniri, substantialiter, & non naturaliter.

Quare aliter probatur nostra conclusio. Primo, quia in omni filiatione, tam naturali, quam adoptiua forma, à qua quis dicitur filius, fundamentaliter, est natura, vt aliquo modo accepta à Patre, per modum naturæ, & in hac funda-

55

56

Probat
conclusio ab
auctore.

I 3

tur

57

Forma à
quafunda-
mentaliter
aliquis dici
tur filius est
forma ali-
quomodo ac-
cepta à Pa-
tre.

tur ius filij ad hæreditatem patris: sed ratione vnionis hypostaticæ humanitatis cum persona diuina non accepit Christus, in quantum homo, naturam diuinam per modum naturæ à Deo: ergo neque potest à tali vnione, vel à dignitate, quæ ex ea resultat in humanitate, dici in quantum homo, filius Dei, neque ratione eius habet ius filij ad hæreditatem Dei. Maior explicatur, & probatur, quia in filiatione naturali forma constituens filium, est ipsa natura patris, vt accepta ab ipso per modum naturæ per generationem naturalem: & ideò Spiritus sanctus: quia non accepit à Patre & Filio, quantum est ex vi suæ processions naturam diuinam, per modum naturæ, sed per modum impulsus, & amoris, non dicitur eorum filius: & econtra homo immediate productus à Deo per creationem, quamuis accipiat ab ipso naturam humanam per modum naturæ, tamen, quia non accepit eam, per generationem, sed per creationem, non dicitur propriè filius Dei, sed solum secundum communem rationem, qua quælibet creatura appellatur, filius. Et deinde in filiatione adoptiua, quamuis re ipsa vera non communicetur natura, tamen aliquo modo, scilicet, secundum effectum communicatur: quia adoptans prosequitur adoptatum eo affectu, quem haberet erga eum, cui per generationem communicasset naturam: & ita se gerit cum eo, quo ad omnia, quæ ex sua volun-

58

tate pendent, ac si etiam communicasset naturam, imò vellet eam ipsi communicasse: & quia id est impossibile, saltem communicat id, quod est possibile communicari, scilicet, vt quo ad omnia habeatur pro filio à se genito, & in hoc fundatur ius ad suam hæreditatem.

Et propter hunc affectum dicitur in Concilio Francofordiensi, in libro, qui inscribitur sacrosyllabus, contineri in adoptione particulam optantis, *vtinam*, ex parte adoptantis, & adoptati: quia adoptans habet hunc affectum, *vtinam* esses filius meus; & adoptatus hunc, *Vtinam* essem filius tuus: quia Verbum, *merear*, quo ibi vtitur Concilium, cum ita exprimit affectum adoptati, *Vtinam merear esse filius tuus*, hanc vim habet, *Vtinam* ea fors mihi obtigisset, vt essem filius tuus.

Et minor patet: quia per illam vnionem solum communicatur humanitati, immediate subsistere per substantiam diuinam: & hoc non esse satis, vt dicatur communicari ei natura diuina per modum naturæ, est de se manifestum: quia non communicatur per generationem naturalem, nec per affectum, & tamen solum sunt hi duo modi communicationis naturæ per modum naturæ. Et potest amplius explicari hoc exemplo. Si fieri posset per potentiam Dei absolutam, vt personalitas creata terminaret alienam naturam, distinctam à propria, verbi gratia, personalitas Petri aliam naturam hu-

59

Conc. Fran

60

Per vnionē
hypostaticā
solum commu-
nicatur humanitati
immediate
subsistere,
per substantiā
diuinā.

manam

61

Secundo pro-
batur con-
clusio, ius
ad bona Dei
resultans ex
vnione hy-
postatica nõ
est ius filij.

62

manam, vel Angelicam, sicut multi arbitrantur, non diceretur humanitas Petri communicari per modum naturæ humanitati, aut naturæ Angelicæ assumptæ, atque adeò nec ipsi Petro, vt subsistenti in tali natura.

Secundò, ius ad bona Dei resultans in humanitate ex vi vnionis cum persona Verbi (in quo dictum est consistere hanc dignitatem, de qua loquimur) non est ius filij, neque respicit bona Dei, vt hæreditatem filij: ergo non potest esse forma, à qua Christus in quantum homo dicatur filius Dei fundamentaliter. Consequentia patet, quia antecedens est omnino oppositum fundamento sententiæ oppositæ, & destruet ipsum, atque adeò etiam destruet ipsam sententiam. Et antecedens probatur: quia ius resultans in humanitate, est ius naturalis sequelæ, aut cuiusdam debiti ex congruentia, & proportionione connaturali, & ex consequenti respicit bona Dei, scilicet, visionem beatificam, & reliqua dona supernaturalia, quæ ad eam præsupponuntur, tanquam proprietates debitas hoc iure ipsi humanitati: ergo non est ius filij, neque respicit bona Dei, vt hæreditatem. Hæc consequentia huius probationis potest probari.

In primis, quia ius naturalis sequelæ, aut congruentiæ, & proportionis connaturalis, distinctum est à iure filij: & item ratio proprietatis distincta est valde à ratione hæreditatis: vt patet in qualibet essentia, cui suæ pro-

63

Quid sit ius
filij ad hæ-
reditatem.

64

prietates debentur iure naturalis sequelæ & proportionis connaturalis, & non iure filij, & vt proprietates, & non vt hæreditas.

Et deinde, quia ius naturalis sequelæ, aut proportionis connaturalis, non est aliud, quam ipsa natura physica rei, quæ postulat, vt aliquid ex ipsa physice emanet, aut vt sibi detur tanquam congruum & connaturale suo statui physico: & ratio proprietatis consistit in complemento proprio ipsius naturæ. Et tamen ius filij ad hæreditatem patris est aliquid morale, superadditum naturæ: & ratio hæreditatis non pertinet ad complementum proprium, & intrinsecum naturæ; sed est quid omnino extrinsecum & accidentale respectu eius.

Et tandem: quia in casu posito in argumento præcedenti, si Petrus ratione propriæ humanitatis haberet aliqua bona, quæ possent ab ipso communicari naturæ sibi vnitæ, tanquam eius ornamenta, diceremus in natura vnita supposita vnione, esse ius ad huiusmodi bona, & in hoc ius neque esset filij, sed cuiusdam congruentiæ & proportionis, neque respiceret illa bona, vt hæreditatem, sed vt ornamenta sibi congruentia & consentanea ex suppositione vnionis.

65

Secunda Conclusio.

Gratia habitualis Christi non est forma a qua dicitur filius.

Gratia habitualis inhaerens Christi humanitati non est forma, aut quasi forma, a qua Christus in quantum homo, dicitur filius Dei.

Hanc statuo contra secundam sententiam. Et conveniunt in ea omnes Theologi, qui negant Christum, in quantum hominem, posse dici filium Dei adoptivum. Nam quamvis aliqui eorum dicant, in eo casu quo Pater, aut Spiritus sanctus assumerent humanitatem, posse concedi, ipsum, in quantum hominem esse filium Dei, non dicunt formam, a qua haberet esse filium Dei, esse gratiam habitualem, sed propriam personalitatem quatenus ex ea resultaret in humanitate dignitas, sive ius filij.

66

Et quamvis Ioannes Vincentius loco citato, pro secunda sententia videatur verbis illam sententiam admittere, tamen reuera omnino negat, & convenit nobiscum in hac conclusione: quia solum dicit Christum, in quantum hominem, esse filium Dei naturalem, per gratiam habitualem, tanquam per dispositionem concomitantem, & necessariam secundum suam Dei providentiam ad unionem humanitatis cum personalitate filij: quod non est esse formam constituentem ipsum in esse filij, sed dispositionem requisitam, ut alia forma, scilicet, filiatio personalis id praestet, ut in explicacione illius sententiae diximus.

Verum est, rationem, qua utitur ad probandum suam secundam conclusionem, in qua explicuit hanc sententiam, concludere, si efficax sit, Christum in quantum hominem, esse filium Dei per gratiam habitualem, tanquam per formam fundamentaliter, quia argumentatur hoc modo. Quicumque homo iustus, est per gratiam filius Dei, in quantum homo: ergo etiam Christus, non quidem filius adoptivus, sed naturalis. Patet consequentia: quia esse hoc modo filium Dei, est magna perfectio: non repugnans unioni hypostaticae, neque fini incarnationis. Et tamen si haec ratio haberet vim, concluderet gratiam esse formam, dantem Christo, in quantum homini, esse filium Dei: quia hoc modo constituit reliquos homines iustos filios Dei. Sed hanc rationem nihil probare ostendemus in solutionibus argumentorum illius sententiae.

67

Aliqui probant hanc conclusionem argumento, quod praecedenti conclusione diximus desumi ex eodem Ioanne Vincentio, scilicet, quoniam alias si Pater, aut Spiritus sanctus assumerent humanitatem cum gratia habituali, esset in quantum homo filius Dei. Quod tamen est falsum: quia neque esset filius adoptivus, ut ipse probat multis argumentis; neque naturalis. Quia gratia habitualis non sufficit constituere filium Dei naturalem, eum, qui alias ex vi generationis aeternae

68

Ioan. Vinc.

non

69

Impugnatur argumenta, quibus solet probari haec relatio.

non est filius Dei naturalis. Sed hoc argumentum bene probat non posse patrem, aut Spiritum sanctum, in quantum hominem dici filium Dei, per gratiam habitualem in eo sensu quo de Christo id conceditur a Ioanne Vincentio, scilicet, tanquam per dispositionem requisitam: quia hoc modo non potest gratia habitualis, constituere filium Dei naturalem, nisi eum, qui alias ex vi generationis aeternae habet formam, scilicet filiacionem aeternam, per quam fit filius Dei naturalis. Non tamen probat patrem in quantum hominem, non esse filium Dei naturalem per gratiam habitualem, tanquam per formam constituentem filium Dei: si id conceditur de Christo. Quoniam illa propositio, qua probat oppositum, scilicet, gratiam habitualem non sufficere constituere filium Dei naturalem, nisi eum, qui alias ex vi generationis aeternae sit filius Dei naturalis, non probatur aliqua ratione, aut testimonio, imo est aperte falsa, ut in probatione praecedentis conclusionis est ostensum, loquendo de dignitate filij resultante ex unione iuxta primam sententiam. Et ideo hoc argumentum non est sufficiens ad probandam nostram conclusionem.

70

Suarez. Ioan. Vinc.

Alij de quorum numero sunt Franciscus Suarez, tomo primo, in tertia parte, disputatione 49. sectione secunda, & Ioannes Vincentius, in fine quintae rationis factae pro sua tertia conclusione, probant hanc conclusionem hoc argumento: Id,

quod est forma constituens filium fundamentaliter, habet se in suo ordine, ut natura, ita ut fiat per se primo, & non consequenter ad aliam priorem formam in eodem ordine: sed in Christo in quantum homo est (& idem est de quacumque alia persona divina incarnata) gratia habitualis non se habet, ut natura in ordine supernaturali, ita ut fiat primario, & non consequenter ad aliam priorem formam eiusdem ordinis: ergo non est forma constituens filium fundamentaliter. Maior patet in ductione in filiacione naturali, & adoptiva apud homines. Nam in filiacione naturali forma constituens filium fundamentaliter est natura, quae primario fit per generationem, ut quod, sive ut terminus formalis; & similiter in adoptiva filiacione, forma, quae constituit filium, est communicatio naturae secundum affectum, in quantum adoptans vult eum, quem adoptat, haberi pro filio, ac si re ipsa ei communicasset naturam per generationem naturalem. Et minor probatur: quia gratia habitualis in Christo, & in quacumque persona divina incarnata, consequitur in humanitate, aut naturali, & physica emanatione, aut morali, tanquam debita ex quadam congruentia, & proportionem connaturalem ex suppositione unionis.

71

Forma quae fundamentaliter constituit filium habet se in suo ordine, ut natura.

Sed haec ratio mihi difficilis videretur, quia gratia habitualis in Christo, quamvis consequatur ad unionem, non praesupponit aliam formam priorem,

72

F 5

quae

73

quæ sit intrinseca formaliter ipsi humanitati, sed solum præsupponit personalitatē diuinam vnitam ei per modum termini sine informatione, & vt plurimum dignitatem moralem resultantem in ea ex vi huius terminationis. Et hoc non obstat vt gratia habitualis non sit prima in ordine supernaturali per modum formæ intrinsecæ formaliter.

Et confirmatur, quia non minus requiritur in forma, quæ dat esse iustum, & sanctum, & gratum Deo, & consortem diuinæ naturæ, habere rationem primæ formæ, & naturæ in ordine supernaturali, quam in forma, quæ constituit filium fundamentaliter: sed gratiam habitualement consequi illo modo in Christo ad gratiam vnionis, non impedit ne constituat ipsum in quantum hominem iustum, & sanctum, & consortem diuinæ naturæ: ergo neque impedit ne constituat ipsum filium Dei fundamentaliter.

Et ideó aliter probatur hæc conclusio ratione desumpta ex Diuo Thoma, tertia parte, quæstione 23. articulo quarto ad secundum. Vbi Diuus Thomas, aperte supponit, vt certum, gratiam habitualement ratione sui & vt formam, solum posse constituit filium Dei per adoptionem. Quia illo argumento, quo probat, Christum in quantum hominem, esse filium Dei adoptiuum, quia Augustinus, libro de Prædestinatione sanctorum, inquit, eadem gratia illum hominem esse Christum, qua gratia ab initio fi-

D. Thom.

Christus nõ est filius adoptiuus.

dei, quicumque homo est Christianus: ergo sicut alij homines sunt Christiani per gratiam adoptionis, ita ille homo est Christus per adoptionem; & ex consequenti est filius adoptiuus. Respondet Augustinum, loqui de gratia, quæ se tenet ex parte principij horum duorum, & adæquasse hæc duo ex parte huius gratiæ: quia vtrumque est, ex gratia sine meritis: non verò loqui de gratia, quæ se tenet ex parte termini: quia quantum ad hanc, est manifestum discrimen. Quia Christus per gratiam vnionis est filius Dei naturalis: & ceteri homines per gratiam habitualement sunt filij Dei adoptiuui.

Et quia posset aliquis obijcere, etiam Christum habere gratiam habitualement, & ex consequenti per eam esse aliquomodo filium, dicit hanc gratiam in Christo non facere de non filio filium adoptiuum, sed esse quendam effectum filiationis naturalis in anima Christi. Et tamen si sensisset, gratiam habitualement facere filium naturalem, vt distinguitur ab adoptiuo, facilius potuisset respondere, quantum atinet ad gratiam habitualement Christum per eam esse filium Dei naturalem, sicut id dixerat ibidem de gratia vnionis.

Et ratione potest idem ostendi: quia gratia solum coniungit nos Deo, vt patri secundum affectum, in quantum facit dilectos & gratos Deo: ergo præsupponit in eo, quem coniungit extraneitatem, se-

Gratia solum coniungit nos Deo vt patri secundum affectum.

75

76

cundum

77

cundum naturam ab eadem, coniunctione. Et ex consequenti, solum potest coniungere aliquem, vt filium, Deo, vt Patri per adoptionem: quia proprium est adoptionis, supponere hanc extraneitatem in eo, cui communicatur. Et ex hoc probatur optime nostra conclusio: quia gratia habitualis solum potest constituere filium Dei adoptiuum: sed Christus, in quantum homo non potest esse filius Dei adoptiuus: ergo neque potest habere à gratia, vt forma, esse filium Dei.

Tertia Conclusio.

78

Forma à qua Christus dicitur filius est filiatio æterna, vt consuetudo humanitati.

Forma, aut quasi forma à qua Christus in quantum homo habet esse filium Dei, est ipsa filiatio æterna, quæ est personalitas propria Verbi diuini, vt communicata humanitati, per gratiam vnionis.

In hac conclusione conueniunt Ioannes Vincentius loco citato, vbi de hoc statuit suam primam conclusionem. Et Caietanus, tertia parte, quæstione 24. articulo secundo. Vbi concedit hanc propositionem, Christus in quantum homo est filius Dei naturalis per gratiam vnionis. Et deducit eam, tanquam ex antecedenti ex hac propositione, Christus in quantum homo prædestinatus est esse filius Dei. Quare sicut hanc intelligit de filio per filiationem æternam, ita illam.

Et probatur primò auctoritate Diui Thomæ, qui tertia

Vincent.

Caiet.

D. Thom.

parte, quæstione decima sexta, articulo vndecimo in solutione, ad primum concedit hanc propositionem: Christus, secundum quod homo, habet gratiam vnionis. Et ex hac propositione sequitur etiam esse concedendam hanc: Christus, secundum quod homo, habet filiationem æternam in sua humanitate per gratiam vnionis. Quia gratia vnionis non potest intelligi in humanitate, sine filiatione personali, quæ est terminus, ad quem ordinatur ipsa gratia vnionis tanquam via, aut conditio necessaria: ergo ab hac filiatione, quam Christus, in quantum est homo, habet per gratiam vnionis, dicitur ipse in quantum homo filius Dei.

Et deinde quæstione vigesima tertia, articulo quarto ad secundum, concedit hanc propositionem: Christus per gratiam vnionis est filius Dei naturalis. Et in primis in hac propositione, Christus sumitur in quantum homo. Tum, quia, vt patet ex præcedenti testimonio, in quantum homo habet gratiam vnionis. Tum etiam, quia non conuenit ei in quantum est Deus esse per gratiam vnionis filium Dei naturalem, sed per æternam generationem. Neque potuit ipsi fieri, in quantum est Deus vlla gratia. Et vterius per filium Dei naturalem, in eadem propositione intelligitur filius per filiationem æternam, quia sicut vnio dicitur respectu huius filiationis, tanquam alterius externi sui, & non respectu dignitatis resultantis ex ea in humanitate, aut gratiæ ha-

79

Christus secundum quod homo habet gratiam vnionis.

80

Christus per gratiam vnionis est filius Dei naturalis.

bitualis

81

bitualis, vel alterius formæ, ita etiam gratia Vnionis dicitur respectu eiusdem: ergo ex illa propositione bene sequitur, Christum in quantum hominem esse filium Dei per filiationem æternam.

Christus secundum quod homo est prædestinatus esse filium Dei.

Et præterea tandem quaestione 24. articulo secundo, concedit hanc propositionem, Christus secundum, quod homo, est prædestinatus esse filius Dei. Et in ea loquitur de filio per filiationem æternam. Tum quia non dicitur aliquis prædestinatus, nisi ad id, quod est præcipuum inter omnia, ad quæ ordinatur à prædestinante. Et quamvis Christus in quantum homo orderetur ad filiationem æternam, & ad dignitatem moralem resultantem ex vnione cum ipsa in humanitate, & ad gratiam habitualem, & reliqua dona supernaturalia; præcipuum inter omnia est ipsa filia æterna, imo reliqua consequuntur, ex vi vnionis cum ipsa. Tum etiam: quia de hac filiatione intelligitur testimonium Pauli, cuius occasione Divus Thomas concedit prædictam propositionem. Et ex illa propositione, ita intellecta potest deduci hæc per bonam, & evidentem consequentiam, Christus in quantum homo est filius Dei per filiationem æternam, ut statim explicabimus.

82

Secundò probatur fere omnibus testimonijs scripturæ adductis ad probandum conclusionem articuli secundi. Quia fere omnia intelliguntur aperte de filio per filiationem æternam.

nam ergo sicut ex illi testimonijs colligitur Christum, in quantum hominem, esse filium Dei; ita etiam colligitur esse filium per filiationem æternam. Et de primò eorum, scilicet, ad Romanos primo, *Qui prædestinatus est filius Dei virtute*, & cetera, Aduertendum est adduci iuxta expositionem Augustini, & omnium scholasticorum, qui ex eo colligunt hanc propositionem; Christus in quantum homo est, est prædestinatus esse filius Dei per æternam filiationem. Ex qua deducitur euidenter hæc consequentia (ut nunc dicebam) ergo Christus, in quantum homo est filius Dei per filiationem æternam.

83

Roman. 1. August.

Verum aliqui, de quorum numero est Franciscus Suarez, tomo primo, in tertia parte, disputatione 50. sectione secunda dicunt in hac consequentia committi æquiuocationem. Qui particula, in quantum, tam in antecedenti, quam in consequenti, denotat conditionem requisitam ex parte subiecti, ut prædicatum ei conueniat. Et ideo tam in antecedenti, quam in consequenti, subiectum, secundum illam conditionem debet præsupponi aliquo genere prioritatis ad prædicatum: & tamen quamuis in antecedenti possit præsupponi aliquo ordine prioritatis, quia sumitur, ut obiectum actus intellectus: qui potest terminari ad ipsum præcise, quatenus est homo, ut hic homo singularis, & in individuo, non considerando includi in eo vnionem cum personalitate filij.

84

Suarez. Argumenta

Et.

85

Et in consequenti non potest ita præsupponi: quia sumitur, secundum esse, quod habet à parte rei, & ita includi vnionem, cum ipsa filiatione æterna. Et dicunt committi, in hac consequentia defectum, similem illi, qui committitur in hac, Lapis intelligitur, ut immaterialis: ergo est immaterialis. Quia vtroque procedit argumentum ab eo, quod conuenit rei, ut est obiectum intellectus, ad id, quod conuenit ei, ut est à parte rei.

Respon.

Sed melius Caietanus lococitato, dixit consequentiam illam esse optimam, si consequens intelligatur cum hac limitatione, per gratiam vnionis, ita ut sensus sit; Christus in quantum homo est filius Dei à filiatione æterna, per gratiam vnionis. Et in primis valere illam consequentiam: & non committi in ea defectum explicatum potest ostendi. Quia prædestinatio est practica, & habet adiunctam executionem: ergo obiectum suum sub ea conditione, sub qua ordinatur per ipsam ad assequendum, vel habendum aliquid, debet in executione assequi, & habere illud. Quare, si Christus, in quantum homo ordinatur per prædestinationem, ad hoc, ut sit filius Dei: necessarium quidem est, ipsum, in quantum hominem, esse in executione filium Dei.

Quare non valet hæc consequentia, lapsus intelligitur ut materialis ergo est materialis.

Et ex hoc patet non esse aptam instantiam de actu intelligendi. Quoniam huiusmodi actus est pure speculatiuus, & non respicit executionem: ar-

87

que ita non habet veritatem practicam, quæ inferat executionem: sed solum speculatiuam, quæ consistit in adæquatione ad obiectum, quo ad omnia, quæ de ipso cognoscuntur. Et propterea ad suam veritatem, satis est obiectum esse tale, quale per ipsum iudicatur, aut cognoscitur esse. Et quia modus essendi immaterialiter, quem obiectum habet in intellectu, non est conditio cognita, aut tenens se ex parte obiecti: & ita, neque per intellectionem iudicatur conuenire ei, sed solum requiritur ex parte intellectus, in quantum intellectus, propter suam immaterialitatem non potest aliter vniri cum obiecto, sicut requiritur ad intelligendum. Ideo quantumcumque actus intelligendi sit verus, non valet consequentia, quæ ex eo quod obiectum aliquod, ut cognoscitur, habet modum essendi immaterialem, colligitur ipsum secundum se esse immaterialem.

88

Et deinde consequens debere intelligi, cum illa limitatione, scilicet, per gratiam vnionis patet. Quia Christus potest sumi, ut subsistens in natura diuina, & ut subsistens in natura humana. Et priori modo habet esse filium Dei, à filiatione æterna per æternam generationem: posteriori verò modo per gratiam vnionis factam non ipsi supposito, sed suæ humanitati: & in consequenti sumitur posteriori modo.

Ex quo etiam simul manet

expli-

89

Christus in quantum homo præsupponitur ad esse filium Dei.

explicatum: quæ ratione etiam à parte rei præsupponatur etiam secundum aliquem ordinem saltem fundamentalem, Christus in quantum homo, ad hoc, quod est habere, à filiatione æterna esse filium Dei. Quia quamuis in subiecto illo, quod est Christus in quantum homo hoc est, persona diuina; vt subsistens in humanitate includitur filiatio æterna vnita humanitati, non includitur, vt communicata per hanc vnionem, quæ est gratia vnionis ipsi personæ, vt affectæ hac conditione, quæ est subsistere in natura humana. Et si quæras, an ad veritatem huius consequentis, & bonitatem consequentiæ necesse sit addere expresse illam limitationem, vel potius sit satis subintelligere eam.

90

Vincen. Hac propositio, Christus in quantum homo est filius Dei sine addito potest cõcedi.

Ad hoc Ioannes Vincen- tius loco citato respondet necesse esse exprimere eam: quia cum proprius modus habendi æternam filiationem, sit per generationem æternam, si dicatur absolute, Christum in quantum hominem esse filium Dei per filiationem æternam; denotabitur ipsum in quantum hominem, habere hanc filiationem per æternam generationem.

Caicr.

Sed melius Caietanus loco citato, Respondet satis esse exprimere; vel subintelligere illam limitationem. Quia neque in re, & ex proprio modo significandi est falsa hæc propositio: Christus in quantum homo habet esse filium Dei ab æterna filiatione. Cum in re ita sit, scilicet, Christum

in quantum hominem, habere esse filium Dei ab hac filiatione: non quidem per generationem æternam, sed per gratiam vnionis: & propositio ipsa ex proprio modo significandi importat illam limitationem saltem virtualiter ratione illius additi, in quantum homo.

Neque etiam datur occasio errandi, quamuis non exprimitur talis limitatio. Quia quando dicitur, proprium modum habendi filiationem æternam esse per æternam generationem, debet intelligi quando habetur in propria natura, scilicet diuina, non autem quando habetur in aliena: & in hac propositione ratione illius additi, in quantum homo, significatur haberi in aliena natura, scilicet humana; atque adeo non datur occasio existimandi significari eam haberi per generationem æternam.

Potest etiam hæc conclusio probari testimonijs sanctorum adductis pro conclusione articuli præcedentis.

Et tandem hac ratione. Quia Christus, vt subsistens in humanitate habet filiationem æternam coniunctam, & assistentem, per gratiam vnionis, suæ humanitati: ergo ab ea, vt à forma, aut quasi forma, habet, vt subsistit in eadem humanitate, esse filium Dei. Patet consequentia: quia filiatio æterna, vt ita existens, per gratiam vnionis, in humanitate, est sufficiens per modum formæ, ad denominandum suppositum eiusdem humanitatis filium Dei non minus, quam

alix

91

92

Prob. ratio ne cõclusio.

93

Incidēs dñs biolū de re- latione filij in Christo.

aliæ formæ in hærentem eidem humanitati.

Sed restat circa hanc conclusionem difficultas: an supposito, formam constituentem Christum, in quantum hominem filium Dei fundamentaliter esse filiationem æternam; relatio constituens ipsum filium formaliter, seu relatiuè, sit relatio specialiter terminata ad personam Patris tantum, vel potius relatio terminata ad Deum, vt communis est tribus personis.

Ad hanc difficultatem, qui dicant filiationem æternam non constituere filium fundamentaliter, secundum specialem rationem filiationis, sed secundum communem rationem personalitatis diuinæ, dicunt relationem constituentem filium relatiuè, esse relationem rationis terminatam ad Deum, vt communis est tribus personis.

94

Christus in quantum homo non dicitur relatiuè ad Deum.

Sed hoc impugnatum manet ex nostra prima conclusione. Et ideo consequenter ad eam respondetur aliter, negando Christum, in quantum hominem, dici filium Dei relatiuè, ab aliqua relatione, siuè reali, siuè rationis, fundata in filiatione æterna, vt communicata per gratiam vnionis humanitati. Quia filiatio æterna non constituit filium, vt accepta per generationem, per modum naturæ, sed quia ipsa secundum se est filiatio: & ideo non est ratio fundandi relationem filiationis: quia solum potest fundare hanc relationem forma accepta per natiuitatem, per modum naturæ. Neque

tamen ipsa filiatio, vt est forma aut quasi forma, constituens Christum, in quantum hominem filium Dei, refert ipsum ex vi, & propria ratione ad Patrem, quem ipsa respicit: quia sicut vnitur humanitati, & terminat eam, & tamen non refert ipsam ad Patrem, vt solet explicari in materia de incarnatione; ita etiam & maiori ratione constituet, vt sic vnita Christum in quantum hominem filium Dei, & non refert eum ad Patrem. An verò hæc filiatio, vt ita communicata humanitati, per gratiam vnionis, fundet saltem aliam relationem. & an talis relatio sit realis, vel rationis: & quem terminum respiciat, explicabitur in solutione secundi argumenti primæ sententiæ.

Et non obstat esse à nobis dictum de hac filiatione, constituere filium fundamentaliter. Quia non ideo id diximus: quia sit ratio fundandi relationem filiationis, quæ appellatur filiatio formaliter, sed vt distingueremus eam, in ratione constituendi filium à relatione formali, siuè relatiua; & vt explicarem, non constituere filium ad modum relationis relatiuæ, sed ad modum filiationis fundamentalis, quamuis ipsa non sit fundamentum relationis filiationis.

95

Filiatio diuina vnitur humanitati & tamē nō refert eā ad Patrem.

96

Ad

97

AD ARGV-
menta primæ senten-
tiæ respondetur.

Ad primū
primæ sen-
tentiæ resp.

AD Primum primæ sen-
tentiæ respondetur negan-
do antecedens, quantum
ad eam partem, qua dicitur,
in humanitate Christi ratione
vniōnis esse ius ad hæredita-
tem diuinam. Quia licet sit
sanctitas, non sequitur esse ta-
le ius, si intelligatur de iure ad
hæreditatem propriè sumptam,
vt explicatum est in secunda
probatione primæ conclusio-
nis. Et ad probationem con-
cesso antecedenti, neganda est
consequentia, quantum ad eam
partem consequentis, quæ est
de iure hæredis. Itaque non va-
let hæc consequentia, Gratia
vt inhærens iustis dat eis ius
hæredis: ergo etiam persona-
litas diuina, vt vnita humani-
tati dat idem ius. Et ratio dis-
criminis est: quia gratiam dare
hoc ius, non est perfectio sim-
pliciter, seu in genere entis,
sed potius habet adiunctam im-
perfectiōnem in hoc genere,
tam ex parte ipsius gratiæ, quam
ex parte iuris, quod est eius
effectus, quam etiam subiecti
cui datur talis effectus. Quod
facile intelligetur ex propria
ratione iuris, quod datur per
gratiam.

Gratiæ da-
re ius ad hæ-
reditatē di-
uinā inclu-
dit imperfe-
ctionem.

Quare per-
sonalitas di-
uina nō pos-
sit dare ius
hæredis cū
illa det
gratia.

98

Nam cum sit ius ex affectu,
& adoptione proueniens, &
non ex natura rei, necesse est
ipsum, secundum se esse im-
perfectam: & subiectum, cui
datur esse extraneum respectu

bonorum, quæ respicit: &
gratiam non habere præcise
ex natura sua dare hoc ius, sed
vt habet adiunctum diuinum
affectum, ex quo prouenit ado-
ptio. Et propter has imper-
fectiones, quæ repugnant di-
uinæ personalitati, non valet
argumentum à gratia ad per-
sonalitatē diuinam, quantum
ad hoc, quod est dare tale ius.
Et potest ipsa personalitas, da-
re aliud ius excellentioris or-
dinis ad omnia bona, tam gra-
tiæ, quam gloriæ, quæ respi-
cit hoc ius hæredis. Quia po-
test facere debita omnia hæc
bona humanitati, supposita
vniōne, alio præstantiori ti-
tulo, scilicet, ex vi naturalis
sequelæ, aut cuiusdam con-
gruentiæ fundatæ in proportio-
ne, & connaturalitate. Sicut
& quamuis gratia habitualis det
esse sanctum, & iustum & gra-
tum Deo modo quodam sibi con-
naturali, quatenus est quædam
forma accidentalis.

Ad primam confirmatio-
nem, Concesso antecedenti
neganda est consequentia. Et
ad probationem dicendum est,
ad meritum operum, præsup-
poni dignitatem, ex parte per-
sonæ operantis, tam in nobis
quam in Christo. Cæterum
quantum ad hanc dignitatem,
esse discrimen inter Christum
& nos: Quia in nobis est ac-
cidentalis, proueniens ex gra-
tia habituali; & in Christo erat
substantialis, consistens in dig-
nitate infinita diuinæ persona-
litis: Et idè in nobis gratiam
prius communicare operanti
hanc dignitatem, tanquam

Differētia
inter Chri-
stum & nos
in ratione
meriti ex
parte digni-
tatis perso-
næ.

esse

99

100

100

effectum, suamque operibus
valorem; & in Christo non
esse necessarium, personalita-
tem Diuinam, communicare
supposito, vt operanti ali-
quam dignitatem: quia ipsa
personalitas est summa, & infi-
nita dignitas.

Et ad obiectionem contra
hoc factam respondetur, quam-
cumque personalitatem diui-
nam, in casu, quo assumeret hu-
manitatem, fore eodem modo
infinitam dignitatem ex parte
personæ operantis, quia ad
hoc non est necessarium, esse
filiationem personalem, sed sa-
tis est esse personalitatem diui-
nam.

Ad secundam confirmatio-
nem respondetur cum Chryso-
stomo, & omnibus Græcis,
illo loco, ex verbis Pauli bene
colligi primam, scilicet, valere
hanc consequentiam saltem à
posteriori, Petrus est hæres
Dei: ergo filius. Quia Paulus,
ibi, quasi per gradus quosdam
extollit statum eorum, quibus
spiritus Christi datus est. Et ita
primo inquit, eos esse filios
Dei. Et quia apud homines con-
tingit, aut ex Reipublicæ insti-
tuto, aut aliquo casu, eum qui
filius est, non esse hæredem
bonorum Patris: quia tota hæ-
reditas deuoluitur ad primoge-
nitum, aut ad alium, idè addit,
si filij & hæredes, quibus verbis
significat, eos, qui filij sunt, id
etiam amplius habere, vt sint
hæredes. Et rursum: quia con-
tingit, aliquem institui hæredem
angustæ, & tenuis hæreditatis,
vt diceret hos esse hæredes sum-
morum bonorum, addidit, hæ-

101

redes quidem Dei, hoc est, bono-
rum Dei, quæ supponit esse
magna. Et vterius, vt hoc etiam
magis explicaret, subdidit, co-
hæredes autem Christi, quasi di-
ceret, non esse hæredes quorum-
cumque bonorum Dei, sed eo-
rum, quæ Christus filius eius ab
ipso accipit in quantum homo.

Negamus tamen ex his vl-
timis verbis colligi secundam,
scilicet Christum esse cohære-
dem nobiscum, si cohæres su-
matur propriè, pro eo, qui si-
mul cum altero est hæres alicuius
hæreditatis.

Et ad probationem dicen-
dum est, hos hæredes non ap-
pellari cohæredes Christi: quia
ipse propriè hæres sit, sed prop-
ter alias duas rationes. Quarum
prior est, communicatio eorum-
dem bonorum: vt ita explicetur,
eos esse hæredes magnorum bo-
norum, vt pote eorumdem, quæ
vnigenito filio Dei, in quantum
est homo conueniunt.

Posterior est modus, quo in-
stituti sunt hæredes horum bono-
rum: quia non est datum eis hoc
ius, vt omnino separatis à Chri-
sto, sed vt membris eiusdem cor-
poris mystici, cuius caput est
Christus, quasi diceretur, esse
hæredes Dei, vt membra simul
cum Christo, tanquam cum ca-
pite pertinentia ad vnum cor-
pus. Ex quo etiam magis expli-
catur eorum dignitas, quatenus
Dei hæredes sunt instituti. Qua-
re ad formam argumenti, quod
ex illis duobus sumitur, respon-
detur negando antecedens.

Ad tertiam confirmationem
vt respondeamus, supponen-
dum est ex Athanasio, ser-

102

Quomodo
intelligatur
nos esse co-
hæredes Chri-
sti.

103

Athana.

K mone

104
Cyril.

mone tertio, contra Arianos. Et Cyrillo, libro decimo Thesauri, in capitulo quarto. Hæreticos, ut Christi diuinitatem impugnarent, solitos fuisse, ex nomine primogeniti, quod in scriptura tribuitur Christo, argumentari hoc modo: Primogenitus non dicitur aliquis, nisi ubi multi sunt geniti, aut procedentes ab eodem, inter quos est primus, ut vnus eorum. Cum ergo non sit multitudo procedentium à Deo, inter quos Christus possit dici primogenitus, nisi in creaturis, sequitur cum in scriptura Christus appellatur primogenitus, significari ipsum esse creaturam.

Et propter hoc argumentum, sancti prædicti dicunt, cum hoc nomen in sacra Scriptura tribuitur Christo, debere intelligi de ipso, ut homo est: & ideò semper apponi aliquid, quod ipsi secundum hanc rationem conueniat, ut ad Colossenses, capite primo. *Primogenitus omnis creatura. Et iterum. Primogenitus ex mortuis. Et hoc loco. Primogenitus in multis fratribus.*

105
Chrysof. Theophi.

Et hoc supposito respondetur cum eisdem sanctis, & Chrysofomo, & Theophylato, Christum ratione humanæ naturæ, habuisse, ut fratres homines, qui cum ipso in eadem natura conueniebant. Et dici primogenitum inter eos, non quia, in quantum homo erat filius Dei, excellentiori modo, quam ipsi, scilicet, per filiationem æter-

Quare dicitur Christus primogenitus omnis creature

nam (quamuis re ipsa, hoc ei conueniret, ut ostensum est) Sed quia habuit excellentiam, & primatum inter eos: & fuit caput corporis, cuius ipsi sunt membra: & primus fuit eis causa & author, ut essent filij Dei, per adoptionem, iuxta illud Ioannis primo: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Nam, quia in veteri lege primogeniti priuilegia, & prærogatiuas habebant inter reliquos fratres, ut patet Deuteronomij vigesimo secundo, & ipsi natura sua sunt initium processionis filiorum ex patre; ideò frequenter nomen hoc in scriptura usurpatur ad significandum, eum, qui inter alios habet primatum & excellentiam, aut est eis causa, & author alicuius esse, aut operationis. An verò hæc eadem verba possent dici de Patre, aut Spiritu sancto, si assumerent carnem, dicemus in solutione vltimi.

Ad secundum respondetur negando antecedens. Quia Christus, in quantum homo non dicitur filius Dei relative à relatione filiationis, superaddita filiationi æternæ, quæ est quasi forma constituens ipsum filium fundamentaliter, ut explicatum est, in solutione difficultatis propositæ, circa tertiam conclusionem. Et ad probationem dicendum est, supponi falsum in eius antecedenti, scilicet, Christum, in quantum hominem, dici filium Dei relative à relatione, quæ consequitur ad actionem, qua est facta vnio humanitatis, cum filiatione personali. Quia ad

106

Ioann. 1.

Deut. 22.

107

Ad secundum princ. resp.

Ad vnionem hypostaticam non sequitur filiationem sed effectum, respectu totius Trinitatis.

hanc

108

hanc actionem non consequitur relatio filij, sed relatio effectus, qua est ad totam diuinam Trinitatem, ut est vnus Deus.

Et si quæras id, quod in eadem solutione remissum est in hunc locum, scilicet, an hæc relatio, sit realis, vel rationis, Respondetur, hanc relationem, ut est relatio effectus, esse realem, subiectatam in humanitate: & ut est relatio vnionis, conuenire duobus extremis, inter, quæ est vnio, scilicet, personalitati Verbi, & humanitati: & ex parte personalitatis esse, relationem rationis, & ex parte humanitatis realem.

109

Ad confirmationem, negando antecedens: & ad primam probationem dicendum est, continere duas difficultates.

Prima est de Verbis illis, quæ, ut supra retulimus, fuerunt dicta in baptismo Christi, in Transfiguratione, an scilicet, sint tribuenda toti Trinitati, vel solum Patri æterno, qui est prima persona Trinitatis.

Secunda est, an Adrianus Papa intelligens illa verba, ut dicta à tota Trinitate, usus fuerit eis ad probandum, Christum, in quantum hominem, esse filium naturalem totius Trinitatis, atque adeò declarauerit, eam sententiam esse habendam, ut certum fidei dogma.

Et de priori difficultate,

Gabriel Vazquez, disputatione de adoptione Christi, capitulo decimo, contendit illa verba esse referenda ad totam Trinitatem: non tamen ad id probandum, virtut alio argumento, quam eo, quod ex Adriano proponitur in hac probatione, & eius autoritate.

Verum melius Franciscus Suarez, disputatione citata, sectione tertia, defendit oppositum: & id confirmat erudite multis testimonijs. Et quantum attinet ad illa verba, prout dicta fuerunt in Transfiguratione, sufficit illud, secundæ Petri primo. *Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam, voce de lapsa ad eum huiusmodi à magna gloria: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Nam ibi per Deum Patrem non intelligitur tota Trinitas, sed prima persona, quæ solet ita appellari, & ad argumentum, & testimonium Adriani, respondebimus statim.

Et de posteriori difficultate, idem Gabriel Vazquez, capitulo citato, & capitulo decimo quarto responder affirmatiue. Et addit non obstare auctoritati Adriani, non esse certum, debere illa verba Evangelij, intelligi de tota Trinitate: quia ipse non adducit ea, ut vnicum, & adæquatum fundamentum suæ doctrinæ: & sæpe Pontifices in suis decretis, adducunt testimonia Scrip-

110
Vazquez.

Suarez.

111

Vazquez.

112

turæ, quæ non conuincunt, ea esse de fide, sed solum adiuuant, ad eorum explicationem. Verum Franciscus Suarez, loco citato, respondet ex testimonio Adriani ostendi esse illam sententiam probabiliorem opposita, non tamen definitam, ut certam secundum fidem.

Mihi tamen neutrum videtur colligi: sed potius nostram sententiam esse magis certam, scilicet, Christum in quantum hominem, seu secundum humanitatem, esse filium Dei per filiationem, quæ est proprietas personalis Verbi. Ut autem id ostendam, & ut simul respondeam huic probationi, oportet aperire sensum Adriani, cum illa verba adducit.

Adrianus.

113

Vbi proculdubio, vult probare, Christum etiam cum addito, secundum humanitatem, non posse dici filium Dei adoptiuum: & ad id vitur hoc argumento: Christus, in quantum homo, est filius Dei naturalis: ergo non est filius Dei adoptiuus. Consequentiam supponit, ut certam, ex eo, quod antea dixerat in eadem Epistola, scilicet, adoptionem, quia præsupponit extraneitatem in subiecto, cui tribuitur, repugnare filio naturali. Et antecedens probat: quia pater de Christo dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene placuit. Quæ verba referenda esse ad Christum, secundum humanita-

Filiatio adoptiua præsupponit extraneitatem: ideo non potest Christo conuenire.

tem, & non secundum diuinitatem, probat duobus medijs, quæ retulimus articulo præcedenti, in secunda probatione conclusiõnis. Et ex eis vnum, quod ad rem præsentem facit, desumitur ex Verbo, *Complacui*. Quia si solus Pater loqueretur, non vteretur eo, sed dixisset, bene placui, propter vim verbi, *complacui*. Quæ est significare convenientiam: & quasi societatem distinctorum, in eo, quod placet, & tota Trinitas non dicitur complacere, in Christo, secundum diuinitatem, sed solum secundum humanitatem: quia secundum diuinitatem est à solo Patre, & secundum humanitatem à tota Trinitate: quia opera Trinitatis ad extra, sunt indiuisa.

114

In quo argumento multa sunt, quæ fauent nostræ sententiæ. Nam in primis principalis eius consequentia fundatur in antecedenti intellecto ibidem, de Filio, per filiationem æternam, quoniam huic propriè repugnat extraneitas requisita ad adoptionem. Et deinde testimonium scripturæ, quò probatur antecedens, intelligitur de hoc filio, ut pater ex nomine, *Dilectus*, & ex articulis, tam ei, quam nominimi, *Filius*, adiunctis, qui emphasim habent. Et tandem Adrianus refert hæc verba fuisse dicta à Patre, ut condistinguitur à tota Trinitate; tanquam vna eius persona in parti-

115

culari.

116

culari. Et solum viderur impugnare eam argumentum desumptum ex verbo, *complacui*.

Ad quod responderetur in primis, neque in ipso Verbo Latino, neque in Græco, quod ei responderet, esse sufficiens fundamentum, ut debeat accipi, in ordine ad multos conuenientes, in complacencia de aliquo obiecto: quia vtramque potest dici, de vno solo complacente sibi in re aliqua. Et quamuis Adrianus videatur insinuare oppositum, non potest ex eo sumi efficax argumentum: quia contextus, ut habetur in communi editione Conciliorum, est adeo inuolutus, ut non careat suspicione deprauationis.

117

Deinde responderetur quamuis verbum hoc importet conuenientiam multorum in actu complacendi, posse accipi, ut dictum à sola persona Patris, quasi respiciente, ad reliquas personas, placentes etiam sibi in Christo homine: ita ut Pater solus appellet eum, secundum humanitatem filium suum: & dicat, se in eo, sibi complacuisse, simul cum alijs personis. Ut cum plures conueniunt in aliqua sententia, potest vnus eorum solus, dicere se consensisse in eam sententiam simul cum reliquis.

Ad secundam probationem, concedendum est, Christum ibi loqui de se ipso, ut homine, & secundum hanc rationem patrem æternum appellare patrem suum: quod

solum colligit Adrianus, ex illo testimonio. Caterum negandum est, ipsum per *patrem suum*, intellexisse totam Trinitatem: quoniam non distinxisset hæc duo, patrem meum; & patrem vestrum, sed vno nomine dixisset, patrem nostrum. Distinxit verò etiam hæc duo, *Deum meum*, & *Deum vestrum*, quamuis vtrobiq; Deus sumatur essentialiter, ut communis est Trinitati: ad significandum distinctum modum, quo ipse, ut homo habet Deum, ut suum, & quò nos possumus eum habere, ut nostrum: quia ipse, sine medio, nos ipso mediatore.

Ad tertium responderetur, negando antecedens. Et ad probationem, concessa maiori, distinguenda est minor. Si enim sit eius sensus, Christum sumptum, ut personam, ita constitutam, non habere in humanitate filiationem æternam modo naturali, scilicet, ut procedentem per generationem æternam, vera est: quia ut ibi dicitur, potius Christus sumptus, ut talis persona, includit hoc modo eam secundum se, ut alterum extremum suæ constitutionis. Si verò sit sensus, Christum ita sumptum, non habere in humanitate filiationem æternam alio modo, scilicet, tanquam donum gratuitum datum per gratiam vnionis factam ipsi humanitati, falsa est: & similiter est falsum id, quod ad eius probatio-

118

Ad 3. resp.

119

120

nem dicitur, scilicet Christum, ita sumptum includere eam, secundum se: si intelligatur de eodem modo includendi eam, hoc est, per gratiam vnionis. Et eadem ratione potest distingui consequens, aut potius negari consequentia: quia cum nos dicimus formam a qua Christus, in quantum homo, dicitur filius Dei, esse filiationem aeternam, loquimur de eo, quod est esse filium Dei per gratiam vnionis. Ut autem valeret consequentia, sumendo consequens in sensu opposito, oporteret minorem esse veram in posteriori sensu.

Christus dupliciter habet esse filium Dei a filiatione aeterna.

121

Itaque Christus dupliciter habet esse filium Dei a filiatione aeterna, scilicet, per aeternam generationem, & per gratiam vnionis: & priori modo non est concedendum, ipsum in quantum hominem habere esse filium Dei, a filiatione aeterna, nisi valde improprie, scilicet, sumendo particulam, in quantum, vt solum denotat conditionem concomitantem, vt statim explicabimus, posteriori tamen bene potest concedi. Et secundum priorem modum praesupponitur, vt filius Dei, ordine rationis, & fundamentali a parte rei, ad esse filium Dei, secundum posteriorem modum, vt in secunda probatione vltimae conclusionis diximus.

Ad confirmationem admittimus explicationem acceptio- num particulae, in quantum. Et ad argumentum, quod ex ea desumitur respon-

detur negando antecedens, si intelligatur de modo essendi filium Dei, per gratiam vnionis, vt nos loquimur. Et ad probationem negandum est, Christum non habere in humanitate filiationem aeternam, non quidem inhaerentem, aut proprie informantem, sed assistentem, & vnitam substantialiter per gratiam vnionis. Et ad exemplum, quod ad aperiendam vim huius confirmationis adducitur, de hac propositione, Christus in quantum homo est Deus, Respondetur hanc propositionem admittere eandem distinctionem. Quia si sit sensus, esse Deum per naturam, aut per generationem aeternam, non est vera, etiam si sumatur particula, in quantum, specificatiue, nisi sumatur, vt designat suppositum, aut humanitatem, tanquam conditionem concomitantem: ita vt sensus sit, Christum qui est Deus, aut non obstante vnione cum humanitate, esse Deum per naturam, aut per generationem aeternam. Verum hic sensus est valde improprius, & ideo haec propositio absolute, & in rigore est neganda. Si tamen sensus sit, esse Deum per gratiam vnionis factam humanitati, est vera, si particula, in quantum, sumatur specificatiue, etiam si designet humanitatem. Tanquam conditionem, in qua, aut secundum quam ei conuenit esse Deum per gratiam vnionis. Quare ad consequentiam, qua ex illo exemplo

Christus in quantum homo est Deus, si sumatur specificatiue est vera per gratiam vnionis.

123

dedu-

124

deducitur, etiam hanc propositionem, Christus, in quantum homo est filius Dei per filiationem aeternam, esse solum veram in sensu improprio. Patet, quid sit respondendum.

D. Thom.

Et eodem modo est explicandus D. Thomas, loco ibi citato. Nam quia illa propositio, Christus in quantum homo, est Deus, absolute sumpta, debet intelligi de modo essendi Deum per naturam, & per generationem aeternam, & ita intellecta, solum est vera in sensu improprio: ideo in corpore illius articuli dixit eam absolute, & in rigore esse falsam. Quia vero intellecta de modo essendi Deum per gratiam vnionis, est vera in sensu proprio, si particula, in quantum, sumatur specificatiue: ideo in solutione ad primum illius articuli dixit esse absolute concedendam hanc propositionem: Christus secundum humanitatem, aut in quantum homo habet gratiam vnionis.

Ad vltimum respondetur

125

Ad vltimum respondetur negando antecedens, quantum ad eam partem, qua dicitur, Patrem, aut Spiritum sanctum, si assumerent humanitatem, fore dicendum in quantum hominem filium Dei. Et ad probationes, quas ibi dicitur posse desumi ex primo argumento cum suis confirmationibus, satis est respondisse eis. Solum superest explicare, id quod in fine solutionis tertiae confirmationis, remisimus in hunc locum, scilicet, an in eo casu, propter Patrem factum

126

hominem, possent dici verba Pauli, quae retulimus in secunda & tertia confirmatione, scilicet, nos esse cohaereditas patris, in quantum esset homo, & ipsum in quantum hominem, esse primogenitum in multis fratribus.

Et respondetur, posse dici in sensu, quem in solutione vtriusque confirmationis explicuimus. Nam & homines essent haereditas eorundem bonorum, quae patri, in quantum homini conuenirent, & essent haereditas in quantum conuincti ei, vt membra corporis, cuius ipse esset caput. Et praeterea etiam ipse, in quantum homo, esset primogenitus in multis fratribus: quia homines ipsos in quantum conuenirent cum eis in natura haberet, vt fratres, & inter eos haberet primatum, tanquam caput corporis mystici, cuius ipsi essent membra, & tanquam causa, & author, vt fierent filij Dei per adoptionem.

Si pater assumeret humanitatem diceretur primogenitus, & nos diceremur cohaereditas eius.

127

AD ARGUMENTA SECUNDA SENTENTIA RESPONDETUR.

AD PRIMUM SENTENTIAE SECUNDAE RESPONDETUR GRATIAM HABITUALEM SOLUM DARE ESSE FILIUM DEI ADOPTIUM: & ideo non posse constituere filium, nisi supposita ex parte subiecti conditione extraneitatis, quae in Christo,

Gratia solum dat filiationem adoptionis.

128

Ad primam
confir.

etiam, ut homine non potuit re-
periri.

Ad primam confirmatio-
nem concessa antecedenti ne-
ganda est consequentia. Et ad
primam probationem dicen-
dum est, rationem disparitatis
esse, quia illi effectus non po-
stulant conditionem extranei-
tatis ex parte subiecti, sicut
esse filium adoptivum. Et ad
secundam probationem respon-
detur, in puris hominibus
non deesse hanc conditio-
nem.

Ad secundam.

Ad secundam confirmatio-
nem respondetur, Christum
in quantum hominem non ha-
bere per gratiam ius hæredis
ad bona Dei, sed ius connat-
uralitatis requisitæ ex parte
principij, ad videndum Deum
in quantum gratia, cum suis ha-
bitibus est tale principium.

129

Ad secundam.
Per gratiam
non habet
Christus ius
ad bona Dei

Ad secundum respondetur,
negando antecedens. Et ad
probationem respondetur, re-
pugnare humanitati, ut unitæ
verbo, reduci in actum il-
lam capacitatem, propter
defectum extraneitatis requi-
sitæ.

Ad ultimum

Ad ultimum concessa an-
tecedenti, neganda est conse-
quentia. Et ad probationem
dicendum est, esse discrimen,
inter naturam creatam, & parti-
cipationem divinæ naturæ, quan-
tum ad hoc, quod est consti-
tuere Filium: quia natura crea-
ta non requirit affectum, ex
parte patris, neque extranei-
tatem ex parte subiecti, cui dat
esse Filium; at verò participatio
divinæ naturæ requirit utrum-
que.

130

Ad confirmationem respon-
detur negando antecedens. Et
ad probationem dicendum est
gratiam, quamvis sit eiusdem
speciei in Christo, & in reli-
quis hominibus, non dare
in Christo hunc effectum, qui
est esse filium propter defe-
ctum conditionis requisitæ; &
ideò non esse rationem impor-
tandi dependentiam per mo-
dum filij.

ARTICVLVS IIII.

*Utrum Christus in quan-
tum homo, sit filius
Dei naturalis, vel
adoptivus.*



X Articulo præ-
cedenti constat,
non esse filium
Dei adoptivum,
sed naturalem.

Qui diximus for-
mam, aut quasi
formam, per quam constituitur
in esse filij, esse ipsam filia-
tionem naturalem & æternam:
& nullo modo esse gratiam
habitualement, quæ constituit fi-
lios adoptivos. Quamvis hæc
naturalitas, nullo modo sit
referenda, ad modum haben-
di hanc formam: quia non
habetur in humanitate, per
generationem æternam, sed
per gratiam unionis. Reli-
qua, quæ de hoc articulo di-
ci poterant, videantur apud

Christus in
quantum homo
dicitur filius
Dei natu-
ralis non secun-
dum modum ha-
biti filiatio-
nem.

Ioan-

2

Ioannem Vincentium, Fran-
ciscum Suarez, & Gabrielem
Vazquez locis citatis. Et apud

expositores Divi Thomæ, ter-
tia parte, questione vigesima
tertia, articulo quarto.


3



K 5

I N

1



IN SECUNDAM
EPISTOLAM BEATI
PETRI APOSTOLI, ANNO-
TATIONES, ET CON-
TROVERSIAE.

3

2



ANTE
quã ag-
gredia-
mur lite-
rę expli-
cationē,
tria capi-
ta sunt
præmit-
tenda. Primum de authore, &
authoritate huius Epistolæ. Se-
cundum de loco, & tempore,
quo scripta est, & de ijs, ad quos
est Missa. Tertium de occasio-
ne scribendi eam, & de eius ar-
gumento.

**DE AVTHORE
& autoritate huius
Epistolæ.**

ET Quidem circa primum
duo inquiri solent, scilicet,
an huius Epistolæ author

fuert Petrus Apostolus: & an
eius autoritas sit infallibilis, &
diuina. Quæ duo tanram habent
interse connexionem, vt qui
vnum concesserit, aut in du-
bium reuocauerit, idem de al-
tero facere debeat. Si enim con-
cedas authorem huius Epistolæ
fuisse Apostolum Petrum, con-
tinuo concedere debes, eam
continere veritatem infallibi-
lem: quoniam Apostoli in Epif-
tolis, quas ad Ecclesiæ instructio-
nem scribebant ducebantur ab
Spiritu sancto, qui nec falli, nec
fallere potest. Et è contra si
concedas Epistolam hanc con-
tinere veritatem infallibilem,
consequenter concedere debes
eius authorem fuisse Petrum
Apostolum; quoniam is, qui
eam scripsit appellat se in ipso
exordio Simonem Petrum Apo-
stolum Iesu Christi. Et simi-
liter, si alterum horum neges

debes

5

debes alterum & negare: quo-
niam si Petrus non fuit author
huius Epistolæ, ipsa, in qua id
asseritur continebit hoc saltem
mendacium, & veritate deficien-
te, ipsi Epistolæ etiam deerit
Apostolica autoritas. Et ideo
simul hæc duo explicabimus.
In quibus partem negantem
sequutos fuisse aliquos ex anti-
quiste testis est Hieronymus, libro
de viris illustribus in Petrum, vbi
de ipso sic ait: *Scripsit duas Epi-
stolas, quæ Catholica nominantur,
quarum secunda à plerisque eius
esse negatur.* Et Eusebius, libro
tertio historiarum, capitulo deci-
mo nono, vbi de hac epistola
inquit, in dubitationem vocari,
quamuis à plerisque recipiatur.
Et Nicephorus, libro quinto
historiarum, capitulo decimo sex-
to, vbi ex Origene, libro quin-
to enarrationum in Euangelium
Ioannis refert hæc verba de Pe-
tro, *Vnam citra controuersiam re-
liquit epistolam, vtrum sit eius
etiam altera, quæ tamen in du-
bium vocatur.* Ex hæreticis
etiam nostri temporis, Kemni-
tius, & Centurionis, vt refert
Bellarminus tomo primo libro
primo de verbo Dei capitulo
decimo octauo, dubij sunt de
huius epistolæ autoritate. Fun-
damentum horum omnium est
vnum tantum, quod ab Hiero-
nymo adducitur loco citato,
scilicet hanc epistolam differre
stylo à præcedenti.

Hieron.

Eusebius.

Nicephor.

Belarm.

Author hu-
ius epistolæ
fuit Aposto-
lus Pe-
trus.

Conclusio.

Sed nihilominus dicendum
est authorem huius epistolæ es-

7

se Apostolum Petrum, & eius
authoritatem esse infallibilem,
& diuinã. Probaturo primo, quia
concilia cum catalogum faciunt
sacrorum librorum in eo po-
nunt hanc epistolam nomine
Petri, vt Laodic. can. 59. Car-
thaginense, tertium can. 47. Ro-
manam. 70. Epoc. sub Gelasio pri-
mo, Tridentinum, sessione quar-
ta decreto de Canonicis scrip-
turis. Et idem fecit ex Ponti-
ficibus Innocentius primus Epi-
stola tertia, quæ est ad Exuperiũ
capitulo vltimo. Secundo quia
etiam sancti ponunt eam in eo-
dem Canone, & eodem nomi-
ne. Vt ex Græcis Origenes,
homilia septima, in librum Iesu
Naue. Athanasius in Synopsi
sacrae Scripturae. Cyrillus Hiero-
solymitanus Catechesi quar-
ta illuminatorum capitulo de
libris. Damascenus, libro quar-
to fidei capitulo decimo octa-
uo. Et ex Latinis Hieronymus
Epistola 103. ad Paulinum, ca-
pitulo septimo, & Augustinus,
libro secundo, de Doctrina Chri-
sti, capitulo octauo, & ex lib. ter-
tio, quia ex veteribus Ponti-
ficibus, & sanctis aliqui profe-
runt ex hac epistola, vt ex sacra
Scriptura testimonio nomine
Petri, vt Higinus Papa, Episto-
la secunda, quæ est ad Athenien-
ses bis id facit. Origenes, Ho-
milia quarta, in Leuiticum,
Athanasius, oratione secunda,
contra Arrianos, Et in libro ad
Serapionem contra eos, qui di-
cunt Spiritum sanctum esse crea-
turam. Cyrillus Alexandrinus,
libro primo, Dialogorum de Tri-
nitate, in principio. Et Hiero-
solymitanus Catechesi quarta,

Cõcil. Laod.
Carthag.

Roman.
Trid.

Innocent.

Origen.

Arhan.
Cyril.

Damas.

Hierony.

August.

Higinus Pa-
pa.

Origen.

Athan.

Ciril.

Mysta-

9

Greg.

Mytagogica, Gregorius homilia decima octaua, in Ezechielé, & plures alij. Ultimo: quia ex nonnullis verbis huius Epistolæ æqua ratione ponderantis colligitur, hoc satis efficaciter. Nam colligitur authorem huius Epistolæ esse Apostolum Petrum, quo dato sequitur apte ipsam habere diuinam auctoritatem. Et quidem colligi illud constat, quoniam author huius Epistolæ in eius principio appellat se ipsum, *Simonem Petrum, & Apostolum Iesu Christi*. Quæ omnia nomina adeò determinate significant eum Petrum, de quo loquimur, vt nullo modo possint pro alio Petro accipi.

10

Nec verò dici potest aliquem alium sibi hoc nomen usurpasse, & ementito nomine scripsisse hanc Epistolam; nam ille non esset hæreticus; quia hæreticus non assumeret sibi nomen Petri Apostoli, nisi vt eo glorioso titulo maiorem auctoritatem, conciliaret suæ falsæ doctrinæ: & ita fideles ad eam pertraheret: & abduceret à Catholica: & tamen hæc Epistola non posset huic fini deservire, cum contineat doctrinam veram, & Catholicam, & monita valde efficacia ad deterrendum fideles à consortio, & doctrina hæreticorum: Neque etiam esset fidelis: quia quicumque fidelis duceret piaculum, usurpare tanti Apostoli nomen, & falsas pro veris obrudere scripturas in Ecclesiam. Et deinde idem author, capitulo secundo, dicit se esse de numero eorum, qui interfue-

runt transfigurationi domini in monte sancto, quare sequitur eum fuisse vnum è tribus, scilicet, Petro, Iacobo, & Ioanne; quoniam de his tantum dicitur Matthæi decimo septimo, fuisse tunc in illo monte, & cum nulus in Ecclesia dixerit eum fuisse Iacobum, aut Ioannem sequitur fuisse determinate Petrum. Quod argumentum ideo efficax visum est Bedæ, atque Erasmo, vt mirentur fuisse aliquos, qui dubitarint an hæc Epistola esset Petri.

Ad fundamentum oppositæ sententiæ Caietani respondetur, non minus probare de prima, quam de secunda, non esse Petri: quia tantum differt, prima à secunda, quantum secunda à prima. Verum hæc solutio insufficiens est: quia de prima supponitur ab omnibus, vt indubitatum esse Petri.

Deinde respondetur, eundem hominem sæpe vt diuerso stylo. Sicut registrum Gregorij valde differt stylo, à reliquis eius operibus. Et hanc solutionem, sequitur Michael de Medina, libro sexto, de re-cta in Deum fide, capitulo vigesimo tertio, & addit aliam nempe, hanc Epistolam, non differre stylo à præcedenti: quod confirmat, facta collatione inter plures vtriusque partes.

Sed mihi neutra solutio placet: quia contra priorem obijci potest, eundem hominem, in eodem genere scribendi, & respectu eorundem non vt diuerso stylo, præsertim, si suc-

11

Ad fundamētū Caiet.

12

Medina.

cessu

13

Hierony.

cessu temporis, non mutauit eum quo antea solebant vt. Et contra posteriorem potest obijci auctoritas Hieronymi, qui quamuis loco citato ex aliorum sententia referat diuersitatem styli harum Epistolarum, tamen Epistola 150. quæ est ad Hedibiam, quæstione vndecima, ex propria eam admittit. Nam vt probet Apostolos cum conciones habebant, aut aliquid scribebant fuisse vfos ministerio aliorum, qui interpretes appellabantur, sic ait. *Denique hæc duæ Epistolæ, quæ fuerunt Petri stylo inter se, & caractere discrepant, structuraque verborum*. Ex quo intelligimus pro diuersitate rerum diuersis eum vsum interpretibus.

14

Hierony.

Vbi Hieronymus simul responderet propositæ difficultati, illam diuersitatem styli, non esse ortam ex authorum diuersitate, sed interpretum, quibus idem author, scilicet, Petrus vsum est. Per interpretes tamen, non intelligit, eos, qui hæc Epistolæ ex Græco in Latinum sermonem verterunt: quia in Græco contextu constituit hanc styli diuersitatem; sed eos quorum ministerio ipsas conscripsit.

Baron.

Aliam etiam rationem, propter quam olim factis dubitationibus de auctoritate huius Epistolæ refert Baronius, anno primo, annalium, anno Christi sexagesimo octauo, capite primo, ex Didymo in capite tertio, ipsius Epistolæ, scilicet, quia crederetur esse depræ-

Didymus.

uata, quæ tamen ratio nunc non habet locum: quia post Ecclesiæ Catholicæ decretum omnis deprauationis suspicio est exclusa.

D E T E M -
pore & loco, & ad
quos fuerit hæc E-
pistola scri-
pta.

SECUNDO Loco explicandum est, quo tempore, & ex quo loco, & ad quos scripserit Petrus, hanc Epistolam: quæ omnia in eadem sunt ab ipso aliqua ratione explicata. Nam in primis tempus notauit, cum dixit capitulo primo, *Certus, quam velox est, depositio tabernaculi mei*: Quia his verbis significauit instare iam sibi, tunc mortem. Quare cum obierit iam senex, & anno decimo tertio Neronis, vt tradunt auctores Historiæ Ecclesiasticæ, sequitur ipsum iam senem, & non longe ab hoc Neronis anno, scripsisse hanc Epistolam. Et ex hoc colligitur, etiam secundum, scilicet, quo loco scripserit eam: quia ex ipsdem authoribus constat Petrum eo tempore versatum fuisse Romæ, & ibidem Martyrium consummasse: quare ibi etiam scripsit hanc Epistolam. Et confirmari potest hoc: quia Romæ scripsit primam, vt

omnes

17

omnes patres colligunt ex illis extremis eiusdem Epistolæ verbis. *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta.*

Tertium etiam, scilicet, ad quos fuerit hæc Epistola scripta, explicatur ab ipso Apostolo, capitulo primo, cum inquit. *Hanc ecce vobis charissimi, secundam scribo Epistolam.* Quia ex his verbis aperte colligitur, hanc Epistolam scribi ad eos, ad quos prima fuerat scripta, quos Apostolus in principio capituli primi eius Epistolæ designauit his verbis, *Electis aduenis dispersionis Ponti, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithinia.*

18

Quare constat scribi hanc Epistolam ad Iudæos: qui regione sua pulsi, incolebant has regiones, & prædicatione Petri, fuerant ad fidem conuersi. Et hoc vltimum, scilicet, illos iam tunc fidem suscepisse, explicuit magis in principio huius Epistolæ dicens. *Ihs, qui coaqualem nobiscum sortiti sunt fidem.*
(?.)



O C C A S I O

ad scribendum hanc Epistolam.

19

Tertio loco dicendum est, qua occasione Petrus, ijs hominibus hanc scripserit Epistolam, & quod sit eius argumentum, & vtrumque videtur explicatum ab ipso Apostolo, in principio capituli tertij. Vbi sic ait. *Hanc ecce vobis charissimi, secundam scribo Epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem, vt memores sitis eorum, quæ prædixi verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini, & Saluatoris.* Quoniam his verbis aperte significatur Petrum, vt prospiceret Indæis ad fidem conuersis, hanc ad eos, secundam scribere Epistolam, & in ea varijs ratiocinationibus, & argumentis ipsos admonere, vt in fide & præceptis acceptis, ab Apostolis permaneant. Diuiditur autem hæc Epistola apud Græcos in quatuor capita: & apud Latinos, in tria; in quibus latius hoc argumentum explicatur, vt in singulis dicemus.

20

Caput primum.

In hoc capite Petrus primum præmissa in scriptione continente salutationem eorum, quibus scribit Epistolam hanc, reducit eisdem in memoriam donata esse iam hominibus ea bona, quibus fieri possint confortes diuinæ naturæ, deinde admonet eos, vt puritati vitæ, &

exerci-

21

exercitio bonorum operum studeant. Et tandem petit, vt doctrinæ huic, quam eis tradit, fidem adhibeant, quia certissima sit, vt pote accepta à Domino, cuius maiestatis spectator factus, atque testis dignus fide esset. Et interim admonet eos, vt vaticinijs Prophetarum, quæ eidem doctrinæ attestantur attendat, ita tamen, vt ea non ex proprio ingenio, sed ex diuino spiritu, quo sunt scripta interpretentur. Atque hæc omnia hoc ordine prosequitur Petrus.

Simon Petrus ex Mosaycæ legis cultore factus conditione seruus, & ministerio Apostolus Iesu Christi ijs, qui non meritis proprijs, sed liberali gratia Dei, nec per veteris legis obseruationem, sed per iustitiam, & merita Dei nostri, & Saluatoris Iesu Christi adepti sunt fidem eiusdem dignitatis, & pretij cum nostra, scilicet, ita precatur, aut exoptat bona: gratia, scilicet, gratos faciens, & pax, scilicet, spiritalis nobis abunde conferatur per fidem Dei, & Christi Iesu Domini nostri. Sed etiam omnia quæ ad vitam æternam, & pietatem in Deum requiruntur donata sunt nobis diuina virtute, & potentia, non per circumcisionem, sed per fidem, & cognitionem eius, scilicet, Christi, qui vocauit nos motus sua mirabili misericordia, & virtute, aut bonitate, per quem maxima, & digna magno pretio bona, quæ olim nobis erant promissa, donauit iam, vt per hæc bona, iam donata efficiamini confortes diuinæ

22

naturæ, refugientes eam corruptionem, quæ est in mundo orta ex concupiscentia. Et quoniam diuino beneficio accepistis hæc dona, quibus ad tantam puritatem, & sanctitatem euecti estis, curate magno studio eam retinere, & locupletare; & ad hoc exercete, cum fide vestra virtutem, hoc est, honestas, & studiosas actiones, nec fides sit otiosa: & huic probitati vitæ, & actionum adiungite scientias, siue mysteriorum Dei, & sacræ Scripturæ, vt possitis reddere rationem eius, quæ in vobis est fidei, siue circumstantiarum; vt sciatis quid, quo loco, apud quos & qua ratione sit agendum, quia sine hac cognitione non possunt recte opera virtutum exerceri: Et cum hac scientia habete abstinentiam, aut temperantiam, qua in omnibus seruetis modum, ne, aut scientia inflati, aut ab affectu aliquo superari non possitis sequi, id, quod scientia rectum esse iudicauerit. Hanc temperantiam comite- tur patientia ad perferendum labores, ne malis fracti, à bono desistatis, & hanc patientiam sequatur pietas in Deum, vt operam detis ijs, quæ ad cultum Dei pertinent: & omnia, quæ facitis, aut patimini ad eius gloriam referatis: & huic pietati adsit dilectio in fratres, vt propter Deum ipsos diligatis, & demum his omnibus adiungatur charitas diuina, qua Deum summe ametis quoniam in ea sita est omnis perfectionis summa.

Et non immerito vos ad hoc studium exhortor: quia maximam ex eo reportabitis vtilitatem;

23

24

fi

25

si enim hæc, scilicet, bona opera & exercitia virtutum vobis ad fuerint, & non simpliciter ad fuerint, sed abunde, ita vt exuberent in vobis efficient, vt non sit vobis inutilis, nec sine fructu ea cognitio, & fides Domini nostri Iesu Christi, quam professi estis. E contra vero is, cui defunt hæc, quantumvis putet magnam se habere cognitionem: & non carere lumine fidei habet: se veluti cæcus, vt discat qua via sit ipsi incedendum & ingratus diuino beneficio, quo purgatus fuit à pristinis peccatis per Baptismum, aut Pœnitentiam, dum quasi oblitus tantæ misericordiæ in eadem peccata relabatur. Et ideo fratres ne existimetis vos tutos, & securos esse, quod fidem suscepistis, sed eo magis, & maiori studio in hoc incumbite, vt per bona opera certam, & firmam reddatis vestram vocationem, & electionem.

26

Poteritis autem hoc vestris operibus præstare: quia hæc, scilicet, opera bona, quæ commemorauimus, facientes, non incidetis vnquam in peccata, non quidem virtute vestra, sed virtute, & ope diuina, quæ sic id est, quamdiu hac contendetis via suppedabitur vobis abunde, vt superatis omnibus difficultatibus perueniatis ad æternum Regnum Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi.

Quare cum tantum vestra inter sit, hæc facere curabo assidue vos de his commonefacere, quamuis sciam non esse

neceffe, cum sitis satis instructi, & confirmati in hac veritate.

Existimoque esse iustum, & quasi debitum ex munere meo, quo sum Apostolus, excitare in vobis, per commonitionem hoc studium pietatis, quamdiu sum in hac vita superstes, maxime, cum certus sim ex reuelatione mihi à Christo facta futurum breui, vt deponam hoc tabernaculum meum, hoc est, corpus per mortem.

Quare interim dabo operam vt frequenti admonitione mea ita hæc infigantur animis vestris, vt possitis, etiam post mortem meam eorum meminisse.

Doctrinæ autem, quam vobis trado, debetis omnino fidem adhibere. Quia cum annuntiamus vobis aduentum filij Dei in mundum in carne, & natura humana, & salutem, per ipsum hominibus allatam, non sequimur fabulas ingeniose: & sophisticas confictas, sed veritatem ipsam, oculis perspectam. Siquidem, cum essemus cum ipso in monte Thabor, facti sumus inspectores, & testes oculati maiestatis illius, nempe Christi. Ibi enim accepit à Patre tantum honorem, & tantam gloriam, vt hæc vox fuerit ad ipsum, e cælis delapsa. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite, & hanc vocem nos audiuimus: itaque videntes, & audientes interfuimus præsentis rei integræ prout gesta est. Atque pro

27

28

inde

30

inde possumus de rebus Christi tale testimonium reddere quale iure debeat ab omnibus recipi. Et habemus testimonium aliud firmiter & grauius ex prophetico sermone, qui semper consentit cum patris voce. Et vos benefacietis si & atteritis tanquam lucernæ lucenti in tenebris & caligine ignorantia, & æuorum huius seculi, donec lux diuina & Lucifer, aut perfecta cognitio rerum Christi, illucescat in mentibus vestris. Ita tamen vobis consulo, vt scrutemini vaticinia prophetarum vt ea non ex proprio ingenio, & beneplacito interpretari velitis; quia scilicet prophetia non est excogitata profertentis voluntate, sed suggeritur à Deo illustrante interius mentes prophetarum: ita etiam non est exponenda ad libitum, sed prout ipsa & spiritus à quo est dictata, postulat.

31

Annotationes ad literam.

Simon Petrus. Et reliqua vsque ad illud. *In cognitione Dei & Christi Iesu Domini nostri.* His verbis continetur inscriptio huius Epistolæ, in qua explicatur, quis sit qui scribit Epistolam; ad quos scribat, & quid eis deprecetur aut exoptet, aut qua ratione eos salutet. Primum quidem illis nominibus. *Simon Petrus.* Quibus alia adiunguntur pertinentia ad conditionem, & ordinem siue dignitatem, scilicet, *Seruus, & Apostolus Iesu Christi.* Secundum illis verbis. *Is qui coequalis nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri, & saluatoris Iesu Christi.* Et demum tertium cum additur. *Gratia vobis & pax multiplicetur.* Et circa primum quamuis multa possent dici de illis

titulis, *Seruus & Apostolus Iesu Christi,* tamen quia hæc dicta sunt in principio Epistolæ ad Romanos, vbi Paulus eisdem titulos sibi tribuit. Solū explicabo duo illa nomina. *Simon Petrus.* Ex quibus prius impositum fuit Apostolo à suis parentibus. Et quauis pro eo in nonnullis codicibus Græcis habeatur. *Symeon.* Sicut etiā. Act. 15. In omnibus libris Græcis habetur. *Symeon.* Vbi nos legimus. *Simon* narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere in gentibus populum. Hæc tamen diuersitas non multum est curanda. Primum quia vt Erasmus inquit in annotatione ad illa verba Act. forte vitio scribentium fuit vtrouique perperam positum. *Symeon.* Pro, *Simon;* Aut etiam nihil interest inter hæc duo nomina, nisi quod vt Erasmus ibidem ex Valla refert, forte ex terminatione Hebraica. *Symeon,* Factū est inflexione Græca. *Simon:* Similiter ex *Saul Saulus:* aut quia vt hoc loco aduertit scholia Græca diminutione quadam, & contractione factum sit à, *Symeon Simon.* Similiter à. *Metrodorus, Metras:* & à *Menodorus, Menas.* Et propterea tã Græci, quã Latini vsi sunt indifferenter vtrouque modo scribendi nomen hoc. Imo & in terminatione. *Symeon.* Interdum primam syllabam scribunt per, *ypsilo,* & interdum per, *iota,* aut. *i.* Latinum, & vtramque rationem diuersæ scripturæ in hoc nomine refert Ioannes Drusus in Cōmentario ad voces Hebraicas noui testamenti, cap. 9. & rejicit posteriore, quia non reperitur eius cōtractio nisi exemplum apud Hebræos in hoc nomine; & ad prioris confirmationem addit scribi nomē hoc

32

Act. 15.

Erasmus.

33

Ioan. Druf.

L apud

34

apud Hebræos. *Simbon*. Cum litera h. in aspirata, in principio vltimæ syllabæ, & hanc literam in medio aliquâdo à veteribus abscondi, & aliquando mutari in, è, quia utebantur eapro vocali, & idè Græcos pro illa Scriptura Hebraica aliquâdo scripsisse. *Simon*, detracta aspiratione, in, è. Alter um nomè quod *Petrus*, dicitur, siue, *Cephas*. Quoniam hæc duo nomina idem valèt, impositum fuit à Christo vt constat, Matth. 16. *Tu es Petrus & super hanc Petrà*, &c. Marci. 3. & imposuit *Simoni* nomèn, *Petrus*. & Ioan. 1. *Tu es Simon filius Ioana, tu vocaberis Cephas, qui interpretatur Petrus*, Quamvis Christus in ea impositione nõ fuerit vsus priori, sed posteriori, quia non est tunc locutus Græce, nec latine, sed lingua, quæ eo tempore esset vulgaris Iudæis, & ab Evangelista qui Græce scripsit positum est pro eo nomèn. *Petros*. Quod habet Græcâ terminationem, & ab interprete Latino nomèn *Petrus*. Quod etiã aperte colligitur ex testimonio Ioannis citato.

Math. 16.
Marc. 3.
Ioan. 1.
Cephas & Petrus idè significant.

35

Estque nomèn hoc mysticum respectu Apostoli, quia non significat in ipso eam naturam, quã proprie sumptum solet significare, sed excellentiam quandam spiritalem quæ cum ea natura habet proportionem aliquam. Pro quo aduertendum est vocem hanc, *Cephas*, significare lapidem, qui ab Hebræis dicitur *Kephâ*. & Syriace. *Kepha*. Vnde addita litera. S. à Græcis factum est nomèn. *Cephas*, quod proinde magis est Syrum quã Hebræum; atque ita Hier. lib. de nominibus Hebræis titulo de Ioanne, sic ait. *Cephas Petrus Syrum est*. Et super caput secundum Epistolæ

Nomèn Petrus mystice conuenit Simoni.

Hier.

ad Galat. in illud. *Cum auiem venisset Petrus Antiochiam*, &c. ita inquit. *Quam nos Latine, & Græce Petram vocamus. Hanc Hebræi, & Syri propter linguæ inter se viciniam Cepham nuncupant*. Ex quibus verbis non solum habemus hanc vocem esse Syram, sed etiam significare idem quod. *Petra*. Et prorsus idem significat nomèn Græcum. *Petros*. Quod eius loco substituit Euangelista, & ex quo factum est Latini. *Petrus*. Nam à Græcis Lapis appellatur duplici terminatione masculina, & fœminina, scilicet, *Petros*, & *πέτρα*. Et Euangelista, aut scriptor elegit priorem tanquam aptiorem ad nomèn viri. Quare cum Petrus non fuerit natura lapis, non potuit ei imponi nomèn hoc in significatio ne propria, sed in metaphorica, & mystica: secundum quam significat proprietatem aliquã quæ proportionem habeat cum natura lapidis. Ea vero fuit in Petro soliditas, & firmitas maxima infide, ratione cuius esset aptus vt a Christo constitueretur fundamentum, & caput suæ Ecclesiæ. Quoniam *Cephas*, non significat qualemcunq; lapidem, sed magnum, & valde durum, qualis in fundamento poni solet. Et quamvis multa ad hoc propositum dicant Iansen. in capit. 17. 38. & 66. suæ concordiæ Evangelicæ, & Baronius. tom. 1. Annal. Ann. Christi. 31. ca. 19. mihi placet referre verba Eliæ Iudæi in dictionario quod Thisbi appellauit. Quæ ab eius interprete ita vertuntur Latine. *Symeon filius Cepha, fuit vnus ex discipulis Iesu Nazareni. De quo dicunt in Euangelio eius quod illi nomèn primam fuerit Symeon Bariona, Iesum vero vocasse eum Cepha, quod*

36

37

Cephas significat magnum & durum lapidem.

Ianf.

Baron.

Elias Iud.

pha, quod

38

pha, quod fortitudinem, & munitionem significat. Nam Chaldaica expositio vocis Hebraicæ, quæ rupem significat, est *Cepha*, & pro fortitudine in multis locis vsurpatur. Innuit itaque ei Iesus quod ipse futurus esset caput, & robur fidei suæ, ideoque vocauit eum *Cepha*.

Quare Petrus vtatur nomine suo antiquo Simon, & nõ hoc faciat Paulus.

39

Et si quæras, cur Petrus hoc loco postquam acceperat à Domino hoc nomèn, vtatur etiam priori simul cum eo, cum tamen Paulus post factam sibi impositionem huius nominis nõ vtatur nomine Sauli præsertim coniuncto cum nomine, *Pauli*, ita, vt se appellet, *Saulum Paulum*. Respondetur, rationem huius rei desumendam esse ex modo, quo vtrique Apostolo nomèn nouum fuit impositum: nam Paulo fuit impositum tanquam nomèn, proprium, & primum, pro quo commutaret illud, quod antea habebat, & ideo postea nõ fuit vsus priori nomine, neque solo, neque adiuncto posteriori. At vero Petro fuit superadditum nomini antiquo nouum, ita vt non mutaret antiquum, sed eo retento haberet simul nouum, tanquam cognomen quo denotaretur dignitas primatus, & capitis; qua inter omnes Apostolos excelebat. Et ideo etiã post factam impositionem noui nominis utebatur antiquo, interdum solo, vt in prima Epistola, & interdum adiuncto nouo, vt in hac.

Erasm.

Circa secundum est aduertendum per, *coæqualem*, haberi in Græco vocem, quæ significat, *parè, æqualem, siue eiusdem pretij*. Et ideo Erasmus vertit, *æque pretiosam*, & interpres scholiorum Græcorum, *æquè honorificâ*, & ipsa scholasticè in commentaria vtuntur eadè significatione.

Attribuit autem Petrus hunc titulum ijs, ad quos scribit, tum vt significet eos esse fideles, tum etiam vt excitet eos ad æquale studium virtutis, siquidem acceperant donum par, & æquè honorificum. Cũ vero addit Petrus, eos accepisse hanc fidem *in iustitia Dei nostri*, &c. Particula, *in*, nõ sumitur pro, *cum*, quia significaretur eos omnes, ad quos hæc Epistola scribitur accepisse non solum à Deo fidem, sed etiam iustitiã, atq; adeò esse iustos, quod de tanta hominum multitudine dici non posset; sed sumitur pro, *Per*, ita vt significetur illos accepisse fidem per iustitiã, & merita Christi:

40

Vbi placet aduertere cauendã esse Adami sententiam qui reijcit hanc posteriõrè expositionem, & amplectitur priorè, quia exillimar esse inconueniens concedere dari nobis fidem propter merita Christi; idque hac vna ratione ductus quod detur per prædestinationem. In quo errauit in cõclusionem, quia negari non potest fidem cum reliquis actibus, quibus disponimur ad gratiam esse ex meritis Christi, & in ratione cõclusionis. Tum quia certum est primam gratiam in prædestinato esse simul effectum suæ prædestinationis, & meritõrum Christi. Tum etiam, quia prædestinatio saltem quoad effectus omnes à primo vsq; ad vltimum est ex meritis Christi. Quare non recte probatur de aliquo dono supernaturali non esse ex meritis Christi, quia sit ex prædestinatione: sed hæc omnia latius sunt examinanda in materia de merito Christi.

41

Prima gratia est effectus prædestinationis & meritõrum Christi.

Circa tertium notandũ est Apostolum precari ijs, ad quos scribit, *gratiam, & pacem*: qui modus fa-

42

lutandi frequentissimus est Apol-
 tolis, vt in principio omnium Epif-
 tolarum vtriusque Apostolorum
 principis licet videre. Quid autem
 per *gratiam*, & *pacem*, intelliga-
 tur, non eodem modo ab omni-
 bus exponitur. Aliqui enim nomi-
 ne pacis omnem prosperum suc-
 cessum intelligunt iuxta vsitatum
 loquendi scripturæ modum. Vt, 1.
 Reg. 25. & *salutabitis eum ex nomi-
 ne meo pacifice, & dicetis. Sit fra-
 tribus meis, & tibi pax, & domui
 huic pax, & omnibus quæcumq;
 habes sit pax.* Et 2. Reg. 18. *Est ne
 pax puero Absalon?* Et passim in
 scriptura plura id genus exempla
 reperiemus. Veruntamen quia
 Apostolus non tam de bonis tem-
 poralibus, quam de spiritualibus cu-
 ram habebat, in quorum augmen-
 tum maiorem animi curam impé-
 debat, ideo libentius assentior ex-
 positioni Chrystomi, qui in cap.
 i. Epistolæ Pauli ad Romanos per
 pacem non aliam intelligendam
 censet, nisi eam, quam Dominus

1. Reg. 25.

43
2. Reg. 18.

Chrysoft.

iusit Apostolis annunciare Luc.
 10. *Pax huic domui, quæ quidem*
 (ait Chrystomus) *est pax cum
 Deo, vt deleta peccatorum inimici-
 tia ipsi reconciliemur per Chri-
 stum, & in ea reconciliatione
 viuamus, operantes ea, quæ amicis,
 & reconciliatis conueniunt.* Et nõ
 multum à Chrystomo dissidet
 Theodoretus, qui per pacem om-
 nẽ bonam virtutis actionem sig-
 nificari dicit. Radix enim bona-
 rum actionum est pax ista, quæ
 est reconciliatio, & amicitia cum
 Deo.

Luc. 10.

44


Theod.

45

Quærenomi-
ne gratia
primi vsus
est Petrus
hic.

Vfus autem fuit Apostolus in
 hac salutatione primum nomine
 gratiæ, quia sine gratia Christi ad
 pacem reconciliationis eius nun-
 quam datur aditus, neque aliquid
 pacificum habere valeamus, nisi per
 gratiã eiusdem Christi, quod pre-
 tiosum gratiæ donum virtute ip-
 sius nobis donatum est, per quod
 diuinæ naturæ consortes facti su-
 mus, vt amplius ex sequenti con-
 trouersia constabit.

CON-



CONTROVERSA.
 PRIM A.

*Virum ex his verbis, Per quæ maxima, & pretiosa no-
 bis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuina confor-
 tes natura, colligatur gratiam esse formalem partici-
 pationem diuinæ naturæ secundum id, in quo
 prima & essentialis ratio ip-
 sius consistit.*

2



Ro explicatione ti-
 tuli explicandi sunt
 tres termini, scili-
 cet gratia, & forma-
 lis participatio di-
 uinæ naturæ, & prima, & essentia-
 lis ratio ipsius naturæ diuinæ. Et
 quamuis oporteret etiam explica-
 re quid Apostolus intellexerit per
 maxima & pretiosa promissa, &
 per esse consortes diuinæ naturæ:
 tamen quia de his est agendum in
 argumentis quæ fauent parti ne-
 gatiuæ, & in eorum solutio-
 nibus, ideo nunc solum dicemus
 de tribus terminis propositis.

Gratia quid
sit.

Et circa primum est aduertend-
 dum nomen, gratia, habere va-
 rias significationes, quæ ab scho-
 lasticis referuntur in principio ma-
 teriæ de gratia: ex quibus illa est
 magis recepta apud patres, &
 concilia qua sumitur pro dono ali-
 quo supernaturali excedente to-
 tum naturæ ordinem, & ita su-
 mitur in titulo. Verũ quia hoc do-

num potest esse multiplex, scilicet
 aut auxilium aliquod supernatu-
 rale ad exercendum actus super
 naturales, aut etiam ipse actus su-
 pernaturalis, aut habitus, ideo
 etiam nomen, Gratia, ita sumptum
 extenditur ad omnia hæc signifi-
 cata, & à nobis nunc sumitur
 pro habitu supernaturali. Et quo-
 niam habitus supernaturalis diui-
 ditur in habitum, qui est p rinci-
 pium operandi, & in habitum qui
 dat esse per modum naturæ in or-
 dine supernaturali: siue hæc diui-
 sio sit in membra realiter distin-
 cta, vt vult D. Thomas, siue in di-
 uersas rationes eiusdem habitus se-
 cundum rem, vt vult Scotus: ideo
 etiam gratia sumpta pro habitu su-
 pernaturali, habet hæc duo signi-
 ficata, & à nobis sumitur nunc
 pro secundo quod à Theologis ap-
 pellatur gratia gratum faciens,
 aut iustificans, vel sanans aut sancti-
 ficans.

Circa secundum terminum, scili-

5
Quid sit formalis participatio diuinae naturae. Representatio est duplex.

6
cet, formalis participatio diuinae naturae. Notandum est, quod sicut representatio est duplex, quaedam formalis, quae consistit in hoc, quod est esse formaliter ipsum obiectum representatum, non secundum modum essendi, quem obiectum habet in se ipso, sed secundum modum essendi representatiuum: sicut imago Caesaris est formaliter Caesar in esse representatiuo, & quaecumque imago est eodem modo suum obiectum, quod representat. Et alia est virtualis, quae non consistit in hoc, quod est esse formaliter obiectum, quod dicitur representari, sed in hoc quod est gerere vicem eius tanquam ipsius virtutem in ordine ad aliquem effectum: sicut saepe effectus gerit vicem suae causae in ordine ad alium effectum eiusdem causae: ut semen gerit vicem arboris ad producendum aliam arborem similem priori: & de speciebus, quae deseruiunt potentis cognoscitiuis, quidam censent representare sua obiecta priori modo, & quidam posteriori: ita etiam participatio diuinae naturae potest esse duplex. Quedam formalis, quae consistit in hoc, quod est esse formaliter ipsam naturam diuinam, quantum ad id, quod ex ipsa dicitur participari, non secundum modum essendi, quem habet in ipsa, qui est esse illud per essentiam, & sine vlla limitatione: quoniam hic modus est imparticipabilis, & inuoluit repugantiam, quod participetur: quia sequeretur quod esset, & non esset participatus, aut limitatus, sed secun-

7
dum alium modum, qui est esse id, secundum quod diuina natura dicitur participari, non per essentiam, & sine limitatione, sed per participationem, & cum limitatione. Et hoc modo perfectiones creatae, quae appellantur a Theologis, simpliciter simplices, possunt dici, participationes formales diuinae naturae, quantum ad easdem perfectiones, quae sunt in ipsa formaliter, remotis imperfectionibus limitationis, aut participationis, & accidentalitatis. Et alia est participatio virtualis, quae consistit in hoc, quod est esse aut formaliter id, quod in Deo est tantum eminenter, aut virtualiter, per modum effectus, id quod in Deo est formaliter. Et hoc modo perfectiones creatae, quae a Theologis appellantur, perfectiones secundum quid, possunt dici participationes virtuales diuinae naturae: quia sunt formaliter id, quod in Deo est tantum eminenter. Aut sunt virtualiter per modum effectus, id quod in Deo est formaliter, ut albedo habet formaliter esse albedinis, quod in Deo est tantum eminenter: & habet virtualiter per modum effectus esse diuinae omnipotentiae, quod est formaliter in Deo: quoniam in effectu est virtualiter sua causa. Dico autem virtualiter per modum effectus, ut distinguam hunc modum essendi virtualiter ab eo, quod causa dicitur esse virtualiter suus effectus.

8
Circa tertium terminum scilicet prima, & essentialis ratio naturae diuinae, notandum est

Prima & essentialis ratio naturae diuinae quid significet.

quod

9

Quomodo possit poni distinctio in Deo.

9
quod quantum in Deo nulla sit distinctio realis praeter eam, quae reperitur inter diuinas personas, neque formalis actualis; tamen noster intellectus per ordinem ad ea, quae sunt in creaturis realiter distincta, distinguit eadem proportionaliter in Deo cum aliquo fundamento ex parte ipsius Dei: quod interdum est distinctio realis personarum, & interdum infinitas, & eminentia eius. Quare, sicut in creaturis reperiuntur haec quatuor realiter distincta, scilicet, natura, quae est prima radix, & fundamentum reliquorum, proprietates, & potentiae, quae sunt principia proxima operationum, operationes ipsae, & personalitas, aut suppositalitas, quae constituit suppositum, cui conuenit operari, ut quod operatur. Ita etiam proportionaliter distinguit haec eadem noster intellectus in Deo, & in primis concipit aliquid per modum radices, & fundamenti reliquorum, atque adeo per modum naturae, quod est & appellatur essentia, & natura diuina secundo concipit alia per modum potentiarum, quae sunt principia operationum; cuiusmodi sunt intellectus, & voluntas, & per modum proprietatum talis naturae; cuiusmodi sunt bonitas, sapientia, iustitia, & reliqua attributa. Tertio concipit alia, per modum operationum procedentium ab his potentis, cuiusmodi sunt intelligere & velle. Et demum concipit alia per modum personarum determinantium id, quod habet rationem naturae ad constitutionem personarum, quibus

10

11
conueniat operari, ut id, quod operatur. Inter haec autem quatuor, quamuis a parte rei non sit ordo, sicut neque distinctio actualis, neque etiam processio, aut emanatio aliqua, sed omnia sint formaliter idem; tamen noster intellectus concipit ea per respectum ad creaturas cum ordine simili, & cum distinctione explicata, & id quod concipit per modum naturae, & ut radicem, & fundamentum reliquorum, habet primum locum secundum hunc modum concipiendi: & hoc intelligimus in titulo per primam, & essentialem rationem essentiae diuinae.

12
Ex his sequitur, sensum tituli huius quaestionis esse, an ex verbis in eo propositis colligatur, gratiam gratum facientem, siue iustificantem, esse secundum suam intrinsecam entitatem, participationem formalem naturae diuinae, non quantum ad aliquam perfectionem, quae habeat rationem potentiae; aut attributi, vel operationis, aut actus secundi, sed quantum ad id, quod concipitur per modum naturae, & essentiae praesuppositae ad haec omnia. Ita ut sicut dicimus, lumen gloriae esse formaliter lumen diuinum participatum, & sapientiam creatam esse formaliter diuinam sapientiam participatam: ita etiam dicamus gratiam iustificantem esse formaliter diuinam naturam participatam?

Sensus tituli contrauersus.

13

Argumenta pro parte negativa.

Argumentum primum.

PARS negativa, probatur primo, quia per promissa, per quae dicit Apostolus, nos efficiendos consortes diuinæ naturæ, non intelligitur gratia habitualis: ergo ex hoc testimonio non colligitur hanc gratiam esse formalem participationem diuinæ naturæ, secundum rationem naturæ. Consequentia patet, quia ex hoc testimonio solum potest colligi de eo, quod intelligitur per promissa, debere esse talem participationem diuinæ naturæ, ut reddat nos consortes ipsius. Antecedens probatur tribus medijs. Primum est quoniam per illa promissa intelligitur hoc loco sacramentum Eucharistiæ. Quod probatur testimonij sanctorum, qui peculiariter tribuunt Eucharistiæ, dare nobis consortium cum Deo, quod est reddere nos consortes diuinæ naturæ. Nam in primis Dionys. lib. de Ecclesiastica hierarchia capit. 3. cui titulus est, de ijs, quæ in Synaxi perficiuntur, inquit, Cur Eucharistiæ peculiariter tribuatur nomen communionis, aut societatis, vel consortij, & Synaxis, aut collectionis; cum unumquodque sacramentum suo modo operetur vnionem, & societatem hominum cum Deo. Et respondet communionibus aliorum sacramentorum perfectionem accedere ex hoc sacramento. Et addit rationem his verbis. Non enim fere licet vllum sacramentum perfici Hierarchicum, nisi diuina Eucharistia, ut caput om-

Primum medium.

Eucharistia vocatur promissa Dei.

14

Dionys.

num, quæ sigillatim perficiuntur, eius, qui initiatus est ad id, quod est vnum, coniunctionem sancte operetur, & diuinitus tradita virtute perficientium sacramentorum consummet eiusdem ad Deum communionem. Vbi Dionysius aperte docet, esse proprium Eucharistiæ, dare nobis consortium diuinæ naturæ. Et ubi legimus communionem, habetur in Græco, nomen deductum à verbo, quo Petrus, hoc loco est vsus ad significandum, fieri consortes. Et per id, quod est vnum debet intelligi Deus, ut ipse Dionysius verbis sequentibus exposuit, & colligitur aperte ex Græco, ubi vox, vnum, ratione articuli præpositi habet emphasim, & significat id, quod per excellentiam dicitur vnum. Et ita exponunt Dionysium Maximum in Scholijs eiusdem capit. & Pachymeras in Paraphrasi. Et postea Dionysius in fine eiusdem capit. ut explicet, qua ratione Christus instituerit fieri nostrum, cum sua diuinitate consortium, apponit hæc verba. Quod vnum simplex, & occultum est in Iesu diuinissimo Verbo humanitatis nostræ assumptione ad id, quod concretum est & visibile sine vllamutatione pro sua erga nos benignitate, & humanitate exiuit, & nostri secum communionem, quæ vnum facit benigne procurauit, ea, quæ in nobis humilia sunt, cum diuinissimis eius summe coniungens, si tamen nos, ut membra corpori congruenter coagmentemur ipsi.

Maximus Pachymeras.

Vbi in primis notanda sunt illa verba: Nostri secum communionem, quæ vnum facit benign-

15

16

17

ne procurauit ea, quæ in nobis humilia sunt, cum diuinissimis eius summe coniungens. Quoniam per communionem, & coniunctionem summam, cum Christo, & cum diuinissimis eius: significatur proculdubio illud consortium, cum diuina natura, de quo loquitur Petrus. Et per verbum, Benigne procurauit, denotatur, hanc communionem, & vnionem esse distinctam ab vnione per incarnationem: quoniam significatur fuisse procuratam à Verbo post incarnationem. Et vterius notanda sunt illa verba: Si tamen nos, ut membra corpori congruenter coagmentemur ipsi. Quoniam significant, non posse nos peruenire ad prædictam vnionem, nisi per Eucharistiæ sumptionem: quia per eam coagmentamur Christo, sicut membra corpori. Et ita ex hoc loco aperte colligitur iuxta Dionysij sententiam tribuendum esse Eucharistiæ hunc effectum, qui est reddere nos consortes diuinæ naturæ.

18

Ephes. 5.

Iren. Cyril. Alexand.

Quod autem Dionysius senserit, nos coagmentari corpori Christi, sicut membra eius per sumptionem Eucharistiæ, constare potest facile. Tum, quia ex professo agit ibi de institutione Eucharistiæ. Tum etiam, quia in his verbis alludit ad illud Pauli ad Ephesios capite quinto. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Vbi Paulum significare nos effici membra corporis Christi per sumptionem Eucharistiæ, tradunt Irenæus libro quinto aduersus Hæreses capitulo secundo, Cyrillus Alexandrinus libro secundo

in Ioannem capitulo vigesimo sexto, & vigesimo septimo, Hierosolymitanus loco statim citando; Chrysostomus homilia quadragesima quinta, in Ioannem, & homilia sexagesima prima; ad populum Antiochenum, Theodoreto in expositione eiusdem testimonij, & Augustinus libro secundo in aduersarios legis, & prophetarum capitulo nono.

Neque solum Dionysius tribuit hoc Eucharistiæ, sed & Cyrillus Hierosolymitanus catechesi quarta mystagogica, ubi sic ait: Sic Christiferi erimus, hoc est, Christum ferentes, cum eius corpus & sanguinem in membra nostra receperimus. Atque ita, ut beatus Petrus dicit, diuina naturæ consortes efficiemur. Et Damascenus libro quarto fidei capitulo decimo quarto, ubi sic ait: Participatio autem, etiam hoc sacramentum dicitur, quia per illud diuinitatis Iesu participes efficiuntur. Imò & Ecclesia videretur sentire hoc idem, quoniam in ea oratione, quam sacerdotes in missa dicunt; cum admiscant aquam vino, consecrando, sic habetur: Tribue nobis, quæ sumus, per huius aquæ & vini mysterium eius diuinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps.

Secundum medium ad probandum idem antecedens est intelligi, per illa promissa incarnationem Verbi Diuini: non quatenus, per eam est nobis comunicata gratia, de qua disputamus, sed quatenus ratione vnionis humanitatis Christi cum persona Verbi, omnes quatenus cum Chri-

19 Hierosol.

Chryso.

Theodor.

August.

Damasc.

20

Secundum medium.

Incarnatio vocatur promissa Dei.

21

Oecumen.

Leon.

22

Ratione probatur. Secundum medium.

Tertium medium.

isto conuenimus in humanitate, & in ipso continemur, tanquam in capite dicimur euecti ad consortium diuinæ naturæ. Quod in primis probatur testimonio Oecumenij, qui in expositione horum verborum, sic ait. *Diuina autem natura consortes facti sumus per Domini ac Dei aduentum, qui nostræ naturæ primitias in se ipso assumpsit, & assumendo sanctificauit. Quod si primitiæ sanctæ, sancta est & massa. Porro massa primitiarum non alia est, quam illi, ex quibus sunt primitiæ.* Et deinde probatur testimonio Leonis primi, qui sermone primo in Natiuitate Domini ita inquit: *Deponamus veterem hominem, cum actibus suis: & adepti participationem generationis Christi, carnis renunciemus operibus. Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam, & diuinæ consortis factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione recedere.*

Et demum probatur ratione: quia per promissa absolute intelligitur per excellentiam Christus, qui fuit promissus primis parentibus à principio mundi in nostram reparationem: & postea Abrahamæ, & Dauidi, & in omnibus sacrificijs, & ceremonijs veteris legis adumbratus. Et ita apud Iudæos significatur absolute nomine venturi. Et hoc denotat in Græco articulus præpositus voci, *promissa*, quasi diceretur, *illa promissa*.

Tertium medium est, quoniam hoc loco fit sermo de promissis, quæ eo tempore, de quo loquitur Petrus, scilicet, in aduentu Christi, fuerunt primò do-

nata, & antea solum erant promissa: at gratia iustificans non fuit primò data in noua lege: quia multi in veteri lege fuerunt vere iusti: atque adeò habuerunt huiusmodi gratiam: ergo hoc loco per promissa non intelligitur gratia iustificans.

Secundo probatur eadem pars negatiua: quia per consortes diuinæ naturæ non significatur hoc loco, habere aliquam conuenientiam, & vnitatem physicam cum diuina natura: sed solum significatur, habere quandam conuenientiam, & communionem moralem cum ipsa: quæ consistit in consensione quo ad voluntatem, & affectum. Ergo quamuis per promissa intelligatur gratia iustificans, non potest colligi ex hoc testimonio, illam esse participationem formalem diuinæ naturæ. Consequentia patet: quia ex hoc testimonio ita explicato solum potest colligi, gratiam debere esse talem participationem diuinæ naturæ, vt possit esse in nobis causa, siue formalis, siue efficiens consortij: quod consistit in prædicta conuenientia morali. Ad hoc autem satis est, quod ipsa gratia per se, & per virtutes, atque auxilia sui ordinis det nobis vires ad habendum hanc conuenientiam: & hoc bene potest intelligi conuenire ipsi gratiæ, quamuis, non sit talis participatio formalis diuinæ naturæ, qualis describitur in explicatione tituli. Et antecedens probatur primo, quia videtur esse ita explicatum a Petro illis verbis, quæ statim subiecit: *Fugientes eius, quæ in*

mundo

23

Arguitur secundo principaliter.

24

25

Ioan. 1.

26

mundo est, concupiscentia corruptionem, quoniam per ea explicantur præcedentia, & quid sit intelligendum, per esse confortes diuinæ naturæ. Quasi diceretur, tunc nos futuros esse confortes, cum alienati ab operibus corruptis & prauis, quæ sunt in mundo per concupiscentiam adhæserimus Deo per consensionem cum eius voluntate. Hoc est, seruauerimus nos puros à peccatis, & ab omnibus, quæ ab huiusmodi consensione distrahunt. Secundo probatur idem antecedens: quia idem intellexit Petrus hoc loco per esse confortes diuinæ naturæ, quod Ioannes in prima Epistola capitulo primo intellexit per societatem cum Patre & Filio, cum sic ait: *Quod fuit ab initio, quod audiimus &c.* Et paucis interpositis de Verbi incarnatione, *Quod vidimus, & audiimus, annunciamus vobis; vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & cum Filio eius Iesu Christo.* Quod patet. Tum ex identitate doctrinæ de hoc consortio cum Deo in vtroque loco: quia vtrouique fit sermo de consortio dato hominibus tempore aduentus filij Dei, in carne. Tum etiam ex identitate vocis, quæ in Græco ponitur in his duobus locis pro, *consortio*, & *societate*. Sed Ioannes per societatem intellexit conuenientiam moralem, quæ consistit in similitudine, & vnitatem cum Deo, quo ad affectum, vt ipse explicuit paulò inferius, declarans, qua ratione amittatur, aut retineatur in nobis præ-

dicta societas, his verbis: *Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus ad inuicem.* Ergo etiam Petrus per esse confortes diuinæ naturæ intellexit, habere eandem conuenientiam moralem:

Tertio, vt per gratiam iustificantem detur nobis consortium physicum cum diuina natura, non est necesse quod ipsa gratia sit participatio formalis diuinæ naturæ in sensu explicato in titulo. Ergo etiam si hoc testimonium intelligatur de gratia iustificante, & de consortio physico, non potest colligi ex eo, quod gratia sit talis participatio. Consequentia patet: quia tunc maxime poterit hoc colligi, cum duo illi termini ipsius testimonij accipiantur in prædicto sensu.

Et vt probemus antecedens, supponendum est, posse intelligi duplex consortium physicum inter nos, & naturam diuinam. Vnum est per modum conuenientiæ in prædicato communi sumpto à forma, quæ formaliter sit in Deo, & in nobis, ita vt ratione naturæ diuinæ, quæ est in Deo formaliter, & ratione gratiæ, quæ in nobis est etiam formaliter, conueniamus, & simus vnum cum Deo, in hoc prædicato, *Deus*, sumpto pro natura diuina in concreto, vt comprehendit naturam diuinam per essentiam, & participatam, ad eum modum, quo Porphyrius capite de spe-

27

Argum. 3. principale.

28

Duplex consortium inter nos & naturam diuinam.

Porph.

cie di.

29

cie dixit plures homines participatione speciei, scilicet, naturæ humanæ esse vnum hominem. Er alterum per modum vniõnis & coniunctionis physicæ cū ipsa substantia Dei, ita vt dicamur physice vniiti & coniuncti Deo secundum suam substantiam ratione gratiæ, tanquam dispositionis, aut conditionis requisitæ ad habendum hanc vniõnem, ad eum modum, quo Theologi dicunt, Deum & personas diuinas secundum suam substantiam esse in iusto ratione gratiæ, modo quodam speciali, & distincto à communi, quo est in omnibus rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam.

30

Et hoc supposito sic argumentor. Si Petrus loquatur de consortio physico cum diuina natura, non potest intelligi de priori, sed necessario est intelligendus de posteriori: tum quia posterius est magis perfectum, & magis repugnans peccato, iuxta omnes sententias Theologorum circa repugnantiam gratiæ cum peccato: atque adeo videtur esse potissimum intelligendum per consortium factum per promissã; de quibus loquitur Petrus. Tum etiam quia theologi omnes & Sancti, cum loquuntur de eo modo, quo Deus est in iustis ratione gratiæ, solum meminerunt posterioris consortij, & non prioris, vt constat ex Diuo Thoma, prima parte, quæstione octaua, articulo tertio, & quæstione quadragesima tertia, articulo tertio. Sed vt per gratiam habeamus posterius consortium physicum cum Deo, non requiri-

D. Thom.

tur, quod ipsa gratia sit participatio formalis diuinæ naturæ secundum primam, & essentialem rationem ipsius, vt nunc suppono ex his, quæ locis citatis dici solent de hoc consortio. Ergo vt per gratiam detur nobis consortium physicum cum diuina natura, de quo loquitur Petrus, non est necesse, quod gratia sit talis participatio diuinæ naturæ.

31

Vltimo id, quod in Deo habet modum naturæ, siue primæ & essentialis rationis non est participabile formaliter, imo repugnat, quod ita participetur. Ergo gratia iustificans non potest esse participatio formalis diuinæ naturæ, secundum prædictam rationem: & ex consequenti non colligitur hoc ex testimonio Petri, in quo nihil, quod non sit verum potest contineri. Probatur antecedens: quia in Deo id, quod habet modum naturæ, siue primæ & essentialis rationis, est esse ens per essentiam: sed non est participabile formaliter esse ens per essentiam: ergo neque est participabile formaliter id, quod in Deo habet modum naturæ, siue primæ & essentialis rationis. Minor patet: quia (vt dicebam in explicacione secundi termini contenti in titulo) inuoluit repugnantiam, quod ens per essentiam participetur participatione formali: quia si daretur talis participatio, sequeretur, quod in ea esset formaliter ens per essentiam: quia hoc requiritur ad formalem participationem (vt ibidem dixi). Et vltterius sequeretur quod

Vltimū argumentum principale.

32

huius

33

huiusmodi ens esset & non esset intrinsece & secundum se participatum & non participatum, limitatum & non limitatum: quia si est formaliter ens per essentiam ergo continet totam latitudinem essendi, & ex consequenti secundum se, & intrinsece non est participatum, nec limitatum. Si vero est formaliter ens per participationem, ergo secundum se & intrinsece est participatum, & limitatum.

1. Mediū.

Maior eiusdē syllogismi probatur duobus medijs. Primum est; quia illud in Deo habet rationem naturæ, quod est ita proprium Dei, vt nulli naturæ creatæ nec creabili possit formaliter conuenire: sed omnia quæ in Deo possunt concipi per modum naturæ, prout natura distinguitur à potentijs, & proprietatibus, & actibus secundis, possunt conuenire formaliter naturis creatis, præter esse ens per essentiam: quoniam hæc sunt, tantum tria, scilicet, esse ens per essentiam, esse viuens, & esse intellectiuum: & ex his duo posteriora conueniunt formaliter naturis creatis intellectuallibus. Ergo solum esse ens per essentiam habet in Deo rationem naturæ. Dices reperiri alia in Deo, quæ possunt concipi per modum naturæ, & sunt ita propria ipsius, vt nulli naturæ creatæ, nec creabili possint formaliter conuenire, scilicet, posse conaturaliter subsistere sine sui diuisione in tribus personalitatibus, realiter distinctis, & esse connaturaliter intellectiuum sui ipsius, prout est in

34

35

se, & comprehensiuè. Sed contra vtrumque obijci potest, præsupponere in Deo & esse ens per essentiam, tanquam rationem à priori. Quia eo quod natura diuina est ens per essentiam prouenit, quod postulet tres personalitates realiter distinctas in quibus subsistat sine sui diuisione, & quod sit cognoscitiua sui ipsius comprehensiuè: & ex hoc sequitur aperte neutrum habere in Deo modum naturæ.

2. Mediū.

Secundum medium est, quia esse ens per essentiam in Deo præsupponitur omnibus, quæ in ipso reperiuntur, tanquam radix & fundamentum eorum nostro modo concipiendi, aut tanquam ratio à priori; sicut dicimus immutabilitatem in Deo esse rationem à priori respectu æternitatis, ergo in Deo id quod habet modum naturæ, siue primæ & essentialis rationis est esse ens, per essentiam. Hæc consequentia patet ex ijs, quæ dixi in explicacione tertij termini in titulo contenti: & antecedens probatur. Tum, quia in Deo vere reperitur esse ens per essentiam, & non tanquam gradus communis analogice ipsi cum creaturis: quia nullo modo conuenit creaturæ esse ens per essentiam, sicut conueniant prædicata, quæ sunt analogice communia ipsi cum Deo: neque tanquam attributum, aut proprietas consequens nostro modo intelligendi ad aliquod aliud prædicatum. Quia sicut esse ens per participationem in creatura non præsupponit aliquod prædicatum, ad quod consequatur: ita neque in Deo esse ens per essen-

36

tiam.

37

tiam. Ergo reperitur in Deo tanquam gradus particularis & proprius ipsius, & ut primus, atque adeo, ut specificus nostro modo intelligendi. Tum etiam quia sicut, quia ens determinatur per esse per se, & per esse in alio ad constituendum id, quod est primum in naturis substantiæ & accidentis: ita nostro modo intelligendi determinatur per esse per essentiam ad constituendum id, quod est primum in natura infinita, quæ est diuina. Ergo sicut esse ens per se præsupponitur ad omnia, quæ conueniunt naturæ substantiæ, tanquam radix eorum: & esse ens in alio ad omnia, quæ conueniunt naturæ accidentis: ita etiam esse ens per essentiam præsupponitur nostro modo concipiendi ad omnia, quæ conueniunt naturæ diuinæ tanquam radix & fundamentum eorum, aut tanquam ratio à priori. Et demum quia hæc causalis est vera, quia Deus est ens per essentiam, ideo est viuens & intellectiuis, & bonus & sapiens, & habet reliqua omnia, quæ ipsi attribuuntur. Ergo esse ens per essentiam præsupponitur in Deo ad omnia, quæ sunt in ipso tanquam ratio à priori, aut tanquam radix & fundamentum nostro modo concipiendi. Sicut diximus immutabilitatem in Deo esse rationem à priori respectu æternitatis, quoniam hæc causalis est vera; quia Deus est immutabilis ideo est æternus.

38

(?)

Prima conclusio.

39

Quamuis non sit necesse dicere Petrum per promissa intelligere donum aliquod animis nostris in hærens per quod formaliter efficiamur consortes diuinæ naturæ: tamen probabilius multo & conformius doctrinæ Ecclesiæ & Sanctorum & verbis Petri loquetur, qui id asseruerit.

Probabilius est per promissa intellexisse Petrum aliquid nobis in hærens in hærens formaliter.

Prima pars videtur satis nota ex testimonijs sanctorum & alijs fundamentis, quæ in primo argumento adduximus ad probandum Petrum per promissa non intelligere huiusmodi donum, sed aliquid aliud, siue illud sit sacramentum Eucharistiæ: siue incarnatio Verbi diuini.

40

Secunda vero pars probatur. Et in primis illud esse conformius doctrinæ Ecclesiæ probatur. Primo, quia ex Ecclesiæ doctrina habemus nos renasci ex Deo & transferri in statum filiorum Dei cum accipimus gratiam, qua iusti efficiamur nobis in hærens, ut constat ex Concilio Tridentino session. 6. Decreto de iustificatione, capitul. 3. & 4. sed nasci ex Deo & fieri filium Dei est accipere naturam diuinam, sicut nasci ex homine & fieri filium hominis, est accipere naturam humanam: ergo iuxta hanc Ecclesiæ doctrinam accipere gratiam iustificantem est accipere naturam diuinam. Et ulterius, quia hoc est fieri consortes diuinæ naturæ, sequitur, quod sit conforme huic doctrinæ Ecclesiæ, asserere Petrum per promissa, quibus effici-

Per gratiam efficiamur filij Dei.

Trid.

mur con-

41

Obiectio.

mur consortes diuinæ naturæ intelligere gratiam iustificantem.

Dices, hoc argumento solum conuinci, conuenire nobis consortium diuinæ naturæ ratione gratiæ iustificantis, non tamen Petrum loqui de hoc consortio: quia potest nobis conuenire consortium alijs medijs, scilicet, ratione incarnationis Verbi, & ratione sumptionis Eucharistiæ: & non est necesse dicere Petrum loqui determinate de eo consortio, quod nobis tribuitur media gratia iustificante. Sicut non est necesse quodlibet dogma nostræ fidei contineri in quocumq; testimonio scripturæ.

Respon.

42

Sed contra: quia hoc sufficit ad defendendam priorem partem conclusionis, scilicet, non esse necesse asserere Petrum loqui de hoc consortio, non tamen ad negandum posteriorem: quia negari non potest esse conformius doctrinæ Ecclesiæ, asserere Petrum loqui de eo consortio, quod Ecclesia tradit quando in verbis aut sensu Petri nihil est quod repugnet.

Secundo, iuxta doctrinam Ecclesiæ nobis non solum est datum per Christum consortium diuinæ naturæ extrinsecum & virtuale, & commune omnibus, quale est illud, quod habemus in ipso Christo, quatenus in eo, ut in capite nostro virtualiter continemur: neque solum est datum consortium quod sit aliquo modo intrinsecum, scilicet, per vnionem aliquam ad ipsam diuinitatem, & formaliter conueniens unicuique

43

nostrum secundum se & in particulari, quale est illud quod vnusquisque potest habere per vnionem ad corpus Christi in Eucharistia: sed tantum est consortium intrinsecum simpliciter, scilicet, per in hærens & formaliter atque actu conueniens unicuique nostrum in particulari: quale est illud quod per gratiam iustificantem habent qui iustificantur. Et ex his consortijs solum ratione huius ultimi dicimur iuxta doctrinam Ecclesiæ simpliciter consortes diuinæ naturæ: quia solum ratione eius reddimur formaliter iusti, & renati ex Deo, atque filij Dei, ut nunc suppono, ex materia de iustificatione. Ergo magis consonum est huic doctrinæ Ecclesiæ dicere Petrum hoc loco quamuis possit intelligi de duobus primis consortijs, debere etiam intelligi de tertio, quam id negare. Patet consequentia: quoniam alias esset consequenter concedendum Petrum non explicuisse sufficienter consortium diuinæ naturæ, quod Ecclesia docet esse nobis datum per Christum.

Sola gratia dat esse consortes diuinæ naturæ.

44

Confirmatur: Quia duo prima consortia separata à tertio non sufficiunt iuxta doctrinam Ecclesiæ, ut aliquis dicatur consors diuinæ naturæ: quia possunt conuenire alicui simul cum peccato mortali, atque adeo cum consortio spiritus dæmonis.

Pro quo notanda sunt hæc, verba Concilij Trid. ses. 6. decreto de iustificatione cap. 3. Sicut reuera homines, nisi ex semine Adæ pro-

pagati.

45

pagati nascerentur, non nascerentur iniusti. Cum ea propagatione. Per ipsum dum concipiuntur, propria iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, numquam iustificarentur. Cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iustifunt illis tribuatur. Vbi Concilium aperte docet non esse re vera renatos ex Deo neque iustos atque adeo neque confortes diuinæ naturæ eos qui non habent gratiam iustificantem, quia saltem secundum legem Dei ordinariam non potest aliquis dici formaliter & actu confors diuinæ naturæ nisi sit actu iustus & renatus ex Deo & filius Dei. Ergo cum dicendum sit, Petrum loqui de promissis, quæ re vera reddant nos confortes diuinæ naturæ, consequenter etiam dicendum est ipsum per promissa intelligere gratiam iustificantem.

46

Obiectio.

Obijcies, hoc argumeto impugnarî primam partem conclusionis, quia necesse est dicere Petrum per promissa intelligere donum quod re vera reddat nos confortes diuinæ naturæ. Ergo cum nihil aliud præter gratiam iustificantem possit hoc præstare, sequitur esse necesse dicere Petrum per promissa intelligere gratiam iustificantem.

Respondetur, solum probari hac obiectione, sequi ex prima parte conclusionis non esse falsum dicere Petrum explicuisse in particulari id, quo formaliter & complete efficitur confortes diuinæ naturæ, non tamen non explicuisse id ex quo tanquam ex radice & principio ad nos dimanat hoc formale & completum consortium.

Et deinde quod eadem secunda

pars sit magis conformis doctrinæ Sanctorum: probatur. Quia aliqui ex eis aperte explicant hoc testimonium de gratia iustificante. Et alij allusione facta ad ipsum, tribuunt gratiæ hunc effectum reddendi nos confortes & participes diuinæ naturæ. Nā in primis Athanasius oratione secunda contra Arianos quarto folio à principio, sic ait: *Filij autem participatum sentiunt, omnia, ex eius per spiritum gratia*. Et paucis interpositis subiungit. *Qui filij participes fiunt. Etiam Dei participes fieri dicantur & hoc est quod Petrus dixit: ut diuinæ naturæ efficiamini communicatores*. Et in libro ad Serapionem contra eos qui dicunt Spiritum Sanctum creaturam esse sexto folio à principio, postquam dixit Spiritum Sanctum appellari vnguentum & sigillum, ita inquit. *Vnguentum enim fragrantiam & balatum inunctoris habet, quo cum inuncti fuerint, & participes redditi dicunt de se, Christi bonus odor sumus. Sigillum porro formam Christi sigillantibus habet, eiusque participes efficiuntur qui signantur secundum eam speciem conformati dicite Apostolo, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: ita porro consonati, merito confortes efficiamur diuinæ naturæ, ut Petrus dixit*. Vbi aperte Athanasius intelligit hoc testimonium de dono, quo dicimur inungi & sigillari ab Spiritu Sancto, quod proculdubio est gratia iustificans, Et Aug. Epistola. 102. quæ est ad Honoratum cap. 4. docens nos per Christi gratiam fieri Dei filios, ita inquit. *Descendit ergo ille, scilicet Dei Filius, ut nos ascenderemus & manens in natura sua factus est*

47

Athan.

48

August.

part-

49

particeps natura nostra, ut nos manentes in natura nostra efficeremur participes natura ipsius. Vbi Augustinus alludit ad hoc consortium diuinæ naturæ, de quo loquitur Petrus, & dicit dari nobis per gratiam Christi, per quam efficitur filij Dei: quare eandem gratiam intellexit significari hoc loco à Petro per promissa, per quæ dicit nos effici confortes diuinæ naturæ. Et hoc ipsum videtur sentire Cyrillus Alexan. lib. 3. thesauri, cap. 3. & dialogo de adoratione in spiritu & veritate primo folio, & lib. 9. contra Iulianum parum à principio, cum in his omnibus locis sæpe repetit esse in nobis similitudinem & imaginem diuinæ naturæ per donum gratiæ quod per approbationem tribuitur Spiritui sancto. Et D. Thom. 1. 2. quæst. 110. art. 3. intelligit expresse hoc testimonium de gratia iustificante. Et in eius expositione dicit hoc consortium inchoari in hac vita per gratiam iustificantem, & consummari in futura per lumen gloriæ.

Cytil.

D. Thom.

50

Confirmat.

Confirmat.

Confirmatur primò, quia omnes sancti pro eodem accipiunt habere consortium, aut participationem vel imaginem aut similitudinem diuinæ naturæ, & esse filios Dei adoptiuos. Quare cum dicant fieri nos filios Dei adoptiuos per gratiam iustificantem, consequenter videntur docere per promissa, quibus efficitur confortes diuinæ naturæ intelligi eandem gratiam.

Confirmatur secundò, quia etiam sancti, de quibus in argumentis diximus intelligere per promissa aut Incarnationem Verbi, aut Sacramentum Eucharistiæ

non excludunt gratiam iustificantem, tanquam necessariam, ut in nobis perficiatur illud genus consortij, aut vnionis cum diuina natura, quod dicunt dari nobis per illa duo media.

Et demum esse eandem secundam partem magis consentaneam verbis Petri, Probatur: quoniam Petrus per promissa intelligit donum, quod in veteri testamento fuit promissum, & significatum varijs sacrificijs, & ceremonijs, & prænuntiatum à Prophetis, & in nouo re ipsa datum: & hoc non potest dici esse solam Verbi Incarnationem, aut Sacramentum Eucharistiæ, sed necessario dictum est esse renouationem, & sanctificationem internam hominum à peccatis, & adoptionem in filios Dei, quæ formaliter sit per gratiam iustificantem: ergo conformius est verbis Petri asserere ipsum per promissa intelligere gratiam iustificantem. Maior patet, quia per promissa absolute, & sine addito non potest aliud intelligi. Et minor probatur primò, ex ipsis promissionibus veteris testamenti, & ex vaticinijs Prophetarum. Ex promissionibus quidem, quia nisi emundaremur intrinsecè à peccato per internam sanctificationem, non confringeretur perfecte caput serpentis, sicut promissum fuerat Genes. 3: nec benedicerentur perfecte homines per Christum, sicut etiam fuerat promissum Genes. 18. & 26. Ex vaticinijs verò Prophetarum, quia Prophetæ aperte significant factum & pactum, quod Deus inierat cum hominibus esse de danda eis hac satisfactione & emunda-

51

Probatio-
ne.

52

M

tione

53

Ifai.
Hier.
Ezech.

tione interna per gratiam iustifican-
tem, vt constat Ifaiæ. 4. 9. 40.
49. & 61. & Hierem. 3. 16. 23. &
31. & Ezechielis 11. 34. 36. & 37.
& alibi sæpe. Secundò probatur,
eadem minor, quoniam Christus
docuit esse ita intelligenda testi-
monia veteris testamenti, in qui-
bus promittebatur, aut significa-
batur aduentus ipsius, scilicet, nõ
promitti hunc aduentum solum
vt fieret, sed vt per ipsum daretur
hominibus perfecta salus, &
iustitia interna, nam propterea
Christus dixit Iudæis Ioann. 5.
*Scrutamini scripturas, quia vos pu-
tatis in ipsis vitam habere. Et illa
sunt quæ testimonium perhibent de
me, & non vultis venire ad me, vt
vitam habeatis. Et Lucae 14. tunc
aperuit illis sensum, vt intelligerent
scripturas. Et dixit eis, quoniam sic
scriptum est, & sic oportebat Chri-
stum pati, & resurgere a mortuis
tertia die, & prædicari in nomine
eius poenitentiam & remissionem
peccatorum in omnes gentes. Ter-
tiò probatur eadem minor testi-
monio Apostolorum, qui eodem
modo explicuerunt veteres scri-
pturas. Nam Paulus ad Romanos
3. sic ait. *Nunc autem sine lege iusti-
tia Dei manifestata est, testificata
à lege & Prophetis. Iustitia autem
Dei per fidem Iesu Christi in omnes
& super omnes qui credunt in eum.*
Et cap. 10. *Finis enim legis, Chri-
stus in salutem omni credenti, &c.*
Et Actorum 18. *idem dicebat Iu-
dæis, consulentibus ipsum testificans
regnum Dei suadensque eis de Iesu
ex lege Moysi, & Prophetis à manè
vsque ad vesperam. Et Petrus in
prima Epistola cap. 1. De qua salu-
te, exquisierunt atque scrutati sunt
Propheta qui de futura in vobis gra-**

Ioan. 5.

Lucæ. 14.

54

Roman. 3.

Actor. 18.

1. Petr. 1.

tia prophetauerunt, scrutantes in
quod vel quale tempus significa-
ret in eis spiritus Christi. Et Acto-
rum 3. Iudæos sic alloquitur: *Moy-
ses quidem dixit: quoniam Prophe-
tam suscitabit Dominus Deus ve-
ster de fratribus vestris, tanquam
me: ipsum audite iuxta omnia quæ
locutus fuerit vobis. Et paucis in-
terpositis: Vos estis filij Prophetarum,
& testamenti, quod disposuit Deus
ad patres nostros, dicens ad Abra-
ham, in semine tuo benedicentur
omnes familia terre. Vobis pri-
mum Deus resuscitans filium suum
misit eum benedicentem vobis,
vt conuertat se vnusquisque à ne-
quitia sua. Vbi aperte explicat Pe-
trus promissionem de aduentu
Christi esse intelligendam de ad-
uentu ad dandam hominibus præ-
dictam salutem. Et his addi po-
test optimum testimonium ex
Concilio Tridentino sessione 6.
decreto de iustificatione, cap. 2.
vbi sic habetur: *Quo factum est, vt
cælestis pater misericordiarum, &
Deus totius consolationis, Christum
Iesum, filium suum, & ante legem,
& legis tempore multis sanctis Pa-
tribus declaratum, ac promissum,
cum venit beata illa plenitudo tem-
poris, ad homines miserit, vt & Iu-
dæos, qui sub lege erant, redimeret,
& gentes quæ non sectabantur iu-
sticiam, iusticiam apprehenderent,
atque omnes adoptionem filiorum
reciperent. Vbi tam aperte ex-
plicantur prædicto modo pro-
missiones in veteri testamen-
to factæ de aduentu Chri-
sti, vt de eo nulla pos-
sit esse dubi-
tatio.**

55

Actor. 3.

56

Trident.

57

Secunda conclusio.

Probabilius
est Petri lo-
cutum fuisse
de confortio
physico.

Gratia est
participatio
formalis di-
uine natu-
rae secundum
primam es-
sentialem
eius rationem

58

Orig.

Ioan. 1

Quamuis possit intelligi testi-
monium hoc de confortio mora-
li, explicato in secundo argumen-
to patris negatiuæ, ita vt dica-
mus gratiam iustificansem red-
dere nos confortes diuinæ natu-
ræ, in quantum perse & per vir-
tutes sui ordinis atq; auxilia quæ
ipsi respondent sanant nos à pecca-
tis, & dat nobis vires, vt in nostris
actionibus & affectibus confor-
memur Deo & eius voluntati: ta-
men probabilius & magis cõsen-
taneum est, intentioni Petri, dice-
re esse intelligendum de confor-
tio physico, quod consistit in qua-
dam participatione formali diui-
næ naturæ, quantum ad id quod
in ipsa habet per ordinem ad no-
stros conceptus, modum naturæ
& primæ & essentialis rationis,
ita vt gratia iustificans sit secun-
dum suam entitatem intrinse-
cam, huiusmodi participatio for-
malis.
Prima pars huius conclusio-
nis probatur primo, quia nihil
est in toto hoc cõtextu quod nos
cogat, vt dicamus fieri sermonem
de alio genere cõfortij, quamuis
per promissa intelligamus gratiã
iustificansem. Et non est parua
dignitas gratiæ, dare nobis hoc
genus confortij & participatio-
nis diuinæ naturæ. Secundo pro-
batur, quia de huiusmodi con-
fortio exponunt hoc testimo-
nium Origenes Hom. 4. in Leui-
ticum. Vbi per esse confortes na-
turæ diuinæ dicit significari id
quod primæ Ioan. 1. dicitur ha-
bere societatem, cum patre & cõ-

filio eius Iesu Christo, & quod Pa-
ulus dixit. 2. ad Corint. 6. *aut quæ
societas luci ad tenebras. Quibus
locis aperte fit sermo de con-
fortio morali, vt de priori osten-
ditur in argumento citato, &
de posteriori colligitur ex ante-
cedentibus & sequentibus, & Ra-
dulphus Flauiacensis, lib. 15. in
Leuiticum capit. 1. vbi exponens
illa verba, capit. 21. *Sit ergo san-
ctus, quia & ego sanctus sum. Ita
inquit: ad Dei similitudinem in-
uitamur, iuxta quod Apostolus Pe-
trus gratiam Domini nostri Ie-
su Christi nobis commendans: per
quem inquit, maxima & pretio-
sa nobis promissa donata sunt, vt
per hæc efficiamur diuinæ confortes
naturæ. Et fauet multum huic senten-
tiæ Dionys. quic. 3. Ecclesiasticæ
Hierarchiæ post verba, quæ vl-
timo loco adduximus ex ipso in
primo argumento, sic ait: *Secun-
dum similitudinem incorruptæ
& diuinæ vitæ, & non passioni-
bus interitum afferentibus mortui.*
Vbi aperte videtur constituere
coagmentationem nostram cum
Christi corpore ad instar mem-
brorum, & communionem diui-
næ naturæ, de qua in verbis præ-
cedentibus fuerat locutus in hac
similitudine vitæ Christi, & fû-
ga à passionibus, & proculdu-
bio alludit ad illa verba Petri:
Fugientes eam, quæ in mundo est
concupiscentiæ corruptionem.
Et hoc ipsam explicuit aper-
tius paulo inferius his verbis: *o-
portet enim nos, si hæc cum Chri-
sto communionem optamus in di-
uinam eius, quam vt homo egit vi-
tam inspicere, & eius in non pec-
cando imitatione ad diuinum &
incorruptum statum currere.***

59

2. Cor. 6.

Radulph.

Dionys.

60

61
Secunda pars
conclusionis
prob.

Secunda etiam pars, quæ non solum intelligitur de consortio physico, ut distinguitur à pure morali, sed etiã distinguitur ab eo consortio physico, de quo in tertio argumento diximus, consistere in speciali vnione cum Deo secundum suam substantiam, quæ iustis cõuenit ratione gratiæ probatur. Quia ut ostẽdimus in probatione primæ conclusionis, Petrus loquitur de consortio diuinæ naturæ, quo intrinsecè, & formaliter participamus in nobis iustitiam, sanctitatem, renascẽtiam ex Deo, & adoptionem ipsius: sed hæc omnia non ita propriè reperiuntur in cõsortio pure morali, neque in physico, quod consistit in sola illa vnione speciali ad Deũ, sicut in consortio physico, quod consistit in participatione formali diuinæ naturæ: ergo probabilius est, & conformius intentioni Petri explicare ipsum de hoc ultimo consortio, quam de duobus prioribus. Probatur minor: quia per consortium morale sumptum pro principio operandi conformiter ad diuinam voluntatem, quãuis possit reperiri formalis, & interna iustitia, & sanctitas, sicut constituitur ab Scoto, & suis sectatoribus, qui non distinguunt gratiam iustificantẽ ab habitu charitatis, tamen renascẽtia, & adoptio, nõ ita propriè potest reperiri. Quod sic probo. Nõ dicitur quis nasci ex homine quatenus accipit principium operandi conformiter ad naturam humanam, sed quatenus accipit ab homine ipsam naturam humanam: ergo similiter non dicitur quis renasci ex Deo quatenus participat principium operandi confor-

Dicitur quis nasci ex Deo quatenus participat formaliter naturam diuinam.

63
miter ad diuinam voluntatem, aut etiam naturam, sed quatenus participat formaliter ipsam naturam diuinam.

Et ex hoc patet, quod neque adoptio reperiatur tam propriè in illo principio, quia licet adoptio apud homines fiat per extrinsecam deputationem, tamen adoptio in filios Dei participatur per veram renascẽtiam, & regenerationem ex Deo, quare eodem modo est quantum ad hoc iudicandum de renascẽtia, & de adoptione. Pro quo notanda est doctrina Caietani ientaculo. 2. q. 2. vbi explicat qua ratione filij adoptiui Dei dicantur verè, & propriè nati ex Deo. De consortio etiam physico, quod consistit in illa vnione cum Deo, manifestum est, quod per ipsum si præcise sumatur exclusa gratia iustificante, non reperitur in nobis neque iustitia interna, neque adoptio in filios Dei: quia de fide est utrãque esse effectum formalem gratiæ iustificantis. Loquor autem in hac probatione de consortio morali sumpto pro principio operandi, & non pro actuali operatione, quoniam in actuali operatione solacertum est, non reperiri nostram iustificationem, nec renascẽtiam ex Deo, aut adoptionem.

Caiet.

QV ID SIT, GRATIAM esse formalem participationẽ diuinæ naturæ.

SED supposito colligi ex hoc testimonio gratiam iustificantem esse participationem formalem diuinæ naturæ secundum eam

ratio-

65

rationem, quæ nostro modo intelligendi habet in ipsa modum naturæ præsuppositæ ad proprietates, & potentias, & actus secundos, inquiri potest, in quo consistat aut quid sit in ipsa gratia essentiale participationem. Quod est inquirere quæsit illa ratio in Deo, secundum quam gratia iustificans dicitur participatio formalis diuinæ naturæ?

Ioan. Vinc.

Ad hoc Ioannes Vincẽtius Dominicanus in relectione de habituali gratia Christi pagina 14. & multis sequentibus, & cum eo ab huiusmodi instituti dicunt consistere in hoc, quod gratia est formalis participatio diuinæ naturæ, secundum quod est ipsum esse per essentiam, & imparticipatum, & in dependens præhabens omnem essendi plenitudinẽ, atque adeo abyssus, & pelagus perfectionum continens omnem perfectionem, quæ intra latitudinem entis potest reperiri.

Prob. sent. Ioan. Vinc.

66
Probantque hanc suam sententiam primo, quia colligitur primo ex scriptura, ad quod confirmandum plura confarcinant scripturæ testimonia: quæ claritatis gratia ad tres classes reducimus. In prima collocabimus ea testimonia, in quibus dicunt tribui gratiæ dare esse per essentiam, & imparticipatum, aut esse absolute, & sine limitatione quale non est aliud quam esse per essentiam. Et in primis tribui gratiæ dare esse per essentiam probant ex Paulo qui. i. ad Corinth. 15. sic ait: Gratia Dei sum id quod sum. Vbi dicunt notandam esse geminationem illam verbi, Sum quia videtur similis illi, quæ Deus vsus est Exodi 3. dicens: Ego sum

1. Corin. 15.

Exod. 3.

67
qui sum: atque proinde sicut Deus hac geminatione significauit se esse per naturam ipsum esse per essentiam, & imparticipatum: ita Paulus significat se etiam esse ipsum esse per essentiam, non natura sua, sed virtute gratiæ. Et deinde etiam tribui gratiæ dare esse absolute, & sine vlla limitatione, aut restrictione dicunt colligi non solum ex hoc Pauli testimonio, sed etiam ex eo, quod sæpe in scriptura iustitiam habent Dei gratiam dicuntur esse simpliciter, ut ad Ephes. 1. vbi nos legimus, Sanctis, qui sunt Ephesi, Basilii libro 2. contra Eunomium legit: Sanctis qui sunt, detracta voce, Ephesi, qua verbum sunt, determinatur, & restringitur ut non significet esse simpliciter, sed esse in tali loco. Et addit Basilii ita ante ipsum antiquos expositores legisse, & ita habere in vetustioribus codicibus. Et ad Galatas 5. vbi nos legimus: Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, Hieronymus legit: Qui sunt, carnem suam crucifixerunt. Quasi pro eodem reputet esse Christi siue esse iustos, & esse simpliciter, & sine addito: Et opposita ratione peccatores, scilicet, quia carent Dei gratia, dicuntur simpliciter non esse, aut esse nihil. Pro quo adducunt testimonium Hieronymi qui exponens illud Abdia: Erunt quasi non sint, Reddit hanc rationem: qui enim perit ei qui est, & qui dicit ad Moysen, qui est misit me ad vos, secundum regulam scripturarum non esse dicitur. Vnde in Hester capit. 14. legimus: Ne tradas Domine regnum tuum


Ephes. 1. Basil.

Galat. 5.

Hieron.

Abdia.

Hester.



69

Osee. 7.

his qui non sunt. Et idem repetit in illud Osee. 7. *reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo.* Vt reddat rationem lectionis Septuaginta interpretum, qui ibi verterunt: *Conuerſi ſunt in nihilum.* Et addunt illud Pauli 1. Corinth. 13. *charitatem autem non habuero, nihil ſum.*

1. Cor. 13.

2. Classis.

In ſecunda claſſe ponemus alia teſtimonia, in quibus dicunt tribui gratiæ nomina, & titulos, quibus ſignificatur ipſa plenitudo eſſendi. Atque adeo cum gratiæ non poſſit hoc conuenire per eſſentiam, ſed ſolum per participationem denotatur gratiam eſſe participationem diuinæ naturæ, ſecundum quod eſt ipſa plenitudo eſſendi. Primum nomen eſt, *gloria*, de quo duo probant. Vnum eſt tribui in ſcriptura gratiæ, quod oſtendunt ex illâ ad Romanos 3. *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.*

Roman. 3.

70

2. Cor. 1.

Pſal. 29.

Vbi nomine gloriæ aperte ſignificatur gratia, quoniam ea indigent qui peccarunt, vt emundentur à peccatis. Et 2. ad Cor. 1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Hoc eſt totum eſſe, quod habemus per gratiam conſiſtit in teſtimonio bonæ conſcientiæ, & Pſalm. 29. *Vt cantes tibi gloria mea,* id eſt, totum eſſe quod habeo per gratiam. Alterum eſt gloriæ ſignificare plenitudinem eſſendi, & totum eſſe. Quod probant in primis, quia Hebræi vtuntur nomine Chabob pro gloria, & ſignificat totum eſſe rei, vt periti linguæ Hebræicæ tradunt. Et deinde, quia ſæpe in ſcriptura etiam nomen Latinum ſumitur pro toto eſſe rei, vt Gene-

ſis 25. Ioseph dixit fratribus ſuis: *Annuntiate patri meo vniuerſam gloriam meam:* Id eſt, me habere totum eſſe, & ſummam authoritatem in Aegypto. Et Iudith. 15. Ioachim ſummus Pontifex dixit ad Iudith: *Tu gloria Hieruſalem,* id eſt, Totum eſſe.

71

Genef. 25.

Iudith. 15.

Iob. 19.

Hæb. 5.

Et Iob 19. *ſpoliauit me gloria mea,* id eſt, abſtulit à me totum meum eſſe. Et ita Paulus ad Hebræos 1. vt ſignificaret filium Dei accipere à patre ipſam plenitudinem eſſendi, dixit: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ,* id eſt, totius eſſe, & plenitudinis eſſendi. Ex his autem duobus meo iudicio colligunt intentum hoc argumento, cum gratia appellatur gloria, atque adeo totum eſſe, non poſteſt intelligi de toto eſſe in aliquo genere limitato, & determinato, ſicut in exemplis propoſitis authoritas appellatur totum eſſe in regno Aegypti, & liberatio populi appellatur totum eſſe eiſdem populi, ſed de toto eſſe absolute, & non per eſſentiam: ſed per participationem, at eſſe absolute totum eſſe per participationem, non eſt aliud quam eſſe participationem Dei ſecundum quod eſt totum eſſe: ergo cum gratiæ tribuitur nomen gloriæ ſignificatur ipſam eſſe participationem Dei, ſecundum quod eſt totum eſſe, & ipſa plenitudo eſſendi.

Secundum nomen eſt *Regnum Dei.* De quo etiam probant duo. Primum eſt tribui in ſcriptura gratiæ iuſtificanti. Quod probant, quia Chriſtus dixit Lucæ 17. *Eccc enim Regnum Dei intra vos eſt,* id eſt, gratia, quæ appellatur Regnum Dei. Et

Luc. 17.

Matth.

73

Matth. 6. & 12.

Lucæ. 11.

1. Theſ. 5:

Colof. 1.

Trident.

74

Pſalm. 23.

Matthæi 6. *Primum quarite regnum Dei:* id eſt, gratiam iuſtificantem, vt explicatur verbis ſequentibus, & *iuſtitiam eius.* Et Matthæi 12. & Lucæ 11. *Peruenit in vos regnum Dei.* Et 1. ad Theſſaloni. 2. *qui vos vocauit in ſuum regnum,* & *gloriam,* id eſt, ad gratiam, quæ eſt regnum Dei. Et quod Paulus dixit ad Colofſen. 1. *qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum,* & *tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ.* Concilium Tridentinum ſeſſione 6. de creto de iuſtificatione capit 3. & 4. explicuit de iuſtificatione, per quam impius tranſfertur de ſtatu peccati in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei. Alterum eſt nomine *regni Dei* ſignificari totum eſſe. Et hoc probant, quia Deus non ſolum appellatur in ſacris literis *gloria*, quæ, vt dictum eſt, ſignificat totum eſſe, ſed etiam appellatur *Rex gloriæ*, vt patet Pſalm. 23. Et huius denominationis ratio videtur eſſe, quod ſicut Rex in ſuo regno omnibus præminet, ſic etiam Deus, non ſolum eſt totum eſſe, quod vt diximus, ſignificatur nomine gloriæ, ſed etiam præminet toti eſſe, & excedit ipſum tanquam Rex & princeps eius: ergo regnum Dei, non ſolum ſignificat totum eſſe, ſed etiam hanc regiam dignitatem, & ceſtitudinem quæ conuenit Deo reſpectu totius eſſe.

Et ex his duobus colligunt intentum hoc argumento: Cum gratia appellatur regnum Dei ſignificatur ipſam, non quomodocumque eſſe totum eſſe, ſed cum ceſtitudine, & eminentia, quaſi regia, reſpectu eius

non quidem natura ſua, ſed participatione: at hoc non eſt aliud quam ipſam eſſe participationem Dei, ſecundum quod habet huiusmodi ceſtitudinem, & eminentiam: ergo cum gratia appellatur regnum Dei ſignificatur ipſam eſſe participationem Dei, ſecundum quod eſt totum eſſe, & inſuper habet prædictam excellentiam reſpectu eius.

Tertium nomen eſt, *ſemen Dei*, quod tribui gratiæ probant: quia primæ Petri. 1. de iuſtificatione per gratiam ita dicitur: *renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei viuunt, & permanētis in æternum.* Et primæ Ioan. 3. *omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet.* Et ex hoc colligunt intentum hac ratione: Semen exciſum à viuenti continet totam perfectionem viuētis incomplete, & imperfecte, & ita reductiue ponitur in eadem ſpecie viuētis: ergo ſimiliter gratia, quæ appellatur ſemen Dei continet totum eſſe Dei, ſaltem incomplete, & imperfecte, & reductiue, aut per participationem.

In tertia claſſe conſtituemus alia teſtimonia, in quibus tribuitur gratiæ quædam proprietates, quæ non poſſent conuenire ipſi, niſi eſſet formalis quædam participatio diuinæ nature, quatenus Deus eſt ipſum eſſe im participatum, & independens. Et hoc totum probant hoc argumento, Scriptura tribuit gratiæ eſſe immutabilem, indefectibilem, & æternam, & dare nobis

75

1. Pet. 1.

76

1. Ioan. 3.

2. Classis.

77

esse inuariabile, indefectibile, & stabile: sed huiusmodi proprietates non possunt conuenire gratiæ, nisi ipsa sit participatio Dei secundum quod Deus est ipsum esse per essentiam imparticipatum, & independens. Ergo gratia est participatio formalis diuinæ naturæ. Secundum hanc rationem, minorem authores huius sententiæ supponunt ut certam, quia Deus non haberet huiusmodi perfectiones, scilicet, immutabilitatem, indefectibilitatem, & æternitatem in summo gradu, scilicet, per essentiam, nisi esset ipsum esse imparticipatum, & independens. Ergo neque gratia haberet easdem perfectiones in gradu inferiori, scilicet, per participationem, nisi esset formalis participatio ipsius esse imparticipati, & independentis. Et maiorem probant duplici medio, quorum primū est, quia scriptura dicit de gratia esse radicem vitæ æternæ, atque adeo vitæ immutabilis, & indefectibilis. Pro quo adducunt testimonium Pauli, qui ad Romanos 6. sic ait: *Gratia Dei vita æterna*. Vbi dicendum est, gratiam appellari vitam æternam: non quia sit formaliter & actu ipsa vita, & beatitudo æterna, sed quia est eius radix. Et testimonium Christi qui Ioan. 4. loquens de gratia, ita inquit: *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam*. Vbi etiam Christus non alia ratione videtur gratiam appellasse fontem, ex quo promanat aqua continuo fluxu decurrens in vitam æternam, nisi quia est prima radix, ex qua indeficienter (nisi

78

1. Medium

Roman. 6.

Ioan. 4.

per nos steterit) promanant dona supernaturalia, & opera, quibus peruenitur in vitam æternam, quod est esse radicem vitæ æternæ. Ex eo autem, quod gratia sit radix vitæ æternæ colligunt esse eiusdem ordinis cum ipsa vita æterna, atque adeo esse ex propria natura immutabilem, indefectibilem, & æternam, sicut vita æterna est inuariabilis, & indefectibilis quoniam aliàs nõ haberet debitam proportionem cū vita æterna in ratione principii, & radicis. Secundum medium est, quia etiam dicit scriptura gratiam quantum est ex propria natura, & ex proprijs meritis, & seclusa imperfectione subiecti, esse omnino inuariabilem, & indefectibilem atque æternam. Quod ostendunt ex Paulo qui ad Hebræos 12. sic ait: *Contemplantes, ne quis desit gratia Dei*, quasi diceret, gratiam sua natura, non esse principium alicuius defectus, aut mutationis, sed potius indefectibilem, & æternam vitam animæ præstare. Et deinde ex illo Hieremiæ 31. *Dabo leges meas in cordibus eorum, & in visceribus eorum scribam eas*. Vbi Propheta loquitur de lege Euangelica, quæ principaliter consistit in spiritu gratiæ diffuso in corde humano: & dicit hanc legem, quæ est diuina gratia esse inscribendam cordibus fidelium, ad denotandum, ut Augustinus inquit super Psalmum. 44. eius stabilitatem, & indefectibilitatem, quia scriptura hoc potissimum differt à verbo, quod verbum cito transit, *volat enim irremocabile verbum*, scriptura vero inscripta permanet, & fixa. Et demum ad hoc probandum ad-

79

2. Medium

80

Hebr. 12.

Jerem. 31.

August.

ducunt

81

Triden.

Argumen.
2. ratione.

82

ducunt testimonium Conc. Tridentini, sess. 6. decreto de iustific. c. 13. Vbi statuitur, quod Deus sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi prius ab ipsis deseratur. Ex quo loco bene sequitur gratiam quantum est ex proprijs meritis, & seclusa imperfectione subiecti esse immutabilem & indefectibilem. Secundo probant: hi authores suam sententiam hac ratione. Visio beatifica est inuariabilis, & indefectibilis: ergo etiã gratia quantum est ex proprijs meritis: ergo est formalis participatio Dei, quatenus habet esse imparticipatum & independens: quia cum nõ sit variabilis, & indefectibilis per essentiam, sequitur quod sit talis per participationem, quod non est aliud, quam esse participationem Dei quatenus habet esse inuariabile, & indefectibile per essentiam, atque adeo imparticipatum, & independens. Antecedens patet, quia esse inuariabilem, & indefectibilem requiritur ad beatitudinem formalem, quæ, ut nunc suppono, consistit in visione beatifica. Et præterea, quia Theologi cõmuniter dicunt visionem beatificam propter suam immutabilitatem mensurari æternitate participata. Et prima consequentia probatur, quia gratia est principium primum & radicale visionis beatificæ. Quia sicut gratia in via est principium, ad quod per modum potentiæ, consequuntur fides supernaturalis in intellectu, & charitas cū reliquis virtutibus supernaturalibus in voluntate: ita etiã gratia cõsumata in patria est principium, ad quod cõsequuntur etiã tantum potentie lumen gloriæ in intellectu, loco fidei: & in voluntate

83

charitas, & virtutes supernaturalis quæ possunt manere in patria: ergo gratia est ex propria natura tantum immutabilis, & indefectibilis sicut lumen gloriæ, & visio beatifica. Patet hæc consequentia: quia quod est principium radicale alterius non solum est eiusdem ordinis cum eo, sed etiam habet in eo ordine æqualem perfectionem entitativam cum ipso, & ex consequenti habet æqualem immutabilitatem & indefectibilitatem. Et præterea id, quod est ita principium habet tanquam connaturale sibi id, cuius est principium, atque adeo est æquale ipsi in immutabilitate, & indefectibilitate: quia id, quod est immutabile nõ potest esse cõnaturale tantum suæ radici, & principio rei mutabili, & defectibili.

Tertio probant idem, hac alia ratione: id quod in Deo nostro modo intelligendi habet rationem naturæ, & primæ, & essentialis rationis, est esse ipsum esse per essentiam, & imparticipatum, & independens: ergo si gratia est participatio diuinæ naturæ, secundum id quod nostro modo intelligendi habet in ipsa rationem naturæ, sequitur quod sit participatio ipsius secundum quod habet esse per essentiam, & imparticipatum, & independens. Et ad probandum antecedens supponendum est, quod in Deo nostro modo concipiendi distingui potest duplex modus perfectionis, Primus est perfectionis quasi partialis, & determinatæ ad certum genus, ut sapientia importat perfectionem in genere sapientiæ & intellectus in ratione virtutis intellectiue, & voluntas in ratione virtutis appetitiue. Alter modus est perfectionis quasi totalis impor-

84

Argum. 3.

M 5

tantis

85

tantis nostro modo intelligendi rotam perfectionem, quæ est in Deo absolute, & sine determinatione ad aliquod genus, qualem explicamus his terminis: abyssus & pelagus perfectionum. Et ex his duobus modis perfectionum solus posterior nostro modo intelligendi habet in Deo modum naturæ, & primæ, & essentialis rationis, quia cum sit nostro modo intelligendi minus limitatus, & determinatus, & magis totalis, habet maiorem proportionem cū eo, quod in rebus creatis habet modum naturæ: & ideo habet maius fundamentum, ut à nobis concipiatur per modum naturæ. Et hoc supposito probatur illud antecedens: quia nihil est in Deo per quod nostro modo intelligendi, ita explicetur hic modus perfectionis totalis, sicut esse per essentiam, & imparticipatum & independens, ut constabit facile facta comparatione inter ipsum, & reliqua omnia, quæ sunt formaliter in Deo: ergo nihil est in Deo quod nostro modo concipiendi, ita possit habere modum naturæ, & primæ, & essentialis rationis, sicut esse per essentiam, & imparticipatum, & independens.

Confirmat.

Confirmatur, quia gratia excedit omnes naturas substantiales, & accidentales, tam creatas, quàm creabiles siue intra ordinem naturalem, siue intra supernaturalem in hoc, quod est præstantior, & melior participatio Dei secundum illum modum perfectionis, qui in Deo nostro modo intelligendi est maior, & minus determinatus: ergo debet esse participatio Dei secundum posterior-

rem modum perfectionis at que adeo secundum, esse imparticipatum, & independens. Consequentia patet ex ijs, quæ modo diximus de duplici perfectione Dei. Et antecedens probatur: quia gratia excedit omnes illas creaturas in hoc quod est præstantior, & melior participatio Dei: sed esse meliorem participationem consistit in hoc, quod est esse participatio nem Dei secundum illum modum perfectionis, qui in ipso Deo nostro modo intelligendi est maior & minus determinatus: ergo gratia excedit omnes illas creaturas in hoc, quod est participatio Dei secundum hunc modum perfectionis.

Ultimo probant hæc sententiæ testimonijs D. Thomæ, qui in multis locis videtur docere gratiam esse formalem participationem diuini esse, quod est esse per essentiam. Nam in primis. 1. 2. q. 110. art. 2. ad. 2. inquit gratiam in hoc excedere reliquas creaturas, & etiam animam, in qua est, quod est expressio vel participatio diuinæ bonitatis. Vbi per bonitatem intelligit perfectionem non quidem eam, quæ ut in argumento præcedenti dictum est, intelligitur à nobis ut partialis: quoniam hoc modo gratia non excederet reliquas creaturas, sed eam, quæ intelligitur ut totalis, at que adeo significat gratiam esse participationem, & expressionem perfectionis, quæ in Deo nostro modo intelligendi est totalis, quæ est ipsa plenitudo essendi. Et q. 112. art. 1. in corpore, inquit: gratiam esse participationem diuinæ naturæ, quatenus excedit omnem aliam naturam, scilicet, creatam, &

crea-

87

88

Vlti. argu.

89

creabilem. Vbi aperte significat gratiam esse participationem Dei quatenus est ens per essentiam, & imparticipatum, quia Deus in hoc excedit rotam latitudinem entis creati, & creabilis, quod est ens per essentiam, & imparticipatum, imo per hoc nostro modo intelligendi intelligitur esse primo extra huiusmodi latitudinem. Et ibidem inquit Diuus Thomas, Deum producendo in nobis gratiam deificare nos, quia communicat nobis consortium diuinæ naturæ per quandam similitudinis participationem. Vbi etiam videtur significare gratiam dare nobis formaliter esse diuinum, & imparticipatum quatenus est eius participatio formalis. Et idem videtur innuere. 3. par. quæst. 2. artic. 10. ad. 1. ubi inquit, gratiam esse quandam similitudinem diuinitatis participatam in homine, & quæst. 3. artic. 4. ad. 3. Vbi ait gratiam esse quandam participationem diuinæ naturæ, secundum assimilationem ad bonitatem illius. Qui modus loquendi videtur conuenire cum eo, quem primo loco retulimus ex 1. 2. & ideo eodem modo est exponendus. Et apertius, quæstione 62. artic. 2. in corpore. Vbi citans doctrinam in 1. 2. traditam de gratia, inquit, quod gratia secundum se considerata perficit essentiam animæ in quantum participat quandam similitudinem diuini esse. Dico autem, Diuum Thomam in hoc testimonio apertius fauere huic sententiæ, quoniam certum est, esse proprium diuini esse, quod sit imparticipatum, & independens & in

90

hoc distingui ab esse creaturarum. Et ideo cum Diuus Thomas inquit, gratiam participare similitudinem diuini esse videtur significare gratiam esse participationem ipsius quatenus est esse per essentiam. Et his adiungi potest elegans testimonium ex. 2. 2. quæst. 24. artic. 7. ubi Diuus Thomas probat charitatem secundum rationem propriæ speciei non habere terminum augmenti, quia est participatio infinitæ charitatis diuinæ. Quæ ratio, ut vim habeat indiget duplici expositione. Prima est ut intelligatur de participatione formali, siue cum conuenientia formali, quæ postulat esse charitatem formaliter in utroque extremo sicut ibi loquitur Caietanus: quoniam alias etiam conuinceret calorem secundum propriam speciem, non habere terminum augmenti, quia etiam est participatio entis infiniti. Secunda est, ut intelligatur de charitate diuina quatenus formaliter est infinita: quoniam alias esset hæc ratio inefficax: quia responderi potest, quod quamuis diuina charitas sit infinita, non sequitur, charitatem creatam, quia sit eius participatio formaliter non habere terminum augmenti: quia non est participatio ipsius quatenus formaliter est infinita. Et ita infinitas diuinæ charitatis materialiter, & impertinenter se habet ad colligendum charitatem creatam habere hunc modum infinitatis, qui est carere termino augmenti. Et ita ex hac ratione sic intellecta videtur conuinci secundum sententiam Diui Thomæ, charitatem

crea-

91

92

93

creatam secundum propria speciem esse formalem participationem diuinæ charitatis, quatenus formaliter est infinita. Et ulterius quia potest reddi eadem ratio ad probandum gratiam habitualem secundum propriam speciem non habere terminum augmenti, scilicet, ipsam esse participationem infinitæ naturæ diuinæ. Videtur etiam sequi gratiam habitualem secundum propriam speciem esse formalem participationem eius, quod in Deo habet modum naturæ, quatenus formaliter est entitas infinita, & imparticipata. Ut rem hanc explicemus sic

94

Tertia conclusio.

Gratia habitualis, non ideo dicitur participatio formalis Dei, secundum id quod nostro modo intelligendi habet in ipso modum naturæ, quia sit participatio formalis ipsius quatenus est ens per essentiam, & imparticipatum, aut ipsa plenitudo essendi, aut abyssus omnium perfectionum, imò neque est possibile, aliquam creaturam esse hoc modo formalem participationem Dei. Hæc conclusio videtur satis certa ex notitate oppositæ sententiæ, quæ tanta est, ut, quod ego sciam, non sit asserta ab aliquo ex scholasticis, neque habeat fundamentum in modo loquendi scripturæ, conciliorum, aut sanctorum de gratia habituali. Nā quamuis ex eis colligatur ipsam esse participationem formalem diuinæ naturæ, quatenus dicunt dare nobis esse filios Dei, renatos ex Deo, & confortes diuinæ naturæ, tamen

Gratia non est formalis participatio diuini esse quatenus est ens per essentiam.

non est aliquod testimonium ex quo, vel apparenter colligatur esse participationem formalem siue cum conuenientia formali Dei secundum rationes prædictas, nec ad defendendum ea, quæ retulimus dici de gratia, est hoc necessarium.

Sed ut conclusionem nostram euidentius ostendamus oportet explicare quid intelligamus per tres illos terminos, quibus in ea dicimus significari ab authoribus oppositæ, eam rationem Dei, secundum quam gratia est eius participatio formalis. Primus est ens per essentiam, & imparticipatum, & independens. Secundus plenitudo essendi. Tertius abyssus aut pelagus omnium perfectionum. Et reuera omnes significant in Deo eandem perfectionem, aut modum habendi perfectionem, scilicet infinitatem simpliciter, & in genere entis. Licet expriment eam secundum distinctas rationes. Nam in primis ens per essentiam, non sumitur, ut importat existentiam actualem, quæ conueniat rei ex vi suæ essentia, & sine dependentia ab aliquo extrinseco. Quia licet hic modus existendi sit intrinsecus, & essentialis diuinæ naturæ, tamen nostro modo concipiendi, non habet rationem naturæ, sed potius modi ipsius naturæ, sicut existentia creaturarum, per ordinem ad quam concipiuntur existentiam diuinam, est extra ordinem naturarum, & pertinet ad modos earum: sed sumitur, ut importat entitatem per modum essentia, aut quidditatis, quæ in

Ens per essentiam plenitudo essendi pelagus omnium perfectionum significant infinitatem diuerso modo.

Existencia Dei non est nostro modo concipiendi sua essentia.

65

66

rebus

97

rebus creatis appellatur gradus, entis, & non importat hanc entitatem absolute, sed quantum ad quendam modum, quem significamus hac voce, per essentiam, quæ proculdubio, non significat habere per suam essentiam formaliter hanc entitatem, quia hoc modo quilibet creatura posset dici ens per essentiam, cum habeat talem gradum entis formaliter ratione suæ essentia: sed significat habere entitatem sine participatione ab aliqua causa, quia nihil videretur minus participatum, & independens ab extrinseco quam quod cuicumque rei conuenit ratione suæ essentia. Et ita idem est omnino ens per essentiam, & imparticipatum, & independens. Et quia habere hoc modo entitatem est esse infinitum in genere entis, quia ex eo quod aliquid est ita infinitum, prouenit quod non egeat causa extrinseca à qua participet suam entitatem ideo esse ens per essentiam, & imparticipatum, & independens significat habere infinitatem simpliciter, & in genere entis.

98

Idem est ens per essentiam & ens imparticipatum & independens.

Et deinde, plenitudo essendi significat habere entitatem sine ulla limitatione in genere entis, de quo notius est, esse idem quod habere infinitatem simpliciter & in eodem genere: quia sicut infinitum dicitur quod caret sine, & termino, ita dicitur infinitum simpliciter, & in genere entis quod caret omni limitatione.

Et demum abyssus, aut pelagus perfectionum significat continere, aut formaliter, aut eminenter omnes perfectiones quæ possunt reperiri in tota latitudine entis.

99

De quo etiam est notum esse idem quod habere infinitatem simpliciter, & in genere entis. Atque ita constat prædictos tres terminos, cum attribuuntur Deo significare modum habendi entitatem, aut perfectionem, qui est infinitas simpliciter, & in genere entis, & explicare eam secundum diuersas rationes, nā ens per essentiam significat hanc infinitatem per negationem dependentia à causa extrinseca, plenitudo essendi per exclusionem limitationis, pelagus & abyssus perfectionum per habitudinem continentia perfectionum quæ possunt reperiri in latitudine entis.

100

Sensus conclusionis. 3.

Quare sensus nostræ conclusionis est. Gratia non ideo dici formalem participationem Dei secundum id quod nostro modo intelligendi habet in ipso rationem naturæ: quia sit eius participatio quatenus habet prædictam infinitatem, siue explicemus eam per ens per essentiam, & imparticipatum, siue per plenitudinem essendi, siue per abyssum perfectionum. Imò neque esse possibile aliquam creaturam esse formalem participationem Dei secundum hanc rationem.

Et probatur prima pars primo, quia infinitas non importat nostro modo intelligendi in Deo naturam, sed modum naturæ: ergo gratia non ideo dicitur participatio Dei secundum id quod in ipso habet modum naturæ, quia sit eius participatio secundum infinitatem in genere entis. Probatur antecedens tribus medijs. Primum est quia ita se habet in finitas respectu Dei, sicut finitas respectu creature. Sed in creatura finitas non est natura, sed modus naturæ: ergo similiter infinitas in Deo nostro modo concipiendi non

Infinitas non importat naturam, sed modum naturæ.

di non

101

di non est natura, sed modus natura. Secundum medium est, quia infinitas precise sumpta solum importat hunc modum qui est carere termino, & ita communis est distinctis naturis: nam & attribuitur entitati, & magnitudini, & multitudini, & distinctis speciebus horum generum: ergo in Deo, nostro modo intelligendi, non habet modum naturae, quia concipitur a nobis secundum rationem explicatam in antecedenti. Pater consequentia: quia intensio in accidentibus ideo non habet rationem naturae, quia importat modum, qui est esse, verbi gratia, ut tria, vel ut quatuor, & ita est communis diversis speciebus accidentium: & idem debet dici propter hanc rationem de intensio- ne infinita. Tertium medium est

102

quia infinitas precise sumpta, non concipitur a nobis, ut principium primum, & radicale actus secundi, siue operationis immanens in Deo: ergo neque per modum naturae. Consequentia patet, quia ratio naturae consistit in hoc quod est esse principium, & radicale actus secundi. Et antecedens probatur, quia in Deo nostro modo intelligendi tantum distinguimus duos actus secundos, scilicet intelligere, & velle, omisis processibus personarum, & non concipimus infinitatem, ut eorum principium radicale, sed naturam intellectuale. Et hoc medium explicabimus magis in probatione sequentis conclusionis.

Confirm.

Confirmatur, discurrendo sigillatim, per tres terminos in conclusione propositos. Nam in primis possumus argumētari de primo termino, qui est esse per essentiam,

& imparticipatum: quia sicut se habet in creatoris esse per participationem, & dependēter ab alio ita nostro modo concipiendi se habet in Deo esse per essentiam, aut sine participatione, & dependentia. Sed in creaturis esse per participationem, & dependēter ab alio, non importat naturam, sed modum naturae, & entitatis: ergo etiam in Deo esse per essentiam, non est nostro modo concipiendi natura, sed modus naturae. Et idem argumētum conficere possumus de secundo termino, scilicet, de plenitudine essendi, quia etiam ita se habet respectu Dei nostro modo concipiendi plenitudo essendi, sicut respectu creaturae limitatio, & in creatura limitatio essendi, non est natura, sed modus naturae. Et demum possumus eodem modo argumētari de tertio termino, qui est pelagus, aut abyssus perfectionum. Quia etiam correspondet huic in creaturis limitatio perfectionis.

103

Secundò potest probari haec eadem pars simul cum secunda. Et ad probationem supponendum est, quod perfectiones, quae sunt formaliter in Deo sunt duplicis generis. Primum genus est earum, quae secundum suas rationes formales consideratas precise, & cum abstractione ab hoc, quod sunt in Deo important modum proprium Dei quatenus distinguitur ab ente creabili, ut actus purus, infinitas in genere entis, & omnimoda immutabilitas, quantumcunque abstrahatur ab hoc, quod sunt in Deo si concipiatur secundum suas rationes formales, non possunt separari a modo proprio Dei quatenus distinguitur a tota latitudine entis creabilis: quia esse actum purum, & esse

104

2. Prob. Perfectiones quae sunt formaliter in Deo sunt, in duplici genere.

Immutabilitas actus purus, & alia huiusmodi etiam si considerentur secundum suas rationes formales, non possunt separari a modo proprio Dei.

infi-

105

infinitam in genere entis, & esse omnino immutabilem quamvis sumantur ut sic & praescindendo ab hoc, quod conveniunt Deo important aliquid proprium Dei & nulla abstractione possunt ab eo separari. Secundum genus est earum perfectionum, quae secundum suas rationes formales sumptas precise, & cum abstractione ab hoc quod sunt in Deo non important aliquem modum proprium Dei ut distinguitur ab ente creabili, ut sapientia, misericordia, & iustitia si sumantur abstractae ab hoc quod sunt in Deo possunt concipi secundum suas rationes formales, ut separatim ab omni modo proprio Dei. Nam ratio formalis iustitiae aut sapientiae, ut sic non importat aliquid proprium Dei.

106

Quare aliqua perfectiones Dei non possunt esse formaliter in creaturis.

Et inter perfectiones horum generum est tantum discrimen quod perfectiones primi generis non possunt comunicari creaturis secundum convenientiam formalem, quod est non posse participari in creaturis participatione formali. At vero perfectiones secundi generis, possunt comunicari creaturis secundum convenientiam formalem, quod est posse participari in eis participatione formali. Et ratio huius discriminis est manifesta: quia cum perfectiones primi generis secundum suas rationes formales abstracte sumptas important aliquid proprium Dei, ut distinguitur a creaturis, sequitur, quod secundum suas rationes formales, non possunt esse formaliter in creaturis: quia illud quod est proprium alicui rei ut distinguitur formaliter ab alia, non potest esse forma-

107

liter in utraque, ut rationale quod est proprium hominis, ut distinguitur formaliter ab equo, non potest esse formaliter in equo. Econtra vero, quia perfectiones secundi generis, secundum suas rationes formales abstracte consideratas non important aliquid proprium Dei ut distinguitur a creaturis, sequitur, quod saltem ex hac parte, non repugnat eas esse formaliter in creaturis.

Et hoc supposito sic argumētatur: Ens per essentiam, aut imparticipatum, & independens, & plenitudo essendi, & pelagus aut abyssus perfectionum omnium, pertinent ad primum genus perfectionum: ergo non possunt comunicari gratia, aut alteri creaturae secundum convenientiam formalem. Et ulterius: ergo neque gratia, neque aliqua alia creatura potest esse participatio formalis Dei secundum has rationes. Haec secunda consequentia patet: quia idem est esse participationem formalem alicuius perfectionis, & habere communicatam per participationem eandem perfectionem secundum convenientiam formalem, ut patet ex ijs, quae in explicatione tituli diximus, de participatione formali. Et prima etiam patet ex fundamento nunc praesupposito. Et antecedens probatur: quia illa tria quantumcunque abstrahantur ab hoc, quod est esse in Deo important secundum suas rationes formales aliquid proprium Dei quatenus distinguitur a tota latitudine entis creabilis.

Et confirmatur: quia si illa tria quae in hoc antecedenti referuntur participarentur in gratia, aut in aliqua alia creatura participatione

108

forma-

109

formali, sequeretur quod talis creatura esset formaliter ens per essentiam, & imparticipatum, & independens, & ipsa plenitudo essendi, & abyssus aut pelagus perfectionum omnium: quod tamen manifestam inuoluit repugnantiam; quia simul conuenirent formaliter eidem creaturæ opposita prædicata, scilicet, essentialiter per essentiam & per participationem.

Obiectio.

Dices, illa tria prædicata posse duobus modis considerari, scilicet sine limitatione, aut per essentiam & cum limitatione aut per participationem, & priori modo esse propria Dei ut distinguitur à creaturis, & ut sic non posse communicari creaturis secundum conuenientiam formalem; at vero posteriori modo non includere aliquid proprium Dei, ut distinguitur à creaturis: & ideo ut sic posse communicari secundum conuenientiam formalem, & ex hoc non sequi quod conueniant creaturæ illa prædicata opposita.

Respond.

Sed hæc solutio facile impugari potest. Primum quia hæc distinctio non potest habere locum in perfectionibus primi generis, si ergo hæc tria prædicata, de quibus agimus pertinent ad illud genus, sequitur quod non possint ita distingui. Probatur antecedens, quia perfectiones primi generis quantumcunque abstrahantur ab hoc quod est esse in Deo, includunt intrinsecè aliquid proprium huiusmodi essendi, qui est esse per essentiam & sine limitatione in genere entis, ut distinguitur à modo essendi per participationem & cum limitatione, sicut in exemplis propositis actus purus, & om-

nimoda immutabilitas etiam si considerentur secundum illam abstractionem includunt carentiam potentialitatis & immutabilitatis quæ est propria entis per essentiam & illimitati, ut distinguitur ab ente per participationem & limitato: quia ex limitatione in genere entis prouenit potentialitas, & ex hac mutabilitas: ergo non possunt distingui per hos duos modos, qui sunt esse per essentiam, & per participationem, aut, illimitate, & limitate. Patet hæc consequentia: quia in perfectionibus secundi generis ideo habet locum hæc distinctio, quia si sumantur secundum illam abstractionem non includunt aliquid proprium alicuius ex his duobus modis essendi, ut distinguitur ab altero: ut quia in ratione formali sapientiæ ita abstracta non includitur aliquid proprium alterius ex his modis, ideo potest cum quocumque eorum reperiri.

111

112

Confirm.

Confirmatur: quia hoc est maxime certum in his tribus prædicatis: de quibus agimus: quia non solum includunt aliquid proprium modi essendi per essentiam & illimitate, sed etiam sunt formalissime ipse modus ita essendi: ergo non possunt distingui per hos duos modos essendi. Hæc consequentia patet à simili: nam rationale non potest diuidi per rationale, & irrationale, neque esse in alio potest diuidi per esse per se & in alio. Et antecedens probatur: quia primum prædicatum est ens per essentiam & imparticipatum; & hoc quantumcunque abstrahatur non potest denudari ab esse per essentiam, ut distinguitur ab esse per participationem,

& re-

113

& reliqua sunt plenitudo essendi, & abyssus omnium perfectio num, & hæc etiam nulla abstractione possunt denudari ab illimitatione in genere entis, ut distinguitur à limitatione.

Resp. 2. obiectioui.

Secundo potest impugnari illa solutio, quia si in his prædicatis, de quibus agimus admittatur hæc distinctio destruitur omnino opposita sententia, quod sic probo. Si gratia est per participationem, & cum limitatione participatio Dei secundum quod est ens per essentiam, & imparticipatum sequitur ipsam non esse formalem participationem Dei secundum hanc rationem, quod est contra oppositam sententiam. Patet sequela quia, ut diximus in explicatione tituli, ad formalem participationem requiritur formalis conuenientia in prædicato, secundum quod est participatio, & diuersitas in modo essendi: ut sapientia est formaliter in Deo, & in creatura, & in Deo est per essentiam, & in creatura per participationem: Sed si gratia per participationem sit participatio Dei secundum quod est ens per essentiam & imparticipatum non potest habere conuenientiam formalem cum Deo secundum hanc rationem, quia inuoluit repugnantiam, quod eadem entitas, & secundum eandem rationem formalem sit formaliter ens per essentiam, & imparticipatum, & simul sit formaliter ens per participationem: ergo neque potest esse formalis participatio Dei secundum eandem rationem. Quod est destrui oppositam sententiam.

Ad formalem participationem requiritur formalis conuenientia

114

A D A R G V -
menta probatur sententia Ioannis Vincentij posita in hac conclusione.

115

Ad 1. class.

E T ad primum argumentum pro ea factum respondetur, quo ad testimonia primæ classis negando, quod in eis tribuatur gratia dare esse per essentiam aut esse absolute, & sine limitatione. Et ad primum testimonium, quo id probatur dicendum est, expositionem illam non solum esse præter expositionem, quæ communiter illi testimonio assignatur à sanctis, sed etiam esse parum consonam ei, & sensu literæ. Nam ut Chrysostomus Theophilus Oecumenus, & Theodoretus, notant Paulus non utitur illis verbis, *sum id quod sum*, ut sibi excellentem aliquem titulum tribuat sicut re vera tribueret, si significaret se gratia Dei, habere id, quod Deo natura sua conuenit, scilicet esse per essentiam, & imparticipatum, sed potius, ut se humiliet: non solum tribuendo gratia Dei omne bonum, quod habebat, sed etiam ipsum bonum explicando verbis humilibus, & modestis. Nam, quia, magnum quid erat fuisse assumptum ad dignitatem apostolatus, etiam si id gratia Dei fuisset factum, & non propter eius merita qui fuerat persecutus Ecclesiam Dei, sicut in Regibus, & Pontificibus pertinet ad excellentiam, & auctoritatem dicere se esse Reges, aut Pontifices, quamuis in eo humilitatem, & mo-

Chrysof. Theoph. Theod.

116

N destiam

113

deftiam ostendant quod simul fa-
teantur se ex Dei gratia habere
eā dignitatē, ideo Paulus id, quod
in ipso pertinebat ad excellentiā
& ad bonitatē, scilicet, fuisse do-
natū dignitate apostolica, & gra-
tia remissionis peccatorum, ex-
plicat illis verbis, *sum id, quod sum*
quasi ita diceret: si quid sum, si
quod bonū habeo, id gratiæ Dei
acceptum refero. Et hoc postulat
ordo literæ. Nam cum Paulus se
ipsum deiecisset, dicens se esse
minimum Apostolorum, & in-
dignum vocari Apostolum,
quia fuerat persecutus Ecclesiā
Dei, subiecit statim hæc verba,
quibus illud dignitatis quod sibi
videbatur tribuisse attenuet fa-
tendo Deum sua gratia fuisse eius
authorem: & ut inquit Theode-
retus, utendo verbis, quibus divi-
tias, quæ in eo continentur occul-
tent. Et quod additur de gemina-
tione verbi, *sum*, etiā fauet huic
expositioni, quia non ponitur
hoc verbum secundo loco ab-
solute, si quidem non dicit Pau-
lus, *sum qui sum*, sed potius cum
limitatione, *id quod sum*, ratione
cuius fit, ut hoc verbum nullo
modo possit sumi pro ipso esse
absolute, sed pro illo esse parti-
culari, & determinato quod Pau-
lus habebat ratione apostolatus,
& remissionis peccatorum, &
quod volebat humiliter, & mo-
deste significare. Et propterea
etiā hæc geminatio non est si-
milis illi, quæ adducitur ex Exo-
do, quoniam ibi verbum, *sum*,
ponitur absolute, & sine vlla li-
mitatione: dicit enim Deus, *de se,*
ego sum qui sum, & postea præ-
cipit Moyfi, ut diceret filijs Is-
rael: *qui est misit me ad vos. Com-*

114
Theod.

prehendens hoc verbo, ut Da-
masenus inquit libro 1. de fi-
de capite 12. ipsum esse veluti
quoddam pelagus substantiæ in-
finitum, & interminum, quod
etiā ex Hebræo, & Græco
posset facile ostendi. Et ad alia
testimonia, quibus probatur tri-
buti gratiæ in scriptura dare esse
absolute, & sine vlla limitatio-
ne, respōdetur cum Martino Mar-
tinez libro decimo hypoty-
pologia 38. qui illa, & alia mul-
ta testimonia adducit pro illo dis-
crimine inter iustos, & peccato-
res, & cum Francisco Ribera
super caput secundum Hose. nu-
mero quinto, scripturam ideo
dicere de peccatoribus, non esse,
quia nullius pretij sunt apud Deū,
& contraria ratione dicere de iu-
stis, absolute, & sine vlla limitatio-
ne esse, non verò, quia peccatores
non sint, aut iusti sint ipsum esse
per essentiam. Et simili modo lo-
quendi solemus nos homines ab-
iectos, & viles in republica dis-
tinguere à nobilibus, & præci-
pui.

Ad testimonia secundæ clas-
sis responderetur, negando tribui
gratiæ in scriptura nomina, &
titulos, quibus significetur ipsa
plenitudo essendi. Et de primo
nomine, quod est *gloria*, dico in
primis, non intelligi per ipsum
gratiam iustificantem in testi-
monijs adductis. Quoniam in pri-
mo intelligitur misericordia Dei,
propter rationem statim assignan-
dam. Et in secundo id,
quod quis potest de se prædi-
care. Et in tertio: status cum
felicitate cumularus, aut anima.
Et deinde admissio significari
gratiam, nego gloriam sumi

115

Damasc.

Martinez.

Ribera.

116

Ad 2. clas.

Gloria dici-
tur quod in
vnaquaque
re ipsa mag-
nificat.

in

117

Ribera.

Exod. 40.

3. Reg. 8.

Matth. 6.

118

in scriptura, aut pro ipsa plenu-
dine essendi, aut pro toto esse rei
absolute. Pro quo advertendū est
ex Francisco Ribera super caput
14. Hose. num. 16. *gloriam*, in vna
quaque re appellari quod ipsam
magnificat, & clarā ac venera-
bilē reddit. Et ideo splendor aut
aliquid aliud simile apprensū
Deus videtur, appellatur gloria,
ut Exo. 40. *operuit nubes taberna-
culum testimonij, & gloria Domini
implevit illud.* Ex 3. Regum. 8. *no-
poterant sacerdotes intrare, & mi-
nistrare propter nebulam, impleve-
rat enim gloria Domini domum Do-
mini.* Et propterea etiā divitiæ
in homine appellatur gloria, ut
Matthæi. 6. *nec Salomon in omni
gloria sua coopertus est sicut vnum
ex istis.* Et propter eandem ratio-
nem diximus in principio huius
solutionis per gloriā in testi-
monijs adductis ad probandum sig-
nificari gratiam, non significari
gratiam, sed in primo misericor-
diam, & bonitatem Dei, quia hæc
est, quæ ipsum nobis maxime co-
lendū, & venerabilem reddit.
Et in secundo, id quod quis de se
prædicare, potest quasi cum glo-
riatione, sicut Hispanè dicimus,
puedome alabar de esto. Quo-
niam Paulus ibi significat se pos-
se hoc de se ipso prædicare; ef-
se sibi suum animum testem, &
conscium fuisse in Evangelio
versatum non ad ostentatio-
nem, aut alicuius quæstus gra-
tia, sed in simplicitate cordis, &
sinceritate Deo probata; & in
tertio felicitatem, aut animam
quoniam vtraque est decus, & or-
namentum hominis.

Et ita possumus respondere
ad testimonia quibus probatur

gloriam sumi pro toto esse, de-
cipi eos, qui id sentiunt. Nam in
primo sumitur pro felicitate, &
summa autoritate, qua Ioseph
potiebatur in Aegypto. Et in
secundo pro eo, quod sacerdos
ille reputabat esse optimum, &
maximi pretij in Hierusalem,
& quod eam urbem, & regio-
nem maxime ornabat. Et in
tertio pro opibus, & divitijs Iob.
Quæ omnia propter rationem
assignatam nomine gloriæ sig-
nificantur.

Et demum ad argumentum,
quod ex his omnibus testimo-
nijs colligitur, dicendum est.
Etiā admissio, gloriam sumi pro
gratia iustificante, solum pro-
bare gratiam esse id, quod in
nobis, est optimum, & maio-
ris pretij, & quod nōs maxi-
mè ornat. Et de secundo no-
mine, quod est *Regnum Dei*,
concedimus per regnum Dei,
& Christi, & per regnum cæ-
lorum, aliquando in scriptura
significari gratiam iustifican-
tem, quia per ipsam formaliter
eripimur de regno, & potesta-
te Dæmonis, & transferimur in
eum statum in quo Deum, ut
Dominum, & Regem agnosci-
mus, & suis mandatis paremus,
ut Iansenius bene explicat refe-
rens varias huius vocis accep-
tiones, super caput decimum ter-
tium suæ concordiæ Evangelicæ;
& super caput. 41. Carterum ne-
gamus per regnum Dei signifi-
cari totum esse, quia nullus est ex
sanctis, qui eum explicat signifi-
cata quæ vox hæc habet in Evan-
gelio, ubi potissime reperitur,
meminerit huius. Et addimus nō
posse colligi oppositum ex eo

119

120

Regnū Dei
significat
gratiam ius-
tificantem.

Iansen]

cap. 41.
meminerit
huius.

121

Psal. 23.

1 Cor. 2.

Quare vocetur De' Rex gloriae.

122

Quare gratia vocetur semen Dei.

quod psalm. 23. Deus appelleretur *Rex gloria*, quia ibi iuxta sanctorum expositionem fit sermo de Christo, qui appellatur *Rex gloriae*, sicut, & primæ ad Corinth. 2. nō solū quia est gloriosus *Rex* & gloria ac claritas est ipsi propria, sed etiam quia gloria suis tribuit. Et eadem ratio huius nominis reddi potest, quamvis ibi fiat sermo de Deo secundum se, quia genitius, *gloria*, sumitur iuxta phrasim Hebraicam pro adiectiuo importante excessum per modū superlatiuū, vt fit idem quod gloriosissim⁹, & ita Deus appellatur *Rex gloriae*, quia fit *Rex gloriosissimus*, & illustrissimus, non vero propter excellentiam, & præminentiam plusquam regiā, quā habet respectu totius esse. Neque hoc potest colligi ex significatione huius nominis: gloria, quia vt paulo superius ostendimus, non sumitur in scriptura pro toto esse, sed pro eo, quod rem quamcumque maxime ornāt, & clarā ac venerabilem reddit.

Et de tertio nomine quod est, *semen Dei*, dicimus potius ex eo colligi oppositum, quia semen nō est participatio formalis rei cuius est semen, sed virtualis tantum, quia cum in semine non sit formaliter ea res, cuius est semē, sed tantum virtualiter tanquam in effectu, non qualicumque, sed gerente vices eius, non potest semen dici participatio formalis, sed tantum virtualis, vt patet ex ijs, quæ notauimus in explicacione tituli huius controversiæ. Et si quæras, quomodo gratia appellatur *semen Dei*, si vt diximus est participatio formalis diuinæ

naturæ, Respondetur appellari hoc nomine propter similitudinem, quam habet cum seminibus: Quia sicut per semina fiunt viuentium generationes, ita per gratiam regeneramur in filios Dei, & sicut semen est virtus viuentis gerens vices ipsius: ita etiam gratia potest appellari virtus Dei, & gerit vices ipsius in nostris animis quo ad multos effectus: & demum sicut semen est participatio imperfecta viuentis: ita etiam gratia quamvis sit participatio formalis Dei, & perfectissima inter omnes creaturas, tamen si comparetur cum celsitudine Dei est imperfecta, & valde inadæquata.

Ad testimonia tertię classis responderetur, negādo tribui in scriptura gratiæ aliquas proprietates quæ non possint conuenire ipsi, nisi sit participatio formalis Dei quatenus est ipsum esse imparciparum, & independens. Et ad probationem quoniam in ea non agitur de veritate rei, sed de eo quod colligitur ex scriptura, & cōtigit multas opiniones etiā in Theologia esse veras, quæ nō colligantur ex scriptura, oportet primū explicare quid in hac re colligatur ex scriptura, & quid non, siue id, quod non colligitur sit verum siue falsum, ne opinionibus Theologorū præiudicemus: Et ideo responderetur primo maiore posse intelligi duobus modis, quia sicut illæ proprietates, scilicet immutabilitas, & indefectibilitas, possunt accipi duobus modis: nēpe vt cōueniunt rei ab intrinseco & ex propria natura, & vt cōueniunt per solā voluntatē extrinsecā Dei, qui rem alioquin defec-

123

Ad 3. clas.

124

tibilem

125

tibilem vult in perpetuum conseruare, ita propositio illa potest habere duos sensus. Primus est tribui illas proprietates gratiæ in scriptura, quia conueniunt ei ex propria natura, & ab intrinseco. Secundus est, tribui ei quia conueniant per voluntatem Dei qui decreuit conseruare gratiam in iusto, quandiu ipse per peccatum mortale non se reddiderit indignum gratia. Et hoc supposito dico maiorem esse veram in hoc secundo sensu, & non in primo, & ita argumentum nullas habere vires, quia neganda est minor, cum debeat intelligi de his proprietatibus sumptis sicut accipiuntur in maiori, scilicet, pro immutabilitate, & indefectibilitate proueniente ab extrinseca voluntate Dei, ne si alio modo accipiantur argumentum laboret in æquiuoco. Et constat has proprietates ita sumptas posse conuenire rebus, quæ non sunt participationes formales Dei secundum quod in ipso intelligitur per modum radicis proprietatum eiusdem denominationis, quia indifferenter possunt conuenire quibuscumque rebus, licet in quibusdam habeant maiorem congruentiam cum earum naturis, quam in alijs. Et ratio huius est manifesta, quia hæ proprietates ita sumptæ non conueniunt in vna ratione formali analogā cum illis, quæ in Deo intelliguntur esse ab illa radice.

Ad 1. medium.

Et ad primum medium, quo probatur illa maior responderetur, ex scriptura non colligi gratiam esse radicem vitæ æternæ, eo modo quo natura aliqua est ra-

dix suarum proprietatum, quod tamen esset necessarium vt ex eo posset colligi, gratiam habere eandem immutabilitatem, & indefectibilitatem, quam habet vitæ æternæ, sed solum quia est principium meritorum, quibus certo, & infallibiliter comparatur vitæ æternæ, si ex hac vita in gratia decedamus. Et ita exponit primum testimonium ibi adductum Augustinus epistola. 105. quæ est ad Sixtum presbyterum. Et libro de gratia, & libero arbitrio à capite. 6. vsque ad 11. Vbi ait, gratis dari vitam æternam, non quia ex meritis non detur, sed quia gratis data est gratia bonæ vitæ, hoc est gratia, quæ est principium bonæ, vitæ, qua meremur vitam æternam. Et re vera hunc sensum postulat ipse contextus, quia præcesserant hæc verba: *Stipendia peccati mors*, id est quod Deus reppendit peccanti, est mors gehennæ. Et consequenter debebat subijci, stipendia autem iustitiæ, vitæ æternæ, & tamen Paulus, vt indicaret fontem iustitiæ cui respondet stipendium vitæ æternæ, hoc est vnde proueniunt opera meritoria quibus tanquam merces ex iustitia debita redditur vitæ æternæ, dixit: *gratia autem Dei vitæ æternæ*. Et eodem modo exponitur secundum testimonium in Concilio Tridentino sessione. 6. decreto de iustificatione capite 16. Vbi ad probandum nihil deesse operibus iustorum quæ ex gratia procedunt, vt sint meritoria vitæ æternæ, & vt re ipsa suo tempore reddatur eis ipsa vitæ æternæ, si

127

Gratia est radix vitæ æternæ, quia est principium meritorum.

August.

128

Trident.

129

tamen iusti in gratia decesserint, adducitur illud testimonium. Ex quo aperte colligitur, se sum eius esse quod gratia est fons, & principium operum, instar aquae fluentis salientium, hoc est decurrētium in vitam æternam, quia infallibiliter attingunt, & consequuntur eam, si is cuius sunt, in gratia ab hac vita decedat.

Ad 2. me-
dium.

Ad secundum medium respōdetur, negando colligi ex scriptura gratiam esse ex propria natura, & ab intrinseco invariabilem, & indefectibilem. Et ad primum testimonium quo id probatur dicendum est cum Chrysolto, & alijs expositoribus, nomine gratiæ ibi cōprehendi non solū gratiam iustificantem, sed etiam fidē & reliqua auxilia, quæ nobis sunt in hac vita necessaria ad viuendū sicut oportet ad consequendum beatitudinem; & Paulum admonere eos, ad quos scribit, ut vnusquisque non tantum proprie, sed etiam aliorum saluti inuigilet, & ita communi studio omnes curent, ne quis in hoc cursu quo ad beatitudinem pergatur, deficiat gratiæ Dei qua ad beatitudinem ducitur, & efficiatur alienus ab ea sanctitate, quæ necessaria est ad consequendum beatitudinem, & quam per gratiam Dei habere potest. Et quamuis hac admonitione insinuetur prouenire ex nobis ipsam defectionem à gratia, & non ex parte ipsius gratiæ, at que adeo gratiā nunquam nobis deficere nec deesse quantum est ex parte sua, tamē ex hoc non potest colligi conuenire gratiæ immutabilitatem, & indefectibilitatem ab intrinseco, & ex natura

130

sua. Tum quia pari ratione potest idem colligi de omnibus auxilijs pertinentibus ad ordinem gratiæ, cum etiam hæc auxilia comprehendantur hoc loco nomine gratiæ, ut dixi. Tum etiam quia ut verum sit gratiā siue iustificantē siue auxiliantem nunquā nobis deesse, quantum est ex parte sua, satis est quod ad gratiam iustificantem, Deum statuisse semel nobis datam conseruare semper quandiu ex parte nostra non fuerit appositum impedimentum peccati mortalis, & quo ad auxiliantem esse paratum ad conferendum nobis eam quandiu per nos non steterit. Et ad secundum testimonium concedendum est ibi fieri sermonem de lege Euangelica ut exponit Paulus ad Hebræos. 8. adducens idem testimonium ad probandū distinctionem noui testamenti à veteri. Cæterum quod hæc lex dicatur scribenda in cordibus hominum, potest duobus modis intelligi, scilicet, aut de gratia Spiritus sancti, quæ ut contendit D. Thom. 1. 2. quæstione 106. articul. 1. non solum est id, quod præcipuum est, inter quæ continet nouum testamentum: sed etiam dicitur absolute lex euangelica, aut de præceptis circa credenda, & agenda. Et quidem si intelligatur de gratia facile patet, quare dicatur scribenda in cordibus hominum, quia gratia infunditur animis nostris. Si vero intelligatur de præceptis, non est ita facile, cum præcepta hæc contineantur scripta in Euangelio, & in Epistolis Apostolorum, potest tamen exponi dupliciter.

131

Heb. 8.

132

D. Thom.

Primo

133

Chrysol.

Ioan. 14.

Primo dicendo cum Chrysolto mo super locum citatum ex Paulo, intelligi de Apostolis, qui nihil scriptum acceperunt à Christo, sed in cordibus, & maxime per Spiritum sanctum. Et propterea dixit Christus Ioannis 14. *Hæc locutus sum vobis apud vos manens, paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerit vobis.* Secundo dicendo, intelligi de ipsis præceptis ratione abundantia gratiæ, quæ in nouo testamento diffunditur in cordibus nostris, qua non solum sciamus, sed etiam impleamus diuina mandata. Ita ut ratione propensionis, & facilitatis, quam ex hac abundantia gratiæ participant homines ad adimplendū diuina præcepta dicantur ipsa præcepta infixæ, & inscripta cordibus hominum quantum ad sui obseruationem. Sicut solemus dicere ea, quæ vehementer cupimus esse nobis in corde posita. Et hunc sensum tradit Augustinus lib. de spiritu, & litera cap. 24. Cum vero Augustinus per discrimen inter scripturam, & vocem, dicit significari immutabilitatem dicendum est, locutum fuisse de immutabilitate ab extrinseco, respectu gratiæ, & de affixione hac in cordibus hominum quantum ad præcepta. Et ad testimonium Concilij Trident. responderetur sicut ad testimonium Pauli primo loco positum. Et ex ipso contextu Concilij intelligitur aperte esse hunc eius sensum, quoniam apposuit illa verba, ut doceret, non esse impossibile iustificatis implere præ-

134

August.

Triden.

cepta Dei: quia quantum est ex parte Dei nunquam ipsis deerit gratia, quæ ad id est necessaria.

Secundo respondendum est, aliter ad totum hoc argumentum, quod desumitur ex gratiæ immutabilitate, & indefectibilitate, si non agatur præcisè de eo, quod colligitur ex scriptura, sed de re ipsa absolute. Et ut clarius procedamus in hac solutione, proponatur maior argumētū hoc modo: Gratia conuenit esse immutabilem, & indefectibilem. Et hoc posito responderetur concedendo maiorem, etiam si intelligatur de his proprietatibus, ut cōueniunt rei ab intrinseco, & ex propria natura, & non per solam voluntatem Dei extrinsecā, iuxta distinctionem in præcedenti solutione explicatam, & negando minorem. Et ad probationē concedendum est antecedens: quia si Deus non esset ens per essentiam, non esset actus purus, & ex consequenti haberet aliquam potentialitatem, cum qua non stat omnimoda immutabilitas, & indefectibilitas. Et neganda est consequentia: quia immutabilitas, quæ conuenit, aut gratiæ, aut cuiusque alteri creaturæ, non est participatio formalis diuinæ immutabilitatis, & indefectibilitatis, sed virtualis dumtaxat, quamuis in nomine conueniat cum ea: & ideo non est necesse, quod id, quod in gratia, aut quacumque alia creatura est radix immutabilitatis, & indefectibilitatis, sit participatio formalis eius, quod in Deo intelligitur per modum radicis, aut rationis a priori suæ immutabilitatis.

135

Respon. 2.
huc argu-
men.

136

137

D. Thom.

*Immutabi-
litas tripli-
citer accipi-
tur.*

138

Vt autem hoc rectius intelli-
gatur aduertendū est ex D. Tho.
1. part. quæst. 9. arti. 2. quod cum
mutabilitas, & defectibilitas im-
portent potentiam ad mutatio-
nem & defectum, possunt di-
stingui tres gradus immutabili-
tatis, & indefectibilitatis, penes
tres modos, quibus hæc poten-
tia potest aut impediri aut tolli.
Primus est earum rerum, quæ ha-
bent potentiam intrinsecam vt
mutentur: & deficient, & ex
consequenti sunt simpliciter, &
ab intrinseco mutabiles, & de-
fectibiles, tamen per voluntatem
Dei habent hunc modum im-
mutabilitatis, quod nunquam
mutabuntur aut deficient: quia
Deus decreuit ita impedire illā
potentiam, vt nunquam possit
reduci in actum. Et huius modi
res dicuntur immutabiles, & in-
defectibiles tantum secundum
quid, & ab extrinseco. Secun-
dus gradus est aliarum rerum,
quæ nullam habent potentiam in-
trinsecam, vt mutentur, & de-
ficient. Habent tamen non re-
pugnantiam intrinsecam, & po-
tentiam extrinsecam, per quam
possunt mutari, & deficere. Et
huiusmodi res dicuntur simplici-
ter, & absolute immutabiles, &
indefectibiles. Cum vero dico
has res carere potētia intrinseca,
vt mutentur, & deficient, loquor
de eis, quo ad suam substantiam,
nō quo ad accidentia, quia nulla
est res ex ijs, quæ per potētia ex-
trinsecā sunt mutabiles, & defec-
tibiles, quæ non habeat potētia
intrinsecā, vt mutetur, & deficiat
quo ad accidentia. Tertius gra-
dus importat exclusionem om-
nis potētiæ, tam intrinsecæ quam

extrinsecæ ad mutationem, &
defectum siue secundum substan-
tiam siue secundum accidentia.
Ex his autem tribus gradibus pri-
mus potest conuenire cuicum-
que creaturæ, quia nulla est crea-
tura, quæ non possit a Deo con-
seruari in perpetuum sine omni
mutatione, & defectu, aut quo
ad substantiam aut etiam quo ad
accidentia. Et secundus conue-
nit de facto multis creaturis, vt
Angelis, & animis rationalibus,
& secundum magis receptam
sententiam corporibus cæles-
tibus. Tertius vero neque con-
uenit neque potest conuenire ali-
cui creaturæ, sed est proprius
Dei: quia sicut est incommuni-
cabile creaturæ, quod non ha-
beat esse dependenter à libero
influxu Dei: ita etiam est ei in-
communicabile quod non possit
per potentiam Dei mutari, & de-
ficere. Et ex hoc manet expli-
catum, quæ ratione neque in gra-
tia, neque in aliqua alia creatu-
ra sit participatio formalis di-
uinæ immutabilitatis, quia ma-
net explicatum, quæ ratione in
nulla earum sit formaliter ille
gradus immutabilitatis qui con-
uenit Deo: quamuis sumatur præ-
cise secundum propriam ratio-
nem abstractam ab hoc quod est
esse in Deo vel in creatura. Et
contra hanc solutionem nullam
vim habent testimoniā adducta
in illa tertia classe, quia in nullo
eorum significatur conuenire
gratiæ tertium gradum immu-
tabilitatis, quod tamen esset ne-
cessarium vt ex immutabilitate
quæ in eis tribuitur gratiæ con-
uinceretur ipsam esse participa-
tionem formalem Dei, qua-

139

*Immutabi-
litas ab in-
trinseco, &
ab extrinse-
co, non po-
test commu-
nicari crea-
turis.*

140

tenus

141

*Ad 2. argu-
men. Resp.*

142

tenus est ens per essentiam, & im-
participatum.
Ad secundum argumentum
responderetur distinguendo ante-
cedens, si enim intelligatur de
secundo gradu inuariabilitatis,
& indefectibilitatis nunc expli-
cato, verum est: si tamen intel-
ligatur de tertio, falsum est. Et
facta eadem distinctione con-
sequentis primæ consequentiæ,
potest ipsa consequentia con-
cedi, si illæ proprietates su-
mantur priori modo. Et hoc solum
conuincit eius probatio,
quamuis admittatur id, quod in
ea supponitur, scilicet, gratiam
in patria esse principium radica-
le luminis gloriæ, eo modo quo
natura aliqua est radix suarum
proprietas, quæ ad ipsam na-
turaliter consequuntur. Cæte-
rum secunda consequentia abso-
lutè est neganda. Et ad eius pro-
bationem dicendum est, quod
quamuis gratia non habeat hunc
modum immutabilitatis per es-
sentiam, sed per participationem
à Deo, non sequitur, quod secun-
dum eam sit formalis participa-
tio diuinæ immutabilitatis, quia
non cōuenit cū ipsa in vna ratio-
ne formali immutabilitatis etiā
analogæ, sed solum quod sit par-
ticipatio virtualis: vt supē-
rius est expositum. Et ad pri-
mam probationem antecedentis
quatenus deseruire potest ad
probandum ipsum in secundo
sensu, in quo diximus esse fal-
sum, responderetur, Quod ad
beatitudinem formalem sufficit
prior modus immutabilitatis,
qui est secundus inter explica-
tos in solutione præcedentis ar-
gumenti. Et ad secundam pro-

bationem responderetur non va-
lere hanc consequentiam: Visio
beatifica propter suam immuta-
bilitatem mensuratur æternitate:
ergo secundum suam immu-
tabilitatem est formalis partici-
patio diuinæ immutabilitatis. Et
ratio huius est, quia neque æter-
nitas participata, qua mēsuratur,
est formalis participatio diuinæ
æternitatis. Quod vt explicem-
us aduertendum est ex Diuo
Thoma. 1. parte q. 10. posse
per respectum ad tres gradus
immutabilitatis, quos distinxi-
mus in solutione præcedentis ar-
gumenti, distingui alios tres gra-
dus æternitatis, supposito quod
per æternitatem intelligamus du-
rationem rei interminatam ver-
sus eam partem respectu cuius di-
citur æterna. Primus est earum
rerum, quæ nec à parte ante, nec
à parte post habent ex propria
natura durationem sine termi-
no: tamen per voluntatem Dei
possunt eam habere: vt posset
Deus rem aliquam ex propria na-
tura generabilem, & corrupti-
bilem produxisse ab æterno, &
conseruare in æternum. Secun-
dus gradus est earum rerum, quæ
ex propria natura habent dura-
tionem sine termino non quidē
à parte ante, sed à parte post, &
cum dependentia à libero influ-
xu Dei, per cuius potentiam pos-
sunt destrui, & habere termi-
num suæ durationis. Tertius gra-
dus excludit omnino terminum
durationis tam à parte ante, quā
à parte post, & tam per poten-
tiam intrinsecam, quam per ex-
trinsecam: Et ex his gradibus
æternitatis primus potest con-
uenire cuicumque creaturæ fal-

143

D. Thom.

*Tres gradus
æternitatis*

144

N 5

tem

145

tem permanenti, iuxta probabilem sententiam asserentium, potuisse Deum producere mundum ab æterno, & conseruare in æternum, etiam quo ad naturas generabiles, & corruptibiles. Secundus conuenit de facto multis creaturis vt angelis secundum suam substantiam, animis rationalibus, corporibus celestibus, & omnibus rebus, quæ suapte natura non sunt corruptioni, & defitioni obnoxia. Verum quia in his rebus dantur durationes specie distinctæ, aut penes naturalitatem, & supernaturalitatem, aut penes maiorem, & minorem immutabilitatem, ided hic secundus gradus diuiditur in distinctas species æternitatis, ex quibus vna appellatur æuum, & altera æternitas participata: & prior conuenit substantiæ angeli, & animæ rationali, & corporibus celestibus, & posterior conuenit visioni beatificæ, & eadem conuenit gratiæ, & habitibus supernaturalibus, qui ad ipsam consequuntur, non ratione status imperfecti, sed absolute, & secundum suam naturam. Quia quamuis hæc omnia in hac vita sæpe desinant esse, tamen hoc non prouenit ex propria natura ipsorum, sed ex imperfectione subiecti cum quo non habent connaturalitatem: cuius signum est, quod si constituentur in subiecto, quod non possit habere peccatum, non poterunt desinere esse. Hæc autem quæ diximus de distinctione harum durationum, & de propria ratione durationis visionis beatificæ, & gratiæ habitualis, non sunt hic latius exami-

146

nanda, quia pertinent ad questionem. 10. primæ partis. Tertius vero gradus æternitatis non conuenit, neque potest conuenire etiam per potentiam Dei absolutam alicui creaturæ: quia sicut est incommunicabile creaturæ, quod non possit per Dei potentiam habere initium, & finem suæ durationis: ita etiam est incommunicabile, quod habeat illum gradum æternitatis. Et ita manet explicatum id, quod diximus, scilicet æternitatem quæ conuenit visioni beatificæ, non esse participationem formalem diuinæ æternitatis; quia ex distinctione horum graduum æternitatis, constat æternitatem quæ conuenit Deo, si sumatur secundum suam rationem formalem, quamuis abstrahatur ab hoc quod est esse in Deo, non esse formaliter in visione beatificæ, & distingui omnino formaliter ab eius æternitate.

Ad tertium argumentum responderetur negando antecedens. Et ad probationem, admissa illa distinctione diuinæ perfectionis dicendum est, falsum esse id, quod supponitur ad argumentum, quod ex ea desumitur, scilicet, illum modum perfectionis qui à nobis concipitur in Deo, vt totalis habere nostro modo concipiendi in Deo rationem naturæ. Quia neque perfectio partialis neque totalis, sed id, respectu cuius nostro modo concipiendi perfectio talis se habet vt modus, habet rationem naturæ, sicut dixi de infinitate in probatione primæ partis tertix cõclusionis. Et ratio est eadẽ, scilicet, quod perfectio vt sic, in nulla re importat naturam, siue

147

148

Ad 3. argument.

Perfectio non importat naturam, sed modum naturæ.

primam

149

primam entitatem, sed modum eius, quia semper se habet, vt qualitas modalis respectu rei cui attribuitur. Et hoc in Deo debet intelligi secundum nostrum modum concipiendi, & in creaturis secundum rem. Vt in homine perfectio entitativa non habet rationem naturæ, sed modi eius quod est natura, scilicet naturæ rationalis. Et in calore perfectio intensiua non habet rationem naturæ caloris, sed modi eius. Et in Deo secundum nostrum modum concipiendi perfectio attributi sapientiæ non habet rationem attributi sapientiæ, sed modi eius. Quare similiter perfectio totalis siue abyssus, & pelagus perfectio nam in Deo, nostro modo concipiendi, non habet rationem naturæ, sed modi eius. Et ita manet solutum argumentum quod ex illa suppositione sumitur ad probandum antecedens, quia supponitur in eo perfectionem totalem nostro modo intelligendi habere in Deo rationem naturæ, quod tamen est falsum.

150

Ad conf. respond.

Ad confirmationem responderetur, negando antecedens, quia sicut est impossibile, quod detur participatio formalis illius perfectionis quæ in Deo concipitur, per modum perfectionis totalis, quæ appellatur abyssus, & pelagus perfectionis: ita est impossibile, quod gratia excedat omnes alias creaturas in hoc quod sit formalis participatio Dei secundum illum modum perfectionis qui in ipso est nostro modo intelligendi maior, & minus determinatus. Et ad probationem responderetur, quod ad hoc vt gratia sit melior, & præstantior participatio Dei quàm reliquæ omnes creaturæ satis est, quod sit

formalis participatio eius, quod nostro modo intelligendi habet in ipso rationem naturæ.

Ad vltimum respondebimus explicando singula testimonia D. Thomæ, quæ in eo adducuntur eodẽ ordine, quo posita sunt. Et ad primum dicendum est, quod per diuinam bonitatem in eo, non intelligitur diuina perfectio siue totalis, siue partialis; sed id quod in Deo nostro modo intelligendi habet rationem naturæ, cui est connaturale illud bonum diuinum, ad quod anima eleuatur per gratiã & habitus supernaturales, qui ad ipsam cõsequuntur. Et huc esse sensum D. Thomæ patet, quia vt probet gratiã esse quãdam naturam nobiliorem quàm naturam animæ, quamuis in modo essendi sit minus perfecta dixit ipsam esse expressionem, vel participationem formalem diuinæ bonitatis, hoc autem supponit, vt probatum ex corpore articuli. Vbi ex eo quod per gratiam formaliter, & intrinsece, eleuatur homo ad bonum connaturale diuinæ naturæ colligit ipsam esse participationem formalem diuinæ naturæ superadditam animæ, vt veram qualitatẽ, atq; adeo pro eodẽ sumit D. Thom. esse expressionem, vel participationem diuinæ bonitatis, & diuinæ naturæ. Et hoc magis explicuit ipse D. Thomas. 3. sequenti. Vbi inquit virtutes infusas præsupponere gratiã tantum naturam diuinam participatam, sicut virtutes acquisitæ præsupponunt naturam rationalem. Quare D. Thomas in tota illa questione in qua agit de essentia gratiæ in hoc constituit eius essentiam, quod sit participatio formalis, & expressio diuinæ naturæ. Quid autem intel-

151

Ad vltim. respon.

152

lexe-

153

lexerit per diuinā naturam, non explicuit aperte, quamuis satis in sinuauerit, vt dicam in probatione vltimæ conclusionis.

Ad secundum testimoniū respondetur, quod cū D. Thomas inquit, Gratiā esse participationē diuinæ naturæ quatenus excedit omnē aliam naturā, non loquitur de omni eo, in quo natura diuina excedit omnē aliam naturā, sed de eo, in quo excedit per modū naturæ, quod nostro modo intelligēdi, non est esse ens per essentiā, & imparticipatū, vt ostendimus in probationibus tertiæ conclusionis. Et quod D. Thomas, nō loquatur de omni eo, ratione cuius diuina natura excedit omnē aliam naturā, etiam debet admitti ab authoribus oppositæ sententiæ, quoniam aliās sequeretur colligi ex hoc testimonio gratiā esse participationē formale Dei, quatenus est actus purus, & increatus: quia etiā in his natura diuina excedit omnē aliā naturam. Et eodem modo responderetur ad tertiū testimoniū: quia vt Deus cōmunicando nobis gratiā deficer nos satis est, quod gratia sit participatio formalis eius, quod nostro modo intelligēdi habet in Deo modū naturæ. Et hoc intellexit ibidē, & in reliquis testimonijs adductis ex tertia parte per participationem similitudinis diuinitatis, aut bonitatis diuinæ, aut etiam diuini esse.

Et ad vltimū testimoniū respondetur, quod quamuis, vt ratio D. Thomæ habeat vim, necessaria sit prima limitatio, scilicet, vt intelligatur de participatione formali: non tamen est necessaria secunda, scilicet, vt intelligatur

154

de diuina charitate formaliter quatenus est infinita, ita vt charitas creata sit participatio formalis suæ infinitatis. Et solutio, quæ ad hoc probandū adhibetur illi rationi D. Thomæ potest facile impugnari: quia D. Thomas, nō colligit charitatē creatā, non habere terminū augmēti, ex eo, qd sit formalis participatio infinitatis charitatis diuinæ, quia sic probaret ipsam habere infinitatē actu, & formaliter, & non solū in potentia: sed ex eo, quod est formalis participatio charitatis diuinæ, quæ est infinita, & nullum habet terminū. Vis autē argumenti cōsistit in hoc, quod cū intētio in accidentibus sit modus essentiæ, & proportionetur ipsi, bene sequitur si charitas creata secundū suā essentiā habet cōuenientiam formale cū charitate diuina, quæ est infinita, quod quantum est ex parte huius essentiæ, nō determinet sibi terminū in intēsiōne, sed possit in infinitū augeri. Quia de terminatio, quæ conuenit accidentibus ex parte suæ essentiæ quoad intensionem, prouenit ex eo, quod essentia nullo modo habet infinitatem, & ideo nō habet proportionē neque connaturalitē cū augmento infinito quoad intensionē. At vero essentia charitatis creatæ quāuis, nō sit formalis participatio infinitatis diuinæ charitatis, & ex cōsequenti, non sit formaliter infinita etiam per participationē, tamen habet hūc modum infinitatis, quod est ordinis infinitorū secundū cōuenientiam formale, quia cōuenit formaliter cū charitate Dei infinita: & ideo quantum est ex parte sua est

155

Quid sit charitatem posse in infinitum augeri.

156

nitum.

157

nitū. Sicut multi dicunt cū Catechano in principio primæ partis, practicū, & speculatiuū conuenire formaliter nostræ Thologie; quia non diuidūt scientiā in comuni, sed finitā, & Theologia nostra habet hunc modum infinitatis, quod est quædam impressio, & participatio specialis diuinæ scientiæ. Et idem solet dici de habitu fidei.

Sed quæres, in quo secūdū nostrā sententiā consistat gratiā esse participationē formalem eius, qd in Deo nostro modo intelligēdi habet rationē naturæ. Ad hoc sit

Vltima Conclusio.

Gratia ideo dicitur formalis participatio diuinæ naturæ, quia est formalis participatio per modū naturæ intellectualitatis diuinæ.

Ad huius cōclusionis explicationem, & probationē supponendum est primo, quod Deo conuenit formaliter intellectualitas siue vita intellectualis distincta, & elevata super omnē intellectualitatem substantialē creatā, & creabile, nō solū quantū ad modū attingendi per operationes huius vitæ intellectualis earū obiecta, sed etiā quantū ad excellentiā ipsorum obiectorū, quæ tāta est, vt hæc obiecta nulli substantiæ intellectuali creatæ, aut creabili possint esse connaturalia, aut proportionata per modum obiecti motiui, vel quo ad efficaciam, aut quāritatē virtutis potentiarū ralis naturæ. Et hoc quantū ad priorē partē, scilicet, esse in Deo intellectualitatem siue vitā intellectualem excedentē omnē intellectualitatem creatā, & creabilem: aut potius Deum esse ipsam intellectualitatem, est adeo no-

Quo modo gratia sit participatio diuinæ naturæ.

158

Intellectus quomodo cōueniat Deo.

rum, vt nō indigeat probatione. Quo ad posteriorē vero partē, scilicet, diuinā intellectualitatem excedere ex parte illius obiecti omnē intellectualitatem creatā, & creabilem probatur ratione satis efficaci desumpta, ex ea, qua D. Th. 1. p. q. 12. ar. 5. vtitur ad probandū intellectū creatū indigere lumine gloriæ ad videndū Deū, quæ potest ad hāc formā reduci. Intellectualitas diuina excedit quo ad modū essendi omnē intellectualitatem creatā, & creabilem: ergo, & quo ad efficaciam siue facultatē sufficientē, nō solū secūdū perfectionē essentialē quo ad essentiā, sed etiā secūdū quantitatem virtutis. Et vltimus: ergo & quo ad obiectū proportionatū huic efficacie siue facultati. Antecedens supponitur, vt certum, quia Deus ita habet esse, vt sit suū esse subsistens, quod nulli creaturæ est cōmunicabile: Et prima consequētia probatur. Quia in omnibus virtutibus cognoscitiuis efficaciam, siue facultas ita sufficiens cōmensuratur modo essendi ipsarū. Vt quia vis cognoscitiua sensitua habet modū essendi omnino materialē, nō habet efficaciam ad cognoscēdum nec immaterialia, nec materialia sub aliqua abstractione à materia, & quia intellectualitas animæ rationalis habet hūc modū essendi perfectiorē: quia quāuis ex propria ratione sit actus, & forma corporis potest subsistere separata à corpore, & habet intellectū, qui nō est actus organici corporis, ideo habet efficaciam maiorem, secundū quā potest ex propria natura cognoscere aliquo modo immaterialia, scilicet, per species materialium, & materialia sub abstra-

159

D. Thom

160

ctione

161

ctione à materia individuali. Et tandē, quia intellectualitas Angeli, habet modū essendi omnino separatam a materia, ideo habet efficaciam perfectiorem quā virtus sensitiva, & quā intellectualitas animæ rationalis, secūdu quā potest ex propria natura cognoscere Deū per imaginē in ipso re-lucētem, & creata immaterialia per proprias species: ergo similiter, quia intellectualitas diuina excedit omnē intellectualitē creatā, & creabile in modo essendi sequitur, quod etiā excedat eam in efficacia, siue facultate sufficienti in sensu explicato. Et ex hoc manet probata secunda cōsequētia, quia ex hac inductione constat, quod quando vna virtus cognoscitiua excedit aliā in efficacia etiā excedit eā in obiecto cōmēsurato & proportionato eidē efficaciz.

162

Secunda supponēdū est, quod obiectū propriū, in quo diuina, intellectualitas, quo ad efficaciam excedit omnē intellectualitē creatā, & creabile est ipse Deus vt attingibilis per actū secūdos intellectualitatis, aut virtutum vel potentiarū quæ ei respōdēt scilicet per actus intellectus, & volūtatis qui sunt intelligere, & amare. In Deo autē vt obiecto attingibili per actū secūdos intellectualitatis, possunt distingui tres rationes per respectū ad tres efficacias siue facultates omnino sufficientes quæ sunt cōnaturales tribus intellectualitatibus superius explicatis, scilicet humana, Angelicæ, & diuinæ: & suprema inter has cōsistit in hoc, quod est Deū esse intelligibile per actū intellectus terminatū ad ipsum vt est in se, qui appellatur visio, & amabile per actū volūtatis termi-

Obiectū in quo excedit intellectualitas: diuina est ipse Deus

natū ad ipsū secūdu rationē eiusdē ordinis cū hac intelligibilitate: & hæc cōstituit propriū obiectū, in quo intellectualitas diuina excedit efficaciam, aut quantitatem virtutis, vel facultatem completam cuiuscumque intellectualitatis creatæ, & creabilis.

Tertio supponēdū, quod quāuis efficaciam ad attingēdu Deum secūdu prædictā rationē nō possit esse connaturalis intellectualitati humanæ vel angelicæ, aut cui cū que alteri creabili quātūcūque sit perfecta siue immediate secūdu suā substantiā, siue mediāte aliquo accidētī superaddito, quod sit ei connaturale, tamē mediāte aliqua virtute, aut eleuatione supernaturali bene poterit ei cōmunicari, vt nūc suppono ex ijs, quæ dicit solēt 1. p. q. 12. Et quāuis hæc eleuatio potuerit fieri, aut per solā virtutē superadditā intellectui siue per modum habitus, siue per modū auxiliij, aut per formā aliquā superaditā naturę intellectuali creatæ per modū naturæ supernaturalis ad quā consequantur in potētij ipsius naturæ intellectuali creatæ habitus per modū proprietatū; tamen de facto sit posteriori modo, & gratia quæ infunditur essentiæ animæ rationalis, vel Angeli habet rationē cuiusdā naturæ intellectualis supernaturalis, ad quā consequuntur in intellectu, & volūtate habitus luminis gloriæ, & charitatis quorū operationibus attingitur Deus, secūdu prædictā rationē obiecti cōnaturalis, & proportionati efficaciz intellectualitatis diuinæ. Itaq; sicut anima rationalis, vel Angelus secūdu suā substantiā est quædā natura intellectualis ordinis natura-

Contra diligenter totas controversias pan. 1. 1. 1. 1.

164

lis,

163

165

lis, quæ medijs suis potētij, scilicet intellectu, & volūtate attingit obiecta sibi connaturalia. Sic etiā gratia habet modum cuiusdā naturæ intellectualis ordinis supernaturalis, ad quā consequuntur per modū proprietatum aut potētiarum prædicti habitus. Verum est discriminē: quia anima vel angelus est natura intellectualis simplicitate, & absolute, quia per modum substantiæ habet intellectualitatem. At vero gratia non dicitur absolute natura intellectualis, quia nō habet intellectualitatem radicalem per modū substantiæ, sed per modum accidentis, quod cum suis habitibus tanquam cum proprietatibus, & potētij eleuat naturam intellectualem creatam ad diuinam intellectualitatem, non quidem ad æquate, sed secūdu quandā participationē formalem; quia ipsa in sensu explicato est formalis participatio diuinæ intellectualitatis, nō solum quo ad rationes communes participabiles connaturaliter in substantijs intellectualibus creatis, sed etiam quo ad rationem propriam superantē ex parte obiecti omnē intellectualitatem substantialē creatā, & creabilem. Ex his constat sensum huius conclusionis esse, quod gratia dicitur formalis participatio Dei quantum ad id, quod nostro modo intelligendi habet in ipso rationem naturæ, quia est formalis participatio diuinæ intellectualitatis, non per modum proprietatis, aut potētiz, vel principij proximi, sed per modū naturę, & principij primi, & radicalis. Et in hoc sensu accepta probatur primo auctoritate D. Thom. Nā in primis in cōmentario ad ver-

166

ba Petri, quæ nunc explicamus inquit, consortium diuinæ naturæ, quod per gratiam hominibus datur inchoari in via, & consummari in patria quatenus ibi homines eleuantur ad vidēdu Deum, vt est in se ipso, quia per hanc visionem, & consequenter per principium eius tam radicale, quā proximum redduntur Deo similes. Et ad hoc probādum adducit illud primæ Ioānis. 3. cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Vbi D. Thomas aperte constituit hoc consortium diuinæ naturę in assimilatione ad Deum, & hanc assimilationem in visione Dei, quod est constituere consortium, & assimilationem in eleuatione ad intellectualitatem diuinam, quia hæc, vt dixi habet pro obiecto proprio, & quasi specificatiuū Deū, vt attingibile per visionem virtute propria, & connaturali.

Ioan. 3.

168

D. Thom.

Et ex hoc obiter potest intelligi, quid D. Thomas voluerit significare in aliquibus ex testimonijs citatis pro opposita sententia; per diuinam similitudinem, cum inquit, gratiam esse participatam similitudinem Dei, aut diuinæ bonitatis, vel diuini esse: nā proculdubio significauit similitudinē analogā, & participatam in hac intellectualitate Dei. Et præterea D. Thomas expresse docet gratiā habere intellectualitatem per modum naturæ, aut principij radicalis in ordinē supernaturali. Et deinde. 1. 2. q. 110. vbi ex professo agit de essentia gratiæ aperte docet hoc idem. Nam articulo 2. in corpore probat gratiam esse qualitatem nobis inhærentem hoc argumento. Sicut in

ordine

167

169

ordine naturali pertinet ad suavitatem divinæ providentiæ dare creaturis formas. & virtutes, quæ sint principia suarum operationum, ita in ordine supernaturali pertinet ad suavitatem eiusdem providentiæ dare creaturis formas, & virtutes, quæ sint principia suarum operationum supernaturalium. Sed creatura rationalis habet operationes supernaturales, quibus consequitur bonum supernaturale, & æternum: ergo pertinet ad providentiæ Dei dare ipsi formas, & qualitates, quæ sint principia harum operationum: quare cum gratia sit earum principium, sequitur, quod gratia sit qualitas. Vbi D. Thomas aperte constituit essentiã gratiæ in hoc quod est esse principium operationum, quibus cõsequimur bonum supernaturale, & æternum. Constat autem has operationes esse proprias naturæ intellectualis, scilicet in via actus credendi, & amandi, & in patria actus videndi, & amandi huiusmodi bonum. Et art. 3. sequenti in corpore probat gratiam non esse qualitatem per modum virtutis, quæ est principium proximum operandi, sed per modum naturæ, quæ dat esse, & est principium radicale operationum. Quia sicut in esse naturali præsupponitur lumen rationis, quod est origo, & principium virtutum naturalium ita in esse supernaturali oportet præsupponi lumen supernaturale, quod sit origo, & principium per modum essentiæ, & naturæ virtutum infusarum. Vbi D. Thomas docet ita se habere gratiam in ordine supernaturali, sicut lumen rationis in naturali quantum ad hoc, quod est præsupponi per modum naturæ, virtutibus, quod est tribuere ei intellectualitatem per mo-

170

dum naturæ, quoniã alias nõ magis cõpararet eã lumini rationis quã cuicumque alteri naturæ respectu suarum potentiarum. Et art. 4. sequenti in solutione ad primum inquit, quod sicut ab essentia animæ effluunt eius potētix, quæ sunt operationum principia: ita ab ipsa gratia effluunt virtutes in potētias animæ, per quas potētix movētur ad actus. Ex quo aperte colligitur D. Thom. constituisse essentiã gratiæ in quadã intellectualitate supernaturali habente modum naturæ, & principij radicali, quia inter operationes, & potētias, quæ sunt earum principia proxima, & naturam, quæ est principium radicale debet esse cõvenientiã in gradu: sed operationes, & virtutes quæ præsupponunt gratiã ut principium radicale pertinet ad gradum intellectualem in ordine supernaturali: ergo etiã ipsa gratia. Et deum in solutione ad 3. eiusdẽ articuli inquit, quod anima est subiectum gratiæ secundum quod est in specie intellectualis, vel rationalis naturæ. Ex quo etiam sequitur, quod gratia debeat esse in specie intellectualis naturæ in ordine supernaturali, quoniam alias non magis esset in anima rationali, ut in subiecto, quam in alia quacũque anima, ut Divus Thomas supponit in illa solutione. Secundo probatur hæc conclusio ex illis verbis primæ Ioannis tertio, *Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus enim quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.* Quorum verborum hic est sensus iuxta expositionem sanctorum, & præsertim Augustini

171

Gratia pertinet ad gradum intellectualem.

172

Ioan. 3.

epistola:

173

epistola III. & III 2. & libr. 22. de Civitate, cap. 29. Nunc tantam dignitatem habemus, ut simus filij Dei, sed nondum apparuit quanta sit hæc dignitas, quoniam adhuc tempus pugnæ, cum autem apparuerit, & manifestatum fuerit, scilicet adventante die triumphi, tunc tanta erit, hæc dignitas, ut similes simus ipsi Deo, & similitudo consistet in hoc, quod videbimus ipsum Deum sicuti est. Vbi aperte significatur, gratiam ita dare nobis esse filios Dei, ut etiam det nobis participationem divinæ intellectualitatis, quamvis hæc in hac vita, quæ est tempus militiæ sit occultata, quia nondum se exerit in actum perfectum, & exercitium, & manifestanda sit in patria, ubi ipso actu perfecto, & exercitio huius intellectualitatis redemur similes Deo, quia videbimus eum sicuti est, quod est proprium exercitium divinæ intellectualitatis participatæ. Et quamvis aliqui exponant hæc verba de apparitione Christi ad reddendum unicuique mercedem respondentem suis operibus, & de assimilatione ad ipsum non solum in gloria animæ, sed etiam in gloria corporis, tamen argumentum nostrum semper retinet suam vim: quia iuxta hæc expositionem significatur prædictã assimilationem faciendam esse per visionem Christi non solum quoad humanitatem, sed etiam quoad divinitatem: quoniam visio divinitatis est gloria, & beatitudo animæ, & ex ipsa redundat gloria in corpus. Dico autem, argumentum nostrum retinere vim suam admissa hac expositio-

174

ne, quia quamvis iuxta eam non colligatur ex hoc testimonio gratiam esse participationem divinæ intellectualitatis ex eo, quod significetur reddi nos similes Deo per eius visionem, tamen colligitur ex eo, quod significatur gratiam esse radicem divinæ visionis Dei, quæ est propria intellectualitatis divinæ, ut in prima suppositione est explicatum. Verum prior expositio est magis consentanea cõtextui. Ultimo probatur hac ratione: in Deo intellectualitas propria, quæ nulli substantiæ creatæ, aut creabili potest esse connaturalis, habet nostro modo intelligendi rationem naturæ: ergo gratia ideò dicitur participatio formalis eius: quod nostro modo intelligendi habet in Deo rationem naturæ, quia est formalis participatio prædictæ intellectualitatis. Probatur antecedens primo, quia nos intelligimus in Deo aliquid per modum naturæ, ascendendo ex eo, quod cognoscimus in creaturis habere rationem naturæ: sed in creaturis non cognoscimus aliquid esse naturam, quod non pertineat directe, & formaliter ad unum ex quatuor gradibus rerum, scilicet ad esse corporeum, vegetativum, sensitivum, & intellectivum: ergo ascendendo ex creaturis non possumus intelligere in Deo aliquid habere rationem naturæ, nisi formaliter pertineat ad unum ex his gradibus, & cum non possit pertinere ad tres priores sequitur pertinere ad ultimum, atque proinde solam intellectualitatem nostro modo intelligendi habere in Deo rationem naturæ.

175

Probatur conclusio ratione. Intellectualitatem intelligimus in Deo habere rationem naturæ.

176

O

Et

177

Et confirmatur hæc probatio, quia cum nostro modo intelligendi per ordinem ad creaturas distinguimus in Deo intellectualitatem quasi radicalē, & attributa, & potentias, & actus secūdos, & modū essendi, scilicet per essentiam, & infinitatem, & personalitates, concipimus intellectualitatem, ut primam, & reliqua omnia, ut aliquid eius: ergo intellectualitas nostro modo concipiendi habet rationem naturæ.

Confirmatur secūdo, quia essentia diuina, si concipiatur præscindendo ab intellectualitate sibi propria, non concipitur per modum naturæ diuinæ, si verò concipiatur cum ea, & præscindendo à reliquis omnibus, quæ hic enumerata sunt, concipitur per modum naturæ: ergo intellectualitas, quæ est propria Deo habet nostro modo intelligendi in ipso rationem naturæ diuinæ. Patet hoc antecedens, quia si essentia diuinæ concipiatur præscindendo ab illa intellectualitate non concipitur per modum principij radicalis, cui nostro modo intelligendi debeantur principia proxima vitalia, & actus secūdi vitales, atque adeo nec per modum naturæ. Si tamen concipitur cum prædicta intellectualitate, & præscindendo à reliquis omnibus, concipitur ut principium radicale, cui nostro modo intelligendi debentur illa principia proxima, & illi actus secūdi, atque adeo per modum naturæ; quia de ratione naturæ est esse principium radicale, cui hæc omnia respondeant. Secūdo probatur idem antecedens argumenti principalis, quia pro-

178

cessiones, per quas diuina natura communicatur ad intra sunt secūdum modum naturæ intellectualis, ut nunc suppono ex ijs quæ ex Scriptura, & Sanctis solent adduci ad hoc probandum. r. p. q. 27. ergo ratio naturæ diuinæ, etiam consistit in intellectualitate. Patet hæc consequentia, quia actus, per quem aliqua natura immediatè, & ratione sui communicatur, & ipsa natura pertinent ad eundem ordinem, ut patet inductione in omnibus communicationibus quarumcunque naturarum tam substantialium, quam accidentalium.

Confirmatur hæc probatio primò, quia si ratio naturæ diuinæ non consistat in intellectualitate non poterit reddi ratio multorum, quæ pertinent ad prædictas processiones, ex quibus tria tantum referemus. Primum est, cur sint tantum duæ, & non plures, nec pauciores, cuius ratio desumitur ex eo, quod in natura intellectuali tantum reperiuntur duæ processiones: vna per intellectum, & altera per voluntatē. Secundum est, cur processiones diuinæ sint actus intellectus, & voluntatis, cuius ratio est naturam diuinam consistere in intellectualitate, atque adeo processiones diuinas esse actus potentialium naturæ intellectualis, quæ sunt intellectus, & voluntatis. Tertium est, cur processio Verbi diuini sit generatio, & processio Spiritus sancti non sit generatio: cuius ratio est processionem Verbi ex propria ratione processionis per intellectum habere esse productionem similis

179

180

Cū hac doctrina resoluntur multe alie questiones.

in

181

in eo, quod in gradu intellectuali habet rationem naturæ, & primæ formæ, non verò processionem Spiritus sancti, ut loco citato explicui.

Ex his conclusionibus sequitur primò contra autores oppositæ sententiæ gratiam quamuis sit participatio formalis diuinæ naturæ esse compositam ex genere, & differentia, & poni directè in prædicamento qualitatis, & sub specie habitus, quatenus comprehendit habitus disponētes ad esse siue dantes esse bonū, & cōueniens, & non solū operatiuos. Et probatur, quia gratia non est participatio formalis simplicitatis diuinæ, neque actualitatis secūdum quam Deus est purus actus, & caret omnipotentialitate requisita ad compositionem ex genere, & differentia, neque etiā est formalis participatio Dei quatenus est infinitus, & ens per essentiam, ratione cuius non continetur in aliquo prædicamento.

182

Secūdo sequitur, quod quāuis gratia habeat pro effectu formali primario reddere nos formaliter consortes, & participes diuinæ naturæ, sicut ipsa secūdum suam essentiam est formalis participatio diuinæ naturæ, tamen non habet pro effectu primario constituere nos filios Dei adoptiuos, nec etiā gratos Deo, aut dilectos amore amicitia, nec acceptos ad vitam æternam, nec expellere à nobis peccatū mortale, & ex consequenti potest ab his omnibus effectibus separari per potentiam Dei absolutam. Et probatur, quia gratia dicitur formalis participatio diuinæ naturæ, quia est formalis participa-

tio intellectualitatis diuinæ per modum naturæ, aut principij primi, & radicalis, ut explicatum est in vltima conclusione: ergo cōfortium diuinæ naturæ, quod nobis dat tanquam effectum suum primarium, solū consistit in hac intellectualitate participata, ut recepta in nobis. Et vltius: ergo reliqua omnia, quæ retulimus connumerari inter eius effectus non pertinent ad effectum primarium, sed ad effectus secundarios. Prima consequentia patet, quia effectus primarius formæ non est aliud quàm ipsa forma, ut participata, & recepta in subiecto. Et ex hac sequitur aperte secunda, quia nullus ex illis effectibus pertinet intrinsecè ad prædictam intellectualitatem. Et ex vtraque sequitur id, quod dicebamus in fine illationis, scilicet omnes illos effectus posse per potentiam Dei absolutam separari ab omnibus illis effectibus, ita ut sit in anima sine eis: quia quæcunque forma potest hoc modo separari à suo effectu secundario.

183


148

Ad argumenta principalia initio questionis posita respondetur.

Ad primum argumentū propositum in principio huius controversiæ respondetur negando antecedens. Et ad primum medium, quo probatur, respondetur primò negando intelligi hoc loco à Diuo Petro per promissa Sacramentum Eucharistiæ. Et ad testimonia Dionysij, quibus id probatur, dicendum

O 2

est



185

est Dionysium non loqui de eo genere confortij diuinæ naturæ de quo loquitur Petrus, nã Dionysius in vtroq; testimonio per confortium, aut communionem intelligit vnionem cū Deo, quã in hoc Sacramento participamus media vnione cum corpore Christi, & hoc ipse apertè explicuit in posteriori testimonio, cum inquit nos coniungi diuinissimis Christi, si ipsi Christo coagmentemur sicut membra capiti, supposito, quod per hanc coagmentationem intelligat vnionem cum corpore Christi, quam per sumptionem Eucharistiæ participamus. At verò Dionysius per confortium diuinæ naturæ intelligit participationem formalem ipsius, quæ nobis comunicatur per formam nobis intrinsecam, & inhærentem. Et nõ obstat Dionysium ad significandum confortium, de quo loquitur, vti eadem voce Græca, qua Petrus vtitur, quoniam eadem vox potest esse communis ad significandum vtrumque genus confortij. Et eodem modo exponendum est testimonium Damasceni, in quo redditur eadem ratio, propter quam Sacramentũ Eucharistiæ appelletur participatio, scilicet nos per ipsum effici participes diuinitatis, quod intelligendum est de participatione, quæ consistat in vnione. Et de eadem vnione loquitur Cyrillus Hierosolymitanus. Et ad probandum, seu potius explicandũ eam adducit hæc verba Petri per quandam allusionem, & nõ quia senserit esse intelligenda de vnione, de qua ipse loquitur. Et eodem modo potest exponi id;

186

quod refertur ex oratione Missæ. Secundò respondetur, quod quamuis per promissa intelligatur Sacramentum Eucharistiæ non sequitur non intelligi etiam gratiam habitualement, imò videtur necessariò esse intelligendã: quia vnio cum Christi corpore, quæ fit per sumptionem Eucharistiæ non est perfecta, neque efficit nos simpliciter cõsortes diuinæ naturæ, nisi extendatur ad dandum nobis hanc formalem participationem diuinæ naturæ, quæ est gratia. Et ita Franciscus Turrianus tractatu. 2. de Sacramento Eucharistiæ. c. 16. & 17. refert illa verba 1. Petri. 1. *In quem (scilicet Christum) nunc non videntes, quoque creditis, credentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestra, salutem animarum vestrarum.* Et dicit ex sententia Theodoret, & ex collatione cū alijs testimonijs Scripturæ, & ex proprietate ipforum verborum, esse intelligenda de Christo in sacramento Eucharistiæ hoc sensu: cum nunc non videatis ipsum, scilicet præsentem in propria specie, creditis adesse præsentem sub speciebus sacramentalibus, & ita credentes *exultatis lætitia inenarrabili*, hoc est maiori quàm dici potest, & quæ omnem humanam lætitiã superet. Causa verò tantæ lætitiæ, & exultationis est, quod reporteris finem fidei vestra, qui est salus animarum vestrarum. Et vt explicet quomodo in Eucharistiæ reportemus salutem animarum, confert illud testimonium cum hoc, & dicit per salutem ibi intelligi confortium di-

187

2. Resp.

1. Petri. 1. Turrianus

188

niæ

189

uinæ naturæ, de quo hæc loquitur Petrus, de quo est certum non esse perfectum, ita vt possit appellari salus animarum, nisi habeat adiunctam gratiam, quæ est salus, & vita formalis, & interna animarum.

Ad secundum medium 1. argum. ii.

Ad secundũ medium respondetur per promissa non intelligi Incarnationem Verbi diuini, nisi quatenus per Christum nobis communicatur gratia, qua effici mur cõsortes diuinæ naturæ. Cuius ratio facilè intelligetur ex ijs, quæ diximus in probationibus primæ cõclusionis. Ea verò est, quòd ratione vnionis humanitatis Christi ad Verbũ, reliqui homines non dicuntur cõsortes diuinæ nature simpliciter, & actu, & in se ipsis, sed secundũ quid, & virtualiter: & extrinsecè tanquã in capite suo, & per gratiam, quæ ex illa vnione ad eos deriuatur sicut actu, & intrinsecè in se ipsis cõsortes. Et Petrus significat nos per hæc promissa fieri simpliciter, & in nobis ipsis cõsortes diuinæ naturæ. Et ad testimonia Oecumenij, & Leonis dicendum est, tribui in eis Incarnationi reddere nos participes, & cõsortes diuinitatis tanquam fonti, & origini, vnde ad nos deriuatur gratia, per quã prædicto modo effici mur cõsortes.

Ad rationem.

Et ad rationem respondetur, quòd quãuis Christus fuerit promissus in nostrã reparatione, tamen hæc reparationem ita perfectè operatus est, vt ratione ipsius non solum habeamus cõsortium diuinitatis extrinsecũ, sed etiam intrinsecum per participationem formalem ipsius diuini-

tatis in nobis receptam. Et ideo Petrus cum vult excellentiã promissi, quod iam erat donatũ explicare per effectum, qui est cõfortium diuinæ naturæ, non loquitur de quocunque confortio, sed de perfecto, & intrinsecò, atque adeò nomine promissi quamuis aliquo modo denotet Christum, scilicet vt fontem, tamen absolute intelligit gratiam, vt causam formalem huius perfecti confortij.

191

Ad tertium medium.

Ad tertium medium respondetur continere difficultatẽ cõmunẽ multis testimonijs Scripturæ, in quibus significatur excellentia gratiæ noui Testamenti, quæ nobis est data per aduentũ Christi, & explicatur varijs modis, vt Ioann. 1. per facere nos filios Dei, cum dicitur: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.* Et alibi per facere amicos, & non seruos. Et hoc loco per facere cõsortes diuinæ naturæ.

192

Ioann. 1.

Dico autem illam difficultatẽ esse communem omnibus his locis, quoniam in omnibus possumus hoc argumentum conficere: gratia, quæ iustis dabatur in veteri testamento, erat eiusdem rationis specificæ cū ea, quæ datur in nouo: ergo eodẽ modo faciebat tunc homines filios Dei, & amicos, & iustos, & sanctos, & cõsortes diuinæ naturæ sicut nunc.

In quo excedat gratia noui Testamenti gratiam veteris.

Quoniam hæc difficultas peculiarem postulat disputatione, ideo nunc breuiter respondetur, quòd huiusmodi excellentiæ tribuuntur gratiæ pro tempore noui testamenti, nõ quia gratia, aut nõ fuerit data multis hominibus, qui in veteri testamento, & tem-

193

pore legis naturæ placuerunt Deo, & fuerunt ei grati, aut quantum erat de se non habuerit easdē excellentias, & perfectiones, sed propter tres alias rationes.

Prima est, omnes homines quibus ante aduentum Christi data est gratia pertinuisse secundum spiritum ad nouum testamentū, & ad Christum eius autorem: & cum dicitur gratiam fuisse datam tempore noui Testamenti, & aduentus Christi, & antea solum fuisse promissam, non fieri comparationem cum hominibus, qui præcesserunt aduentum Christi, quomodocunque sumptis, sed determinatè prout pertinebant ad vetus testamentum, aut ad legem naturæ, secundum quam rationem non habebant gratiam, sed eius promissionem, aut significationem.

194

Secunda est, gratiam, quæ data est hominibus ante aduentū, & mortē Christi fuisse quasi impeditam, ita ut neque extraheret homines à conditione seruorū, quoad statum, in quo ducebantur timore, & non admittebatur ad eam familiaritatem cum Deo quam voluit significare Christus cum dixit: *Omnia quacunque accepi à Patre meo nota feci vobis.* Neque etiam perduceret eos ad consummationē, & perfectionē, quam iusti habent in beatitudine, quoad omnes illas excellentias gratiæ, in qua habent filiationem completam per actualē possessionē honorū, ad quæ antea habebant ratione filiationis ius hæreditariū. Et præterea habet amicitiam Dei inamissibilē, quam tamen antea poterant amittere. Et tandem habent cō-

fortium diuinæ naturæ, quoad intellectualitatem in actu secundo perfecto, quia actu vident Deum in se ipso.

Tertia ratio est, esse in nouo Testamento instituta plura, & efficacia media ad participandū hanc gratiā, cuiusmodi sunt Sacramenta, & ipsam gratiam dari in maiori quantitate, & cum auxilijs efficacioribus ad superandum carnis cōcupiscentiā: quod videtur fuisse significatum per pacem internam, & suauitatem in obseruantia diuinæ legis, quæ Prophetæ prædixerūt habituros esse iusto tempore noui Testamēti.

Ad secundū respondetur negando antecedens, quia quamuis per esse consortes diuinæ naturæ significetur habere conuenientiam moralem, quæ cōsistit in consensione quoad voluntatem, & affectum, nō significatur primario, sed tanquam effectus conuenientiæ physice cum diuina natura, quæ nobis cōmunicatur per participationem formale eiusdem naturæ superius explicatam, quia per hanc expellitur à nobis peccatum, & dantur nobis vires, vt volūtatem nostram conformemus diuinæ.

Et ad primam probationē dicendum est, Petrum illis verbis non explicuisse rationem formalem consortij diuinæ naturæ, sed eius effectum, quasi diceret datum esse nobis fieri consortes diuinæ naturæ tam perfectè vt possimus effugere eam, quæ est in mundo, concupiscentiæ corruptionem. Ex quo desumi potest argumentum ad confirmandum id, quod in fine solutionis argumenti præcedentis diximus

195

Ad secundū
principaliter
respon.

196

de

197

de efficacia gratiæ, & auxiliorū post aduentum Christi ad superandum concupiscentiam. Aut etiam dici potest, Petrum illis verbis explicuisse conditionem requisitam ad retinendum confortium diuinæ naturæ, & ideò ab aliquibus conditionaliter exponuntur hoc modo: *Si tamen effugiaris eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.*

Ad secundam probationem respondetur primò, Ioannē quāuis loquatur de consortio cum Deo, quod hominibus est datum tempore aduentus Christi, expressisse solum conuenientiam moralem, & virtute significasse etiā physicam, tanquam eius causam. Aut secundò respondetur, ipsum per societatem cum Deo intellexisse hanc conuenientiam physicam, & in verbis sequentibus non explicuisse rationem formalem societatis, de qua loquebatur, sed cōditionem requisitam ad retinendum eam.

198

Ad tertiam probationem respondetur, solum conuincere dari per gratiam confortium physicum cum diuina natura, quod tantum importet illum modum vnionis, & coniunctionis physice cum substantia Dei mediante gratia, tanquam dispositione, aut conditione, nō tamen, quod de facto sit separatum ab altero consortio physico, quod importat conuenientiam formalem in prædicato communi sumpto à forma, quæ sit in Deo, vt in nobis. Et ad primam probationem oppositi dicendum est, quod vt primum confortiū repugnet peccato debet sumi prout importat non qualemcunq; vnionem cū

substantia Dei, sed amicabilem: & si hoc modo sumatur secundū confortium, etiam repugnat peccato mortali. Et præterea primū confortiū includitur in secundo, & nobis est nobilius, & melius, q̄ dispositio secundum quam habemus primum cōsortium cū Deo, sit formalis participatio diuinæ naturæ, quam quod sit effectus alius minus perfectus. Et ad secundam probationem dicendum est, quod Theologi cum D. Thoma locis ibidem citatis meminerūt tantum primi confortij, & non secundi, quia solum illud erat necessarium ad explicandum diuersos modos, quibus Deus dicitur esse in rebus: at verò in materia de gratia, & in alijs locis, vbi explicanda est præstantia, & quidditas gratiæ expresse meminerunt secundi, vt cōstat ex probationibus nostrarū conclusionū.

Ad vltimum argumentū respondetur negando antecedens. Et ad probationem negatur maior, si intelligatur de eo, quod nostro modo intelligendi habet in Deo rationem naturæ, sicut in tota hac controversia loquimur. Et ad primum medium, quo probatur eadem maior respondetur, maiorem distinguendo: si enim sit eius sensus id, quod in Deo habet rationem naturæ esse ita propriū Dei, vt nulli creaturæ possit cōuenire formaliter secundū vnitatem eiusdem rationis formalis proportionalis, aut analogice, falsa est: si tamē sit eius sensus debere illud esse ita proprium Dei, vt nulli creaturæ possit conuenire formaliter secundum vnitatem numericam, aut specificam, vera est. Cæterum

199

200

Ad vltimū
principale
respon.

Natura diuina potest communicari creaturæ secundū vnitatem eiusdem rationis formalis analogicæ.

101

minor si intelligatur de hac convenientia formali est falsa, quia ut ibidem dicitur, & latius est explicatum in suppositionibus factis ad explicationem ultimæ conclusionis, esse connaturaliter intellectuum Dei per visionem eius ut est in ipso, est ita proprium ipsius Dei, ut nulli creaturæ possit convenire formaliter secundum hanc unitatem numericam, aut specificam: unde nec gratiæ convenit hoc modo, sed solum secundum unitatem eiusdem rationis formalis, quod est convenire formaliter per participationem, aut per participationem formalem. Et hic modus incommunicabilitatis sufficit ad id, quod habet rationem naturæ. Et ad objectionem contra hoc factam negandum est, quod esse ens per essentiam præsupponatur in Deo ad huiusmodi intellectualitatem, ut in solutione sequentis mediæ magis explicabo.

102

Sed obijcies, quia natura specifica cuiuscunque creaturæ est ita ipsi propria, ut non possit alteri creaturæ specie distinctæ convenire formaliter, nec secundum unitatem numericam, aut specificam, nec secundum unitatem eiusdem rationis formalis analogicæ: ergo etiam id quod nostro modo intelligendi habet in Deo modum naturæ, quasi specificæ debet esse ita ipsi proprium, ut neutro modo possit convenire formaliter alicui creaturæ: Patet consequentia, quia magis differt Deus à quacunque creatura, siue creata, siue creabili, quam vna creatura differt ab alia, quæ ab ip-

sa distinguatur specie, aut etiam genere.

Respondetur primò, quidquid sit de antecedenti negando consequentiam. Et ratio discriminis est, quod creatura specifica cuiuscunque naturæ includit intrinsecè, & formaliter terminum, ratione cuius est distincta formaliter à quacunque natura, quæ ab ipsa specie distinguatur, & ideo non potest à natura specifica alicuius creaturæ abstrahi eius ratio formalis, ita ut in ipsa sic abstracta non includatur aliquid incommunicabile formaliter alteri naturæ, quæ ab ipsa distinguatur specie, scilicet eius proprius terminus, quo ab alijs naturis distinguitur formaliter: & hinc provenit, quod sit impossibile naturam specificam alicuius creaturæ convenire formaliter secundum unitatem eiusdem rationis formalis analogicæ alteri creaturæ specie distinctæ. At verò id, quod in Deo nostro modo intelligendi habet rationem naturæ, quasi specificæ, non includit intrinsecè terminum aliquem, ratione cuius distinguatur formaliter à naturis specificis creaturarum, imò neque fundamentum aliquod, quia omnis distinctio provenit ex limitatione extremorum: & ita dicitur solet distinctionem inter Deum, & creaturas non habere fundamentum in Deo, sed in limitatione creaturarum, & ideo ab huiusmodi natura potest abstrahi sua ratio formalis, ita ut nihil includat incommunicabile formaliter omni creaturæ, & ex consequenti ipsa natura po-

103

Quare natura divina possit communicari secundum eandem rationem formalem analogicam, non verò alia natura creata.

Nota maxime hanc doctrinam.

104

test

105

test secundum hanc rationem, sic abstractam convenire formaliter alicui creaturæ. Sicut dicitur solet de multis attributis divinis, quæ etiam sunt in creaturis per participationem formalem, & tamen proprietates unius naturæ specificæ creatæ non sunt communes formaliter rebus aliarum specierum,

Ad secundum medium ultimi argumenti.

Ad secundum medium respondetur negando antecedens. Et ad primam probationem concedendum est in antecedenti, quod esse ens per essentiam reperitur in Deo, & non tanquam gradus communis analogicæ ipsi, & creaturis, sed tanquam quid proprium Deo, & omnino incommunicabile formaliter creaturis. Cæterum, quod additur in eodem antecedenti, scilicet, quod esse ens per essentiam non præsupponit, nostro modo intelligendi, aliquod prædicatum, ad quod consequatur, distinguendum est: si enim sit eius sensus, quod non præsupponit aliud prædicatum, à quo possit præscindi, sicut æternitas nostro modo concipiendi præsupponit immutabilitatem, & præscinditur ab ea, verum est, quia nulla abstractione intellectus potest à divina natura præscindi esse ens per essentiam, sicut neque illimitatio, & infinitas in genere entis. Si tamen sensus sit, quod absolute non præsupponit aliud prædicatum ex ratione, quæ modus, qui non est constitutivus naturæ, sicut esse per se constituit naturam substantiæ, præsupponit naturam, cuius est mo-

106

Quomodo esse per essentiam præsupponit naturam divinam.

107
dus quantumcunque sit ei intrinsecus, falsum est, quia præsupponit divinam intellectualitatem sicut modus eius: hæc enim est ens per essentiam & illimitatum, & infinitum in genere entis. Et ideo neganda est consequentia, quatenus in consequenti dicitur, quod esse ens per essentiam reperitur in Deo tanquam gradus primus, & specificus secundum nostrum modum intelligendi. Et totum hoc declaratur optimè exemplo, quod ad probationem illius antecedentis adducitur, ex eo quod esse ens per participationem in creaturis, quia quamvis non possit præscindi ab intellectualitate creata, quatenus creata est, nihilominus præsupponit eam, sicut modus non constitutivus ipsius, & ideo non habet rationem primi prædicati, neque naturæ, sed modi.

108
Ad secundam probationem respondetur, negando antecedens. Et ratio discriminis constat ex ijs, quæ modò dicebamus, scilicet, quia esse per se & esse in alio determinant ens ad constituendum naturas substantiæ, & accidentis, quia sunt modi constitutivi ipsarum naturarum: at verò esse ens per essentiam non ita determinat ens, quia secundum nostrum modum intelligendi non est modus constitutivus divinæ naturæ, sicut neque vitalitatis, aut principij primi, & radicalis operationum, sed naturæ constitutivæ: quod etiam dicendum est de esse per participationem, quia propter eandem rationem

O 5

non

109

non constituit naturam aliquā creatam: sed est modus cōmunis omnibus naturis creatis. Quare etiam esse increatum, & creatū vt sic non explicant naturas aliquas, sed modos earum.

Ad tertiam probationem responderetur, quōd illa propositio: quia Deus est ens per essentiam, ideò est viuens, & intellectiuus, & bonus, & habet reliqua omnia, quæ ei attribuuntur: non est propriè causalis, saltem quārum ad esse intellectiuū, & viuentem, & reliqua, quæ in esse intellectuuo includuntur quasi rationes

superiores, quia non explicat rationem à priori respectu horum, sed quasi à posteriori, & sumptam ex modo quodam habendi entitatem sine limitatione, qui conuenit intrinsecè diuinæ intellectualitati, vt in solutione præcedentis probationis exposui: vt si diceremus, Deum, qui est purus actus, aut infinitus in genere entis, ideò esse intellectiuum, aut è contra, creaturam, quia est ens per participationem, ideò habere talem modum cognoscitiui.

110



CON-



CONTROVERSIA. II.

Circa illa verba: Qua propter magis fratres satagite, vt per bona opera certam vestram vocationē, & electionem faciatis, colligatur, Vtrum respectu adultorum, qui saluandi sunt, fuerit in Deo electio absoluta, & efficax ad gloriam, sine respectu ad bonum usum liberi arbitrij, vt prauisum à Deo in ipsis.

1



DE C I S I O huius controversiæ valde necessaria est ad explicandū sensum horum verborum; quia cum intelligantur de certitudine, quam diuina vocatio, & electio potest habere, si homines per eam vocati, & electi, consequantur gloriam, videntur postulare, vt dicamus non fuisse in Deo electionem efficacem, & certam sine respectu ad opera hominum, per quæ est reddenda certa, aut saltem fuisse in Deo aliquam vocationem, & electionem sufficientem, vt homines de facto consequantur beatitudinem, quæ tamen non fuerit certa, sine respectu ad eiusmodi opera: quoniam aliàs Petrus frustra exhortaretur eos,

2

quibus scribit, vt per opera reddant certam suam vocationem, & electionem, si nulla fuit in Deo electio, quæ sine respectu ad eorum opera non fuerit certa, & efficax. Et ideò vt constet, quo sensu sint accipienda hæc verba, merito dubitamus qualis fuerit electio, quæ præcessit in Deo respectu eorum, qui per propria opera sunt saluandi, quales sunt adulti. Et pro explanatione tituli aduertendum est primò aliquid supponi in eo vt certum, & aliquid vocari in dubium: nam supponitur vt certum non sufficere ex parte Dei voluntatem pertinentem ad prouidentiam naturalem, quæ Deus voluit hominem condere, pro vt exigebat eius natura, & ex consequenti ordinatum in eius finem, vt ipse homo possit consequi beatitudinem supernaturalem,

3

4

Ad prædestinationem requiritur voluntas efficax supernaturalis.

ralem,

5

ralem, quæ in visione, & amore Dei consistit, sed necessariam esse aliam volitionem distinctam ratione à præcedenti, & pertinentem ad providentiam supernaturalem, quæ Deus voluerit eundem hominem facere participem huius beatitudinis supernaturalis, cōferendo ei media proportionata ad eius consequentiam, & insuper non sufficere qualemcunque volitionem supernaturalem, ut homo re ipsa consequatur hanc beatitudinem, sed requiri absolutam, & efficacem, quia voluntas inefficax, ut sic non est sufficiens ad operandum: & cum hoc sit certum ex ijs, quæ dici solent in materia de gratia, vocatur nunc in dubium, qualis fuerit huiusmodi volitio.

6

Et ut intelligatur est secundò aduertendum, hanc volitionem perducendi homines in beatitudinem supernaturalem, distingui quantum attinet ad præsentem difficultatem secundum duas rationes per ordinem ad obiectum volitum, hoc est secundum duos modos volendi hominibus hoc obiectum, quod est beatitudo supernaturalis. Nam primò potuit hæc volitio esse absoluta, & efficax, sine vlllo respectu ad usum liberi arbitrij ipsorum hominum, non solum, ut ad rationem motiuam, siue per modum meriti, siue per modum congruitatis, siue per modum conditionis requisitæ, sed etiam ut ad id, sine quo non esset talis volitio. Secundò potuit esse absoluta, & efficax non sine ref-

pectu ad bonum usum liberi arbitrij, non quidem ut ad rationem motiuam aliquo ex illis modis ad volendum, sed ut ad id, sine quo Deus de facto non habuit talem volitionem, ita ut quamuis Deus non habuerit nostro modo intelligendi, pro motiuo ad volendum hominibus beatitudinem, hunc bonum usum liberi arbitrij, & insuper poterit pro sua libertate, & sapientia velle dare unicuique homini in particulari suam beatitudinem, sine vlllo respectu ad hunc bonum usum; tamen de facto ita se accommodauerit, quantum ad illam volitionem, naturæ, & libertati hominum ut sicut in tempore in executione neminem iustificat, aut mouet ad conuersionem, nisi ipso consentiente, ita etiam ab æterno nemini voluerit volitione absoluta suam beatitudinem, siue quoad gradum, siue absolutè, nisi supposito suo consensu, & bono usu liberi arbitrij.

Tertiò aduertendum est, dupliciter posse intelligi supponi hunc bonum usum liberi arbitrij, tanquam conditionem, sine qua diuina volitio non sit absoluta, & efficax; scilicet aut in tempore, aut in diuina præcognitione, & præuisione: & controuersiam hanc non intelligi de priori modo suppositionis, sed de posteriori, quia cum volitio diuina sit ab æterno, etiã habuit ab æterno suas conditiones proprias; cuiusmodi sunt esse absoluta, & efficacè efficacia interna: quod addo, ut distinguã hoc

7

8

genus

9

genus efficaciam ab altero quasi extrinseco, quod consistit in hoc, quod est re ipsa habere effectum, & ideò consultò in titulo non dixi absolutè, sine respectu ad bonum usum liberi arbitrij, sed cum addito, ut præcognitum, aut præuisum à Deo. Et ex his constat sensum tituli esse, an electio adulatorum, qui saluandi sunt, fuerit absoluta, & efficax, sine connexionione vlla cum bono usu liberi arbitrij ipsorum, ut præuiso, & præcognito à Deo, vel potius non sine connexionione cum hoc bono usu, ut ita præcognito à Deo.

Electio diuina est efficax & absoluta sine respectu ad aliquid, ut causa vel ratio, vel conditione sine qua non.

IO

In qua quæstione omnes, qui admittunt dari ex parte nostra aliquid, quod sit nostro modo intelligendi causa vel ratio motiua, ut Deus nos prædestinet, per modum meriti, aut congruentie, aut conditionis sine qua non, consequenter concedunt electionem prædestinatorum ad gloriam non esse absolutam, & efficacem, sine præuisione saltem huius cause, vel rationis motiue: sed hos omitemus, quoniam supponimus electionem fuisse absolutam sine respectu ad aliquid, quod fuerit causa, vel ratio motiua aliquo ex illis modis ad eligendum, atque adeò non dari ex parte nostra causam, neque conditionem sine qua non respectu electionis: & solum disputamus, an saltem non fuerit absoluta, & efficax sine respectu ad bonum usum liberi arbitrij, ut præuisum à Deo tanquam ad id, cui Deus ex libertate sua, & non propter aliquam exigentiã ipsius boni usus voluerit quasi accommodare, & attemperare modum suæ electionis. Et in hoc sen-

su sunt variæ inter Catholicos sententiæ, quæ omnes possunt ad tres præcipuas reduci.

Prima sententia

PRIMA est eorum, qui dicunt electionem ad gloriam fuisse absolutam, & efficacem, sine connexionione vlla cum bono usu liberi arbitrij ipsorum, etiam ut præuiso, aut præcognito à Deo. Ita ut siue præuiso, aut præcognitio huius boni usus antecesserit secundum rationem nostram ipsam volitionem, siue fuerit simul cum ea, & non posterior, impertinenter se habuerit ad hoc; ut volitio ipsa fuerit absoluta, & efficax perinde ac si Deus non haberet eam. Et quoniam hæc sententia non eodem modo exponitur à suis sequacibus ut explicemus in quo dissideant inter se, quod etiam poterit deseruire ad intelligendam veritatem in hac quæstione est aduertendum, quod cum actus hic, quo Deus voluit, verbi gratia Petro gloriam, appellatur electio, non comparatur ad ipsam gloriam præcisè sumptam, nec ut est finis aliorum bonorum, quæ eidem homini conceduntur, sed ut ordinatur ad gloriam Dei, aut Christi, sicut medium ad finem: imò si hic actus compareretur ad gloriam, & ad media quibus est obtinenda, potest sumi nostro modo intelligendi, ut intentio, & distingui in duos actus, quorum vnus est intentio, alter electio, quia respectu huius obiecti, quod est gloria data homini, distinguimus in Deo secundum rationem duos actus: quorum vnus,

II

12

Volitio dandi gloriam includit intentionem finis, & electionem mltediorum.

qui

13

qui est volitio dandi gloriam dicitur intentio, & alter, qui est volitio dandi media proportionata ad consequendum gloriam dicitur electio, & vterque potest appellari volitio dandi gloriam, vt de primo constat, & de secundo potest probari, quia volitio medij in ordine ad finem, etiam est volitio ipsius finis, & vterque comprehenditur in prædicta electione ad gloriam, quoniam hæc, vt completa sit quantum requiritur, vt habeat effectum non solum importat volitionem dandi gloriam, sed etiam volitionem dandi media.

Nota.

Atque ita sententia hæc, quæ asserit electionem ad gloriam fuisse absolutam, & efficacem, sine connexionione cum bono vsu liberi arbitrij, potest exponi duobus modis. Primò dicendo fuisse absolutam, & efficacem per modum intentionis, & electionis simul, quod est dicere Deum habuisse intentionem dandi gloriam, & electionem dandi media, & vtrâque absolutam, & efficacem sine vlla connexionione cum bono vsu liberi arbitrij, vt à se præcognito, quia vtramque completitur electio ad gloriam. Secundò, dicendo fuisse absolutam, & efficacem, per modum intentionis tantum, quod est dicere, Deum quidem habuisse vtrumque actum circa gloriam adulatorum, qui saluandi sunt, verum non eodem modo, sed primum, scilicet intentionem, sine vlla connexionione cum vsu liberi arbitrij ipsorum, vt à se præuiso, secundum tamen, scilicet electionem mediorum cum hac connexionione.

Priorè modum exponendi hæc

sententiam sequuntur aliqui ex Thomistis, quamuis non satis distinguant in hac electione ad gloriam duos illos actus intentionis, & electionis, sed loquantur de prædestinatione, atque adeò de electione completa ad gloriam completam, quæ vt dixi includit actum voluntatis circa finem, & circa media. De horum numero sunt Caietanus. 1. p. q. 23. art. 5. §. ad hæc quoniam manifestè. Vbi probat contra Henricum, prædestinationem completam, atque adeò prout includit etiam electionem completam præsupponi ad bonum vsu liberi arbitrij: & apertius in illud ad Romanos. 9. Et vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Vbi dicit electionem certam, & absolutam non solum quoad gloriam, sed etiam quoad media præsupponi nostræ libertati, & ideò se nescire componere eas inter se, & loquitur de præsuppositione, non in tempore, quoniam de hac nulli poterat esse dubium, cum electio sit ab æterno, & exercitium libertatis nostræ incipiat esse in tempore, sed in diuina præuisione, quæ etiã est ab æterno. Et Sotus in expositione eorumdem verborum, vbi impugnat quemdam scholiastem Chrysostomi, quod dixerit nullam esse prædestinationem, qualem Scholastici constituunt, scilicet absque præuisione operum, & omnino contendit prædestinationem, quoad omnes actus, quos includit tam ex parte intellectus, quæ ex parte voluntatis præsupponi præuisioni operum. Et Driedo lib. de concordia liberi arbitrij, & præ-

15

Caiet.

Rom.

16

Sotus.

Driedo.

desti-

17

destinationis, capitulo. 2. & 3. & sæpe in capitibus sequentibus. Et eundem modum exponendi hanc sententiam sequuntur multi ex recentioribus Thomistis.

Bellarm.

Posteriorem verò sequitur Bellarminus. Nam libro secundo de gratia, & libero arbitrio, capit. 9. & duobus sequentibus probat multis argumentis electionem ad gloriam non habuisse vllam connexionem cum consensu liberi arbitrij creati: & postea cap. 15. eiusdem libri, & libro. 6. eiusdem operis, cap. 25. & 26. vt explicet quæ ratione posita determinatione huius electionis antecedentis omnem consensum liberi arbitrij remaneat in electis libertas ad operandum bene, aut male, vtitur doctrina quam antea ipse tradiderat de scientia quadam, qua Deus cognoscit, quid voluntas sit factura pro diuersitate circumstantiarum loci, & temporis, & aliarum rerum, & dicit Deum, vt hæc prima electio sua, quæ habet modum intentionis, infallibiliter adimpleat decreuisse per actum, qui habet modum electionis, dare libero arbitrio auxilia, cum quibus ipse per eam scientiam cognoscit esse infallibiliter operaturum, quantum requiritur, vt habeat merita sufficientia ad obtinendum gradum gloriæ, ad quem per actum intentionis est ordinatum. Unde cum non sit infallibile hæc auxilia habitura esse hunc effectum, nisi supposita cognitione infallibili futuræ cooperationis liberi arbitrij cum eis, sequitur hunc actum, qui habet rationem electionis, non fuisse abso-

18

lutum, & efficacem, quoad effectum, qui est habere merita, & opera sine respectu ad consensum liberi arbitrij, vt præcognitum per illam scientiam: & eodem modo exponit hæc sententiam Cunerus in tract. de præscientia, & prædestinatione, capit. 2. & 4. quauis ad explicandum quæ ratione actus, qui habet rationem electionis non sit absolutus & efficax sine respectu ad consensum liberi arbitrij, non vtatur illa scientia diuina, sed connexionione subordinata liberi arbitrij cum actu Dei in æternitate, vt postea explicabo.

19

Cunerus.

Pro hac sententia vtroque modo explicata solent adduci multa, & difficilia argumenta, sed quoniam argumenta, quæ fauent posteriori modo explicandi ipsam sunt ei communia cum alijs sententijs, & si quæ sunt ei propria non tamen deseruiunt ad probandum ipsum in particulari, quam explicandum, quæ ex varijs rationibus ponendi connexionem electionis cum consensu liberi arbitrij sit alijs præferenda: de quo est agendum postea: ideò nunc solum adducam ea argumenta, quibus hæc sententia priori modo explicata solet confirmari.

20

Primū sit, quoniam in Scriptura varijs modis significatur electionem hominum ad gloriam non habuisse connexionem vllam cum vsu liberi arbitrij ipsorum, & proculdubio est ibi intelligenda Scriptura de hac electione absoluta, & efficaci, non solum per modum intentionis, sed & per modum electionis: ergo dicendum est electionem adulatorum ad gloriam

fuisse

Argumentum. I.

21

fuisse absolutam, & efficacem non solum per modum intentionis, sed etiam per modum electionis sine connexione cum vultu liberi arbitrii ipsorum. Consequentia patet, quia si in testimonijs, in quibus id significatur sit sermo de omnibus electis absolute, tam de ijs, qui non erant peruenturi ad vsum rationis, quam de ijs, qui erant peruenturi, & futuri adulti, nulla est ratio, vt dicamus esse intelligenda tantum de prioribus, & non de omnibus electis, etiam adultis. Et antecedens quoad secundam partem, scilicet Scripturam ibi esse intelligendam de electione ad gloriam, quae sit absoluta, & efficax per modum intentionis, & electionis, etiam patet, quia est intelligenda de electione completa, & sufficienti quantum ad omnia, quae ex parte diuinae voluntatis requiruntur, vt electi infallibiliter in executione consequantur gloriam, quoniam debet intelligi de electione cum illis proprietatibus, quas ei tribuit Scriptura: quarum vna est certitudo quoad effectum, ita vt non possint haec duo simul consistere, scilicet aliquem esse electum ad gloriam, & non peruenire re ipsa ad eam, vt Ioannis. 10. *Oves meae vocem meam audiunt, & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisque de manu mea, & statim; Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater. vnum sumus.* Et 2. ad Timotheum. 2. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Douit dominus, qui sunt eius, &c.* Et tamen electio

22

illa, si consideretur praecise, vt intentio quamuis sit completa, & sufficiens per modum intentionis non est sufficiens absolute, & quantum ad omnia, quae ex parte voluntatis diuinae requiruntur, vt in executione proueniat infallibiliter effectus, quia in rebus, ad quarum executionem requiruntur media, non sufficit ex parte voluntatis intentio, quantumcunque sit efficax, & perfecta per modum intentionis, & executionem, nisi etiam accedat electio, vt nunc suppono ex ijs, quae de ijs actibus solent dici prima secunda. Et quoad primam partem probari solet idem antecedens ab autoribus huius sententiae innumeris testimonijs Scripturae, ex quibus tria tantum proponam, quae sunt in schola celebriora, & maiorem continent difficultatem. Primum desumitur ex Paulo ad Romanos 9. vbi ita inquit. *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, (vt secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori.* Et paucis interpositis: *Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum absit? Moysi enim dicit, miserebor cuius misereor: & misericordiam prestabo cui miserebor.* Et paulo inferius: *Quid adhuc quaritur voluntati enim eius, quis resistit? o homo tu quis es qui respondes Deo? nunquid dicit signum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus lutae, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem: aliud vero in contumeliam?*

Ioann. 10.

2. Tim. 2.

23

24

Rom. 9.

Ex

25

Ex quibus verbis auctores huius sententiae non vnum, sed multiplex argumentum pro ea desumunt. Quod, vt explicem, suppono Paulum sub personis duorum filiorum Rebeccae, scilicet, Esau, & Iacob, & sub praelatione minoris super maiorem in bonis temporalibus describere adoptionem filiorum Dei, & electionem singulorum hominum ex quocumque populo sint secundum carnem, siue Israelitico, siue gentilico ad huiusmodi adoptionem, & ad bona caelestia. Et potest hoc in primis probari ex intentione Pauli in eo capite, quae proculdubio est sedare contentionem Iudaeorum, qui quoniam erant filij Abraham, cui factae fuerant promissiones, & exercitati in lege Dei, contendebant esse praefereandos gentilibus in Euangelio, & in bonis, quae per ipsum adducuntur, nam vt hoc efficiat, docet Deum in promissione hereditatis, & regni non habuisse rationem voluntatis, aut operationis humanae, sed propositi suae voluntatis, & misericordiae. Et non loquitur de hereditate, aut regno terrestri, sed potius de coelesti, quoniam de eo erat contentio Iudaeorum, & de bonis caelestibus, quae in Euangelio promittuntur. Et vt hoc confirmet inter alia vtitur exemplo illorum duorum fratrum. Quare proculdubio sub eorum personis, & sub modo, quo vnus eorum fuit ad hereditatem assumptus, & alter ab ea pulsus, intelligit electos ad caelestem hereditatem, & modum, quem Deus in eorum electione seruauit. Et deinde hoc ip-

26

sum probatur ex toto Pauli discursu; in quo multa dicit, quae indicant ipsum loqui de singulorum hominum electione, cuiusmodi est induratio Pharaonis, qui particularis erat homo, & exemplum figuli, quod non potest intelligi de populis Iudaico & gentilico, sed de particularibus eorum hominibus, cum ex neutro determinate omnes homines sint vasa in honorem, aut in contumeliam, sed ex utroque indifferenter multi pertinent ad vtrumque statum. Et tandem illa verba: quos & vocauit non solum ex Iudaeis, sed etiam ex gentibus, &c. Quae proculdubio pertinent ad particulares homines vtriusque populi.

27

28

Argum.

Et hoc supposito de sensu Pauli, possunt ex verbis propositis desumi tria argumenta pro hac sententia. Primum ex illis verbis: *Cum nondum nati essent*, &c. quoniam ibi Paulus docet responsum fuisse Rebeccae maiorem fratrem seruiturum minori, atque adeo Deum ita decreuisse antequam nati essent, aut quidquam boni, vel mali egissent, hoc est, nullo habito respectu ad opera, in quibus maiorem excederet, sed solum pro suo beneplacito. Et hoc magis explicat Paulus illa contrapositione, *non ex operibus, sed ex vocatione*, quoniam per eam denotatur huius inaequalitatis non posse assignari rationem aliquam ex operibus eorum, sed solum ex voluntate Dei vocantis & assumptis maiorem fratrem ad illam praelationem; & adhuc apertius illis verbis, quae in horum medio includuntur parathesi: *Vt secundum electionem propositam Dei maneret*: quoniam sensus eorum est fuisse praedictum

P

esse ita

29

2. Probatur.

esse ita futurum: quia propositum diuinæ electionis mansurum erat idest, futurum firmum, & mandatum executioni. Secundum argumentum desumitur ex illis verbis: *Nunquid iniquitas apud Deum?* in quibus Paulus proponit hanc difficultatem, nunquid ex hoc modo electionis, in qua non habetur ratio operum, sequatur esse in Deo iniquitatem. Et respondet liberum esse Deum ab huiusmodi nota: quia Deus in hac electione non est addictus alicui hominum conditioni, aut merito, sed pro sua misericordia eligit, quem vult. At vero si Deus in hac electione habuisset respectum ad opera hominum, posset ex discrimine inter ipsa opera reddi sufficiens ratio ad defendendum Deum à nota iniustitiæ, & non esset necessarium confugere ad eius misericordiam. Tertium argumentum desumitur ex illis verbis: *Quid adhuc queritur, &c.* voluntati enim eius quis resistit? &c. ubi Paulus proponit aliam difficultatem contra hunc modum electionis: ea vero est aut reddendam esse rationem aliquam eius ex parte alteriusque populi, & sic Iudaicum populum fuisse præferendum, quoniam erat filius Abrahæ, & exercitatus in lege Dei, & consequenter dari rationem aliquam ex parte hominum, propter quam Deus hunc in particulari potius elegerit, quam illum. Aut si nulla est ratio præter voluntatem Dei, qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat nihil Deus habebit causæ cur irascatur, aut Iudaico populo, quod non recipit Euangelium, aut alijs

30

3. Probatur.

hominibus in particulari, qui non sunt electi, quod non consequatur cælestem hæreditatem, neque id poterit eis iuste imputari, cum totum reducatur in diuinam voluntatem, tanquam in causam, cui nemo resistere potest. Et respondet Paulus huic difficultati, obiurgando hanc hominum cum Deo expostulationem, ut superbiæ & temeritatis plenam his verbis, *O homo tu, quis es qui respondeas Deo?* quasi diceret nullum esse homini ius, ut eius voluntatis, & misericordiæ, qua Deus sua bona distribuit, exposcat rationem, ubi Paulus cum soluat hanc difficultatem, solum arguendo temeritatis, & audaciæ scrutatores diuinæ voluntatis, & misericordiæ, & non docendo esse falsum, id, quod in ea dicitur, scilicet totam rationem electionis hominum ad gloriam esse reducendam in diuinam voluntatem, videtur supponere, ut certum non fuisse habitum respectum aliquem ad humanum consensum in hac electione. Quoniam alias multò facilius posset responderi, cum dicitur neminem posse resistere diuinæ voluntati intelligi de voluntate absoluta, & efficaci, & Deum non habuisse voluntatem absolutam & efficacem dandi gloriam hominibus sine respectu ad consensum, & opera ipsorum hominum: & ideo neminem posse conqueri de Deo, quod non habuerit hanc voluntatem erga ipsum, non solum, quia Deus in voluntate sua liber est; sed etiam quia id provenit ex defectu sui consensu, quem si præstitisset etiam Deus habuisset voluntatem absolutam dandi ipsi glo-

31

32

riam.

33

riam Et statim hoc magis explicat exemplo figuli confingentis ex eodem luto vasa in diuersos vsus, scilicet, vnum in honorem, & alterum in contumeliam: & tamen nullum vas potest interrogare, aut arguere figulum, cur ipsum in viliores potius, quam in non viliores contruxerit. Et huius rei ratio est, figulum pro sua libertate, & peritia sine villo respectu ad inæqualitatem aliquam inter partes luti, quæ nulla est, decreuisse assumere vnam partem ad figuram vnius vasis, & aliam ad figuram alterius. At vero si in hominum electione fuisset habitus respectus ad consensum, aut opera ipsorum hominum, non esset hoc exemplum satis, ut ratio discriminis in consensu, & in operibus non esset hominibus æqualitas, quæ in partibus luti operibus careret.

43

2. Principa-
liter argu.

Secundo sic argumentor. Dato, quod in electione hominum ad gloriam distinguatur secundum rationem nostram intentio dandi gloriam ab electione mediorem, per quæ gloria est obtinenda, necesse est dicere intentionem fuisse absolutam, & efficacem antecedenter ad consensum liberi arbitrij creati, etiam, ut præuisum à Deo: ergo etiam est necesse dicere electionem mediorem fuisse absolutam, & efficacem antecedenter ad eundem consensum, & vltius: ergo electio ad gloriam fuit absoluta, & efficax, tam per modum intentionis, quam per modum electionis sine villo respectu ad prædictum consensum. Antecedens probatur, quia gloria

& consensus liberi arbitrij creati comparantur inter se, sicut finis & medium, cum in adultis merita, quæ includunt intrinsecè secundum suam substantiam hunc consensum, sint media necessaria ad consequendum gloriam: ergo volitio dandi gloriam, quæ habet rationem intentionis, fuit absoluta & efficax antecedenter, secundum nostrum modum intelligendi in Deo ad volitionem huius consensu, quæ habet rationem electionis. Quia eodem modo, quo distinguuntur intentio, & electio, habent ordinem inter se: cum intentio sit ratio electionis, & volitio finis, sit ratio volendi media. Et ex hoc sequitur, quod etiam fuerit illa volitio gloriæ absoluta & efficax antecedenter nostro modo intelligendi ad ipsum consensum, ut præuisum à Deo: quia consensus, etiam in diuina præuisione præsupponit suas causas, inter quas vna, & prima est diuina volitio: Et prima consequentia probatur: quia intentio continet radicaliter, & virtualiter electionem: vel tanquam eius causa, ut in creaturis: vel tanquam ratio à priori, secundum nostrum modum intelligendi, ut in Deo: ergo eo modo, quo intentio fuerit absoluta & efficax, erit etiam electio absoluta, & efficax. Quare, si intentio est absoluta sine connexionione cum vsu arbitrij creati, etiam electio erit absoluta sine hac connexionione. Et ex his patet secunda consequentia. Quia si electio hominum ad gloriam fuit utroque modo absoluta, & efficax antecedenter

35

36

37

ad eorum consensum bene sequitur, quod fuerit iisdem modis absoluta sine connexione cum eodem consensu, atque adeo sine respectu ad ipsum.

Argum.

Tertio ad consensum arbitrij creati præsupponitur in Deo volitio absoluta, & efficax, qua Deus vult, ipsum arbitrium habere talem consensum, tanquam medium necessarium ad consequendum gloriam: & ex consequenti etiam volitio dandi gloriam præsupponitur, ut absoluta, & efficax ad eundem consensum: ergo electio hominum ad gloriam, tam quoad intentionem finis, quam quoad electionem mediorum præsupponitur, ut absoluta, & efficax ad ipsorum consensum. Consequentia patet: quia intentio hæc consistit in priori volitione explicata in antecedenti, & electio in posteriori & ex hoc patet antecedens quoad secundam partem, quia si posterior volitio comparatur nostro modo intelligendi ad priorem, sicut electio ad intentionem, necesse est, quod etiam nostro modo intelligendi procedat ab ea, & ex consequenti præsupponat eam. Et quoad primam partem probatur ratione communi ad omnem concursum voluntatis diuinæ cum voluntate creata ad eius actus: quæ, quantum attinet ad propositum potest in tria media diuidi, quorum primum sumatur ex parte voluntatis diuinæ. Secundum ex parte voluntatis creatæ. Tertium ex parte ipsius consensus, aut cuiuscumque alterius actus voluntatis creatæ.

mediu.

Sit ergo primum medium: quia

voluntas diuina præbet suum concursum voluntati creatæ ad illum consensum, & non à casu, quia hoc repugnat perfectioni diuinæ providentiæ; respectu cuius nihil est à casu, neque, ut determinata ab intrinseco, & ex natura sua, sicut concurrunt agentia naturalia ad suos effectus, quia est causa libera: ergo, ut determinata nostro modo intelligendi per iudicium, quod est conclusio syllogismi practici deliberatiui, & includit electionem illius concursus, & executionis: quia ut causa aliqua non dicatur agere à casu, neque ex determinatione naturæ necesse est, quod determinetur ad agendum ex vi huius iudicij, & electionis: & ulterius cum huiusmodi iudicium non possit poni in alio agente superiori, sicut ponitur in artifice superiori, iudicium, per quod mouentur artifices inferiores ad agendum, quia respectu Dei nullum est agens superius: neque in arbitrio creato, quoniam operatur, ut subordinatum diuino, sequetur, quod sit ponendum in Deo. Et ex hoc sequitur aperte intentum, scilicet, quod ad consensum arbitrij creati præsupponatur in Deo volitio absoluta, & efficax, qua Deus vult ipsum arbitrium habere talem consensum: quia electio, siue volitio concurrendi, quæ includitur in hoc iudicio deliberatiuo, est absoluta, & efficax, sicut in nobis nulla volitio est magis absoluta, quam ea, quæ includitur in iudicio, quod est conclusio syllogismi deliberatiui. Et hæc electio, sicut præsupponetur in Deo ad concursum, siue influxum actualem, ita & præsupponetur ad consensum, qui est eius effectus, & non

est fa-

39

40

41

est facienda vis in hoc, quod tribuamus Deo syllogismum deliberatiuum, qui importat imperfectionem inquisitionis, & difficultus: quia loquimur de eo, remotis imperfectionibus, & quoad conclusionem, quæ est iudicium, sicut hac ratione tribuitur ipsi imperium practicum prudentiale.

Et solet hoc medium proponi hac alia forma: Voluntas diuina præbet suum concursum ad consensum arbitrij creati, & non ut agens naturale, neque ut agens à casu: ergo ut agens ex intentione determinata ad alteram partem, qua determinatè vult arbitrium creatum elicere suum consensum: & ex consequenti hæc volitio, ita determinata, & absoluta præsupponitur ad consensum arbitrij creati.

Secundum medium

Secundum medium sumitur ex parte voluntatis creatæ, & est hoc, voluntas creata antecedenter ad suum consensum est indeterminata, & indifferens ad eliciendum, & non eliciendum huiusmodi consensum: ergo, ut actu eliciat necesse est, quod præcedat aliqua determinatio ad eliciendum: sed hæc determinatio, non potest præcedere in ipsa voluntate: quoniam alias antecedenter ad suum actum esset intrinsecè determinata ad alteram partem, atque adeo non ageret libere: ergo præcedit in Deo, cui voluntas creata subordinatur in agendo. Et cum hæc determinatio in Deo, non possit esse aliud, quam volitio absoluta, qua Deus velit voluntatem creatam elicere suum consensum, sequitur, quod in Deo sit huiusmodi volitio absoluta antecedenter ad consensum arbitrij creati.

42

Prima consequentia, in qua tota vis huiusmodi sita est probatur: quia ex causa indifferenti, & indeterminata ad utramque partem respectu exercitij, nulla est ratio, cur potius sequatur, quam non sequatur exercitium: ergo, ut sequatur necesse est, quod præcedat aliqua determinatio eius ad exercitium, alias aut nullo modo sequetur, aut sequetur omnino à casu. Et non videtur sufficiens solutio eorum, qui dicunt voluntatem creatam, quia est libera in agendo, non egere determinatione aliqua antecedenti suum actum, sed ipsam se determinare efficienter, per suam vim actiuam, & formaliter, per proprium actum. Nam contra hoc potest obijci esse probatum requiri determinationem aliquam ipsius voluntatis, quatenus est principium sui actus, ne, aut nullo modo sequatur actus, aut sequatur actus à casu.

43

Dices sufficere determinationem iudicij practici, ut sequatur actus, & ut non sequatur à casu.

Obiectio

44

Responsio

Sed contra, quia idem argumentum fieri potest de hoc iudicio: quia vel est determinatum, ut sequatur actus voluntatis: & sic sequitur voluntatem, non liberè, sed cum determinatione ad vnum elicere talem actum: vel est indeterminatum, & indifferens, ut sequatur, & non sequatur: & sic potest obijci, quod aut non sequetur, aut sequetur à casu. Et præterea posset proponi difficultas de causa, à qua intellectus determinetur ad habendum tale iudicium, potius quam oppositum in casu, quo tam ex parte specierum, quam ex parte phantasmatum esset æquè indif-

P 3

ferens

45

ferens ad vtrumque. Et si dicatur determinari in tali casu a Deo, poterit obijci, quod ex hoc sequatur aperte intentum, scilicet, Deum antecedenter ad consensum arbitrij creati habere volitionem absolutam, qua vult intellectum creatum habere tale iudicium, & consequenter voluntatem habere consensum eius conformem.

Tertium medium.

In voluntate est triplex indeterminatio.

Tertium medium sumitur ex parte ipsius consensus, aut cuiuscumque alterius actus voluntatis creatæ: & est tale. Consensus, siue actus voluntatis, non solum habet determinationem, quoad exercitium, in quantum est exercitium operandi, & non cessatio ab opere, & quoad specificationem, in quantum est huius speciei, potius, quam alterius: vt, verbi gratia amoris, potius quam odij, sed etiam, quoad indiuiduationem in quantum ex pluribus actibus numero distinctis, qui possunt reperiri intra latitudinem illius speciei, verbi gratia, amoris, est talis actus in indiuiduo potius, quam alius. Ergo habet causam, per se harum determinationum. Sed voluntas creatæ, non est causa saltem determinationis, quoad indiuiduationem: ergo voluntas diuina, sine respectu ad creatam est eius causa. Et vterius: ergo ad hunc consensum præsupponitur in Deo volitio absoluta, & efficax, qua Deus vult voluntatem creatam elicere talem actum in indiuiduo, potius, quam alium. Singulæ propositiones, & consequentiæ in hoc medio contentæ possunt facile probari. Et in primis antecedens, ex sola terminorum explicatiõne manebit sufficienter

46

probatum. Pro quo aduertendum est, quod determinatio in aliquo actu opponitur indeterminatiõni, & indifferentiæ, & excludit eam formaliter: & ideo tot modos determinationis dicemus esse in actu, quot modi indeterminatiõnis, & indifferentiæ præcesserint ipsum. Præsupponitur autem antecedenter ad actum voluntatis triplex indeterminatio, & indifferentia respectu ipsius. Prima ad exercitiũ in communi, quia voluntas est indifferens ad operandum, & non operandum. Secunda ad specificationem actus: quia supposito, quod voluntas eligat operari est indifferens ad exercendum actus diuersarum specierum, verbi gratia, amoris, vel odij. Tertia ad indiuiduationem actus, quia supposito, quod voluntas velit elicere actum amoris, est indifferens ad elicendum, plures actus numero distinctos, qui possunt ab ipsa procedere intra speciem amoris. Et ideo sequitur actum, cum produciatur habere tres modos determinationis, quibus hæ tres indeterminatiõnes formaliter excludantur, scilicet, quoad exercitium, & quoad specificationem, & quoad indiuiduationem: & hoc est in illo antecedenti significatum. Et prima consequentiã, quæ deducitur ex illo antecedenti, probatur: quia, sicut datur causa efficiens illarum trium determinationum: ita debet dari causa per se: non enim datur aliquis effectus causæ efficientis, qui non habet in hoc genere causæ, aliquam causam per se, aut proximam, aut superiorem. Et deinde minor, quæ sub sumitur post hanc consequentiã

47

48

proba-

49

probatum, quia voluntas, nec ratione sui, neque ratione iudicij intellectus, cui subordinatur, habet aliquid, ratione cuius determinetur ad producendum hunc actum amoris in indiuiduo potius, quam alium numero distinctum, quem sub eadem specie posset producere: ergo voluntas creatæ, non est causa per se determinationis, quam habet suorum actuum, quo ad indiuiduationem. Antecedens huius probationis patet: quia ipsa voluntas secundum se, & suam virtutem actiuam æqualiter respicit omnia indiuidua, quæ possunt reperiri, sub specie actus amoris, & in iudicio intellectus, nihil indicatur, aut proponitur de indiuiduatione actus, quia neque cognoscitur aliquo modo aliqua determinata indiuiduatio. Et consequentiã probatur: quia causa per se alicuius effectus appellatur, quæ ratione propriæ actiuitatis postulat produci ipsum effectum: & voluntas non potest ita postulare produci prædictam indiuiduationem, nisi, aut secundum propriam virtutem, aut ratione iudicij, cui subordinatur in agendo. Et potest amplius confirmari, quia agentibus liberis, cuiusmodi est voluntas respectu huius consensus, de quo loquimur, non reperitur causalitas, per se, nisi operetur ex cognitione. Et ex hoc patet secunda consequentiã, quæ deducitur immediate, ex illa minori. Quia si hæc determinatiõ, quo ad indiuiduationem, habet aliquam causam efficientem, per se, & talis causa non est voluntas creatæ, bene sequitur, quod sit voluntas diuina: quod vero voluntas diuina, sit causa, sine respectu ad voluntatem creatam

50

patet: quia, vt dixi in probatione illius minoris, nihil est, aut in voluntate creatæ, aut in iudicio intellectus, quod ad eius causalitatem præsupponitur, quod postulet Deum concurrere ad hunc actum numero potius, quam ad alium. Et ex hoc patet vterius vltima consequentiã, quæ ex præcedenti deducitur, quia voluntas diuina, non potest esse causa huius determinationis actus voluntatis creatæ, nisi volendo, quod voluntas creatæ eliciat talem actum in indiuiduo. Et ad probandum, quod prædefinitio voluntatis diuina, sit causa per se huius determinationis in actu voluntatis creatæ, possunt adduci argumenta, quibus ad id probandum de simili determinatione, cuiuscumque effectus causarum secundarum, vtuntur Franciscus Suarez disputatio. 5. Metaphysicæ sectiõne. 9. & Fonseca lib. 5. Metaphysicæ capit. 2. quæstiõne. 14. sectiõne. 3.

Quarto, Volitio, qua Deus voluit dare adultis saluandis aliqua mediã necessaria ad consequendam gloriam fuit absoluta, & efficax sine vllõ respectu ad cooperationem ipsorum, etiã vt præuisam à Deo. ergo volitio dandi gloriam quantum ad electionem mediatorum fuit absoluta, & efficax sine respectu ad consensum arbitrij creati: ergo etiam quantum ad intentionem finis, scilicet, volitionem dandi ipsam gloriam, fuit eodem modo absoluta, & efficax. Prima consequentiã patet: quia vt dicamus, non dari ex parte nostra, causam prædestinationis, quoad eandem electionem satis est, non dari causam quoad aliquos effectus, quamuis quo ad alios detur, quia

51

52

Quarto principaliter arguitur.

53

hoc est satis, vt non detur eius causa, quo ad omnes effectus: ergo pari ratione, vt dicamus illam electionem fuisse absolutam, & efficacem sine respectu ad cooperationem nostram satis erit, quod sine hoc respectu fuerit talis, quoad aliquos effectus, quin etiā hoc est satis, vt non importauerit hūc respectum, quoad omnes effectus. Et ex hoc patet.

Quæ sint media necessaria ad salutem.

Secunda consequentia: quia electio mediōrum præsupponit intentionem finis, etiam in Deo saltem ordine rationis. Antecedens vero probatur in aliquibus medijs necessarijs ad gloriæ consecutionem.

54

Matth. 10.

Primum est donum perseuerentiæ, de quo suppono esse necessarium ad consequendum gloriam, ita vt nullus, sine eo saluetur, vt colligitur ex Concilio Tridentino sessione. 6. decreto de iustificatione capitulo. 13. vbi de hoc dono explicantur illa verba Matthæi. 10. *Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Atque adeo dicitur satis apertè sensum eorum esse, quod sicut necessarium est ad salutem perseuerare, vsque in finem, ita vt nullus eam consequatur, nisi perseuerando; sic etiam necessarium est habere donum perseuerantiæ. Et probatur latius apud Diuum Thomam. 1. 2. quæst. 109. artic. 10. & hoc supposito sic argumentor: Hoc donum, nō habet connexionem cum nostra cooperatione. Ergo neque volitio dandi ipsum. Consequentia patet, quia eodem modo, quo Deus dat dona sua in tempore decreuit, & voluit ab æterno ea dare, quare quod in tempore dat sine respectu ad nostram cooperationem, etiam ab æterno

D. Thom.

voluit dare, sine eodem respectu. Et antecedens probatur: quia donum perseuerantiæ, non habet connexionem, cum nostra cooperatione, tanquam cum dispositione, neque tanquam cum merito, siue de condigno, siue de congruo, vt nunc suppono ex materia de gratia, neque tanquam cum effectu. quia hoc donum, non est auxilium ad operandum, sed est actualis præseruatio à lapsu in peccatum mortale, vsque in finem vitæ, ad quam, multa concurrunt ex parte Dei, quæ non habent hanc connexionem, cum nostra cooperatione, cuiusmodi sunt remotio occasionum, admonitiones externæ, & internæ illustrationes, & inspirationes præuenientes vsum nostræ libertatis, & interdum finis vitæ corporalis, iuxta illud sapientiæ. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, &c.*

Sapient. 4.

56

Secundum medium est auxilium efficax, vt distinguitur à sufficienti, de quo etiam suppono esse necessarium ad consequendum gloriam, quoniam ad hoc, non satis est posse operari, sed requiritur operari: & quamuis auxilium sufficiens det posse, non dat operari actu, sed ad hoc necessarium est auxilium efficax, alijs omnes, qui habent auxilium sufficiens, quo possint conuerti in Deum conuerterentur de facto: quod tamen ex multis testimonijs scripturæ, & sanctorum, quæ adduci solent in materia de gratia, cum agitur de distinctione horum auxiliorum constat esse falsum. Et hoc supposito conficio argumentum simile præcedenti. Hoc auxilium efficax, non habet connexionem, cum nostra libera cooperatione, sed anteceden-

55

den-

57

denter ad eam datur nobis, ergo nec volitio dandi ipsum. Consequentia patet ex probatione similis consequentiæ factæ primo medio, & antecedens probatur, quia vel cooperatio, cum qua hoc auxilium habet connexionem est ipse consensus, ad cuius productionem actuale hoc auxilium datur, vel est alius actus ab eo distinctus.

58

Confirmatur.

Si dicatur primū, sequitur, quod auxilium, non habeat connexionem cum nostra cooperatione, nisi, vt cum effectu inferendo ex ipso, quamuis simul duratione. Et ex hoc sequitur vltterius, quod volitio dandi hoc auxilium fuerit absoluta, & efficax sine respectu ad cooperationem nostram. Prima sequela patet, quia consensus comparatur ad auxilium præcise, vt effectus eius in genere causæ efficientis, & ex consequenti, non comparatur, vt meritum, siue de cōgruo, siue de condigno, neque vt dispositio propriè sumpta, neque, vt conditio necessario requisita ex parte ipsius auxiliij, vel, vt operetur, vel, vt recipiatur in subiecto. Et secunda probatur, quia causa efficiens, quæ solum habet connexionem, cum suo effectu tanquam cum effectu, non habet connexionem cum eo quantum ad proprium esse aut productionem, sed solum quantum ad causalitatem; qua ab ea procedit talis effectus. Ergo volitio, quæ habet pro termino huiusmodi causam quantum ad eius esse, & productionem, & non quantum ad causalitatem, quæ consequitur ad eam est absoluta, & efficax, sine cōnexionem cum effectu, qui sequitur ex hac causalitate.

Et explicatur, & confirmatur

59

hoc exemplo: Quamuis sol sit simul duratione, cum sua causalitate, quæ est illuminatio, & cum lumine, quod tanquam effectus procedit ab ea, tamen, quia solum habet connexionem, cum illuminatione, tanquam cum causalitate sua, & cum lumine tanquam cum effectu, ideo, neque sol ipse, quantum ad proprium esse, & productionem, neque volitio diuina, qua producit sol, quantum ad hoc, quod est esse absolutam, & efficacem habet connexionem, cum causalitate, & effectu solis.

60

Si vero dicatur secundum potest contra abijci, quod aut ille actus est supernaturalis, & sic sequitur, quod ad eum requiratur aliud auxilium efficax, & ex consequenti alius actus, cum quo huiusmodi auxilium habeat connexionem, & ita dabitur processus in infinitum. Aut est naturalis, & sic cum auxilium, non possit habere connexionem cum hoc actu, nisi, vt cum merito, aut dispositione, vel conditione concomitante, sequitur, quod per vires nostras possimus habere actum, qui aliquo ex his modis concurrat ad auxilium efficax, quod communiter reputatur Pelagianum. Et præterea ex multis conuersionibus peccatorum constat sæpè datum fuisse eis hoc auxilium efficax, quo conuerteretur, cum nullum habebat bonum motum erga Deum, sed potius versabatur in peccatis.

Quomodo distinguitur auxiliij efficax à sufficienti.

Dices, in hoc auxilio distingui substantiam ab efficacia, quoniam substantia consistat in entitate physica ipsius auxiliij, efficacia vero, nō est aliud quam habere effectum: & secundum priorem rationem, non distingui ab auxilio sufficienti, nec

P 5

habere

19

habere connexionem cum nostra libera cooperatione, tamen secundum posteriorem distingui, & habere connexionem cum nostra cooperatione, quæ non est aliud quàm consensus, qui simul est effectus auxiliij sumpti secundum priorem rationem, & arbitrij nostri, ut cooperantis ipsi, & ut est à nostro arbitrio, ita cooperante appellatur cooperatio nostra. Distingui vero auxiliū hoc secundum hanc rationem à sufficienti, patet, quia sufficiens solum importat virtutem sufficientem ad agendum, & non actualem operationem. Et deinde habere connexionem cum nostra cooperatione patet: quia nisi nostrum arbitrium cooperaretur huius auxiliij sumpto priori modo, nunquam ipsum auxiliū sortiretur effectum.

20

Inconuenientia qua sequuntur ex eo quod dicamus non dari auxiliū efficax ex se.

Sed hæc solutio, quæ celebris est in hac materia, solet impugnari multis argumentis: quorum vis potest ad hoc reduci, vel habere re ipsa effectum, significatur habere talem virtutem actualem, ut ratione eius sequatur statim infallibiliter effectus, vel solum significatur habere effectum. Si dicatur primum, sequitur quod auxiliū hoc non solum, quoad suam substantiam, sed etiam quoad efficaciam non habeat connexionem cum nostra cooperatione: quia virtus illa, in qua hæc efficacia constituitur est intrinseca substantiæ huius auxiliij, imo est ipsa substantia auxiliij: atque adeo censendum est de ipsa, quantum ad hoc, quod est habere hanc connexionem, sicut de substantia auxiliij. Si vero dicatur secundū, sequuntur tria inconuenientia. Primum est, quod homo, qui conuertitur discernit se ipsum ab eo, qui non conuertitur, & ex consequenti posse contra eum gloriari, quod

est contra illud. 1. ad Corint. 4. *Qui enim te discernit, quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris?* & sequela probatur.

Ut auxiliū in vno homine habeat effectum, & in altero non habeat, non est necesse esse inæqualitatem aliquam in auxilio secundum suam substantiam, sed solum in cooperatione arbitrij ipsorum. Quia, scilicet, vnuseorum cooperatur auxilio, & alter non cooperatur, ergo quantum ad hoc discrimen, quod est auxiliū habere, & non habere effectum poterit is, qui cooperatur dicere se sua cooperatione discernere se ipsum ab eo, qui non cooperatur, & de hoc gloriari aduersus eam. Secundum inconueniens est, quod electio, & prædestinatio secundum se non habeat certitudinē, & infallibilitatē, sed solum ratione præscientiæ huius cooperationis, quod videtur esse contra illud. Pauli ad Rom. 9. *Ut secundum electionē propositio Dei maneret.* Vbi per permanentia, siue certitudo diuini propositi, aut decreti refertur in diuinam electionem. Et probatur sequela: quia ex vi auxiliij gratiæ non est certum, quod sequetur effectus nisi media cooperatione nostra. Ergo neque ex vi voluntatis dandi hæc auxilia est certū, & infallibile, quod sequetur effectus, nisi media præscientia huius cooperationis. Tertium inconueniens est, quod auxiliū efficax pendeat ex nostro libero arbitrio, tanquam ex causa. Ex quo videtur sequi non esse propriè discrimen inter auxiliū sufficientem, & efficax, quia nostrum liberum arbitrium, non potest esse causa huius distinctionis, sed Deus, qui est causa horum auxiliiorum. Esset autem liberū arbitrium causa, si quod auxiliū

fit effe-

1. Cor. 4.

21

22

Rom. 9.

65

fit efficax pendeat ex ipso, tanquam ex causa. Et probatur sequela: quia iuxta hanc sententiam, esse auxiliū efficax non est aliud, quam habere effectum, & hoc est effectus liberi arbitrij creati, quia est actus eius.

Tertium medium est, natiuitas ex talibus parentibus, & in tali regione, & tali tempore, & sub talibus circumstantijs & talis modus educationis, & finis eiusdem vitæ per mortem in tali tempore, & statu. De quo etiam suppono esse effectum prædestinationis, atque adeo medium per ipsam ordinatum ad consequentiam gloriæ, ut de morte probaui superius ex illo Sap. 4. *Raptus est ne malitia,* &c. Et de reliquis probari solet in materia de prædestinatione: Et hoc supposito conficio argumentum simile argumentis factis de alijs duobus medijs. Nam hoc medium, non habet connexionem cum nostra cooperatione, ut patet, quia nemo eligit circumstantias suæ natiuitatis & educationis & mortis: ergo neque volitio dandi ipsum. Et consequenti patet ex alijs argumentis.

Sap. 4.

66

5. Principialiter arguitur.

Ephes. 1.

Quinto, Alias sequitur dari ex parte nostra causam vel rationem, aut per modum meriti, vel congruitatis, aut per modum conditionis requisitæ respectu electionis hominum ad gloriam, prout habet rationem completæ prædestinationis. Consequens tamen videtur contra communem sensum Sanctorum & Theologorum, & contra testimonium Pauli explicatum in primo argumento, & contra illud ad Ephes. primo. *Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum*

secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratia suæ, in quo nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ &c.

Vbi Paulus totam prædestinationem refert in propositum diuinæ voluntatis. Et ut probemus sequentiam, supponendum est eo modo, quo iuxta oppositam sententiam requiritur nolter consensus, ut voluntas dandi gloriam, tam quo ad intentionem finis, quam quo ad electionem mediolorum sit absoluta, & efficax requiri etiam ut sit prædestinatio. Quia voluntas dandi gloriam, & media sufficientia proportionata ad consequendum eam, si non sit absoluta, & efficax, non est prædestinatio, sed generalis quædam prouidentia circa finem supernaturalem, communis prædestinatis, & reprobis.

Et hoc supposito sic argumentor: Hæc voluntas non est ex parte sui obiecti absoluta & efficax sine respectu ad nostrum consensum. Ergo, ut præsupponitur consensui nostro in diuina præuisione est explicanda ad modum volitionis conditionalis ex parte obiecti hoc modo: Volo dare huic homini tantam gloriam, & talia media, & auxilia, quibus consequatur eam sub hac conditione, quod ipse consentiat, & cooperetur meis auxilijs, & vterius. Ergo, ut sit absoluta & efficax ex parte sui obiecti postulat adimpletionem, & positionem huius conditionis, quæ est libera cooperatio nostra. Et tandem ergo postulat eam, vel tanquam meritum, vel tanquam rationem congruentiæ, vel tanquam dispositionem, aut

67

68

condi-

69

conditionem, sine qua non erit absoluta, & efficax ex parte sui obiecti. Antecedens supponitur, ut certum ex opposita sententia: quia in ea absolute asseritur voluntatem illam, non esse absolutam, & efficacem, sine respectu ad nostrum consensum: & hoc intelligi debet, non ex parte ipsius volitionis, siue secundum suam substantiam, siue secundum modum pertinentem intrinsece ad ipsam: quia secundum utramque rationem præsupponitur ad nostrum consensum, sicut causa ad effectum, sed ex parte sui obiecti, aut effectus. Et prima consequentia patet, quia volitionem dandi, aut faciendi aliquid, non esse absolutam, & efficacem sine respectu ad aliquid aliud faciendum, non potest intelligi, quid sit aliud, quam esse conditionalem ex parte obiecti: ita ut per eam, non sit volitum fieri aut dari tale obiectum, nisi sub conditione aliqua, sicut patet in promissionibus, & contractibus conditionalibus. Et ex hoc patet secunda consequentia, quia volitio conditionalis ex parte obiecti, non redditur absoluta, & efficax, ita ut ex vi sua inducat effectum, nisi adimpleta conditione, ut patet in eodem exemplo. Et tertia consequentia probatur: quia volitio, quæ est conditionalis, ex parte sui obiecti, aut postulat conditionem, tanquam motiuum, ad volendum obiectum, siue per modum meriti, siue per modum congruentiæ, aut saltem tanquam conditionem requisitam ex libertate volentis ad volendum tale obiectum, ita, ut non sit volitum, nisi sub ea conditione.

70

Dices, sensum authorum, qui dicunt illam volitionem diuinam, de qua agimus, non esse absolutam, & efficacem, sine respectu ad nostrum consensum, non esse, quod sit conditionalis, sed quod respicit nostrum consensum, tanquam effectum suum. Sed hoc impugnatum est in argumentis præcedentibus. Et præterea, quamuis possit dici de volitione, quæ respiciat aliquem actum nostrum in particulari, non potest dici de volitione, quæ aut sit intentio dandi gloriam, aut electio dandi omnia media, per quæ homo ordinatur ad eum finem: quia nullus ex his actibus respicit aliquem consensum nostrum, tanquam suum. Vltimo probatur hæc sententia auctoritate Augustini, quæ cum in omnibus rebus Theologicis, sit maximi ponderis in materia de prædestinatione habet magnam vim: quia, ut refert Bellarminus libro secundo de gratia, & libro arbitrio, capitulo. 11. Coelestinus Papa, cum ad ipsum esset à Prospero, & Hilario delata querimonia, quod in Gallia presbyteri quidam doctrinam Augustini de prædestinatione reprehenderent, rescripsit, ut constat ex eius Epistola ad Gallos, approbando doctrinam, & libros Augustini de prædestinatione. Et inter alia apposuit hæc verba. *Vnde resistatur talibus, quos male crescere videmus: nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque conuenit macerari.* Quod autem Augustinus senserit Deum ante omnem præscientiam vsus liberi

71

72

Bellarm.

Sententia Augustini de prædestinatione.

arbitrij

73

arbitrij creati, & nulla habita ratione talis vsus habuisse actum absolutum, & efficacem voluntatis, quo voluit dare certis hominibus, gloriam, & media, atque dona, quibus efficaciter, & infallibiliter eam consequerentur: in quo actu tantum intentio finis, quam electio mediolorum continetur. Probatur. Augustinus docet esse duas vocationes, vnam, ex qua semper & infallibiliter sequitur effectus, & alteram, ex qua non sequitur semper nec infallibiliter: & priorem appellat interdum secundum propositum Dei, & interdum altam, & secretam & aliquando & dicit ipsam esse propriam electorum: posteriorem verò appellat simpliciter vocationem, & dicit esse communem, reprobis. Hanc distinctionem tradit Augustinus tomo. 1. libro. 1. retrac. capitulo. 23. tomo. 2. Epistola. 107. post principium tomo. 4. libro, qui inscribitur, expositio quarundam propositionum ex Epistola ad Romanos propositione. 55. & tomo. 7. libro. 1. de prædestinatione sanctorum capit. 8. 16. 17. 18. & 19. & libro secundo, qui est de dono perseverantiæ capit. 9. & 13. Ex qua distinctione sic argumentor, Vocatio prior iuxta sententiam Augustini est talis, ut ex ea semper, & infallibiliter sequatur effectus: & vocatio posterior est talis, ut ex ea non sequatur semper effectus: ergo vocatio prior antecedenter ad cooperationem arbitrij creati habet virtutem ad inducendum infallibiliter effectum; & vocatio posterior, non habet hanc virtutem: ergo & electio, quæ est volitio, ex qua procedit prior vocatio, est absoluta, & efficax antecedenter ad præ-

August.

74

scientiam cooperationis arbitrij creati. Prima consequentia patet: quoniam alias prior vocatio haberet eodem modo connexionem, cum libera cooperatione arbitrij creati, sicut posterior, & ex consequenti æqualiter posset non fieri ex ea effectus, sicut ex posteriori, aut propter defectum huius cooperationis, aut propter positivam repugnantiam eiusdem arbitrij. Et ex hoc patet secunda consequentia: quia eundem ordinem, quem habet vocatio Dei cum nostra cooperatione, ut est aperte rei, habet volitio, quæ est causa ipsius vocationis cum eadem cooperatione, ut est præfens in præscientia Dei, deinde Augustinus sæpe dicit, Deum nos eligere non quia eramus sancti, aut quia ipse præscribat nos futuros esse sanctos, sed quia facturus nos erat Sanctos. Quam doctrinam aperte tradit Augustinus libro citato de prædestinatione Sanctorum capitulo. 17. 18. & 19. ubi etiam docet pertinere ad errorem Pelagianorum asserere Deum elegisse & prædestinasse eos, quos futuros esse Sanctos in sua præscientia cognouit: ex quo aperte sequitur iuxta sententiam Augustini dici in hominum electione non habuisse rationem cooperationis ipsorum, ut præcognita per suam præscientiam, sed antecedenter ad eam elegisse aliquos, ut faceret eos sanctos. Et demum Augustinus sæpe proponit hanc difficultatem, unde proveniat, quod aliqui ita vocantur, ut sequantur Deum vocantem, & ut postquam hoc modo vocati conuertuntur in Deum non recedant ab ipso per peccatum, sed perseverent in gratia & bonis ope-

75

76

ribus

77

ribus vsque in finem vitæ. Alij vero vel non ita vocentur, vel si conuertuntur ad Deum non perseuerant in gratia vsque in finem. Et semper respondet recurrendum esse ad occulta Dei iudicia, & ad electionem, ex quibus prouenit, vt ex hominibus, qui omnes erant digni damnatione saltem propter peccatum originale, cum aliquibus vtatur Deus misericordia vocando eos, vocatio ne alta, & secreta, siue secundum propositum, & succurrendo eis, vel morte corporali vel alijs remedijs ab occasionibus, & tentationibus peccandi, ita vt perseuerent vsque in finem. Et vt alij iusto Dei iudicio relinquuntur sine his beneficijs & hoc modo respondet Augustinus libro citato de dono perseuerantiæ capit. 9. 11. 13. & 14.

August.

78

Imo in illo capite. 9. refert se epistola. 49. quæstione. 2. proposuisse quæstionem similem huic, scilicet, cur Christus post tam longa tempora venerit, & in eius solutione apposuisse hæc verba: quod in his temporibus, & in his locis, quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis crederunt. Et paulo inferius. Quid mirum, si tam infidelibus plenum, orbem terrarum Christus prioribus seculis nouerat, vt eis prædicari merito nollet, quos nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præsciebat. Et tamen Augustinus statim, atque proposuit hæc verba, docet rationem hanc insufficientem esse, quia non potest reddi in omnibus similibus

quæstionibus, vt si quis quærat, cur in Tyro, & Sidone non fuerint factæ virtutes, quæ factæ sunt in Corozaim, & Bethsaida, non potest responderi rationem esse, quod Deus præsciuerit Tyrios, & Sidonios etiam factis apud eos, illis virtutibus non esse credituros, cum Christus dixerit facturos pœnitentiam in cinere & cilicio. Quare concludit recurrendum esse in his quæstionibus ad iudicia diuina, & ad mysterium prædestinationis, & debere in omnibus responderi prouenire ex misericordia Dei, & electione, quod aliquibus dantur prædicatio, & alia remedia, quibus consequantur salutem, & ex iustitia, quod alijs denegentur in vindictam saltem peccati originalis.

Ex qua solutione aperte colligitur, Augustinum sensisse Deum antecederet ad præscientiam vsus arbitrij creati decreuisse dare quibusdam hominibus illam vocationem altam & secretam, & reliqua remedia, & alios sine eis relinquere: quoniam ex discrimine in vsu proprij arbitrij posset reddi ratio sufficiens ad dissoluendum illam quæstionem.

Confirmatur, quoniam Diuus Thomas, qui fuit maximus sectator doctrinæ Diui Augustini, sequitur hanc sententiam, & docet eam esse Augustini. Nā in primis, quod ipse sequatur eam, patet, quia prima parte quæstione. 23. articulo. 4. docet in Deo ad prædicationem sumptam pro actu, qui habet rationem præcepti ordinatiui aliquorum in finem præsupponi electionem, & ad hanc præsupponi dilectionem, quæ est actus, quo Deus eis vult bonum salutis æternæ. Et probat hoc ipse

79

80

D. Thom.

quia

81

quia non præcipitur aliquid, nisi præ existente volitione finis, quæ in hoc casu est volitio dandi gloriam, & ad hanc pertinet dilectio, quæ est actus, quo Deus vult hominibus hoc bonum, quia diligere aliquem est velle ei bonum, & etiã electio tanquam consequens dilectionem, quia velle aliquibus hoc bonum præ alijs, est eligere eos, præ alijs, & in Deo dilectio præsupponitur ad electionem, sicut è cõtra in nobis electio antecedit, cuius ratio est, quod voluntas diuina diligendo aliquem causat bonum, atque adeo est causa, quod tale bonum habeatur ab eo, præ alijs, at vero voluntas creata præsupponit bonitatem, quia mouetur ad diligendum. Et articulo quinto sequenti in solutione ad tertium, dicit Deum, vt manifestaret bonitatem suam per modum misericordiæ voluisse prædestinare aliquos homines, & vt bonitatem manifestaret per modum iustitiæ voluisse alios reprobare. Ex quo sic argumentor, Volitio, qua Deus voluit manifestare suas perfectiones in hoc vniuerso, & in hominibus præsupponitur secundum nostrum modum intelligendi ad præscientiam vsus liberi arbitrij ipsorum hominum. Ergo etiam prædestinatio & reprobatio.

82

Et ad huc colligitur apertius ipsum fuisse in hac sententia ex duobus exemplis, quibus ad hoc explicandum, vtitur, quorum primum sumitur ex artifice, qui ex eadem materia conficit quædam vasa in honorem, & alia in contumeliam: & alterum ex Deo, qui in prima rerum constitutione ex eadem materia vnam partem posuit sub forma nobiliori, & alia sub ignobiliori. Quoniam in vtroque casu, quantum ad dif-

crimen illud nõ est habita ratio aliquius conditionis tenentis se ex parte materiæ, sed simpliciter, & omnino est factum pro voluntate agentis. Ergo similiter Deus nulla habita ratione consensus ex parte arbitrij creati eligit quosdam homines ad gloriam, & alios nõ eligit, quod fuit reprobare eos. Et ibidè docet fuisse in eadem sententia Augustinum super Ioannem cum inquit: *Quare hunc trahat & illum non trahat noli dijudicare si non vis errare.*

Secunda sententia.

Secunda sententia huic opposita in altero extremo, est eorum, qui non distinguunt expressè in hominum electione duos actus voluntatis diuinæ, quorum vnus habeat rationem intentionis, & alter rationem electionis: sed absolute dicunt Deum non habuisse volitionem absolutam, & efficacem dandi hominibus adultis gloriam sine respectu ad liberam cooperationem ipsarum perseuerantem vsque in finem, non vt præsentem in tempore pro tempore, quo futura erat, sed vt cognitam ab ipso Deo per suam præscientiam.

Oportet verò addere duo ad huius sententiæ explicationem, in quibus omnes eius authores conueniunt. Primum est intelligi de respectu ad cooperationem nostram, non tamquam ad causam meritoriam, neque tamquam ad causam, vel dispositionem congruentem neque etiam tamquam ad conditionem requisitam, ita, vt aliquo ex his modis fuerit Deus secundum nostrum modum intelligen-

83

84

di mo

85

dimotus, aut determinatus, vel excitatus ab hac cooperatione ad volendum absolute, & efficaciter dare gloriam hominibus, quos præsciebat sic cooperaturos. sed tamquam ad effectum ipsius volitionis diuinæ. Alterum est debere intelligi de præscientia huius cooperationis non sub ratione possibilis tantum, sicut cognoscitur per scientiam simplicis intelligentiæ, sed sub ratione certo, & infallibiliter futuræ in tempore.

86

Verum, quamuis in his duobus conueniant authores huius sententiæ, in alio dissentiunt. Pro quo est aduertendum, quod hæc cooperatio dupliciter potest cognosci, vel futura certo & infallibiliter. Primo, vt futura absolute & sine conditione. & hoc modo cognoscitur per scientiam visionis. Secundo, vt futura certo & infallibiliter non absolute, sed sub conditione, quod voluntas præueniatur talibus auxilijs, vel in talibus circumstantijs: sicut & hoc modo cognoscitur per scientiam, quam aliqui ex Theologis appellant mediam, quia non est rerum, vt possibile, neque vt futurarum absolute, sed, vt futurarum sub conditione, quod apponantur tales vel tales circumstantiæ, antecedit liberam determinationem absolutam diuinæ voluntatis, etiam supponit determinationem sub conditione, scilicet, quod Deus statuat producere res sub talibus circumstantijs, aut sub talibus. Et ita dupliciter intelligitur hæc sententiæ quantum ad præscientiam huius cooperationis, vt futuræ, nam ab aliquibus intelligitur de præscientia huius cooperationis, vt fu-

turæ absolute, & sine conditione. Et ab alijs de præscientia huius cooperationis, vt futuræ non absolute, sed sub conditione, quod Deus velit præuenire voluntatem talibus auxilijs. Et priori modo intelligunt hanc sententiæ, Gregorius de Valentia, prima par. quæst. 23. puncto. 4. §. cui titulus est, Discutiuntur variz sententiæ. in explicatione Secundæ conclusionis Ioannis à Bononia in libro de æterna Dei prædestinatione tractatu primo, cui titulus est, authoris sententiæ, parum à medio. §. hætenus ergo. Et postea in alijs eiusdem libri partibus in quibus refert aliorum sententiæ de prædestinatione, & responderet obiectionibus, quæ sunt contra suam. Cardinalis Contarenus in libello de prædestinatione, Osorius libro nono, de iustitia circa medium. Et in commentarijs ad Epistolam ad Romanos, in expositione eorum verborum, quæ ex capite nono, retulimus in primo argumento præcedentis sententiæ. Et Franciscus Turrianus in dogmatico de electione diuina. Posteriori vero modo eam intelligunt Molina, prima parte quæst. 23. articulo quinto, disputatione prima membro. 11. post quintam conclusionem. §. vt quæ hætenus dicta sunt, & in concordia liberi arbitrij cum gratiæ donis in quæstionem. 23. primæ partis articulo quarto, & §. disputatione prima membro septimo. §. iuxta priorem partem nostræ conclusionis. Et membro nono. §. Et quidem Deus optimus maximus, & sequentibus, & Stapleronius in antidotis Apostolicis in Epistolam

87

Greg. Valentia.

Card. cota.

88

Osorius.

Turrianus.

Molina.

Stapler.

ad Ro-

89

ad Romanos in expositione illorum verborum, cap. 9. *Cum nondum nati essent, &c.* §. Deum aliquid in intellectu sui.

Sed quamuis hi Autores in hoc differant inter se, & ad sententiæ defensionem non parum faciat vno aut altero modo eam intelligere, tamen à nobis nunc solum sunt adducenda argumenta, quibus probari solet id, in quo conueniunt, scilicet volitionem, qua Deus voluit dare adultis electis, aut prædestinatis gloriam non fuisse absolutam, & efficacem sine prædicto respectu ad eorum cooperationem, vt præcognitam ab ipso sub ratione futuræ certo & infallibiliter.

90

Primum argumentum pro secunda sententiæ. Roman. 8.

Quorum primum desumitur ex testimonijs Scripturæ, in quibus variè indicatur coniunctio prædestinationis cum præscientia cooperationis humanæ. Primum sit illud ad Romanos 8. *Nam quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Quos autem prædestinavit, hos & vocauit; & quos vocauit, hos & iustificauit: vbi Paulus illa duo verba, Præsciuit, & prædestinavit, non accipit pro eodem: tñ, quia alias imperfecta, & suspensa esset sententiæ primæ membri huius orationis: tum etiam, quia in membris vbi modo coniungit duo verba, sumit ea pro diuersis. Quare aperte significat, Deum eos, quos præsciuit prædestinasse ad hoc, vt conformitatem habeant cum filio suo, & in filiatione, cum ipsi sint filij per adoptionem, & in hereditate, ad quem filiatio est eius, cum ipsi sint heredes vitæ æternæ, & coheredes Christi: quid autem Deus præsciuerit in*

ijs, quos prædestinavit non explicat Paulus, sed ex ipsa sententiæ orationis constat esse aliquid ex parte ipsorum hominū ad quod respectum importet aliquo modo prædestinatio, ita vt sine ipso à Deo præcognito prædestinatio non compleatur.

Et ex alijs locis Scripturæ, in quibus reperitur verbum, *Præsciire, aut cognoscere*, dictum de Deo respectu hominum colligitur id non esse aliud, quàm obedientiam, & cooperationem ipsorum hominum perseverantem vsque in finem, ita vt sensus sit, quos Deus præsciuit cooperaturos esse suæ gratiæ vsque in finem, eos prædestinavit, &c. Et verbum hoc habere hanc vim probatur in primis ex illo ad Romanos 11. *Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit.* Nam ibi verbum *Præsciuit* esse hoc modo exponendum, quam præsciuit permansuram in fide viuā, & obiectiuā suorum mandatorum, colligitur in primis ex intentione Pauli in principio eius capituli, quæ procul dubio est ostendere Deum quamuis reiecerit populum Iudaicum, & loco eius vocauerit Gentilicum, non defuisse promissis suis: id autem vt ostendat dicit Deum non promississe beneficia salutis æternæ Israëlitis secundum carnem, sed Israëlitis secundum spiritum, scilicet ijs, qui parentis sui fidem, & pietatem imitentur, siue secundum carnem essent ex populo Iudaico, siue ex Gentilico: & ita apponit se ipsum in exemplum, qui quamuis esset Israëliticus secundum carnem, non tamen ob id erat à diuinis beneficijs exclu-

91

Præsciire & cognoscere in sacra Scriptura quid significet?

92

Roman. 11

Q fus

93

sus, & vt hoc apertius explicet dicit vniuersaliter, *Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit*, hoc est, quam præcognouit permanuram in foedere, & pacto suo, & in obedientia suorum mandatorum. Et deinde colligitur ex exemplo, quo vtitur, nam inquit Eliam, cum existimaret totam decem tribuum multitudinem recessisse à Deo, & propterea fuisse ab ipso repulsam, & reiectam, accepisse hoc diuinum responsum: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal* hoc est segre gaui, & selegi mihi ex tota illa multitudine non paruum numerum, scilicet eos, qui non curauerunt, &c. atque ita non peribunt omnes. Vbi adnotat Chrysostr. ibidem, & Augustinus libro octauo de bono perseverantiae, capite 11. illud, *Reliqui mihi*, significare diuinam electionem: nam ideò non dixit Deus, relictæ sunt mihi, vel reliquerunt se se mihi septem millia virorum, & ita denotatur in electione hac fuisse habitam rationem obedientiae vniuscuiusque. Et demum colligitur ex eo, quod statim subiecit Diuus Paulus: *Sic ergo & in hoc tempore reliquias secundum electionem gratia saluata sunt*. Quibus verbis Paulus applicatione exempli adducti ex Elia docet eodem modo suo tempore reliquias ex Israël saluas fuisse factas per gratiam Dei, quæ non est data omnibus sine discrimine, sed ijs, qui voluerunt permanere in conditionibus, sub quibus salus est hominibus promissa. Et idem

94

Augustin.
Chrysostr.

colligitur ex his verbis, quamuis illud, *secundum electionem gratia*, adiungatur nomini *Reliquia*: ita vt sensus sit, reliquias electas per gratiam Dei saluas fuisse factas, quia particula, *sic*, quæ est similitudinis, denotat reliquias illas eodem modo fuisse electas ad hanc salutem, quo relictæ fuerant illa septem millia virorum, scilicet habita ratione suæ perseverantiae in religione, & pietate.

Secundò probatur, verbum *Præsciuit* habere hanc vim ex illo Ioannis 10. *Cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ*. Nam ibi Christus dicit se eas oves cognoscere, quæ cognoscunt ipsum: constat autem in Scriptura solùm dici de nobis cognoscere Deum, quia ipsum audimus non solùm retinendo eius fidem, sed etiam opere exequendo quæ præcipit.

Et tertio probatur ex illo secundæ ad Timotheum 2. *Cognouit Dominus, qui sunt eius: & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini*. Vbi Dius Paulus satis apertè insinuat Deum cognoscere aliquos, vt suos, cum ipsi discedunt ab iniquitate.

Et confirmatur argumentum desumptum ex hoc primo testimonio ex illo 1. Petri. 1. *Petrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis secundum præscientiam Dei Patris, &c.* Vbi propter eandem rationem dicit electionem Dei fuisse factam secundum præscientiam Dei Patris.

Secundum testimonium est illud, cuius occasione hanc controuersiam proposuimus, quod

95

Ioann. 10.

96

2. Timot. 2.

1. Petri. 1.

habe-

97

Cap. 1.

habetur in hoc capite: *Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis*. Vbi in primis suppono fieri sermonem de vocatione, & electione ad gloriam: primò quia id postulat ipse contextus, quia non fit sermo de vocatione ad fidem, cum vt constat ex principio capituli Petrus scribat ijs, qui coæqualem cum ipso fortiter fuerant fidem: deinde, quia antecedentia, & sequentia hoc non obscure indicant, quia præcesserat exhortatio ad opera virtutum tanquam necessaria ad consequendum gloriam; & sub sequitur fructum huius exercitij esse introitum in æternum Regnum Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. Et tandem, quia Concilium Tridentinum sessione sexta, Decreto de iustificatione capite 11. adducit hoc testimonium ad probandum non sufficere fidem, neque gratiam iustificantem, vt quis sit securus de consequitione vitæ æternæ, sed necessarium esse exercere opera virtutum.

Secundò suppono per *vocationem, & electionem* non solùm intelligi media, quæ Deus hominibus confert in tempore, vt consequantur gloriam, sed etiam ipsam æternam electionem ad gloriam. Quod probatur in primis, quoniam aliàs Petrus non vteretur vtroque nomine, scilicet vocationis, & electionis. Et deinde, quia nomen electionis, licet aliquando in Scriptura sumatur pro personis electis, sicut nomina abstracta sumun-

Vocatio, &
electio quid
significent.

Trident.

98

tur pro concretis, tamen non solet sumi pro medijs, quæ sunt effectus huius electionis. Et demum, quia eadem est ratio de his medijs, & de æterna Dei electione per eadem media quantum attinet ad præsentem difficultatem: si enim omnia hæc media non habent certitudinem respectu consecutionis gloriæ sine nostra cooperatione, aut antecedenter ad eam, benè sequitur, quod neque æterna Dei electio, quæ mandanda est executioni per eadem media habeat certitudinem sine præscientia eiusdem cooperationis, aut antecedenter ad eam.

Et his suppositis sic argumentor: Petrus admonet nos, vt per nostra opera reddamus certam electionem ad gloriam: ergo electio non habet certitudinem sine respectu ad eadem opera: & cum hoc non possit intelligi de his operibus, prout fiunt in tempore, sequitur debere intelligi de eis, vt præcognitis à Deo, & ex consequenti electionem non fuisse certam, atque adeò nec absolutam, & efficacem antecedenter ad præscientiam horum operum.

Tertium testimonium sit illud 2. Timothe. 2. *In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia: & quedam quidem in honore, quedam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum & utile Domino, &c.* Vbi suppono hoc discrimen vasorum significari discrimen hominum prædestinatorum, & reprobatorum, vt constat ex capite 9.

99

100

2. Timot. 2.

Q 2

Epif-

101

Epistolæ ad Romanos. Vbi iuxta magis communem sententiam hac metaphora significatur huiusmodi discrimen. Et hoc supposito sic argumentor. Potest vnusquisque dum est in hac vita pro sua libertate cum auxilio Dei emundare se à peccatis, atque adeò fieri vas in honorem, quod est esse electum ad gloriam: ergo electio hominum ad gloriam non fuit absoluta, & efficax, sine præscientia eius, quod vnusquisque facturus erat pro sua libertate vt esset vas in honorem.

Secundò arguitur ratio ne principaliter.

102

Secundò probatur hæc sententia hac ratione. Totalis effectus electionis efficax, & absolutè adulatorum ad gloriã in tempore habet connexionem cum libera cooperatione ipsorum: ergo etiã ipsa electio ab æterno importat respectum ad hanc operationem, vt præcognitam à Deo. Consequentia videtur euidens, quod Deus ab æterno ita voluit, & decreuit res fieri in tempore sicut postea in tempore executioni mandatur, quod apertè fatetur Diuus Thomas 1. par. questione 23. articulo 5. in argumento, sed contra, & est desumptum ex Augustino libro de bono perseuerantiæ, capite 23. & ex Fulgentio libro de Incarnatione & gratia capite vltimo: & probatur euidenter ratione, quoniam aliàs non esset conformitas inter executionem effectum electionis, & volitionis diuinæ, & ipsam electionem, atque adeò non haberet diuina voluntas totam efficaciam, & certitudinem in productione suorum effectuum, quantum Scriptura, & ratio na-

D. Thom.
D. August.
Fulgent.

turalis ei tribuunt. Et vt probe-
mus antecedens supponendum
est quatuor distingui effectus di-
uinæ electionis, qui necessarij
sunt secundum legem Dei ordi-
nariam, vt adultus, qui est in pec-
cato perducatur in gloriam. Pri-
mus comprehendit illuminationes,
& inspirationes internas, qui-
bus peccator excitatur, & voca-
tur, atque mouetur, vt conuertatur
in Deum. Secundus continet
ipsam conuersionem actualem,
vsque ad vltimam dispositionem
ad gratiam, & etiam ipsam gratiã
iustificantem. Tertius continet
omnia, quæ requiruntur, vt adul-
tus perseueret in gratia vsque in
finem vitæ aut moriatur in gra-
tia, prout hæc omnia pertinent
ad speciale donum perseueran-
tiæ, aut constituunt ipsum. Quar-
tus est ipsa actualis consecutio
gloriæ. Enumero autem tantum
hos quatuor effectus, quia reli-
qui omnes, siue sint externi, siue
interni possunt ad hos reduci, &
sine his nullus adultus potest se-
cundum legem Dei ordinariam
peruenire ad beatitudinem.

Et hoc supposito probatur an-
tecedens discurrendo per hos ef-
fectus: & in primis de illumina-
tionibus internis, quæ vt nunc
suppono, sunt actus vitales pro-
ducti à nostris potentijs, scilicet
ab intellectu, & voluntate, sic ar-
gumentor, Huiusmodi illumina-
tiones, & inspirationes, quam-
uis secundum suam substan-
tiam dentur nobis anteceden-
ter ad nostram liberam coope-
rationem, tamen quoad hoc,
quod est habere effectum, quod
ab aliquibus appellatur effica-
cia earum, & ab alijs efficacia,

103

Quatuor ef-
fectus diu-
inæ electio-
nis.

104

habent

105

habent connexionem cum hac
cooperatione: ergo hic primus
effectus saltem quatenus pecu-
liariter est effectus electionis ad
gloriam habet cõnexionem cum
nostra libera cooperatione. Con-
sequentia patet, quia illumina-
tiones, & inspirationes sunt pec-
uliariter effectus electionis ad
gloriam, quatenus efficaciter
conducunt ad consequendum
gloriam, & non conducunt hoc
modo, nisi vt in nobis habent ef-
fectum. Et antecedens proba-
tur, quia effectus, ad quem no-
bis dantur huiusmodi illumina-
tiones, & inspirationes, est
libera conuersio nostra in Deum,
de qua est certum secundum
fidem habere cõnexionem cum
nostra libera cooperatione, vt
nunc probabo, accedendo ad
secundum effectum electionis,
qui est huiusmodi conuersio ac-
tualis. Et probatur in primis
autoritate Concilij Tridentini,
sessione sexta, Decreto de iul-
tificatione, capite 5. & Cano-
ne 4. vbi sic habetur: *Si quis
dixerit liberum hominis arbi-
trium à Deo motum, & excita-
tum nihil cooperari assentiendo
Deo excitanti, atque vocanti, quo
ad iustificationis gratiam se dis-
ponat, ac præparet, neque pos-
se dissentire si velit, anathema
sit.* Et deinde probatur ex sa-
cra Scriptura, nam, vt Conci-
lium Tridentinum capite 5. ci-
tato exponit, cum Zachariæ 1.
dicitur: *Conuertimini ad me, &
ego conuertar ad vos: libertatis
nostræ admonemur. Et cum res-
pondemus: Conuerte nos Domi-
ne ad te, & conuertemur: Dei
nos gratia præuenire confitemur.*

Tridenti.

Zachari. 1.

Et præterea sunt multa testimo-
nia Scripturæ, in quibus ab ho-
mine petitur, vt ipse hanc suam
conuersionem operetur, vt Isai.
45. *Conuertimini ad me, & sal-
ui eritis, & capite 52. Solue vin-
cula colli tui captiua filia Sion, &
Hieremiæ 3. Reuerte aversa-
trix Israël, ait Dominus: & non
auertam faciem meam à vobis:
& paulò interius: Conuertimini
filij reuerentes, dicit Dominus:
iterum postea: Conuertimini fi-
lij reuerentes, & sanabo auersio-
nes vestras.* Et ex hoc patet e-
tiam gratiam iustificantem, quæ
pertinet ad huc secundum effe-
ctum habere eandem conne-
xionem cum nostra libera co-
operatione, quia hæc gratia ha-
bet connexionem cum nostra
conuersione perfecta actuali,
tanquam cum vltima dispositio-
ne. Et inde probatur idem ante-
cedens, quoad tertium effectum,
qui continet omnia, quæ requi-
runtur ad perseuerandum in gra-
tia vsque in finem vitæ, quo-
niam hæc sunt augmentum gra-
tiæ, & donorum supernatura-
lium, quibus potentia nostræ
consolidantur, & confirman-
tur ad benè operandum. Et vi-
tatio omnium peccatorum mor-
taliū, propter quæ amittitur
gratia, siue hæc vitatio fiat adim-
plendo præcepta, siue etiam re-
sistendo tentationibus: & hæc
omnia habent connexionem
cum nostra libera cooperatio-
ne: quod de augmento gratiæ,
& donorum patet, quia datur no-
bis propter nostra opera meri-
toria, quæ sunt actus liberi. Et
similiter de adimplerione præcep-
torum, quia respectu præcepto-

107

Isai. 45.
Cap. 52.

Hierem. 3.

108

Q 3

rum

109

rum affirmatiuorum fit per liberos actus nostros, & respectu negatiuorum per liberam negationem actus prohibiti. Et ex hoc patet esse dicendum idem de victoria tentationum, quia hæc fit immediatè per adimplentem præceptorum, ad quorum violationem mouemur tentationibus. Et confirmantur hæc omnia autoritate Concilij Tridentini sessione sexta, Decreto de iustificatione, ca. 11. & 13. in quibus locis dicitur non deesse iustis auxilium requisitum ad adimplendum diuina præcepta, & vitandum peccata, & ad perseverandum, nisi ipsi prius deserant Deum, & desint eius gratiæ. Ex qua sententia aperte colligitur, auxilia, quæ Deus dat iustis ad perseverandum habere connexionem cum libera cooperatione ipsorum, saltem quantum ad effectum. Et tandem probatur de ultimo effectu, qui est consecutio gloriæ, quoniam gloria datur adultis, ut præmium, & merces suorum meritorum, ut ex varijs testimonijs Scripturæ definit Concilium Tridentinum, sessione 6. Decreto de iustificatione, capite 16. & Canone 26. & 32. ergo si hæc merita habent connexionem cum nostra libera cooperatione, quia sunt actus nostræ libertatis, ita etiam consecutio gloriæ.

Ultimò probatur hæc sententia testimonijs Sanctorum. Nam in primis Græci omnes semper fuerunt in hac sententia, ut electionem coniungerent præscientiæ eius, quod unusquisque libere, & cum indifferentia ad utramque partem erat facturus virtute gratiæ: &

ita Chrysostomus homilia 16. in Epistolam ad Romanos, explicans illud capitis 9. *Cum nondum nati essent, &c.* inquit *Jacob amore, Esau autem odio habitus erat: & respondet, Quoniam hic malus, ille autem bonus erat.* Et rursus inquit, *Quomodo possit hoc dici de ijs, qui nondum nati erant, neque quicquam boni, aut mali egerant?* & respondet: *Non spectat, scilicet Deus, quemadmodum homo, ad rerum exitu videre, quisnam bonus sit, quisnam item non talis, sed etiam antea nouit.* Et postea exponens illud: *Miserebor cuius misereor,* sic ait: *Beati Pauli studium in hoc potissimum versatur, ut per ea, quæ dicit omnia, doceat, Deum unum esse, qui dignos nouerit:* & Homilia 18. in eandem Epistolam, ita exponit illud capitis 11. *Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit:* hoc est, *Quam clarè cognouerit aptam fore, fidemque recepturam.* Et Homilia secunda in Epistolam ad Ephesios, exponens illud capitis primi, *In quo etiam nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, &c.* docet, per illa verba, *sorte vocati,* denotari excellentiam, & præstantiam electorum supra non electos. Et per illa: *Prædestinati secundum propositum eius, &c.* explicari non fuisse vocatos ea sorte, qua res sunt à casu, sed habita ratione liberi arbitrij, & eius quod est in nostra potestate, aut quod unusquisque pro sua libertate facturus erat.

Et ideo ita inquit: *Totum autem est, aut integra sententia bo-*

111

Crysof.

112

Tridentin.

Tridentin.

Tertium argumentum principale pro hac sententia.

113

rum verborum hæc est: ab animi instituto, & libero arbitrio prædestinatos, hoc est, sibi electos destinavit, ac seposuit, ut putà, vidit nos, prius quam essemus sorte vocati. Est enim admiranda Dei præscientia, & quæ omnia nouit prius quam ea fierent: & Homilia 31. in Matthæum agens de vocatione Matthæi, sic ait, *Sed cuius rei gratia non cum Petro, simul ac Ioanne, & alijs discipulis ipsum vocauit? Certè quemadmodum tunc ad illos accessit, vocauitque quando obtemperaturos sciebat, & sic Matthæum quoque nunc vocauit, quando miraculorum fama perdomitum, minime reluctaturum videbat.* Quæ de causa etiam Paulum post resurrectionem piscatus est. Nam qui corda scrutatur, & occulta mentium præspicit, is etiam, quando unusquisque ad obediendum paratus erat non ignorauit. Et Theodoretus exponens verba citata ex capite nono Epistolæ ad Romanos, sic ait: *Non expectauit Deus rerum experientiam, sed dum adhuc utero gereretur, eorum differentiam prædixit, prædixit autem, cum eorum propositum præsciisset.* Et in illud ad Ephesios secundo, *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem:* ita inquit: *Ab initio enim, quæ ad nos pertinebant præsciuit, & præsignit.* Et in Scholijs Græcorum, in illud ad Romanos nono: *Ut secundum propositum electio Dei maneret,* refertur ex Photione hæc expositio: *Id est electio, quæ secundum scientiam est: dicendo propositum Dei, consilium e-*

Theodore.

Ephesi. 2.

Roma. 9.

115

ius significauit: dicens verò secundum electionem, ostendit, quod à se inuicem differrent: & paulò inferius quæritur, quomodo possent inter se differre, cum nondum nati essent, &c. & respondetur his verbis: *Humani oculis cum nihil egerint, in nullo differant: diuina autem futuri præcognitione, plurimum differunt.* Et Theophilactus in Commentarijs ad testimonia Diui Pauli, quæ retulimus ferè dicit idem cum Chrysostomo: & in illud Matthæi 22. *Multi sunt vocati, &c.* sic ait: *Pauci sunt, qui saluantur, & qui digni, ut eligantur à Deo: ita ut Dei quidem sit vocare, electos autem fieri, vel non, nostrum est.* Et deinde ex Latinis Diuus Hieronymus sequitur hanc sententiam: nam in illud ad Galatas primo: *Cum autem placuit ei, qui me segregauit, &c.* ita inquit: *Ex Dei præscientia venit, ut quem scit iustum futurum, prius diligit, quam oriatur ex utero: & idem affirmat in illud Malachiæ primo: Dilexi vos, dicit Dominus, &c.* Imò videtur omnes antiquos Patres, qui fuerunt ante Augustini tempora fuisse in eadem sententia: nam Prosperus in Epistola quadam ad Augustinum, quæ simul cum altera Hyllarij haberetur tomo septimo operum Augustini, ante librum de prædestinatione Sanctorum, postquam retulit varios modos, quibus aliqui solebant explicare diuinam electionem, sic ait: *Illud autem qualiter diluatur, quæ sumus, pariter insipientiam nostram ferendo*

Theophil.

Hieronym.

Malach. 1.

Prosper.

117

demonstres, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, penè omnium par inuenitur, & una sententia, qua propositum, & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt: ut ab hoc Deus: alios vasa honoris, alios contumelia fecerit, quia finem vniuscuiusque præviderit, & sub ipso gratia adiutorio, in qua futurus esset voluntate, & actione præscierit.

Et demum aliqui contendunt, etiam Augustinum fuisse in hac sententia, de quorum numero sunt Fraciscus Turrianus, & Gregorius de Valentia locis citatis in propositione huius sententiæ: & procul dubio ex eius doctrina colligunt aliqua, quæ multum ei fauent, ex quibus duo tantum referam.

Primum est, etiam ipsos reprobos potuisse esse de numero electorum, si cooperarent Deo. Quod tamen non posset esse verum, si electio fuisset absoluta, & efficax antecedenter ad præscientiam huius cooperationis. Illud autem asseruit Augustinus tom. 4. libro 1. quæstionum ad Simplicianum, quæst. 2. vbi sic ait: *Noluit ergo Esau, & non cucurrit, sed etsi voluisset & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui ei etiam velle, & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret.* Et idem dicit de Pharaone libro de prædestinatione & gratia cap. 14. & apertius cap. 15. vbi comparans ipsum cum Nabuchodonosore, sic ait: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manu Dei sentiens in recordatione propria iniquitatis ingemuit: alter li-*

bero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio. Ex quo aperte sequitur, quod si nõ pugnaret, sed obediret, sicut poterat cooperando diuina gratia, conueniret in fine cum electis, atq. ad eod. esset de numero eorum. Habetur autem hoc in appendice tomo 7.

Alterum est, electionem includere præscientiam, aut non esse sine præscientia eorũ, quæ Deus aliquo modo facturus est concurrente cooperatione libera ipsorum electorum: quod expresse affirmat libro de prædestinatione Sanctorum, capite 10. 17. & 19. & libro de bono perseverantiæ, capite 14. 17. & 18. & in quæstione citata in libro primo ad Simplicianum. Ex hoc autem si addamus iuxta Augustini sententiam, Deum non præscire, quæ facturus est concurrente cooperatione arbitrij creati, nisi hac cooperatione præcognita, benè sequitur electionem nõ fuisse absolutam, & efficacem sine respectu ad cooperationem electorum, vt ita præcognitam à Deo.

Tertia sententia,

QVAE videtur esse inter has media est Ambrosij Catharini, qui libro primo, & tertio de prædestinatione Dei distinguit duas hominum sortes. Vnam eorum, quos Deus tanta donorum, & gratiæ copia, & peculiari providentia destinavit in vitam æternam, vt ex vi huius providentiæ, & antecedenter ad omnem præscientiam cooperationis ipsorum fuerit certum, &

119

120

Sententia
Catharini.

infal-

121

infallibile eos consecuturos esse vitam æternam. Et alteram eorum, quibus Deus non decreuit dare tot, & tam efficacia auxilia, sed solum ea, quæ necessaria sunt, & sufficientia, vt si velint eis cooperari possint consequi vitam æternam. Et in priori sorte dicit contineri paucos, & determinatos homines, qui solum dicuntur in Scriptura sacra prædestinati, ita vt particula, *præ*, non importet antecessionem præordinationis respectu executionis, sed excellentiam destinationis, propterea quod huiusmodi homines insigniter, hoc est antecedenter ad omnem usum liberi arbitrij, & ad eius præuisionem fuerint à Deo destinati in vitam æternam. In posteriori verò dicit comprehendere reliquos homines. Et quoniam ex tanta hominum multitudine, quibus consultum est de medijs necessarijs ad vitam æternam, probabilissimum est multos re ipsa eam consequi, ideo præter prædestinatos dicit esse alios homines, qui consequantur vitam æternam, & hos non appellat prædestinatos, sed saluandos, non tamen negat esse dicendos electos ad gloriam; imò in commentario horum verborum id expresse fatetur. Atque ita iuxta eius sententiam, distinctione respondendum est propositæ quæstioni. Nam priorum hominum electio fuit absoluta, & efficax sine vllò respectu ad eorum cooperationem, posteriorem verò non fuit absoluta, & efficax sine respectu

122

ad liberam cooperationem ipsorum, vt præcognitam à Deo. Fundamenta huius sententiæ, quoad priorem partem sunt aliqua ex argumentis propositis pro prima sententia, & quoad posteriorem aliqua ex ijs, quæ proposuimus pro prima, & peculiariter testimonia Scripturæ, & Sanctorum in eis contenta: nam quæ videtur significare electionem non habere connexionem aliquam cū cooperatione arbitrij creati dicit verificari in electione priorum hominum; & quæ videtur significare habere huiusmodi connexionem, dicit verificari in electione posteriorum.

Resolutio Controversiæ.

Pro solutione huius Controversiæ advertendum est dupliciter posse disputari de modo electionis hominũ ad gloriam. Primum per respectũ ad potentiã Dei consideratam vt nostro modo intelligendi antecedit liberam determinationem suæ voluntatis ad assumendum vnum modum electionis, potius quàm alium. Secundò per respectum ad determinationem actualem diuinæ voluntatis ad assumendum re ipsa, & de facto aliquem determinatum modum electionis.

Si in priori sensu intelligatur hæc Controversia, facile dissolui potest, quia cū voluntas diuina potuerit assumere quemcunque modum electionis, in quo non contineatur aliquid repugnans, aut ipsi Deo, aut hominibus eligendis, & in nullo ex modis electionis relatis in sententijs, hætenus propositis contineatur

123

124

Notabilia
pro resolutione
Controversiæ.Potuit Deus
liberè eligere
diuersos modos
electionis.

Q 5 aliquid

125

aliquid ita repugnans, dicemus consequenter quemcumq; ex illis modis potuisse assumi à diuina voluntate, imò & plures alios nobis occultos, quos in Deo intellectus potuit proponere voluntati, vt possibiles. Et in hoc non oportet immorari, quia etiam ij, qui cum disputatur hæc controuersia in secundo sensu, vt impugnent aliquos ex illis modis dicunt contineri in eis aliquid repugnans perfectioni diuinæ prouidentia, postea à extra disputationem positi, & melius considerata rei natura, concedunt id, quod diximus. Et re vera ita concedendam est, quia non potest assignari aliqua ratio repugnantia, siue ex parte Dei, siue ex parte hominum. Si tamen hæc controuersia intelligatur in posteriori sensu, non poterit ita facile dissolui, præsertim si velimus aliquid certum statuere, quia determinatio libera diuinæ voluntatis non cognoscitur à nobis, nisi per reuelationem, & nulla reuelatio proponitur ab Autoribus circa rem hanc, neque ex Scriptura, neque ex Concilijs, neque ex doctrina Sanctorum.

Vt autem aliquid dicamus, quo possit huic quæstioni responderi supponemus quatuor vt certa circa hominum electionem ad gloriam, vt ex eistatquam ex notis possit colligi quem modum electionis de facto assumpserit Deus, quoniam dicemus assumpsisse illum, in quo hæc quatuor melius, & verius saluantur.

Primò igitur certum est, Deum voluisse dare omnibus adultis, de quibus nunc loquimur, glo-

riam, nisi ipsi suis peccatis se redderent indignos ea; & insuper auxilia, quæ re vera, & non solum nomine essent sufficientia ad consequendum gloriam. Hoc autem quamuis absolutè ab omnibus concedatur, tamè si magis in particulari explicetur, videtur negari ab aliquibus.

Et ideò vt intelligatur, in quo sensu, & quo gradu sit certum, ad uertendum est, posse intelligi tribus modis. Primò in communi de voluntate dandi gloriam, & auxilia necessaria ad eius consecutionem, non explicando an huius voluntas siue quantum ad gloriam, siue quantum ad auxilia terminetur ad ipsos homines secundum se, & intrinsecè, vel potius in alio, & extrinsecè. Secundò magis in particulari de voluntate dandi gloriam, & auxilia, quæ terminetur ad ipsos homines secundum se, & intrinsecè. Et tertio adhuc magis in particulari de voluntate dandi vnicuiq; homini omnia, quæ per modum principij intrinseci requiruntur ad adimplendum quodcumq; præceptum obligans sub mortali, siue sit affirmatiuum, siue negatiuum ad resurgendum in quacunque occasione à peccato, & consequenter ad consequendum gloriam, quod fit vitando lapsum in peccato, aut post lapsum resurgendo.

Et in primo sensu nullus est ex Catholicis, qui hoc neget, & procul dubio est certum secundum fidem. Quoniam nisi hoc ita concedatur non poterunt esse vera duo quæ omnes vt certa secundum fidem admittunt. Primum est, Deum cum decreuit condere homines

127

128

De fide est, Deum voluisse dare gloriam, & auxilia necessaria in communi hominibus.

decre-

129

decreuisse ordinare eos in supernaturalem beatitudinem tanquam in finem. Secundam est, post visionem lapsus primi hominis in peccatum habuisse voluntatem dandi Christum vt Redemptorem omnium hominum nullo excepto. Et omitto illam vniuersalem propositionem, quæ habetur 1. ad Timotheum. 2. *Qui, scilicet Deus, vult omnes homines saluos fieri, &c.* quoniam varias habet expositiones à Sæctis traditas, & peculiariter ab Augustino, vt referunt Expositores D. Tho. 1. p. q. 19. art. 6. Ex quibus aliqua infirmant vim huius testimonij ad confirmandum hanc veritatem, quamuis si antecedentia, & consequentia expendantur illa sit magis consona contextui, quæ eis fauet.

1. Timot. 2.

Augustin.

130

In secundo autem sensu videtur negari ab aliquibus recentioribus, qui dicunt, vt vera sint illa duo, quæ diximus admitti ab omnibus vt certa secundum fidem de voluntate condendi homines in supernaturalem beatitudinem, vt in finem, & dandi Christum vt Redemptorem omnium, satis esse Deum in prima hominum conditione instituisse statum innocentia, prout includebat gratiam, & iustitiam originalem, quamuis non voluerit singulis hominibus secundum se gloriam, & media ad consequendum eam. Et proportionaliter in reparatione humani generis dedisse Christum, cuius meritum, & satisfactio esset sufficiens ad reparationem omnium, & Sacramenta, per quæ posset valor meritum Christi communicari omnibus, quamuis non voluerit communicari

singulis hominibus secundum se huiusmodi valorem, aut eius effectum.

Et vt explicent qua ratione sit hoc satis ad verificandum illa duo, quæ diximus admitti ab omnibus vt certa secundum fidem, dicunt in primis ex eis solum sequi Deum præparasse pro utroque statu media sufficientia, quibus omnes homines possent consequi salutem, quamuis non voluerit hæc media, aut eorum virtutem applicari singulis hominibus intrinsecè, & secundum se. Et deinde vtuntur hoc exemplo: Si Rex aliquis habeat voluntatem præparandi scholas, in quibus ab eruditis præceptoribus omnes homines sui Regni instituantur in omnibus scientijs, & re ipsa ita præparet eas, poterimus dicere eum voluisse omnes homines sui Regni fieri doctos, quamuis non voluerit singulos homines adire has scholas, aut singulis secundum se, & intrinsecè communicari hanc institutionem. Et similiter, si idem Rex pro redemptione omnium captiuorum velit mittere pretium sufficiens, & re ipsa mittat: aut pro salute omnium infirmorum sui Regni velit præparare Medicos peritissimos, & medicinas sufficientes, atque remedia efficacia, & re ipsa præparet, dicitur velle omnium captiuorum libertatem, & omnium infirmorum sanitatem, quamuis non velit applicari aut singulis captiuis pretium, aut singulis infirmis remedia: ergo similiter, quia Deus voluit in prima hominum conditione instituire statum, quo homines possent pro-

131

132

uenire

Deus voluit omnes adultos saluari, quomodo intelligatur.

133

uenire in beatitudinē, & in eorum reparatione dare Christum in Redemptorem omnium, dicitur voluisse condere omnes homines in beatitudinem, & omnes reparare ad eam, & dare eis media sufficientia ad eius consecutionem, quamuis non haberet volitionem dandi hæc omnia singulis hominibus secundum se, & intrinsecè.

Et demum in tertio sensu negatur apertius ab alijs, qui dicunt a se adimplendum quodcunque præceptum, saltem supernaturale, & ad resurgendum à quocunque peccato mortali, & consequenter ad cõsequendum per hæc media gloriam, requiri duo auxilia ex parte principij operatiui, quatenus per modum principij præsupponitur saltem ordine naturæ actuali adimplenti præcepti, & actuali resurrectioni à peccato, vnum ad posse adimplere, & resurgere, & alterum ad actu adimplendum, & resurgendum per actuale exercitium operationum supernaturalium, quæ ad hoc requiruntur, & Deum voluisse dare omnibus hominibus tantum primum horum auxiliorum, non verò secundum.

Sed mihi videtur hoc fundamentum etiam in secundo, & tertio sensu esse ad eò certum, vt non possit negari. Nam in primis in secundo habet certitudinem conclusionis Theologicæ. Ad quod probandum vtor hoc argumento: necesse est si Deus voluit dare Christum vt Redemptorem omnium hominum in particulari, & secundum se, quod etiam voluerit dare omnibus

Deus voluit dare auxilia sufficientia omnibus hominibus in particulari, etiam intrinsecè per modum principij.

hominibus in particulari, & secundum se gloriam, & media sufficientia ad consequendum eam: sed Deus voluit dare Christum vt Redemptorem omnium hominum in particulari, & secundum se: ergo etiam voluit dare omnibus hominibus in particulari, & secundum se gloriam, & media sufficientia ad eius consecutionem. Dixi autem, probari hoc argumento hoc fundamentum in secundo sensu, qui continetur in eius cõclusionione, habere certitudinem conclusionis Theologicæ, quia consequentia est euidens, & minor est de fide, & ab omnibus admittitur, & maior est euidens, quia impossibile est Deum voluisse dare Christum vt Redemptorem omnium hominum in particulari, & secundum se, & quod non voluerit omnibus hominibus eodem modo sumptis effectum huius redemptionis, & hic effectus est gloria, & media sufficientia ad consequendum eam.

Et confirmatur, quia Christus de facto obtulit pretium mortis suæ pro omnibus hominibus, iuxta illud 2. ad Corint. 5. Pro omnibus mortuum est Christus, & 1. ad Timoth. 2. Qui dedit semetipsum redemptionis pro omnibus: & 1. Ioã. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris nõ solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi: ergo huic oblationi respondit ex parte Dei acceptatio, atq; ad eò voluntas dandi omnibus hominibus secundum se id ad quod ordinabatur, scilicet gloriã & media requisita ad cõsequendum eam. Et ex hoc patet ex eplanõ esse ad propo-

135

136

2. Corint. 5
1. Timot. 2.
1. Ioann. 2.

situm,

137

situm, quia voluntas Regis, qui instituit Scholas, & misit pretium pro captiuis, & præparauit medicinas pro infirmis non extenditur ad effectus, ad quos hæc ordinantur, & id eò non est necesse, quod si voluerit hæc, voluerit etiam ipsos effectus, nisi mediatè.

Et vterius potest ex hoc desumi argumentum ad probandum etiam in tertio sensu habere id eò fundamentum certitudinem cõclusionis Theologicæ. Quoniam auxilia, quæ requiruntur ex parte principij, vt præsupponitur exercitium ad adimplendum quodcunque præceptum, & ad resurgendum in quacunque occasione à peccato, continentur intra media requisita ad consecutionem gloriæ.

Et confirmatur quantum attinet ad auxilium requisitum ad exercendum quemcunque actum necessarium ad adimplendum aliquod præceptum. Quia Concilium Tridentinum Sessione sexta, Decreto de iustificatione, capite 11. prohibet vti illa voce temeraria, & à Patribus sub anathemate damnata, *Dei præcepta homini iustificatione ad obseruandum esse impossibilia: & rationem reddit, Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis.* Ex qua ratione colligitur illam vocem etiam esse damnatam respectu non iustificationum, quia etiam respectu eorum Deus non iubet impossibilia.

Et ex hac doctrina potest confici hoc argumentum: asserere Deum obligare ad impossibile

Tridentini.
Deus dat auxilium requisitum per modum principij ad exercitium actus.

138

est damnatū: sed si in aliquo casu Deus obligaret ad exercendum aliquem actum, & non vellet dare auxilium requisitum ex parte principij ad exercendum eum actum, obligaret ad impossibile: ergo etiam est damnatum dicere Deum non velle dare huiusmodi auxilium. Hæc consequentia est euidens, & maior est certa secundum fidem, quoniam Concilium dicit illam vocem esse damnatam à Patribus: & minor vel est certa ex doctrina eiusdẽ Cõc. vel est euidens: ergo conclusio vt minimū habet certitudinẽ cõclusionis Theologicæ. Et minorem esse certam illis modis prob. & in primis de certitudine fundata in doctrina Cõci. quia eius rationis quã assignat illius prohibitionis, hic videtur esse sensus: Deus id eò non iubet impossibilia, quia vel iubet facere quod possis, scilicet proprijs viribus, vel cū iubet facere quod tuis viribus nõ possis, monet petere, scilicet vnde possis, aut vires quib⁹ possis, & adiuuat vt possis, hoc est, respõdet tuæ petitioni cõcedendo has vires: ergo iuxta rationẽ hæc si Deus nõ voluisset dare has vires, obligaret ad impossibile, quia impossibile est habere eas nisi Deo volente dare eas. Et deinde probatur id eò de certitudine fundata in euidentiã, quia sicut possibile per respectum ad aliquod principium actuum appellatur id, ad quod tale principium habet, aut potest habere vires sufficientes ad agendum, ita impossibile per respectum ad idem principium appellabitur id, ad quod ipsum principium neque habet, neque potest habere vires ita

139

Nota grane argumentum contra ponentes auxilia efficiacia.

140

suffi-

141

sufficientes: sed in casu, de quo loquimur, potentia, quæ est principium effectuum actus requisiti ad præcepti adimpletionem, neque habet, neque potest habere vires sufficientes ad exercitium talis actus, quia non est possibile poni volitione, quæ ad hoc requiritur ex parte Dei: ergo hoc exercitium dicitur impossibile respectu huiusmodi potentie. Et idem argumentum fieri potest de auxilio requisito ad resurgendum à peccato non solum respectu temporis, pro quo obligat præceptum poenitentiae, sed etiam pro quocunque tempore, quia in quocunque tempore est peccatori possibilis actus poenitentiae, quo resurgat à peccato, ut nunc suppono ex materia de poenitentia.

142

Falsa est distinctio auxilij in sufficientem ad posse, & sufficientem ad operari.

Et ex his potest impugnari distinctio illa auxilij sufficientis in sufficientem ad posse, & sufficientem ad operari, quia si auxilium non dat potentiae operatiuae vires sufficientes ad operandum: ergo cum Deus solum vult dare hoc auxilium ad adimplendum præceptum obligat ad impossibile, quia non obligat suo præcepto ad posse, sed ad operari, sicut non præcipit posse sed operari. Si verò dat huiusmodi vires, ergo non solum est sufficientem ad posse, sed etiam ad operari. Et meo iudicio in hac diuisione auxilij sufficientis committitur æquiocatio, quoniam auxilium actiuum, quale est illud, de quo loquimur, habet duos effectus, vnum in genere causæ formalis, qui est constituere subiectum suum in actu primo ad operandum, & alterum in genere causæ efficientis, qui est ipsa actualis operatio, & respectu

prioris effectus dicitur auxilium sufficientem ad dandum subiecto posse, ita ut subiectum non indigeat alia virtute actiuâ superaddita, ut sit sufficientem in actu primo per modum potentiae operatiuae, tamè respectu posterioris effectus dicitur auxiliū sufficientem ad operandum in quantum per modum virtutis actiuæ est sufficientem ad exercitium operationis, ita ut ad hoc non sit necessarium addi maiorem virtutem actiuam ex parte principij.

Est autem triplex discrimen in modo, quo hoc auxiliū est causa horum effectuum: primū, quia prioris est causa se solo informando, & actuando subiectum, posterioris verò est causa simul cum subiecto actuato, & constituto in actu primo per ipsum. Et ex hoc discrimine. prouenit secundum, scilicet quod prioris effectus est causa prius quā posterioris, quia prius est constituere subiectum in actu primo, quā simul cum ipso concurrere ad operationem. Tertium discriminem est, quia prioris effectus est causa inimpedibilis, quia per nullam potentiam fieri potest ut forma vnita subiecto separetur à suo primo effectu formali; posterioris verò est causa impedibilis ex defectu subiecti, quia potest homo pro sua libertate non elicere actum ad quem habet auxiliū sufficientem. Et ex hoc sequitur esse impossibile, quod aliquod auxiliū sit sufficientem per modum virtutis actiuæ ad priorem effectum, & non sit eodem modo sufficientem ad posteriorem, quia ex eo quod hoc modo sit sufficientem ad dandum subiecto posse, sequitur quod sit sufficientem ad dandum posse agere, quia virtus actiuâ non dat subiecto

143

144

posse

145

posse recipere, sed agere, & hoc est idem atque ipsum esse sufficientem per modum virtutis actiuæ ad agendum. Sicut ex eo, quod calor sit sufficientem per modum virtutis calefactiuæ ad dandum subiecto posse, sequitur quod sit sufficientem ad dandum posse calefacere, & hoc est idem atque ipsum calorem esse sufficientem per modum virtutis actiuæ, siue principij quo, ad calefaciendum. At verò in hac diuisione auxilij sufficientis non distinguuntur hi duo effectus in eodem auxilio, sed prior tribuitur vni, & posterior alteri; & consequenter conceditur aliquod auxilium esse sufficientem per modum formæ actiuæ ad dandum subiecto posse agere, & non esse eodem modo sufficientem ad effectum, ad quem huiusmodi posse ordinatur, scilicet ad agendum.

146

Respectu aliquorum hominum datur aliquod specialius genus prouidentie.

Secundò certum est, præter hoc genus prouidentiae, quod Deus habuit cum omnibus hominibus in ordine ad finem supernaturalem, dari aliud specialius, quod Deus habuit cum aliquibus hominibus in particulari, quibus ita voluit dare gloriam, & media ad eius consecutionem, ut non solum possent eam consequi, sed etiam de facto, & infallibiliter eam consequerentur. Hoc fundamentum non habet pro se argumentatam efficaciam sicut præcedens, & ideo communiter non reputatur tam certum.

Est sententia August.

Sed nihilominus probari potest satis efficaciter. Primò, quia est omnino certum in doctrina D. Augustini. Quod in primis colligo ex illis tribus sententijs, quas in ultimo argumento proposito

in fauorem primæ opinionis explicatæ primo modo dicebamus deduci ex ipso. Nam prima erat quandam vocatorem, quam ipse appellat altam, & secretam, & secundum propositum, quæ talis est, ut ex ea semper, & infallibiliter sequatur effectus: & aliam quæ appellat simpliciter vocationem, quæ talis est, ut quauis ex ea possint prouenire effectus, non tamè semper, & infallibiliter proueniant. Et huic sententiæ debet adiungi, ex doctrina eiusdem Augustini, discrimen inter has vocationes non consistere in entitate intrinseca, & physica, sed in subordinatione ad voluntatem Dei, à qua procedunt, ita ut non ideo ex prima semper, & infallibiliter proueniant effectus, & non ex secunda, quia prima in entitate physica, & intrinseca excedat secundam, sed quia prima procedit ex voluntate, qua Deus voluit prouenire ex ipsa infallibiliter effectum, propter quod ab Augustino appellatur, secundum propositum Dei. Et secunda procedit ex voluntate, qua Deus ita voluit prouenire ex ipsa effectum, ut possit impediri etiam de facto ex defectu arbitrij creati. Et hoc adiuncto manifestè sequitur ex illa Augustini sententia, Deum ita voluisse aliquibus hominibus gloriam, ut non solum possent eam consequi, sed etiam re ipsa infallibiliter eam consequerentur; & ideo voluisse ita vocare eos, ut infallibiliter re ipsa consentirent vocationi, & conuerterentur. Quod autem hoc adiunctum debeat concedi in doctrina Augustini, alibi est probandum.

147

Discrimen vocationis ex Aug. non est in entitate physica, sed in subordinatione ad voluntatem diuinam.

148

Secun-

149

Secunda sententia est, Deum non idè elegisse aliquos homines, quia erant sancti, aut ipse præsciebat futuros esse sanctos, sed quia ipse facturus erat eos sanctos. Ex qua sententia aperte colligitur hoc fundamentum, quia sensus huius rationis est, Deum re ipsa, & infallibiliter facturum esse eos sanctos, & hoc præsupponit voluntatem id faciendi.

Tertia sententia est ad respondendum huic quæstioni, cur quidam ita vocentur ut convertantur, & postquam conversi sunt in Deum non recedant ab eo, aut si recedunt convertantur iterum, & sic permaneant in gratia usque in finem vitæ; alij verò, vel non vocentur, ita ut convertantur vel si convertuntur labantur in peccatum, & non permaneant in gratia usque in finem vitæ, recurrendum esse ad mysterium electionis, & prædestinationis. Ex qua sententia etiam colligitur aperte hoc fundamentum. Quia si Deus non habuisset peculiarem modum providentiæ in ordine ad finem supernaturalem cum aliquibus hominibus, & non cum alijs, nulla esset ratio, propter quam ad respondendum huic quæstioni oporteret recurrere ad mysterium electionis, & prædestinationis, quia unus, & idem modus providentiæ esset communis omnibus hominibus quantum est ex parte Dei, & posset responderi idè posteriores non converti, aut non perseverare post conversionem, quia nolunt.

Secundò potest probari hoc fundamentum ratione desump-

ta ex doctrina Augustini tom. 7. lib. de correptione, & gratia cap. 11. & 12. Vbi quantum ad gratiam, quæ requiritur ad perseverandum in bono docet esse discrimen inter primum hominem ante lapsum, cum erat in statu innocentia, & se ipsum ac reliquos homines post lapsum in peccatum, & amissionem illius status: quoniam primo homini ante lapsum datum est adiutorium ad perseverandum, quo si vellet posset perseverare, & nunquam malus esse, & sine quo non posset etiam si vellet; non tamen quod fieret, ut vellet perseverare, & nunquam esse malus. At verò hominibus post lapsum, & amissionem illius status datur ad perseverandum adiutorium non solum quo possint perseverare si velint, & sine quo non possint etiam si velint, sed etiam quo efficiatur ut velint. Et rationem huius disparitatis reddit Augustinus in fine illius capitis 12. his verbis: *Fortissimo quippè, scilicet primo parenti, ante lapsum dimisit atque permisit Deus facere quod vellet: infirmis, scilicet hominibus, post illum lapsum, servavit ut ipso dominante invidiosissime, quod bonum est vellet. Quasi diceret, fuisse satis perfectè quantum postulat necessitas humanæ naturæ provifum hominibus si primo homini daretur auxilium, quo possit si vellet perseverare, quia cum hoc auxilio possent facillimè omnes homines in illo statu perseverare, quia nullam paterentur difficultatem internam ex concupiscentia ad benè operandum, & quamcunque externam possent facile superare: at verò post lap-*

151

Augusti.

152

150

sum

153

tum non fuisse, ita perfectè provifum hominibus, nisi etiam daretur eis auxilium, quo infallibiliter perseverarent: quia cum solo priori auxilio difficillimum esset aliquem hominem in hoc statu perseverare, propter repugnantiam ex parte concupiscentia, & magnam imbecillitatem ad resistendum ei. Et multis tentationibus externis, quæ passim occurrunt ex parte Dæmonis, & mundi.

August. Efficaciora auxilia dantur electis post lapsum quam dantur ante.

Et hanc rationem explicuit ipse Augustinus verbis expressis. Nam de primo homine parum post medium illius capitis. 12. Sic ait: *Ut ergo non acciperet hoc donum Dei, id est in bono perseverantia, primus homo, sed perseverare, vel non perseverare, in eius reliqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas, quæ sine ullo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex se ipsa concupiscentialiter resistebat, ut digne tanta bonitati, & benevolutati, perseverandi committeretur arbitrium. Et de hominibus post lapsum, sic ait paulo inferiorius. Nam si in tanta infirmitate vitæ huius ipsis relinqueretur voluntas sua, ut in adiutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent si vellet, nec Deus in eis operaretur, ut vellet, inter tot, & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet: & idè perseverare non possent: quia deficientes infirmitate, nec vellet, aut non ita vellet infirmitate voluntatis, ut possent. Subventum est, igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur: & idè quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur.*

154

155

Et ex hac doctrina Augustini, quæ est valde notanda, pro hac materia, possumus nos conficere hoc argumentum in confirmationem huius fundamenti ad perfectionem providentiæ, quæ Deus habuit, erga homines circa finem supernaturalem, non quidè ex parte ipsius actus divini, sed ex parte effectus pertinet, ut vel omnibus sit non solum possibile simpliciter, & in rigore, sed etiam facile consequi hunc finem, vel saltem aliqui deficiente eum consequantur. Sed si Deus cum hominibus post lapsum solum habuisset hoc genus providentiæ, ut statuisset dare eis tantum auxilia, quibus possent, si vellet eis cooperari consequi finem supernaturalem, difficillimum esset, & se moraliter impossibile, non solum respectu omnium, sed etiam respectu multorum consequi hunc finem, imò de facto nullus eum consequeretur: quia de facto nullus est consequutus eum cum illis medijs solis; ergo ad perfectionem divinæ providentiæ, in sensu explicato pertinet, ut præter illam providentiæ communem, quam, ut constat ex præcedentibus fundamento Deus habuit erga omnes homines habuerit aliam magis specialem, erga aliquos, quæ voluerit eos infallibiliter consequi hunc finem supernaturalem: & ex consequenti dare eis media, quibus infallibiliter eum consequantur. Maior patet, tum ex doctrina Augustini quia idè supponit providentiæ, quæ Deus habuit erga genus humanum præstatu innocentia in ordine ad finem supernaturalem fuisse perfectam ex parte effectus, & ipsorum hominum: quia propter vires voluntatis, & parvam, aut nullam difficultatem ad be-

156

R ne

157

ne operandum esset facillimum non solum aliquibus hominibus, sed etiam omnibus consequi finem supernaturalem, quamvis de facto nullus fuerit eum consequutus, & Deus præciserit, ita futurum. Tūc etiam, quia quamvis ille modus providentiæ etiam ex parte effectus esset sufficiens, ut satisfaceret divinæ bonitati, & sapientiæ, & ut singuli homines in particulari possent, etiam de facto, consequi illum finem, & ex consequenti, ut Deus posset iustissime adducere in iudicium eos homines, qui nolissent cooperari effectibus, & auxilijs illius. Tūc etiam: quia, ut dicatur esse prouisum alicui communitati ad cōsecutionem alicuius finis perfecte iuxta exigentiā ipsius communitatis pensanda est sufficientia mediōrum in ordine ad totā communitatem, vel magnā partem eius, & nō ad singulos homines eiusdem communitatis: quia potest contingere, quod media, quæ sunt simpliciter sufficientia respectu vniuscuiusq; hominis in particulari, nō sint ita sufficientia respectu totius communitatis, aut magnæ partis ipsius. Et minor probatur in primis autoritate Augustini, qui expresse eā cōcedit. Et præterea ratione ipsius: quia propter repugnātiā ex parte cōcupiscētiæ ad bene operādū, & imbecillitatē ad resistendū tentationibus, quā patitur natura humana post lapsum primi parentis esset moraliter fere impossibile, aut omnes homines, aut magnū eorū numerum cū solis effectibus, & auxilijs prouenientibus ab illa providentiā cōsequi finē supernaturale. Et nō obstat, quod esset sim-

158

pliciter possibile respectu singulorū hominū in particulari: quia multa sunt, quæ vnicuiq; indiuiduo sunt possibilia, aut cōtingentia, quæ respectu omnī indiuiduorū, aut totius cōmunitatis dicuntur impossibilia, aut necessaria. Et cōfirmatur hæc ratio: quoniam ex prædestinatione Christi videtur sequi, Deū habuisse hūc speciale modum providentiæ in ordine ad finē supernaturalem, cū aliquibus hominibus: quia Christus, ut homo, fuit prædestinatus etiā ut esset caput hominū in beatitudine, ut August. docet, tom. 7 lib. de prædest. sanctorum, c. 15. Et lib. de bono perseverantiæ, cap. vlt. Et colligitur ex illo, ad Rom. 8. *Quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Ergo hæc prædestinatio fuit Deo ratio nostro modo intelligendi ad volendum ordinare, ita aliquos homines in gloriā, ut infallibiliter cōsequerentur eam, & ex consequenti habendi erga eos prædictum modum providentiæ. Patet consequentia: quoniam alias non posset esse certū Christum futurum esse caput hominū in beatitudine, & habiturum in ea fratres, inter quos esset Rex, & primogenitus: ut constat ex ijs, quæ modo dicebamus de incertitudine consequendi gloriā. Tertio probatur hoc fundamentum: quia est valde consentaneum modo loquendi scripturæ, de electis: quia in scriptura, sæpe significatur esse aliquos electos ex particulari intentione Dei: & ita, ut ex vi huius electionis sit infallibile eos, consecuturos esse beatitudinem, ut Ioannis. 10

159

August.

Rom. 8.

160

Ioann. 10.

Oves

161

Oves meæ Voces meas audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. & non rapiet eas, quisquam de manu mea. Pater meus, quid dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Vbi cum nō possit dici Christū per oves suas intelligere eos homines, qui ratione fidei, aut præsentis iustitiæ pertinebant ad ipsum: quia multi ex fidelibus, & etiā ex iustificatis separantur ab ipso, & pereunt, dicendum erit intelligere eos, qui ratione peculiaris electionis erāt sui, quare de his concedendum erit esse infallibile ratione huius electionis permansuros esse oves Christi, & ex consequenti consecuturos esse gloriā. Et ca. 17. *Manifestavi nomē tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo, tui erāt, & mihi eos dedisti.* Et postea. *Non pro mundo rogo, sed pro ijs quos dedisti mihi qui sunt.* Et paucis interpositis: *Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.* Et statim *Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.* Vbi Christus per eos, quos pater ipsi dederat non intelligit omnes, qui fuerant ad ipsum conuersi, sed eos, qui peculiariter patris electione erant à patre separati è mundanorum hominū cōsortio, & dati Christo, ut sequerentur ipsum, ut constat ex illis verbis: *Tui erāt, & mihi eos dedisti.* In quibus Christus rationem, explicat, propter quam pater eos sibi dedisset, quasi diceret: quia tui erāt, non solū cōmuni titulo creationis, sed etiā peculiariter titulo electionis & prædestinationis: ideō eos mihi dedisti. Et de his

Ioan. 17.

162

ostendit statim Christus non frustra fuisse sibi à patre datos: quia ipse eos custodierat, ita ut nullus ex eis perisset. Et quāvis statim apponatur exceptio, nisi filius perditionis, & exceptio semper fiat ex genere, quo reliqui cōprehenduntur, atq; adeō videatur significari Iudā fuisse de numero eorū, quos Christus dixit fuisse sibi datos à Patre, & ex cōsequenti per hos datos nō intelligi electos, & prædestinatos: quia Iudas nō fuit prædestinatus, tamen hoc nō obstat: quia ut Iudas excipiat a numero eorum, quos Christus dicit sibi datos à Patre non est necesse eum fuisse, eodem modo datum, sed satis est pertinuisse ad collegium eorum, qui fuerant ita dati, scilicet Apostolorum. Tertio certum est, posito quocumq; modo providentiæ, erga homines in ordine ad finē supernaturalem, etiam hoc speciali explicato in fundamento præcedenti esse in hominibus libertatem respectu omnium actionum, quæ ex parte ipsorum requiruntur ad cōsequendum finem supernaturale ad quem per talem modum providentiæ diriguntur, non solum sumendo libertatem, ut opponitur coactioni, sed etiā ut opponitur determinationi ad vnum. Et ad huius fundamenti expositionem, & probationem suppono libertatem opponi necessitati: & ideō quot modis sumitur necessitas tot modis posse sumi libertatem. Necessitas autem Physica, quæ est modus physicus operationis, nō est aliud, quā operationē ipsam non posse nō esse. Et est duplex, vna quæ provenit omnino ab extrinseco, ut cum ex

163

164

Quacumque providentiā supposita erga homines manent liberi ad operādū, vel non operādū.

Libertas opponitur necessitati.

Duplex necessitas.

R 2

prin-

165

principio extrinseco prouenit operatione non posse non esse. Et hæc continet duos gradus, vnum quando hoc prouenit à principio extrinseco cōtra passi inclinationem, & appellatur necessitas violentiæ, aut coactionis: & aliū quādo prouenit ipso passo negatiue se habente, hoc est, neq; habente repugnantiam, neque inclinationem naturalem respectu talis operationis. Et potest appellari necessitas obediētæ. Altera necessitas est, quæ prouenit ab intrinseco, vt cum est in aliqua re principium operationis: ita determinatum ad eius exercitium, vt positus omnibus requisitis ad operationem, non possit talis operatio nō fieri, aut non esse. Et hæc etiā continet duos alios gradus, vnū quādo principium intrinsecum est determinatum ex natura sua, & sine vlla cognitione, sicut sunt determinata omnia agentia naturalia, quæ carent cognitione, & potest appellari necessitas determinationis mere naturalis. Et alium quando principium intrinsecum determinatur, & applicatur ad operandū media cognitione dereterminata, etiā ex natura sua ad exercitium operationis, siuē talis cognitio sit sensitua, siuē etiam intellectiua, & potest appellari necessitas determinationis spontaneæ, aut voluntariæ. Atque ita constat dari quatuor gradus necessitatis physicæ, quæ est modus operationis.

Quatuor gradus libertatis.

Et per horum exclusionem poterunt distingui alij quatuor gradus libertatis physicæ, quæ etiam sit modus operationis. Primus potest appellari libertas à coactione. Secundus libertas à

obediētia. Tertius libertas à determinatione omnino naturali. Quartus libertas à determinatione spontanea, aut voluntaria, siue potius libertas indifferentiæ, & indeterminationis ad vnum: quia excludit omnem determinationem tam eam, quæ prouenit à principio extrinseco, siue coactiue siuē sine coactione, quam eam, quæ prouenit à principio intrinseco, siuē mere naturaliter, siuē media cognitione.

Et de hoc vltimo gradu libertatis intelligitur fundamentum propositum: quia nomine coactionis comprehenduntur duo priores gradus necessitatis, & nomine dereterminationis ad vnum duo posteriores: & ita per libertatem, quæ opponitur his duobus modis necessitatis significatur libertas, quæ excludit omnes quatuor gradus necessitatis, atque adeo pertinet ad vltimum gradum libertatis.

Et in hoc sensu est adeo receptum hoc fundamentum, vt nullum repererim authorem, qui aperte illud neget præter Iacobū Naclātum, qui in enarratione primi capituli Epistolæ ad Ephesios in digressionem, cui titulus est: *Quod prædestinatio liberum in prædestinatis non tollit arbitrium*, ait eam facultatem, seu spontaneitatem liberum arbitrium constituit, quæ solam ab eo violentiam, & coactionem excludit. Et postea inquit, prædestinationem, non facere præiudicium libertati prædestinatorum: quia stimulis Spiritus sancti excitatis, & suauiter persuadentis, spontaneè obsequuntur, ac progrediuntur. Dico autem hunc solum authorem ne-

167

168

Naclantus.

gare

169

Cosmus Philiorchus

gare aperte hoc fundamentum: quia licet aliqui ex recentioribus, de quorum numero est Cosmus Philiaricus in libello de causa prædestinationis, & reprobationis, c. 16. videantur dicere sufficere ad libertatem contradictionis, & contrarietatis, quod voluntas nō coacta, sed spontaneè operetur, non tamen dicunt esse solum hoc modo liberam voluntatem prædestinati, sed etiam alijs modis, de quibus postea dicemus.

Libertas in differentia requiritur, de fide ad liberum arbitrium.

Belarini:

170

Sed proculdubio fundamentū hoc in sensu explicato videretur esse certum secundum fidē. Quod primo probatur: quia certum est secundum fidem libertatem requisitam ad liberum arbitriū esse libertatem indifferentiæ, & indeterminationis ex parte principij ad operandum, & non operandum, vt late probat Belarminus li. 3. de gratia, & libero arbitrio, cap. 5. Et etiam est certum secundum fidem per prædestinationē, non auferri à prædestinatis liberum arbitrium: quia testimonia scripturæ, & Cōciliorum ex quibus colligitur esse in hominibus liberum arbitrium indifferenter, intelliguntur de omnibus hominibus, siuē prædestinatis, siuē non prædestinatis. Dices cum Iacobo Naclanto loco citato, quod etiam insinuant aliqui ex recentioribus, sufficere ad saluandum hunc gradum libertatis in prædestinatis, quod habeant eum respectu earum operationum, quæ sine peccato possunt exerceri, & omitti, quamuis non habeant eum in operationibus, quæ ratione præcepti non possunt exerceri, & omitti, sine peccato mortali.

Quia vt iidem authores dicunt, indifferentia ad peccandum & non peccandum, non est perfectio libertatis, etiam quantum ad hunc gradum, qui consistit in indifferentia, & indeterminatione ad vtramque partem, sed potius est defectus, & imperfectio. Sicut patet in Deo, & in beatis, in quibus est perfectissima libertas, etiam quantum ad hunc gradum & tamen Deo repugnat ex natura sua, & beatis ratione status indifferentia ad peccandum, & nō peccandum.

Sed hæc solutio facile impugnari potest: quia ex testimonijs scripturæ, quibus probatur conuenire hominibus in hac vita hunc gradum libertatis, colligitur aperte conuenire eis, etiam respectu earum operationum, per quarum exercitium, aut omissionem committitur peccatum. Vt patet ex illo, Ecclesiastici decimo quinto. *Deus relinquit hominem in manu consilij sui, adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, apposuit tibi aquam & ignem: ad quodcumque volueris porrigere manum tuam: ante hominem vita & mors, bonum & malum, &cætera.* In quibus verbis aperte significatur datam esse homini libertatem ad seruandum, & violandum præcepta, & ex consequenti ad eligendum vitam & mortem, bonum, & malum. Et parum interest, an hæc verba intelligantur de homine ante, vel post lapsum in primum peccatum: quia si intelliguntur de eo ante lapsum, maiori ratione erunt intelligenda, etiam de ipso post lapsum: quia mansit magis

171

Indifferentia respectu peccati est intrinseca homini.

172

Eccles. 15.

R 3 infir-

173

infirmus, & non magis liber ab obligatione præceptorum.

Et non potest responderi, saltem prædestinatos, aut esse liberos ab obseruatione mandatorum aut carere intrinseca indifferentia ad seruandum, & violandum ipsa. Tum quia testimonia scripturæ intelliguntur de omnibus hominibus, tam non prædestinatis, quam etiam prædestinatis. Tum etiam, quia Conc. Trid. ses. 6. decreto de iustificatione, cap. 11. de omnibus hominibus quantumuis iustificatis, sub quo nomine comprehendit etiam prædestinatos, docet, & teneri obligatione præceptorum, & posse deserere Deum, ita ut deserantur ab ipso, quod ex parte ipsorum fit per peccatum mortale. Atque ita concludimus prædestinatos habere hanc libertatem indifferentiæ, & indeterminationis ad utramque partem, quo ad omnes actiones, siue ratione præcepti sint exercendæ, aut omittendæ, siue nullum sit præceptum de earum exercitio, aut omissione: & siue sint necessariæ ad consecutionem beatitudinis, siue non sint, ita necessariæ. Vtrum vero possit aliquo modo saluari sufficiens in prædestinati hæc libertas quo ad omnes actiones quauis ponamus fuisse à Deo determinatum, sine vlllo respectu ad eorum consensum, & antecedenter ad eius præscientiam, quod prædestinatus exerceat hic, & nunc hunc actum poenitentiae, ut resurgat à peccato, in quo est, & consequatur gloriam, ad quam est prædestinatus, vel quod non vincatur à tentatione, & incidat in aliquod peccatum mortale, propter quod mereatur excludi ab eadem gloria explicandum est postea.

Triden.

174

Secundo probatur hoc fundamentum, quia si per prædestinationem fieret, ut in hominibus prædestinatis non esset hic gradus libertatis, quo ad omnes actiones, etiam quo ad illas, quæ sunt necessariæ ad consequendum gloriam, maximè, quia per auxilia, quæ dantur ipsis prædestinatis ad exercendum has actiones determinaretur eorum voluntas ad alteram partem: ita ut non maneat indifferens ad exercendum, & non exercendum eas, nec possit stantibus talibus auxilijs pro sua libertate re ipsa, & de facto exercere, aut omittere tales actiones.

At hoc videtur esse contra fidem: quia videtur esse certum, secundum fidem nullum esse auxilium ex ijs, quæ tenent se ex parte voluntatis creatæ quatenus per modum principij præsupponitur suis actionibus, quod ita determinet voluntatem ad agendum, ut non relinquat ipsam intrinsece, & secundum se indifferentem, & indeterminatam physice ad agendum, & non agendum, ita ut pro sua libertate non obstante tali auxilio possit re ipsa agere, & non agere. Ad quod probandum nunc solum adducam testimonium Conc. Trid. in quo quo mihi videtur esse definitum, & referam eius verba, quæ ses. 6. decreto de iustificatione ca. 5. habentur & sunt hæc: *Ut qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratia libere assentiendo, & cooperando disponantur: ita ut agente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem ipsam recipiens, quippe qui*

175

Secundum fidem non datur auxilium, quod determinet intrinsece voluntatem in actu primo ad agendum.

176

Triden.

illam

177

illam, & abijcere potest, neque, tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate potest. Et verba, quæ Canone 4. habentur sunt huiusmodi: Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet neque posse dissentire, si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passivum se habere, anathema sit.

Et ut explicem, qua ratione, ex his verbis colligatur id, quod dixi, suppono duo. Primum est concilium nomine gratiæ excitatis & adiuuantis, & illuminationis & inspirationis: & motionis, & excitationis comprehendere omnem gratiam, quæ requiritur & sufficit ex parte, voluntatis quatenus per modum principij præsupponitur actuali operationi: ita ut voluntas cum hac gratia, & sine alia, quæ etiam teneat se ex parte ipsius, quatenus ita præsupponitur operationi possit re ipsa & de facto operari: tum quia in Concilijs, in quibus necessitas gratiæ diffinitur contra Pelagium soluit mentio illuminationis, & inspirationis internæ. Tum etiam quia Concilium expresse dicit hominem adiutum hac gratia posse re ipsa agere, imo & actu agere, & cooperari. Alterum est Concilium cum dicit hominem posse abijcere hanc gratiam, & posse ei dissentire, debere intelligi de gratia actu posita in homine, & de actuali repugnantia aut de potentia, quæ possit reduci ad actum in sensu composito, ita ut stent hæc duo simul, scilicet, hanc gratiam, siue inspirationem esse actu in homine positam, & ipsum ho-

178

minem actu dissentire. Quoniam Concilium in capite dicit hominem posse abijcere illam inspirationem. In quo supponitur inspirationem fuisse datam homini, & non libere acceptam per liberam cooperationem. Et in canone dicit, liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum posse dissentire Deo vocanti, & excitati. Vbi aperte coniungitur dissentium cum vocatione, & excitatione.

Et his duobus suppositis est manifestum colligi ex hac determinatione Concilij id, quod dicimus: quia si Concilium sub gratia, de qua loquitur comprehendit omne auxilium, quod requiritur ex parte voluntatis, quatenus per modum principij præsupponitur actuali operationi, & de eadem gratia docet posse postquam data est homini abijci ab ipso homine libere dissentiente ei, bene sequitur nullum esse auxilium ex ijs, quæ prædicto modo requiruntur ex parte voluntatis creatæ, cui ipsa voluntas non possit de facto repugnare. Loquor autem determinate de auxilio, quod requiritur ex parte voluntatis creatæ, quatenus præsupponitur per modum principij suæ operationi: quoniam ad libertatem indifferentiæ satis est, quod positus omnibus, quæ hoc modo requiruntur ex parte principij operatiui maneat ipsum principium indifferens ad utramque partem, & ita secluditur concursus actualis Dei in eadem operationem: quo posito non stat voluntatem non operari, sicut neque posita ipsa operatione.

Ad hoc testimonium responderet aliqui, intelligendum esse de potentia ad abijciendum illam gratiam, & ad dissentiendum ei in sensu diuiso,

non

179

180

181

non tamen de actuali dissensu, & repugnantia in sensu composito. Et addunt alij intentionem Concilij solū fuisse definire contra Hæreticos, hominē non se habere mere passivē in conversione in Deū, recipiendo eam ab ipso Deo, sed active concurrere ad eam cooperando divinæ gratiæ: & ad explicandum hūc concursum actuum dixisse illa, quæ retulimus de facultate ad dissentiendū. Et colligū hoc ex illis verbis capituli. *Neque homo ipse nihil omnino agat.* Et item ex illis Canonis: *Sed velut inanime quoddā,* &c. Et demum alij addunt requiri ex parte voluntatis etiam, ut per modum principij præsupponitur, suæ operationi duplicem gratiam, ex quibus vnam dicunt dare tantum posse: & alteram dare actu operari, & priorē tantum intelligi à Concilio nomine gratiæ excitantis, & adiuvantis, cui dicit hominē posse dissentire. Et colligunt requiri etiam posteriorem, ex parte voluntatis consideratæ, per modū principij præsuppositi ad operationem, ex illis verbis capituli: *Neque tamen, sine gratia Dei movere se ad iustitiam,* &c. Quia videtur esse intelligenda, de alia gratia distincta ab ea, de qua dictum fuerat posse abijci ab homine, & quæ etiam teneat se, ex parte voluntatis, consideratæ prædicto modo.

182

Sed hæc solutio facile impugnari potest, nam in primis id, quod dicitur de sensu diuiso, & composito impugnatum manet ex secunda suppositione facta ad explicationem verborum Concilij. Et id quod additur de intentione Concilij non sufficit, quia

Conciliū non solū vult definire hominē non se habere mere passivē, sed etiā cooperari libere, & ita ut possit dissentire. Quod primū probatur, quia utruque significat aperte eius verba. Et deinde, quia utruque negabatur eorū potestati à diuersis hæreticis, quos ibi vult dānare Conciliū, ut constat ex authoribus, qui contra eos scripserunt. Et demū quod additur de illa diuisione gratiæ ad posse, & ad operandū impugnatū est in probationibus secundæ fundamenti. Et proculdubio nō quadrat verbis Concilij. Nam quia ibi dicitur, Deo tangente cor hominis posse hominē ipsum agere recipiendo inspirationē divinā, & dissentire abijciendo eā, & hoc secū dū præstat homo suis viribus, ne possit existimari, etiam præstare primū eisdem viribus: id eō addita sunt illa verba. *Neque tamē, sine gratia Dei movere se ad iustitiam,* &c. Nō tamē, quia Conciliū velit docere esse ad hoc necessariā aliam gratiā ex parte voluntatis prædicto modo consideratæ præter illā, de qua dixerat, posse ab homine acceptari, per liberā cooperationem, & posse etiā abijci per dissensum. Et ita in canone, in quo continetur definitio circa hanc doctrinā, non apponuntur hæc verba, sed solum explicatur hæc indifferentia liberi arbitrij ad assentiendum Deo excitanti, & vocanti, & ad dissentiendum ei.

Quartò, certū est nō esse ex parte hominum aliquid quod sit causa meritoria, siue de condigno, siue de congruo, aut ratio, siue conditio, sine qua nō, respectu prædestinationis, quoad totum eius effectum.

Non datur causa, nec conditio ex parte hominis ad totū effectū prædestinationis.

Vbi

183

184

185

Vbi consulto vtor illa voce, aliquid, & non aliquod opus autē aliquis actus ut comprehendam tū actū positivum, quā negationē actus nō cuiuscūque, sed mali aut aliqua ratione contrarij, & repugnantis ordinationi in finē supernaturalē, quæ negatio propterea solet appellari non repugnantia. Et postea addo illa verba, quoad totū eius effectū, quia certum est in primis nō dari vllō modo causā prædestinationis supra pro actu Dei prædestinatis, quia cū huiusmodi actus sit ipsa substantia Dei nō potest habere causā, quare cū disputatur de causa prædestinationis, necessario debet intelligi de eius effectū.

Datur in nobis causa aliquorum effectuum prædestinationis.

186

Et ulterius etiā est certū, dari in nobis causam aliquorū effectūū prædestinationis: nā respectū gloriæ, & augmenti gratiæ datur causa meritoria de condigno, & respectu primæ iustificationis datur causa dispositiua, quā aliqui licet male appellat causā meritoria de congruo, & ideo cū negatur causa prædestinationis, quo ad eius effectū, debet intelligi de toto effectū prout cōprehendit vocationē quæ est primā, nō solū respectu totius vite, sed etiā respectu cuiuscūque conversionis à peccato in Deū. Et loquor de prima vocatione in cōmuni, & nō determinatē de illa, quæ ab Augustino, ut dixi in probationibus secundæ fundamenti, appellatur alta, & secreta, & secū dū propositū Dei, quoniam hoc genus vocationis nō admittitur ab omnibus in eo sensu, quo diximus poni ab Augustino: & nos contēdimus probare esse certū hoc tū dāmetū loquēdo de prædestinatione absolute, & abstrahendo à

varijs modis explicandi ipsam, & suos effectū. In hoc autē sensu excludimus à prædestinatione ex parte nostra quatuor modos causarū, scilicet, meritū de condigno, meritum de congruo, dispositionē, & conditionem sine qua nō.

Et in primis in cōmuni nō dari ex parte hominū aliquod genus causæ, quod nostro modo intelligendi fuerit Deo motiū, aut ratio eligēdi aliquos ad gloriā, videtur colligi ex nonnullis testimonijs Pauli, quæ iuxta literæ cōtextū aperte id significat. Quorū primū, & magis celebre est illud ad Rom. 9. *Cū enim modū nati fuisset, aut aliquid boni egisset aut mali, ut secundū electionē propositū Dei merneret, nō ex operibus, sed ex vocatōe dictū est,* &c. Vbi ut ostensum est in primo argumento factō in fauorē primæ sententiæ quāuis fiat sermo de prælatione fratris minoris, & populū ex eo orti super fratrem maiore, & populū ex eo natū, tamen simul describitur modus quē Deus seruat in electione hominū ad gloriā, quicquid Stapletonus velit in antedictis apostolicis in epistola ad Rom. super hæc verba, ut respondeat hæreticis, qui vtebatur eis ad probandū dari hominibus gloriā suas respectū ad eorū merita. Et ita intelligit hæc verba fere omnes sancti etiam illi qui videtur admittere dari ex parte hominū aliquā causam electionis ad gloriā. Et tamē ibi Paulus excludit omnē rationē causæ fundatam in humanis operibus, quia non solū dicit: *cū nō dū nati fuisset, aut aliquid boni egisset aut mali,* & ex cōsequenti ante eorū operā, sed etiā expresse excludit operā cum inquit, *nō ex operibus;*

187

Rom. 9.

188

Staplet.

S

imo

189

imo totam rationē reducit in beneplacitū eligētis dicēs. *Sed ex vocante, & explicās hanc rationē illis verbis: Ut secundū electionē &c.* Vbi particula, *ut*, vel importat rationem finalem, vel consecutionem vnius ex alio.

Et nō potest responderi id quod Chrysostomus insinuat, scilicet, Paulū excludere solū opera, *ut facta in tēpore, nō autem, ut præcognita à Deo ab æterno.* Quia Paul⁹ ibi vult docere totā rationē illius prælationis fuisse diuinū beneplacitū, & huic doctrinæ nō minus repugnat dari rationē vel causam ex parte operū, *ut præcognita sunt à Deo ab æterno, quā ut facta sunt ab hominibus in tēpore.*

Neque etiā potest responderi id quod alij dicūt, scilicet, his verbis solū probari excludi merita procedentia ex facultate naturali, nō autē, quæ procedūt ex gratia. Tū quia Paulus absolute excludit opera, & absolute reducit totā rationē in Dei beneplacitū, cū qua doctrina nō potest stare dari aliā quā rationē ex parte aliquorū operū humanorū. Tum etiā, quia hæc opera facta nō poterūt mereri illā gratiā à qua procedūt, quæ etiā est effectus prædestinationis.

Alia testimonia ex Paulo ad Ephesios 1. & 2. & secundæ ad Timotheū 1. & ad Titū, 3. & multa testimonia sanctorū pro hac veritate possunt videri apud Bellarminum, & Gregorium de Valentia locis citatis.

Deinde in particulari potest probari nō dari causam meritoriam de condigno ex testimonijs, quibus probatur gratiā iustificatē dari nobis gratis, id est, sine meritis salte de condigno, quoniā hæc gratia

est effectus prædestinationis. Et item ex illis, quibus probatur fidē esse radicē, & fundamentū humanæ salutis, quia ex hoc bene sequitur nō dari in nobis ante fidē vlla merita de condigno respectu gloriæ, & multo minus respectu electionis ad eā, & respectu ipsius fidei, & de hac fide etiā constat esse effectū prædestinationis. Et radē ex illis quibus probatur primā vocationē, & gratiā excitatē, & adiuvantē dari nobis sine meritis nostris.

Et tertio ad probandū: non dari causam dispositivā possunt adduci illa, quibus id probatur de prima vocatione, quæ neque quātū ad hoc quod est dari, neque quātū ad quātitatē, & modū habet proportionē cū aliquo opere nostro, sicut omnis forma habet eam cū dispositione quā requirit, vel ex natura rei, vel ex lege, sed sepe datur aliquibus dū actu versantur in peccatis, & sepe etiam datur in maiori gradu quā alijs, qui aut nihil mali faciunt, aut etiam exercent bona opera.

Et demum probatur, non dari conditionem, sine qua non, quia si illa non repugnantia sit actus, erit vel consensus, vel inritum ali quod conversionis in Deum, & sic erit effectus gratiæ, pro quo sunt aperta testimonia. Si vero sit solum negatio: actus erit sola natura humana quæ communis est omnibus hominibus, & sic nō erit conditio peculiariter conveniens aliquibus hominibus, potius quā alijs. Et de his omnibus videri possunt, quæ dici solent in materia de gratia.

His fundamentis suppositis, ut respondeam propositæ controversiæ subjiciam sequentes con-

191

192

193

clusiones sub Ecclesiæ celsura, nō tam vt propriā sententiam proferram, quam vt explicem quid mihi in re in vnaquaque ex ijs sententijs, quas retulivideatur difficile. Sit prima.

Prima conclusio.

Si prima sententia intelligatur priori modo, & ille actus divinæ voluntatis, de quo dicitur esse absolutā electionē ad gloriā per modū intentionis, & electionis simul sine vllō respectu ad cooperationem liberam eorum, qui eliguntur ponatur, vt necessario requisitus ad hoc, vt singuli homines in particulari possint de facto, & re ipsa, vel consequi gloriā, vel servare præcepta sicut requiritur ad consequendum eā, difficillime potest iuxta eam defendi veritas primi fundamenti.

Probat: quia hic actus divinæ voluntatis est necessario requisitus, vt verbi gratia, Petrus in particulari, qui non est de numero electorū, possit re ipsa consequi gloriā, & vt hic, & nunc possit re ipsa adimplere hoc præceptū sicut requiritur vt cōsequatur gloriā, & hunc actū decrevit Deus non habere erga eum antecederet ad omnem consensum vel dissensum liberū ipsius: ergo Petrus in particulari non habet nec potest habere aliquid, quod est necessario requisitū, vt possit de facto consequi gloriā, & vt possit adimplere hoc præceptum hic & nunc occurrens. Antecedens, quo ad vtramque partem patet ex suppositione illius sententiæ. Et peculiariter quo ad secundam partem probatur, quia pro eo in

Electio absoluta ad gloriam magnam habet difficultatē

194

telligēdi, quo Deus erga eos quos elegit habuit illum actum antecederet ad eorum liberum consensum vel dissensum habuit etiā simul eodem modo erga non electos negationem eiusdem actus, & cum huiusmodi negatio non fuerit respectu Dei involuntaria aut à casu sequitur, quod fuerit ab ipso expresse volita, & excōsequenti, quod Deus decrevit non habere eā erga hos homines, Et consequentia probatur: quia de facto Petrus non habet hūc actū ex parte Dei, quia vt supponimus non est de numero electorū. Neque etiā potest habere eum, quia nō potest facere aliquid quo posito eū habeat. Quod probatur in primis, quia Deus decrevit non habere hūc actum respectu non electorum antecederet ad omnem vsum liberi arbitrij ipsorum, & sine vllō respectu ad talem vsum: ergo quomodocumque Petrus non electus vtatur suo libero arbitrio nō habebit Deus hūc actū erga ipsum. Et deinde, quia si potest facere aliquid, quo posito De⁹ habeat huiusmodi actū erga ipsum, vel hoc erit ille idē actus ad quem dicitur esse necessario requisitus hunc actum Dei, scilicet consecutio gloriæ, aut observatio præcepti necessaria ad consecutionem gloriæ. Et hoc dici nō potest, quia involuit repugnantiam Petrū habere actū, ad quē est necessario requisitus act⁹ Dei, de quo loquimur, & Deū nō habere huiusmodi actū, nō cōsequenter tātū, aut cōcomitater, sed etiā antecederet rāquā causam eius, aut erit alius actus distinct⁹. Et de hoc inquiri potest an sit ordinis naturalis, quo dato sequeretur posse-

195

196

197

nos facere aliquē actū viribus natura nostræ, cū quo habeat certā cōnexionē electio nostra, vel potius sit ordinis supernaturalis, & ex hoc sequitur esse necessario requisitū ex parte diuinę volūtatis aliū actū similit̄ huic, de quo disputamus, quod nō est admittēdum, quia est contra id, quod supponitur, vt certū in hac disputatione, scilicet, Petrū nō esse de numero electorū, q̄a si De⁹ vult volūtate absoluta, & efficaci Petrū habere actū cū quo sua electio habet certā cōnexionē, bene sequitur Petrū habiturū esse hunc actū, atque adeo esse electū. Et sequela probatur, quia hic actus Petri est supernaturalis, & necessarius ad cōsecutionē glorię: ergo requiritur ad ipsum ex parte volūtatis diuinę actus, quo Deus velit ipsi gloriā per tale mediū, scilicet per hunc actum.

198

Et vt melius intelligatur vis huius difficultatis, nō loquamur de hominē nō electo, sed de eius voluntate quatenus per modū principij operatiui præsupponitur suis actibus qui necessarij sunt ad glorię cōsecutionē. Et inquiramus an hæc voluntas habeat in hoc casu omnia, quę ex parte ipsius ita cōsideratę requirunt ad cōsequēdū gloriā, & ad seruādū præceptū sicut ad id est necessariū, vel potius non habeat ea omnia. Si dicatur primū sequitur illū actū diuinę volūtatis nō esse necessariū requisitū, vt hæc volūtas in particulari possit ea facere quę requiruntur ad cōsequēdū gloriā. Si vero dicatur secundū sequitur intētū, scilicet esse difficile verificari primū fundamētū posita necessitate huius actus diuini ad hoc, vt volū-

tas creata possit ea facere, quę requirunt ad glorię cōsecutionē.

Si vero dicas voluntatē creatam posse facere aliquid, quo posito sequatur Deum habere illū actū, & hoc esse satis ad verificādū illud primū fundamētū redit difficultas proposita, qua inquirebatur, quid sit hoc, quod potest volūtas creata facere. Et huius etiā vis poterit amplius explicari, & cōfirmari ex discrimine, quod est inter cōcursum actualē Dei ad quā cūque operationē volūtatis Petri, & hūc actū diuinę voluntatis, de quo nūc loquimur, nā hic cōcursum actualis, nō requiritur vt cōstituens saltem extrinsece voluntatē creatā in ratione principij operatiui sufficiētis antecedenter ad suā operationē, sed vt influxus in ipsam operationē, ideo quamuis arbitriū creatū cū actu nō operatur, nō habebat actu hunc cōcursum, est verū, quod sicut tūc potest operari, ita etiā potest facere aliquid, quo posito habeat actu hūc Dei cōcursum, scilicet actu operari. At vero, quia hic actus diuinę volūtatis, de quo loquimur, ponitur, vt necessarius nō solū ad actualem operationē, sed etiā ad hoc vt volūtas Petri cōstituat in ratione principij operatiui sufficiētis antecedenter ad ipsā operationem, hoc est vt habeat omnia quę requiruntur, etiā extrinsece vt sit cōstituta in ratione talis principij, ideo hic actus diuinę volūtatis quātū ad hoc, quod est poni vel nō poni nō potest habere cōnexionē cū actuali operatione volūtatis Petri, quia debet poni ex parte principij antecedentis ipsam operationem.

Et cōfirmatur quia impotentia

ad

199

Ex parte hominis potest poni aliquid vt detur, et cōcursum actualis, non autem, vt detur ei auxiliam antecedens.

200

201

Defectus aliquis requisitus ex parte principij reddit impossibile exercitium.

Defectus cōcursum generalis, nō reddit opus impossibile simpliciter, sed secundum quilibet.

202

ad aliquā operationē, quę prouenit ex defectu principij operatiui, aut eorū, quę requiruntur ex parte talis principij vt præsupponitur operationi reddit simpliciter impossibile exercitiū talis operationis: impotētia vero quę prouenit ex defectu eorū, quę comitantur talē operationē, non reddit simpliciter impossibile eius exercitium, vt patet in ipso homine in quo impotentia, quę prouenit ex defectu virtutis operatiuę reddit simpliciter impossibile exercitiū operationis, cuius talis virtus est principiū, tamē impotentia, quę prouenit ex defectu influx⁹ actualis eiusdē virtutis in operationē, nō reddit simpliciter impossibile exercitiū ipsius operationis, & ita quod quis nō operetur cū prouenit ex defectu virtutis operatiuę dicitur simpliciter necessariū, cū vero solū prouenit ex defectu actualis influxus, aut cōcursum virtutis actiue, vt cū actu nō operatur, nō dicitur simpliciter necessariū, sed secundū quid, aut ex suppositione, ad eum modū quo omne, quod est quādo est dicitur necessario esse. Sed in nostro casu impossibilitas quā Petrus nō elect⁹ habet ad cōsequēdum salutē prouenit iuxta hanc sententiā ex defectu principij operatiui, aut alicuius requisitus ex parte principij operatiui, vt præsupponitur operationi: ergo reddit simpliciter impossibile Petro cōsecutionē glorię, & adimpletionē præceptorū, quę requiritur ad ipsam cōsecutionē. Quod aperte pugnat cū illo fundamēto, iuxta quod est cōcedendum vtramque, scilicet, cōsecutionem glorię, & adimpletionem præceptorum esse simpli-

citer possibilem ipsi Petro.

Secunda conclusio.

Si eadem prima sententia intelligatur secūdo modo, & ille actus qui nostro modo intelligendi habet rationē intentionis absolutę, & efficacia sine vllō respectu ad hominum liberam cooperationem, & includitur in electione hominum ad gloriā ponatur, vt necessarius ad hoc, vt singuli homines in particulari possint de facto, & re ipsa consequi gloriā, diffacillime etiam potest defendi veritas primi fundamenti.

Probatur eisdē argumentis, quibus præcedēs cōclusio est cōfirmata, quia etiā de hoc actu supponit esse necessarium, vt Petrus nō electus possit cōsequi re ipsa gloriā, & potest probari Petrum nec habere, nec posse habere hunc actū Dei erga se, quia etiā hic actus ponitur, vt necessario requisitus ex parte voluntatis Petri quatenus per modum principij præsupponitur actuali operationi.

Verū aduertendū, nō esse tā manifestū destrui veritatē illius fundamenti posita hac sententia sicut posita sentētia, de qua loquuntur sumus in præcedenti conclusione: quia ex necessitate huius intentionis ad hoc, vt homines possint de facto cōsequi beatitudinē solum sequitur immediatē, & expressē Petrū, qui nō est electus, nō habere, nec posse habere actū Dei erga se, qui per modū intentionis requirit, vt possit cōsequi beatitudinē, nō tamē simpliciter nō habere actū, qui ad id sufficiat, quia potest habere, & de facto habet erga se volitionē Dei dādi omnib⁹ hominib⁹ media sufficiētia ad cōsequē-

S 3

dum

203

204

205

du gloriā, & hæc volitio est suffi-
ciēs per modū electionis, quæ no-
stro modo intelligendi procedit
ex intētionē volendi gloriā Chri-
sti, & Dei. Sed nihilominus me-
diate, & virtualiter sequitur non
habere simpliciter, & omnino a-
ctū Dei erga se, qui sit sufficiens si-
ue per modū intētionis, siue per
modum electionis, vt possit de fa-
cto cōsequi gloriā, quia inuoluit
repugnātiā, esse necessario requi-
sitā illā intētionē, & sine ea Deū
habere volitionē per modū ele-
ctionis dādi alicui homini media
sufficiētiā vt possit cōsequi gloriā.
Cuius ratio est, quod electio pro-
cedit ex intētionē, & ex cōsequē-
ti vbi est necessario requisitus v-
nus, & determinatus modus intē-
tionis, nō potest eo secluso repe-
riri electio mediōrū in ordine ad
finē eiusdē intētionis. Et ita quā-
tū ego intelligo posito illo funda-
mēto euidēter sequitur illum mo-
dū intētionis dandi hominibus
gloriā non esse necessario requi-
sitū, vt singuli homines in particu-
lari possint consequi gloriā.

206

Tertia Conclusio.

Si prima sententia intelligatur
priori modo, & ille actus diuinæ
electionis, qui est absolutus sine
vilo respectu ad liberam coope-
rationem electorū, vt nostro mo-
do intelligendi habet rationē in-
tentionis, & electionis non ponatur
necessarius ad hoc, vt singuli
homines in particulari possint de
facto cōsequi beatitudinem, pos-
sunt iuxta eā defendi quatuor fun-
damenta superius explicata, ita vt
solū sit aliqua difficultas de tertio.

In hac conclusione duo asseri-
mus. Primum est iuxta illam sen-

*Difficile est
intelligere
electionem
absolutam
sine prae-
sione coope-
rationis.*

tentiam primo modo explicatā
posse defendi primū fundamētū
& secūdū & quartū. Et hoc nō in-
diget probatione: quia de primo
fundamento satis patet posse de-
fendi ex argumētis propositis in
confirmationē præcedētū con-
clusionū, quæ solū habēt vim, sup-
posito, quod dicamus hūc modū
electionis esse necessario requisi-
tū vt homines possint de facto cō-
sequi beatitudinē, vt ibidē est ex-
plicatū. Et de secundo etiā patet,
quia maxime cōuenit cū illa sen-
tētia, imo est eius fundamētū præ-
cipuū apud suos authores. Et tan-
dē de quarto, quia nulla ratione
videtur facilius illa cōueniētia, sci-
licet dari ex parte nostra meritū
de condigno aut de congruo, vel
dispositionē aut conditionem ne-
cessario requisitā respectu totius
effectus prædestinationis, quam
dicendo electionē fuisse absolutā
& efficacē sine vilo respectu ad
nostrū liberū consensum, in quo
omnes isti modi causalitatis fun-
dantur. Alterum est reperiri ali-
quam difficultatem in componē-
da illa sententia cum tertio funda-
mēto ita explicata. Et loquor cū
hac moderatione propter autho-
ritatē aliquorū Theologorū ex re-
cētioribus, qui vehemēter illi sen-
tentiæ adhærēt, & existimant fa-
cillime cōponi cū ea libertatē, de
qua in illo fundamēto loquimur.

Vt autē melius intelligatur sen-
sus huius partis, & eius probatio
aduertēdū est per media ad cōse-
quēdū gloriā, circa quæ versatur
act⁹ diuinus, qui nostro modo in-
telligendi habet rationem ele-
ctionis posse intelligi duo: quo-
rum primum comprehendit ea,
quæ sunt effectus liberi arbitrij

207

208

*Auxiliū ef-
ficax ante-
cedens diffi-
cile intelligi-
tur.*

creati

209

creati cuius modi sunt actus ne-
cessarij ad præceptorū adimple-
tionem, victoria tentationum, vi-
tatio cuiuscunque peccati morta-
lis, & deniq; quicquid ab electis
fit, quod sit mediū ad consequen-
dum beatitudinē. Secundum cō-
prehēdit ea auxilia, quæ Deus ele-
ctis cōfert, vt hæc omnia faciāt,
quæ appellauimus effectus sui li-
beri arbitrij. Et quamuis de vtro-
que soleat esse quæstio, nos in cō-
clusionē solum loquimur de hoc
secundo: quoniā ad vltimum po-
tuisse prædefiniri à Deo omnes
hos effectus, & actus liberi arbi-
trij creati, manente salua intrinse-
ca libertate, & indifferentia ipsius
arbitrij, vt postea explicabimus.
Erit ita nunc solum asserimus esse
difficile cōponere hanc indiffe-
rētiā arbitrij creati cum deter-
minatione volitionis diuinæ, quā
Deus vult dare electis auxilia,
quæ sine vilo respectu ad coope-
rationē sui arbitrij, & cōparata
ad ipsum arbitrium creatum qua-
tenus per modum principij præ-
supponitur suis actibus, sint ta-
lis naturæ, vt ex propria vi, &
efficacia inferat infallibiliter pro-
ductionē horum actuum, & effe-
ctuum eiusdem arbitrij creati.

210

211

*Nō manet
in differens
potētiā si au-
xilium præ-
ueniens de-
terminet ad
vnum.*

Ratio autem propter quā hoc
mihi videtur difficile est hæc
solumus in particulari verbi
gratia auxilium, quod ex illa ele-
ctione diuina datur Petro ad eli-
ciendū actum poenitentiz, & in-
quiro an hoc auxiliū respectu hu-
ius actus sit intrinsecē secundū
suā entitatem determinatum ad
alterā partē, scilicet, ad hoc, vt
talis actus producat, vel potius
sit intrinsecē indifferens ad vtrā-
que partē, scilicet, ad hoc vt pro-

ducatur, vel nō producat talis
actus. Hoc secundū dici non po-
test, quia repugnat sententiæ posi-
tæ, quoniā inuoluit repugnātiā,
quod virtus actiua secundū suam
intrinsecā entitatē sit indifferens
ad vtrāque partē respectu actus
producendi, & quod simul sit ta-
lis naturæ, vt ex propria vi infe-
rat infallibiliter productionē ta-
lis actus. Cuius ratio est manifestā,
quia virtus actiua quæ secundū
suam entitatē est indifferēs ad v-
trāque partē nō magis postulat se-
cundū eandem entitatem vnā
partem quam alteram: ergo non
infert infallibiliter, & determina-
te vnā earum. Si vero dicatur
primū sequitur, quod huiusmo-
di auxilium determinet formaliter
voluntatem, quatenus per mo-
dum principij præsupponitur a-
ctui poenitentiz ad eam partem,
ad quam ipsum est determina-
tum: & ex consequenti quod non
relinquat in voluntate quatenus
est principium huius actus intrin-
secam indifferentiam ad vtram-
que partem. Hæc secunda seque-
la patet, quia inuoluit repugnā-
tiā eandem, potētiā, quatenus
per modū principij præsuppo-
nitur alicui actui, esse simul intrin-
sece indifferentē ad vtrāque par-
tē, & determinatā ad alterā partē
respectu eiusdē actus: Dico autē
quatenus per modū principij præ-
supponitur alicui actui, quia non
est inconueniens esse secundū hæc
rationē indifferentē, & quatenus
actu exercet actū esse determina-
tā ad vnā partē per ipsū actū. Et
primā sequela probatur: quia eo
modo quo aliquid vt forma est ra-
tio agēdi cōstituit suū subiectū in
actu primo ad agēdū: sed hoc au-

211

212

*Inuoluit re-
pugnātiā
eandem po-
tētiā esse
simul intrin-
sece indiffe-
rentem, &
determina-
tam ad vnā
partem.*

xilium

213

xilium est tanquam forma ratio a-
gendi determinata ad unum: ergo
constituit suum subiectum, scilicet, vo-
luntatem in actu primo ad agen-
dum determinate ad unum.

Dices, quod quia actus activo-
rum sunt in patiente disposito, ut ca-
lor solis exiccat lutum, & liquefacit
ceram propter varias dispositiones
horum subiectorum, ideo hoc auxilium
quamvis secundum se sit determina-
tum ad alteram partem, tamen quia volun-
tas est indeterminata recipitur in ip-
sa secundum suam naturam, & ita non de-
terminat eam, sed relinquit indif-
ferentem ad utramque partem.

Sed hoc facile impugnari potest,
quia licet causa efficiens pro diver-
sitate subiectorum, & suarum disposi-
tionum distinctos effectus produ-
cat, tamen causa formalis semper
dat eundem effectum in quocumque sub-
iecto recipitur, & naturaliter,

non potest aliud fieri, imo neque
supernaturaliter quantum ad effectum
primarium formae. Ut in exemplo
proposito, calor qui est in sole co-
currit efficienter ad liquefactionem
cerae, & exiccationem lutum, at ve-
ro calor qui recipitur in his duo-
bus subiectis est causa formalis sui
effectus: & ideo calor qui est in so-
le propter diversitatem dispositio-
num horum subiectorum efficit in eis
distinctos effectus: tamen calor in
eis receptus eundem effectum forma-
le dat unicuique eorum, scilicet, es-
se calidum. Sed in nostro casu au-
xilium in genere causa formalis
constituit voluntatem in actu pri-
mo ad operandum: ergo si ip-
sum est determinatum ad unam
partem, non constituit in actu
primo determinate ad eandem
partem.

Confirmatur, quia effectus for-

Causa effi-
ciens pro di-
versitate
subiectorum
dat diversos
effectus for-
males causa
vero forma-
lis semper
dat eundem

214

malis primarius huius auxilij est
voluntatem esse potentem proxi-
me, & in actu primo ad elicien-
dum actum penitentiae: ergo si au-
xilium secundum suam entitatem
est determinatum ad unam partem
respectu huius actus, scilicet, ad
hoc, ut producat, etiam voluntas
est potens proxime, & in actu pri-
mo cum determinatione ad ean-
dem partem respectu eiusdem ac-
tus, & ex consequenti, non est
potens cum indifferentia ad utra-
que partem. Antecedens patet,
quia effectus formalis primarius
formae quae primario, & proxime
ordinatur ad operandum, est dare
subiecto esse potens proxime, &
in actu primo ad operandum, ut
constat, cum inductione facta in
omnibus potentijs, & formis hu-
ius generis, tum etiam, quia essentia
huius formae est esse potentiam
proximam ad operandum, & effe-
ctus formalis primarius alicuius
formae, praesertim accidentalis ex-
plicatur per eius essentiam sum-
ptam in concreto: sicut dicimus
effectum caloris esse subiectum es-
se calidum, & effectum albedinis, es-
se album, & sic de reliquis, quare
etiam dicimus effectum huius for-
mae, quae est potentia esse subie-
ctum esse potens proxime, &
in actu primo.

Dices ulterius, formam, quae est
operativa, aut potentia proxima
ad operandum habere duos effe-
ctus sicut supra diximus, unum
in genere causae formalis, qui est
subiectum esse potens proxime,
aut constitutum in actu primo pro-
ximo ad operandum, & alterum
in genere causae efficientis, qui
est operatio ipsa, & ideo for-
mam, quae quantum ad priorem

215

Quis sit effe-
ctus forma-
lis auxilij
efficacis.

216

Obiectio.

effe-

217

effectum est determinatam ad unum
posse esse indifferentem,
& indeterminatam quantum ad
posteriores, quia quantum ad
hunc effectum potest modifica-
ri iuxta naturam sui subiecti, &
quia non repugnat eandem for-
mam esse determinatam per mo-
dum actus primi, & indetermi-
natam quoad actum secundum,
quia huiusmodi determinatio,
& indeterminatio respiciunt di-
versa. Sicut habitus quicumque
virtutis, aut vitij quantum ad prio-
rem effectum, qui est constituere
suum subiectum in actu primo est
determinatus ad alteram partem,
& quantum ad eum nullam ha-
bet indifferentiam: at vero quan-
tum ad posteriorem, qui est actu
operari habet indifferentiam ad
utramque partem, iuxta natu-
ram sui subiecti, quod est volun-
tas, aut appetitus sensitivus, ut
subordinatus voluntati, & simi-
liter ipsa voluntas est determi-
nata per modum actus primi,
quia ita est actus primus appeti-
tivus, ut non sit actus cognosci-
tivus, & est indeterminata quoad
actum secundum. Quare eodem
modo dicemus, auxilium, de quo
loquimur, esse determinatum ad
unam partem, quoad priorem
effectum, quia ita constituit sub-
iectum in actu primo ad actum
secundum penitentiae, ut non con-
stituat in actu primo ad aliam ac-
tionem, tamen quoad posteriorem
effectum esse indifferens ad ut-
ramque partem, quia voluntas,
quae est eius subiectum, est eodem
modo indifferens.

Respon.

Sed haec solutio procedit ex
falso, quia supponitur in ea, nos
in argumento proposito proba-

218

219

re hoc auxilium determinatum
esse ad unam partem, respectu
operationis, ad quam concurrat
in genere causae efficientis, ex eo
quod est determinatum ad unum
respectu effectus formalis, quem
dat suo subiecto, qui non est al-
liud quam subiectum esse potens
proxime, & constitutum in actu
primo ad operandum. Cum ta-
men non ita argumentemur, sed
potius ex eo, quod hoc auxi-
lium sit per modum formae de-
terminatum ad unum respectu ope-
rationis, ad quam concurrat in ge-
nere causae efficientis, colligamus
etiam illud esse, quod tanquam
effectum dat suo subiecto, quod
est ipsum subiectum, esse potens,
& constitutum in actu primo ha-
bere eundem modum determi-
nationis respectu eiusdem ope-
rationis, quia cum huiusmodi ef-
fectus sit non aliquid distinctum ab
ipsa forma, ut unita subiecto,
non potest non habere eundem
modum determinationis respec-
tu operationis, quam habet ipsa
forma.

Et ut hoc rectius intelligatur
advertendum est determinatio-
nem ad unum, quae in aliqua po-
tentia operativa opponitur in-
differentiae siue libertati, & inde-
terminationem, in qua haec indif-
ferentia, & libertas consistit non
convenire tali potentiae per res-
pectum ad effectum, quem dat suo
subiecto in genere causae forma-
lis, sed per respectum ad effectum,
cuius est causa simul cum subie-
cto in genere causae efficientis.
Quod probatur, quoniam alias
sequeretur omnes formas, & po-
tentias activas esse determina-
tas ad unam partem determina-

220

Determina-
tio ad unum,
quae est in
potentia est in
ordine ad o-
pus.

T tione,

221

tionem, quæ opponitur libertati, quod est absurdum. Et probatur sequela, quia omnis huiusmodi forma est determinata ad vnum respectu sui effectus formalis, non solum quoad specificationem in quantum est determinata ad dandum effectum vnius speciei, ita ut non sit indifferens ad dandum effectus formales distinctarum specierum, sed etiam quoad exercitium, quia est determinata ad dandum in exercitio huiusmodi effectum, ita ut si uniat subiecto, non possit non dare eum.

222

Et ex hoc patet, quomodo tota hæc solutio possit impugnari, nam imprimis quævis operatio sit effectus formæ actiue in genere causæ efficientis, tamen subiectum esse potens, & constitutum in actu primo in ordine ad eandem operationem est eius effectus in genere causæ formalis, & ideo quod dicitur de modificatione concursus causæ efficientis ex diuersa dispositione subiecti, in quo suus effectus est recipiendus non rectè adducitur ad probandum etiam causalitatem formæ actiue, quatenus constituit suum subiectum in actu primo ordinato ad operationem modificari ex natura, vel dispositione ipsius subiecti. Et deinde quævis determinatio formæ actiue ad dandum suum effectum formalem, & indeterminatio eiusdem formæ ad productionem operationis, ad quam ordinatur, respiciant diuersa, & ex consequenti possint conuenire simul eidem formæ, tamen determinatio, & indeterminatio formæ actiue, & sui effectus formalis in ordine ad operationem non respiciunt di-

uersa, sed eandem operationem, & ideo non possunt conuenire simul eidem formæ, aut effectui formali.

Et exempla, quæ adducuntur non sufficiunt ad ostendendum oppositum, nam habitus virtutis, aut vitij, licet sit determinatus ad vnam partem respectu sui effectus formalis, non solum quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium, supposita vnione cum suo subiecto, ut explicamus, tamen non est ita determinatus respectu suæ operationis, nisi forte quoad specificationem si vnus habitus non potest esse principium actuum specie distinctorum, neque dat suo subiecto esse potens, aut constituit ipsum in actu primo cum determinatione respectu talis operationis, saltè quoad exercitium, quod satis est ut relinquat subiectum simpliciter indifferens, & indeterminatum, quia non potest subiectum determinari ad speciem actus, nisi medio exercitio. Et quævis hoc certum sit, tamen quia difficile est explicare quomodo habitus secundum se, & immediatè habeat intrinsecam indifferenciam, & indeterminacionem in ordine ad operationem, cum secundum se, & immediatè non importet vitalitatem, neque præsupponat indeterminacionem iudicij, quæ radix est, & fundamentum huiusmodi indeterminacionis in principio operatio, ideo illud exemplum videtur habere aliquam apparienciam ad explicandum, qua ratione forma determinata ad vnam partem respectu alicuius operationis relinquat suum subiectum indeterminatum respectu eiusdem operationis, tamen non est sufficiens, quæ explicari potest, qua ratio-

223

Habitus relinquunt potestatem libertati secus auxilium effectiue.

224

ne

225

ne habitus secundum se habeat indeterminacionem quamuis secundum se, & immediatè, neque importet vitalitatem, neque præsupponat cognitionem, habeat aliquem modum indifferenciam, & indeterminacionis intrinsecæ. Nam quoniam habitus non est principium principale operationis, etiam in ordine principiorum proximorum, sed solum est principium, ut complementum potentie, ideo ad eius indeterminacionem, non est necessarium, quod secundum se, & immediatè importet vitalitatem, aut præsupponat indifferenciam iudicij, sed satis est, quod vtrumque ei conueniat mediante potestati, quam complet. Vnde etiam prouenit ut indifferenciam, & indeterminacionem solum conueniat ei, ut complemento potentie libertatis, & indifferenciam ad vtramque partem, & consistat in hoc, quod non determinat ad vnam partem potentiam quam complet, sed potius determinatur ab ipsa, & quasi subditur eius libertati, quoad usum: & ideo apud omnes Philosophos, & Theologos recepta est illa maxima, *habitus virtutis cum voluntate.* Et potuit hoc amplius explicari ex discrimine inter lumen gloriæ respectu intellectus, & habitum virtutis respectu voluntatis: nam lumen gloriæ ita complet intellectum dando ei posse, quoad efficaciam, ut ex propria natura determinet ipsum ad videndum: at verò habitus virtutis ita complet voluntatem, ut ex propria natura habeat non determinare ipsam, sed subditur eius libertati quoad usum. Et quod dicimus de lumine gloriæ respectu intellectus dicendum est de habitu, quem Deus posset producere involuntate ad

In quo differunt lumen gloriæ, & habitus virtutis.

226

determinandum ipsam ad alteram partem in ordine ad suam operationem. In altero verò exemplo, scilicet in voluntate minor est difficultas, quia cum voluntas sit per se principium operationis, & non ut complementum alterius, melius intelligitur, quia ratione secundum se importet vitalitatem, & præsupponat indifferenciam iudicij, & ex consequenti habeat intrinsecam indifferenciam respectu operationis, & constituat suum subiectum in actu primo cum eadem indifferenciam. Et demum quidquid sit de eo, in quo consistit indeterminatio habitus in ordine ad operationem, inquiri potest, an sicut habitus subordinatur libertati voluntatis quoad usum, ita etiam hoc auxilium, de quo loquimur, subordinetur eidem libertati, vel potius subordinet, & subdat voluntatem sibi, determinando eam ad operandum. Si dicatur hoc secundum habemus intentum, scilicet non obstare libertatem voluntatis cum determinatione huius auxilij. Si verò dicatur primum, sequitur quod sicut quia habitus subditur libertati voluntatis quoad usum, non est infallibile posito habitu voluntate operari: ita etiam propter eandem rationem, scilicet, quia etiam hoc auxilium subditur eodem modo libertati voluntatis non sit infallibile posito hoc auxilio voluntatem consentire, aut exercere eum actum, ad quem ipsi datur hoc auxilium.

Sed adhuc restat alia solutio, quæ adhiberi solet huic argumento ad explicandum, quia ratione supposito quod hoc auxilium secundum se sit intrinsecè determinatum ad vnum, & non habeat,

227

228

Obiectio.

T 2

neque

229

neque illum modum indifferentiæ, quem diximus convenire habitibus virtutum, & vitiorum maneat in voluntate indifferentia intrinseca ad utramque partem respectu operationis, ad quam hoc auxilium ei datur. Ea vero est, ex vi determinationis huius auxilij solum sequi esse determinatam voluntatem ad unam partem ex suppositione, scilicet quod hoc auxilium in ea ponatur, quod non tollit à voluntate libertatem simpliciter: tum quia necessitas ex suppositione stat cum libertate simpliciter, ut patet ex illa propositione Aristotelis: Omne quod est quando est necessario est, quam omnes exponunt de necessitate ex suppositione, quæ non tollit contingentiam, neque libertatem simpliciter. Tum etiam, quia non tollit indifferentiam iudicij, quæ radix est libertatis involuntate, quia non obstante determinatione voluntatis proveniente ab illo auxilio proponitur per intellectum actus, ad quem datur illud auxilium cum eadem indifferentia, tam quoad exercitium, quam quoad specificationem, atque si non esset positum illud auxilium in voluntate.

Et quod sufficiat manere hanc indifferentiam iudicij, ut maneat libertas simpliciter in voluntate non obstante determinatione illius auxilij explicant autores, quibus hæc solutio placet, primo ex ipsa naturalitatis simpliciter, quia cum radix eius sit hæc indifferentia iudicij fatendum est, ipsam manere eodem modo ubi hæc iudicij indifferentia

manet eodem modo. Et deinde exemplis: nam cum voluntas creata se determinat ad operandum, siue id fiat formaliter per actualem operationem, siue per aliquid aliud ei præsuppositum, operatur necessario ex suppositione huius determinationis, & nihilominus cum libertate simpliciter, quia operatur præsupposita indifferentia iudicij: & similiter voluntas divina non est indifferens ad volendum, & non volendum creaturas, siue ad volendum unam creaturam potius quam aliam, quia ab æterno est determinata ad alteram partem respectu cuiuscumque creaturæ, & nihilominus habet libertatem simpliciter, circa quascumque creaturas quia ex parte intellectus præsupponit indifferentiam iudicij, circa volitionem cuiuscumque creaturæ in quantum nulla creatura proponitur per intellectum divinum, ut necessario volenda, quia neque proponitur ut bonum Dei, quod est ipse Deus, neque ut habes necessariam connexionem cum eo.

Verum neque hæc solutio mihi videtur sufficiens, quia continent tria, quæ sunt valde difficilia. Primum est, determinationem voluntatis provenientem ab hoc auxilio non tollere libertatem simpliciter. Contra quod sic argumentor: vel hæc determinatio convenit voluntati tantum quatenus actu operatur, vel quatenus per modum principij præsupponitur, saltem ordine naturæ ad suam operationem. Primum dici non potest, quia est contra id, quod præsupponitur ut certum in ea sententia, cuius difficultatem his argu-

231

232

Respon.

Repugnat idem principium esse intrinsecè determinatum ad unam operans, & esse indifferens respectu eiusdem.

233

mentis volumus ostendere, scilicet hoc auxilium determinatum ad unum dari voluntati quatenus per modum principij præsupponitur operationi. Si vero dicatur secundum, sequitur voluntatem per modum principij præsuppositi ad suam operationem non habere indifferentiam intrinsecam ad utramque partem respectu eiusdem operationis. Et ex hoc sequitur ulterius non habere libertatem simpliciter. Prima sequela patet, quia ut superius est ostensum inuoluit repugnantiam idem principium, quatenus præsupponitur suæ operationi esse intrinsecè indifferens ad utramque partem, & intrinsecè determinatum ad unam partem, respectu eiusdem operationis. Et secunda probatur, quia nos sumimus libertatem simpliciter pro indifferentia intrinseca ad utramque partem, quæ convenit principio operatiuo, quatenus præsupponitur suæ operationi. Et iuxta communem omnium Philosophorum, & Theologorum sententiam illud principium operatiuum dicitur liberum simpliciter, quod positis omnibus, quæ requiruntur ad actionem ex parte ipsius, quatenus est principium, habet tale dominium in suam actionem, & talem potestatem, ut possit agere, & non agere.

Cōfirmatur primò, quia quando ex suppositione sequitur necessario operatio alicuius principij operatiui, si non est in potestate ipsius principij, ut ea suppositio ponatur, vel non ponatur, necessario, & non liberè operatur tale principium: sed iuxta hæc solutionem ex suppositione, quæ voluntati detur hoc auxilium necessario sequitur

Quando non est in potestate operantis tollere, vel ponere principium, illud efficaciter determinans, necessario operatur.

voluntatis operatio, & non est in potestate ipsius voluntatis poni aut non poni hæc suppositio, scilicet, quæ detur sibi hoc auxilium: ergo voluntas in hoc casu necessario simpliciter, & non liberè operatur.

Confirmatur secundò, quia suppositio determinans principium operatiuum ad unam partem reddit simpliciter impossibilem alteram partem respectu eiusdem principij, atque adeò tollit à tali principio potentiam simpliciter ad utramque partem: sed hoc auxilium determinat voluntatem, quatenus est principium operatiuum ad unam partem, scilicet ad exercendum operationem: ergo reddit simpliciter impossibilem voluntati alteram partem, scilicet non exercere operationem, atque adeò tollit à voluntate potentiam simpliciter ad utramque partem.

Secundum, quod in hac solutione continetur difficile est sufficere indifferentiam iudicij, ut voluntas habeat libertatem, & indifferentiam simpliciter ad utramque partem. Et contra sic argumentor. Vel per indifferentiam iudicij intelligitur modus rei cognite, & propositæ voluntati per huiusmodi iudicium, scilicet esse bonum deficientem à ratione summi boni, à qua solum necessatur voluntas, aut modus ipsius iudicij, siue sit imperfectio, & imperfectio quædam ipsius iudicij similis illi, quæ reperitur in imperio imperfecto, & dubio, quo dominus præcipit seruo aliquid faciendum; siue sit inefficacia ad mouendum voluntatem, similis illi, quam habet imperium alicuius hominis ad mouendum alterum hominem non sibi subditum. Et

235

236

Suppositio determinans principium operatiuum, ad unam partem reddit simpliciter impossibilem alteram.

237

quamvis contra singula possent fieri obiectiones, tamen breuitatis causa eas omitemus, & circa vtrumque inquiremus ulterius, an propter illam indifferentiam iudicij maneat voluntas intrinsecè, & secundum se indifferens, & indeterminata circa re, quæ est obiectum ipsius iudicij, vel potius ea non obstante, sit intrinsecè determinata ad vnam partem circa talem rem. Si dicatur primum, sequitur voluntatem non esse determinatam per auxilium, quia vt saepe dictum est inuoluit repugnantiam esse simul determinatam intrinsecè, & indifferentem. Si dicatur secundum, sequitur voluntatem secundum se, & intrinsecè non esse liberam simpliciter. Probat sequela, quia libertas de qua loquimur consistit in indifferentia ad vtraque partem: ergo eo modo conuenit voluntati libertas, quo conuenit indifferentia, & ex consequenti si indifferentia solum conuenit voluntati in hoc casu extrinsecè, scilicet in iudicio, quod præsupponit, & non intrinsecè, & secundum se, etiam dicemus libertatem non conuenire ei secundum se, & intrinsecè, sed solum extrinsecè, scilicet in eodem iudicio.

Confirmatur primò, quia libertas sumitur duobus modis: primò sumitur formaliter, & sic consistit in pleno dominio, & potestate proxima ad operandum, & non operandum, etiam si adsint omnia, quæ ex parte principij operatiui prærequiruntur ad operandum, & ab omnibus constituitur in indifferentia intrinseca voluntatis ad vtramque partem, quatenus per modum prin-

cipij præsupponitur suis operationibus. Secundò sumitur radicaliter, & sic consistit in eo, quod est radix huius potestatis, & pleni dominij, & à D. Thoma constituitur in hac indifferentia iudicij: ergo si in nostro casu solum ponitur indifferentia in iudicio, & non ponitur indifferentia intrinseca in voluntate sequitur solum saluari libertatem radicalem, non verò formalem.

Confirmatur secundò, quia licet indifferentia iudicij requiratur ad libertatem simpliciter, ita vt nihil sit capax libertatis, nisi sit capax huius indifferentiæ in iudicando, neque actu operetur liberè, nisi operetur præsupposita hac indifferentia iudicij, non tamen sufficit, sed ulterius requiritur plenum dominium actionum, & indeterminatio potentia appetitiua ad agendum, & non agendum: ergo iuxta hanc sententiam non explicatur, quæ ratione maneat omnia, quæ requiruntur ad libertatem simpliciter.

Tertium, quod hæc solutio continet, difficile est determinari voluntatem à Deo in hoc casu ad vnam partem, & non determinari iudicium intellectus ad eandem partem. Et contra hoc etiã sic argumentor. Voluntas secundum suam naturam est apta moueri, & determinari media motione, & determinatione intellectus: ergo cum Deus de facto mouet, & determinat eam, id facit media hac motione, & determinatione intellectus, & ex consequenti non determinat ipsam, relinquendo in intellectu

239

240

Qui determinat voluntatem determinat iudicium intellectus.

indiffe-

Indifferentia iudicij solum dat libertatem radicalem, non formalem.

238

241

indifferentiam suam, quoad iudicium. Antecedens patet, quia voluntas secundum suam naturam non mouetur ad volendum aliquid, nisi media cognitione intellectus, & ita receptum est apud omnes non posse voluntatem velle aliquid, nisi præsupposita in intellectu eius cognitione: ergo similiter non mouetur determinatè ad volendum, nisi media cognitione determinata intellectus. Et consequentia probatur, quia Deus ita mouet, & determinat de facto voluntatè, sicut ipsa secundum suam naturam est apta moueri, & determinari.

Quarta conclusio

SI prima sententia intelligatur posteriori modo, & ille actus diuinæ electionis, qui est per modum intentionis absolutus, sine vilo respectu ad liberam cooperationem electorum non ponatur necessarius ad hoc, vt singuli homines possint de facto consequi beatitudinem, defenduntur optimè iuxta eam quatuor fundamenta superius explicata, & satisfit facilius quam iuxta alias sententias omnibus difficultatibus, quæ in eorū defensione solent occurrere.

Probat discurrendo per singula fundamenta. Et in primis de primo notum est defendi optimè, & facillimè iuxta hanc sententiam, quia iuxta eam actus, qui nostro modo intelligendi in diuina electione habet rationem intentionis, & est absolutus, sine vilo respectu ad liberam cooperationem arbitrij creati,

242

licet non sit communis, etiam quātū est ex parte Dei omnibus hominibus, sed ex peculiari misericordia, & gratia, qua Deus voluit prosequi certos quosdam homines, extendatur ad eos tantum, & non ad alios, tamen non ponitur vt necessarius ad hoc vt singuli homines in particulari possint de facto, & re ipsa consequi beatitudinem, & idè rectè stat cum assertionem huius actus in Deo respectu electorum Deum voluisse dare singulis hominibus gloriam, nisi ipsi suis peccatis se redderent indignos ea, & media, quæ re vera essent sufficientia ad consequendum hanc gloriam, quia per denegationem huius actus respectu non electorum non habendo erga singulos illum, non denegatur eis aliquid ex ijs, quæ ad hoc essent singulis simpliciter necessaria.

Et de secundo fundamento idem probatur, quia vt verum sit Deum ita voluisse dare aliquibus hominibus certis, & determinatis gloriam, & media ad consequendum eam, vt ex vi, & efficacia huius volitionis sit infallibile eos re ipsa esse consequuturos gloriam, satis est, Deum antecedenter ad vsum liberi arbitrij creati, & sine respectu ad eum habuisse actum absolutum per modum intentionis, quo voluerit dare his hominibus gloriam, quamvis non habuerit eodem modo actum absolutum habentem rationem electionis, circa media. Quod ex ipsa ratione volitionis diuinæ absolutæ videtur certum, quia omnis volitio diuina, quæ est absoluta non solum secundum se, sed etiam ex parte

243

244

sui

245

Intentio, & electio diuina efficax in quo differant.

tui obiecti habet ex propria vi, & efficacia esse infallibiliter adimplendam, vt D. Thomas ostendit i. part. quaest. 19. articul. 6. ad primum. Et hoc intelligitur non solum de volitione, quae habet modum electionis, sed etiam de ea, quae habet modum intentionis, quoniam haec duae volitiones quatuor ad hoc, quod est adimpleri solum differunt inter se in hoc, quod electio vt adimpleatur non postulat alium actum voluntatis, sed solum executionem, at vero intentio postulat alium actum, scilicet electionem: quia tamen ex vi sua adducit, & ponit eum, ideo ex vi propria habet infallibiliter adiunctam adimplentionem, & executionem: cum ergo volitio, quam per modum intentionis habuit Deus dandi his hominibus gloriam, iuxta sententiam hanc non importet respectum ad vltimum arbitrii creati, & ex consequenti sit omnino absoluta ex parte sui obiecti, & sine vlla conditione, habebit ex propria vi, & efficacia esse infallibiliter adimplendam. Atque proinde satis erit ponere intentionem hoc modo absolutam, quamuis non ponatur electio eodem modo absoluta, vt possit defendi esse infallibile ex vi, & efficacia diuinae volitionis electos esse consecuturos gloriam. Verum ea, quae dicimus de distinctione harum duarum volitionum in Deo, & de insufficientia intentionis sine electione ad executionem, intelligenda sunt, vt superius ad monui, per ordinem ad nostrum modum concipiendi.

Et si obijcias non defendi iuxta hanc sententiam omnia, quae

in illo fundamento continentur, quia in fundamento asseritur esse infallibile ex vi, & efficacia diuinae voluntatis electos non solum esse adepturos gloriam, sed etiam esse habituros media, quibus eam consequantur: & tamen iuxta hanc sententiam solum defenditur hoc de gloria, & non de medijs, cum separatur intentio, quae est de fine, ab electione, quae versatur circa media.

Respondetur, fundamentum esse intelligendum de medijs sumptis in communi, non in particulari, & determinate, & hoc modo etiam fuisse voluta media electis per intentionem, vt distinguitur ab electione, quia cum dicimus electionem habere media pro obiecto, circa quod versatur, debet intelligi de medijs sumptis in particulari, & determinate: si enim sumantur in communi, & indeterminate, etiam pertinent ad obiectum intentionis, quae sicut est volitio finis non absolute, sed vt potest obtineri per media, & in hoc distinguitur ab actu, qui est simplex volitio eiusdem finis, ita etiam non solum continet radicaliter electionem mediorum in particulari, sed etiam est formaliter volitio mediorum in communi, & indeterminate, per quae idem finis possit obtineri.

Et si vltius obijcias, quia Deus nunquam voluit voluntate absoluta adultis gloriam, nisi vt praemium obtinendum per propria merita: ergo neque habuit volitionem absolutam per modum intentionis dandi adultis gloriam, sine respectu ad haec merita, vel vt praesentia in eius

pra-

247

248

249

praesensione, vel saltem vt certo, & infallibiliter futura. Et vltimus: ergo non habuit Deus voluntatem per modum intentionis, quae fuerit absoluta, & efficax sine praesensione horum meritorum, aut saltem sine formali volitione ipsorum, vel mediorum, & auxiliorum, quorum virtute, & efficacia essent infallibiliter futura. Antecedens patet, quia sicut de facto, & in executione non dat Deus adultis gloriam, nisi vt praemium meritorum, & coronam iustitiae, ita etiam non habuit volitionem dandi eam, nisi sub hac ratione, quia obiectum, siue effectus sub eadem ratione terminat executionem, & intentionem, quae ad ipsam executionem praesupponitur. Et prima consequentia quoad priorem partem consequentis probatur, quia sicut se habet iustitia vindicativa ad demerita, propter quae facienda est poenitentia, ita se habet iustitia remuneratiua ad merita, propter quae dandum est praemium: sed ex iustitia vindicativa nunquam est volitum infligere poenam propter demerita, nisi vt praesentia, & non satis est cognosci vt futura infallibiliter: ergo similiter ex iustitia remuneratiua non est volitum reddere praemium propter merita, nisi vt praesentia, & non satis est cognosci vt futura infallibiliter. Et ex hoc patet quoad posteriorem partem, quia praemium dicitur ordinem ad merita, & ideo non potest esse volitum, vt certo dandum, nisi propter merita certo, & infallibiliter futura, aliter posset praemium in executione dari ex vi illius volitionis, cum nulla praesupponerentur merita, quia si

250

Sicut se habet iustitia vindicativa ad demerita, ita remuneratiua ad merita.

non erat infallibile futura esse merita posset euenire nulla esse. Et ex tota hac probatione prima consequentia manet probata secunda, quia merita non poterant esse praesentia in diuina praesensione sine ipsorum praesensione, nec seclusa praesensione poterant esse certo, & infallibiliter futura, nisi praesupposita illa volitione Dei absoluta, & efficaci.

Respondetur concedendo antecedens, & negando primam consequentiam, quoad priorem partem consequentis, & concedendo ipsam, quoad posteriorem partem eiusdem consequentis, & consequenter negando secundam consequentiam, quoad priorem partem sui consequentis, & distinguendo idem consequens, quoad posteriorem partem. Si enim sit eius sensus, volitionem absolutam per modum intentionis debere esse formalem volitionem meritorum in particulari, aut etiam auxiliorum in particulari, quorum efficacia essent ipsa merita infallibiliter futura, neganda est consequentia, quia vt intentio sit absoluta, & efficax per modum intentionis, non est necesse ipsam esse formalem volitionem mediorum, vt explicatum est in solutione precedentis obiectiois. Si tamen sensus sit, ipsam volitionem, quae habet modum intentionis, debere esse formalem volitionem mediorum in communi, & indeterminate, scilicet meritorum, & auxiliorum, ex quorum efficacia infallibiliter procedant, aut esse sufficientem ad ponendum formalem volitionem mediorum in particulari, & determinate, scilicet ta-

251

252

V lium

253

lium meritorum, & talium auxiliorum, quod est continere virtualiter, & radicaliter electionem mediorum in particulari, concedenda est consequentia, ut in eadem solutione explicui. Et ad probationem primæ consequentiæ quoad priorem partem sui consequentis respondetur distinguendo maiorem. Si enim intelligatur de convenientia in hoc, quod sicut iustitia vindicativa respicit demerita puniendā, ita remuneratiua respicit merita præmianda, concedenda est. Si verò intelligatur de convenientia in modo particulari respiciendi hæc duo, ita ut sicut iustitia vindicativa non solum quoad executionem, sed etiam quoad intentionem absolutam præsupponit demerita, ut præsentia, ita etiam iustitia remuneratiua quoad intentionem, & volitionem conferendi aliquid, ut præmiū præsupponat merita ut præsentia, neganda est: & ideo concessa minori, neganda est consequentiā. Et ratio discriminis est duplex: prima est quod demerita & peccata, quæ sunt materia punitionis, sicut non possunt esse volita à Deo, ita non possunt esse certò, & infallibiliter futura ex vi, & efficacia diuinæ volitionis, & ideo ut volitio absoluta, & efficax puniendi habeat certam, & infallibilem materiam necesse est præsupponi ad eam peccata, ut præsentia, at verò merita, quæ sunt materia iustitiæ remuneratiuæ possunt esse volita à Deo, & ex consequenti possunt esse certò, & infallibiliter futura ex vi, & efficacia diuinæ volitionis, & ideo ut volitio absoluta, & efficax conferendi

Ratio quare iustitia punitiua præsupponat etiā in intentione culpā remuneratiua, verò non præsupponat in intentione merita.

præmiū habeat certam, & infallibilem materiam non est necesse præsupponi ad eam merita, ut præsentia, quia in ipsa volitione conferendi præmiū potest includi in sensu explicato volitionis faciendi, ut apponantur media proportionata illi præmio. Altera ratio est, quod præmiū est bonum eius cui confertur, & ideo nulla ei fit iniuria, si sit ipsi voluntum voluntate absoluta propter merita, quæ non habet actu, sed est habiturus: at verò poena punitiua est malum eius, cui inferitur, & præsupponit culpam, & ideo quodam modo irrogatur ei iniuria, si sit ipsi volita voluntate absoluta propter peccata, quæ commissurus est. Et ex hoc patet solutio ad probationem secundæ consequentiæ quoad utramque partem sui consequentis.

Sed circa doctrinam hanc est difficultas: quoniam volitio, quæ habet modum intentionis non habet esse infallibiliter adimplendam in executione, nisi quatenus includit volitionem, quæ habet modum electionis absolutum, & efficacem, ut constat ex hac solutione: ergo antecedenter ad consensum arbitrii creati, & sine respectu ad eum ut præcognitum à Deo non habet esse infallibiliter adimplendam. Patet consequentia, quia volitio, quæ habet modum electionis non est absoluta, & efficax sine respectu ad hunc consensum ita præcognitum à Deo, quod supponimus ut certum in hac sententia, de qua agimus.

Confirmatur, quia ut adimpleatur volitio, quæ habet modum intentionis necessario requiritur consensus arbitrii creati: sed ante-

255

256

ceden-

257

cedenter ad præscientiam huius consensus non est infallibile ipsum esse futurum: ergo neque est infallibile adimplendam esse volitionem, quæ habet modum intentionis. Maior patet, quia ut diximus in solutione præcedentis objectionis, gloria, quæ est terminus illius intentionis, non datur adultis nisi ut præmiū suorum meritorum, & merita sunt operationes procedentes ex libero arbitrio creato, & ex gratia Dei. Et minor probatur, quia non potest esse certum, & infallibile futurum esse aliquem effectum antecedenter ad eius præsentiam, nisi quia determinatus est ad hoc, ut sit in tempore futuro, quia si non est magis determinatus ad hoc ut sit, quàm ad hoc ut non sit, sed est indeterminatus, & indifferens ad utrumque non potest esse magis certum esse futurum, quàm non esse futurum, cum omnis certitudo consistat in aliquo modo immutabilitatis, & firmitatis in vna parte, atque adeò in exclusione indeterminationis ad utramque partem. Et ulterius hic effectus, de quo loquimur, scilicet consensus liberi arbitrii non potest esse determinatus ad hoc ut sit, nisi aut in suis causis, aut secundum se: & priori modo non est determinatus, quia vna ex suis causis, quæ est proxima, & immediata, & à qua pendet intrinsecè, & per se, scilicet ipsum liberum arbitrium creatum, non est determinata ad vnam partem, sed indeterminata, & indifferens ad utramque partem, ut explicatum est in tertio fundamento. Neque etiam est determinatus posteriori modo: tum, quia inuoluit

258

repugnantiam effectum esse determinatum ad hoc ut sit, & causam, à qua dependet intrinsecè, & per se esse indifferentem ad hoc ut sit, vel non sit: tum etiam, quia effectus ut futurus non habet esse futurum nisi in suis causis, imò non est aliud effectum esse futurum, ut distinguitur à possibili non futuro, nisi habere causas præparatas ad eius productionem: ergo effectus, qui non habet causas determinatas ad hoc ut sit in tempore futuro non potest esse secundum se determinatus ad hoc, ut in eo tempore habeat esse.

Huic difficultati, quæ in hac materia est summa, duobus modis occurrere possumus. Et ad utriusque explicationem supponendum est primò, posse distinguere in Deo tres actus respectu huius effectus, qui est, v.g. Petrum electum consequi gloriam. Primus est intentio, quæ ut dixi est volitio dandi gloriam eidem Petro. Secundus est electio, qui est volitio dandi ei media in particulari, quibus consequatur gloriam. Tertius est executio, qui est actualis causalitas, & quasi factio, vel productio rei non solum horum mediorum, sed etiam effectuum, ad quos ordinatur, scilicet multiplicis consensus ex parte hominis, & exercitij diuersorum actuum, ad quos per hæc media mouetur, & consecutionis gloriæ. Et de hoc actu solent multa inquiri, scilicet an sit formaliter immanēs in Deo, atque adeò ipsa substantia Dei cum nouo respectu rationis, aut fundamentalis respectus, vel potius sit aliquid transiens in creaturam, in qua effectus est producendus, &

259

Implicat effectum esse determinatum ad hoc ut sit, & causam esse indifferentem.

260

Tres actus diuini distinguuntur respectu electionis ad gloriam.

261

an sit immediatè actus intellectus, aut voluntatis, vel alterius potentiae, quæ dicatur executiva & ab eis distinguatur secundum rationem, de quibus disputari solet apud Divum Thomam 1. p. quæst. 25.

Secundò supponendum est, hos actus dici infallibiliter adimplendos, quia quilibet eorum in suo ordine habet inferre infallibiliter executionem vltimorum effectuum, scilicet consensum humani arbitrij, & consecutionis gloriæ, non quidem, quia vnusquisque per se, & solus ad id sufficiat, sed quia sufficit in suo ordine, & inferendo quemcunq; alium ad id necessarium, quod vt superius admonui debet intelligi secundum nostrum modum concipiendi. Quare intentio dicitur infallibiliter adimplenda, quia infallibiliter infert electionem, & executionem: & similiter electio, quia infallibiliter infert executionem non tantum mediorum, & auxiliatorum gratiæ, sed etiam effectuum, ad quos hæc auxilia ordinantur.

Tertiò supponendum est, electionem inferre infallibiliter executionem horum effectuum, scilicet actuum nostrorum, & finalis perseverantiæ, & consecutionis gloriæ medijs auxilijs gratiæ, quæ per eam determinantur in particulari vnique electo, in quantum ipsa auxilia infallibiliter inferunt hæc executionem. Ex quo fit, vt infallibilitas electionis, & auxiliatorum, quantum ad suam adimplentionem, quæ est habere effectum, non benè explicetur ab ijs, qui dicunt eam consistere in hoc, quod est ipsam electionem, & ipsa auxilia non esse sine

Quare dicitur hi actus infallibiliter implendi.

262

Electio infert infallibiliter executionem.

nostra cooperatione, electionem quidem in æternitate, & auxilia in tempore, quoniam hoc modo non tribuitur electioni, aut auxilijs infallibilitas, quoad adimplentionem antecedenter ad executionem, & ex consequenti non maior tribuitur eis infallibilitas, quam presentialitatis, siue conjunctionis cum effectu, secundum quam omne quod est, ac similiter quod producit suum effectum, quando est, aut producit effectum necessario, atq; adeò infallibiliter est, aut producit talem effectum. Qui modus infallibilitatis etiam conuenit providentiæ humanæ, & medijs, quæ per eam ordinantur in aliquem finem, quia etiam hæc cum habet adiunctam actualem executionem attingunt infallibiliter effectum, quoniam executio non est aliud quàm ipsa productio effectus.

Quartò supponendum est posse duobus modis explicari, qua ratione electio antecedenter ad executionem, atq; adeò ad nostram cooperationem, vt presentem, siue in tempore, siue in æternitate inferat infallibiliter executionem per media, quæ per ipsam determinantur, & simul non sine respectu ad nostram cooperationem. Primus est, quem sequuntur Bellarminus locis citatis pro secundo modo exponendi primam sententiam, & Stapletonus loco citato pro secunda sententia, qui supponunt Deum tribus modis posse cognoscere consensum, vel actum nostri liberi arbitrij. Primò per scientiam simplicis intelligentiæ, vt possibilem. Secundò, per scientiam, quam appellant mediam, & futurorum conditionatorum, vt futurum infallibili-

263

264

Quomodo electio antecedenter ad executionem sit efficax.

ter,

265

ter, si tali vel tali modo res disponerentur, & talia vel talia auxilia gratiæ hominibus darentur. Tertiò per scientiam visionis, vt futurum in tempore non solùm infallibiliter, sed etiã absolutè, hoc est sine suppositione conditionata, & vt presentem, aut in æternitate, aut obiectivè in intellectu diuino.

Primus modus hoc explicandi.

Et hoc supposito dicunt, Deum illis hominibus, quibus intentione absoluta, & efficaci voluit dare gloriam preparasse per electionem, & statuisse conferre illa media, & auxilia gratiæ, quibus secundum scientiam cognouerit eos infallibiliter esse consensuros, & perseveraturos, & tandem consecuturos gloriam. Atq; ita defendunt electionem non fuisse absolutam, & efficacem, atque adeò nec infallibilem sine respectu ad nostram cooperationem cognitam vt futurum per scientiam prædictam, & cum eo respectu fuisse absolutam, & efficacem & infallibiliter adimplendam, quia nisi Deus cognouisset futuram esse nostram cooperationem per talia auxilia preparatio eorum, in qua consistit electio, non inferret infallibiliter executionem quoad effectum, ad quem ipsa auxilia ordinantur, atque adeò neq; esset infallibiliter adimplenda: & è contra posita hac cognitione infert infallibiliter executionem effectus ipsorum auxiliatorum, atq; adeò est infallibiliter adimplenda.

266

Cathari.

D. Thom.

Secundus modus hoc explicandi refert Cathar. lib. 1. de prædestinatione Dei, capite cui titulus est, quod cum certitudine effectuum prædestinationis saluamaneat libertas arbitrij. Et est desumptus ex D. Tho. de verit. q. 6. ar. 3

in corpore, cuius verba referam, vt melius intelligatur eius sententia. Ibi ergo postquam probauit certum, & infallibile esse prædestinatum esse consecuturum salutem, non solùm ratione prescientiæ, quæ Deus circa vnquamque rem ab æterno præcognouit infallibiliter quid futurum sit, sed etiam ratione ordinationis, & electionis inclusæ in prædestinatione, & vt explicet qua ratione hoc cohereat cum contingentia, & libertate arbitrij creati ad consequendum, & non consequendum salutem, sic ait: Quod hoc modo potest considerari: inuenimus enim ordinem cõpossibilem esse respectu alicuius dupliciter. Vno modo in quantum vnica causa singularis producit effectum suum ex ordine diuinae providentiæ. Alio modo quando ex cõcursu causarum multarum contingentium, & deficere possibilem peruenitur ad vnum effectum, quarum vnquamque Deus ordinat ad consecutionem effectus loco eius, quæ deficit, vel non altera deficiat. Sicut videmus quod omnia singularia vnus speciei sunt corruptibilia, & tamen per successionem vnus ad alterum potest in eis secundum numerum saluari perpetuitas speciei, diuina providentiã valiter gubernante, quod non omnia deficiant vno deficiente. Et hoc modo est in prædestinatione, liberum enim arbitrium deficere potest à salute, tamen in eo, quem Deus prædestinat, tot alia ad minicula preparat, quod vel non cadat, vel si cadat, quod resurgat: sicut exhortationes, & suffragia orationum, donum gratiæ, & alia huiusmodi, quibus Deus adminiculatur homini ad salutem. Ex quibus verbis D. Th. aperte colli-

267

Sententia D. Thom. circa infallibilitatem electionis diuinae.

268

X gatur

271

gitur posse duobus modis esse infallibilem euentum alicuius effectus, aut executione alicuius finis ex vi ordinationis mediorum ad ipsam. Primò, quando præparatur, & ordinatur vnicū tantum medium, quod ex sua natura est determinatum ad illum effectū, aut finem, & tantæ efficacæ, vt nullo modo possit ab extrinseco impediri. Secundò, quando præparantur, & ordinantur plura media, quæ sunt talis naturæ, vt vel nullum eorum in particulari sit secundum se determinatum ad talem effectum, aut finem, vel vnumquodq; possit ab extrinseco impediri, & tamen ex omnium collectione sequatur infallibiliter effectus, aut consecutio finis. Et hoc posteriori modo dicit D.

272

Tho. fuisse per electione præparata media, quibus electi infallibiliter cōsequatur salutē: & eodem modo posset dicere fuisse præparata media, respectu cuiuscunq; actus liberi, quæ Deus voluisset absolute prædefinire anteceder ad cooperationem liberi arbitrij creati. Et iuxta eum potest explicari id, quod dicitur in hac sententia, de qua agimus, scilicet electionem, vt distinguitur ab intentione non fuisse absolutam & efficacem, atque adeò neque infallibiliter adimplendam sine respectu ad nostram cooperationem, & cum hoc respectu fuisse absolutam, & infallibiliter adimplendam, quia neque Deus cognouit quot, & qualia auxilia essent multiplicanda, vt sequeretur infallibiliter effectus, nisi habito respectu modi operandi voluntatis creatæ, neque etiam voluit multiplicare hæc auxilia per ele-

ctionem sine respectu ad repugnantiam, & difficultatem eiusdem voluntatis.

His suppositis ad argumentū propositum responderetur, concedendo antecedens, si per includi electionem in intentione intelligatur includi virtualiter aut radicaliter, & inferri infallibiliter ex vi eius iuxta secundā suppositionem: & negādo conseq. Et ad probationem dicendū est, cum hoc quod actus qui habet modū electionis non sit absolutus, & efficax, sine respectu ad consensum liberi arbitrij posse stare ipsum ex propria vi, & antecedenter ad præuisionem huiusmodi consensus inferre eum infallibiliter altero ex duobus modis nūc explicatis, & hoc esse satis, vt intentio, quæ sine respectu ad hūc cōsensum infert infallibiliter hæc electionem dicatur absoluta, & efficax per modum intentionis sine eodem respectu.

Ad confirmationem, concessa maiori, neganda est minor, quia electio potest inferre infallibiliter executionem nostri consensus altero ex illis duobus modis, & ita ex vi huius electionis, & anteceder ad actū diuini intellectus, quo noster cōsensus cognoscatur, vel vt presens, vel vt absolute futurus est infallibile ipsū esse futurū. Et ad probationē cōcedendū est non posse esse certū & infallibile anteceder ad præscientiam futurum esse aliquem effectum, nisi talis effectus anteceder etiam ad eandē præscientiā sit aliquo modo determinatus ad hoc, vt sit in tempore futuro. Et vterius etiam est cōcedendū, hunc effectū, qui est

273

274

Consensus noster potest esse indeterminatus, & determinatus à Deo.

con-

273

consensus liberi arbitrij, nō esse eodem modo determinatū, nec secundum se, nec in causa proxima, quæ est liberum arbitrium creatum, tamen negandum est non esse aliquo modo determinatum, quia potest esse determinatus in causa prima, scilicet in voluntate Dei. Et non repugnat esse hoc modo determinatum, quamuis in causa proxima non sit determinatus, sed indeterminatus, & indifferens ad hoc vt sit, vel non sit, quia non obstante indeterminatione, & indifferentia voluntatis creatæ potest diuina voluntas altero ex duobus modis nūc explicatis, & forsari alijs nobis ignotis inferre infallibiliter executionem nostri consensus pro tempore ab ipsa determinato. Quare nō est necessarium ad hoc vt per voluntatem diuinam sit determinatum futurum esse in tali tempore aliquem actum voluntatis creatæ, etiam ipsam voluntatem creatam anteceder ad hunc actum esse determinatam ad vnam partem respectu eius: in quo multi decipiuntur. Et hæc est expressa sententia D. Thomæ loco citato: vbi post verba relata sic ait: *Si ergo consideremus salutem respectu causa proxima, scilicet liberi arbitrij non habet certitudinem, sed contingentiam, respectu autem causa prima, quæ est prædestinatio habet certitudinem.*

274

Ex his sequitur primò, qua ratione cum hac sententia ita explicata stet esse verum tertium fundamentum superius propositū, scilicet nō obstare quacunq; certitudine, & infallibilitate prouidentia, qua Deus de facto fuerit

vsus circa salutē electorum, manere in eorum voluntatibus intrinsecam indifferentiam, & indeterminationem ad vtramque partē. Quia vt nunc dicebamus voluntas diuina potest inferre infallibiliter executionem effectus à se intenti, & dependentis à voluntate creatæ, quamuis non determinet ipsam voluntatem creatam, quatenus per modum principij præsupponitur eidem effectui.

Secundò sequitur etiam qua ratione cū eadem sententia stet esse verum quartum fundamentum, scilicet non dari ex parte electorum aliquid, quod sit meritum de cōdigno, aut cōguentia, vel dispositio, aut conditio, sine qua non, respectu electionis cōsideratæ quoad totum suum effectū. Quia quamuis Deus nō cognouerit hoc auxiliū siue sumatur pro aliquo determinato, siue pro collectione multorum habiturū esse infallibiliter effectū, si detur homini sine respectu ad id quod facturus est homo, si tali auxilio præueniatur, & in tali tempore, & talibus circūstatijs, aut ad modū operandi voluntatis creatæ, & ad eius difficultatē superandā multiplicatione auxiliorum, atq; adeò neq; sine hoc respectu decreuerit dare huiusmodi auxiliū, tamē vt decreuerit dare ipsum alicui in particulari nō habuit pro motiuo nostro modo intelligēdi siue per modum meriti de cōdigno, siue per modū cōgruentia, aut dispositionis, siue per modū cōditionis sine qua nō aliquid ex parte ipsi, sed solum intentionē, qua voluit dare ei gloriā, ex hac enim intelligimus Deū processisse ad volēdū

275

276

dare

277

datē ei media, quibus infallibiliter consequatur gloriam.

Sed ad hanc rem aduertenda duo ad maiorem explicationem huius sententiae. Primum est, hos duos modos explicandi, qua ratione per haec auxilia sequatur infallibiliter executio ultimi effectus electionis, quoad consecutionem gloriae, & quoad actus, quos ex parte nostra requiruntur ad eam, continere magnam difficultatem. Quia contra primum potest obijci, non esse cognoscibile infallibiliter, quid futurum sit in rebus, quae pendent ex libera determinatione diuinae voluntatis ante huiusmodi determinationem. Et praeterea sequi esse deueniendum ad aliquod auxilium, cui voluntas humana non possit resistere, aut aliter non infallibile ipsam non esse repugnaturam. Et contra secundum potest etiam hoc idem obijci & insuper non posse assignari rationem unde proueniat esse infallibile determinationem esse voluntatem per illam electionem auxiliorum, quia nec ratio est efficacia ipsius collectionis respectu voluntatis creatae, nec determinatio antecedens diuinae voluntatis. Sed haec maiorem postulant disputationem.

278

Alterum est, posse obijci contra totam hanc sententiam, sequi ex ea posse aliquos ex non electis saluari tum medijs prouidentibus ex prouidentia generali explicata in primo fundamento, atque adeo quantum est ex parte Dei dari duas classes eorum, qui possunt saluari, imò & eorum qui de facto saluantur, quia videtur impossibile moraliter ex tanta multitudine hominum, qui non

sunt electi, & praeueniuntur auxilijs sufficientibus, ut re ipsa, & de facto consequantur salutem, nullum saluari. Et ad probandum potest adduci id, quod paulò superius dicebamus ex sententia D. Thom. de infallibilitate perpetuitatis speciei per diuersa indiuidua sibi succedentia.

Respondetur, esse ex Scriptura certum nullum ex non electis saluari de facto, non quia desit eis aliquid simpliciter necessarium, ut de facto saluentur, sed quia ipsi nolunt. Quod qua ratione sit intelligendum explicari solet in materia de gratia. Et non est mirum nullum ex tanta multitudine saluari, quia licet haec auxilia respectu singulorum sint simpliciter sufficientia; tamen moraliter loquendo, praesertim in hoc statu, non sunt adeo sufficientia, ut non sit valde difficile cum eis solis saluari. Et minus mirum debet hoc videri, quam cecidisse tantam multitudinem Angelorum, qui praesenti fuerunt maioribus auxilijs, & patiebantur minorem difficultatem: & quam cecidisse primum hominem, cui propter donum iustitiae originalis, & multa auxilia gratiae facillimum erat perseuerare in eo statu. Et ex his patet quid sit respondendum ad fundamenta aliarum sententiarum, & quid sit de ipsis sententijs sentiendum.

(?)

279

280



CAPVT SECVNDVM.

1



TPETRVS fideles, ad quos scribit, exhortetur ad permanendum in fide, & praecipis ab Apostolis acceptis, quod est eius intentum in hac Epistola, nunc admonet eos, futuros esse quosdam falsos Doctores, qui ipsos conabuntur a veritate doctrinae, & puritate vitae auertere, ut eos caueant. Ut autem hoc ab ipsis facilius assequatur, primum depingit horum falsorum Doctorum mores, & ingenia, ut ab omnibus cognoscantur. Deinde refert supplicia, quae tam eis, quam eorum Sectatoribus imminet: & varijs exemplis confirmat esse certò ventura: ut saltem horum suppliciorum timore omnes deterreantur ab eorum imitatione. Et hinc sumpta occasione iterum describit magis in particulari eorum vitia. Et postremo quibusdam similitudinibus, & prouerbijs ostendit non esse fidentium promissionibus eorum, quibus se iactant ostensuros esse suis sequacibus viam salutis: atque ita exorditur. Quemadmodum in populo Iudaico fuerunt Pseudoprophetae, qui non diuina vocatione, sed proprio affectu mu-

2

3

4

nus prophetandi sibi assumebant, atque adeo non quae Deo inspirante acceperant, sed quae ipsi sibi proprio ingenio cofinxe- rant, vaticinabantur. Sic apud vos erunt magistri medaces, qui non solum magisterij Evangelici auctoritatem sibi falso arrogantes, sed etiam falsam doctrinam confingentes inducent clā, & sub praetextu pietatis, & religionis, sectas & doctrinas afferentes perditionem & perniciem, & Christum Dominum suum, qui eos pretio sanguinis sui redemit abnegabunt, accersentes sibi suis factis celerem interitum a Deo vindice. Et in eorum interpretantes opiniones, & actiones consentient multi, quo fiet ut via recta & vera, & purus ac verus Christianismus deseratur, & insuper maledictis & opprobrijs afficiatur.

Et ut auaritiam suam expleat non sincerè doctrinam Evangelicam tractabunt, sed docebunt fictis, & compositis verbis, ut ex vobis plurimum lucri sibi comparent. Verum non id impunè ferent, nam quamuis videantur dum hinc viuunt, delitijs, gloria & diuitijs abundare, non diu multum hac foelicitate fruētur, quia damnatio ab eterno a Deo in eos definita non tardat; & certū

5

exitium eis impendet. Si enim Deus Angelis, qui peccauerant, qui multo nobilioris sunt naturæ, non pepercit, sed in Tartarum detruos cruciandos vinculis inferni tradidit seruandos in iudicium. Et rursus, si mundo, cum esset in prima origine, & vix è manibus ipsius Dei exisset, non pepercit, sed inducto in eum diluuiò omnes homines deleuit, excepto Noë, quem cum esset octauus iustitiæ præco, voluit cum vxore, & filiis suis esse incolumem. Et demum, si ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæorum, & tam florentem regionem sulphurea pluuia in cineres redegit, & penitus euertit, vt essent in exemplum ijs, qui postea similia flagitia essent perpetraturi. Et iustum Loth ab ijs, qui ob insolentem, & lasciuam conuersationem erant nefarij, oppressum, & defatigatum eripuit. Cùm enim esset oculis, & auribus purus, & castus, quotidie magis ac magis cruciabatur degens apud eos, quod necesse esset semper videre, & audire eorum opera, & verba lasciuia, quæ vehementer animo suo detestabatur. Si (inquam) Deus cum his omnibus ita se habuit, vtique certum debet esse Deum, quamuis aliquando ad tempus iniquos leniter ferat, vt ad poenitentiam reuocentur, & pios patiatur afflictionibus vexari ad virtutis exercitium: tamen id maximè curæ habere, vt & pios ab afflictionibus eripiat, & impios æternis supplicijs referuet puniendos in diem iudicij.

6

Et eos potissimum, qui carni in omnibus indulgentes, & obtemperantes in fœdis, & immundis concupiscentijs toto vitæ tempore versantur. Et cùm sint audaces, & propriæ sententiæ amatores contemnunt, & vilipendunt præditos publica, & legitima potestate; imò & nõ verètur peculiare sectas introducere, opprobrijs etiam, & contumelijs eisdem laceffentes; cùm tamen Angeli, qui robore, & potestate sunt longè præstantiores non sustineantur præ modestia aduersus se proferre maledicum, & contumeliosum iudicium. Hi verò tamquam animantia rationis expertia, nata in prædam, & exitium, ea quæ penitus ignorant contumeliosè damnant, suis deprauatis, & corruptis moribus perniciem sibi accersunt, reportantes dignam suæ iniustitiæ, & impiæ vitæ mercedem. Qui adeò deprauati sunt, vt summam voluptatis, & fœlicitatis constituent in præsentis vitæ delitiosa, & suauisura: & verius dici possunt ipsæ coinquinationes, & maculæ hoc vnum curantes, vt delitijs affluant, & in conuiuijs luxuriosè, & intemperatè versentur etiam apud vos: tantaque est ipsorum libido, vt per oculos se prodat, quos adeò habent lasciuos, & impudentes, vt non possint à peccato cohiberi, & non sat habeant, si ipsi perditè viuant, nisi & aliorum animos nondum in virtute confirmatos ad suam turpitudinem pelliceant. Et non solum turpitudini, & luxuriæ dediti sunt, sed etiam ingenium habent ad lu-

7

8

crum

9

crum fraudibus, & rapinis comparandum satis instructum. Execrandi, & detestandi, qui à re-cta, & aperta Euangelij doctrina deflectentes imitati sunt Balaam filium Bosor, qui mercede iniqua corruptus eò dementiæ & cecitatis præ avaritia progressus, vt dignum suæ vesaniæ reprehensorem habuerit: nam subiugale animal, quod loquendi facultate est expers, humana voce loquens coërcuit Prophetæ dementiam.

10

Hi sunt similes fontibus magno ornatu constructis, & carentibus aqua; & nebulis ventorum procella huc, atque illic impulsis: quos æternæ apud inferos tenebræ expectant. Nam quemadmodum fontes illi procul venientibus, & siti confectis lata promittunt, & cum propè inspicuntur fallit, & nihil præter sordes, & lutum præbent. Et sicut nebulæ promittunt terræ pluuiam, & tamen nullam, aut noxiã frugibus præstât: sic hi superba, & magnifica quædam mendacibus verbis profitentur se esse docturos, veram scilicet, & puram Euangelij doctrinam, & hac spe pelliciunt, & infescant eos, qui desiderio melioris frugis paululum se subdixerant à communi, & profano viuendi more, & eos qui adhuc in erroribus versantur, & tamen inuoluunt eos carnis libidinibus, & cupiditatibus. Et promittunt omnibus doctrinæ suæ cultoribus veram libertatem à vitijs, quam tamen præstare non possunt, cùm ipsi serui sint turpitudinis, quoniam à quo quis superatus est, & cuius arbitrio vi-

11

uit, sicut hi à libidine, & turpitudine superati sunt, huius iure seruus dicitur. Et non prodest eis effugisse aliquando huius mundi inquinamenta per cognitionem Christi, quam tradit Euangelium: quia si rursus superati cupiditatibus inuoluantur eisdem inquinamentis, & sordibus, in peiori statu erunt quàm fuerint antequam Christum agnoscerent: melius enim eis fuisset nunquam nouisse doctrinam Euangelicam, quæ docet veram iustitiam, & vitæ innocentiam, & puritatem, quàm post eam cognitam, & acceptatam deflectere ab ea puritate, quæ sancto mandato traditur, & declaratur: verissimè enim, & maximè in hos quadrat illud prouerbiū: *Canis reuersus ad suum vomitum*, & item illud: *Sus lota in volutabro luti*. Quia sicut hæc animalia cum ad eas sordes reuertuntur, à quibus semel purgata sunt, turpiora, & fœdiora videntur, sic hi homines cùm ad eas peccatorum sordes regrediuntur, à quibus fuerant emundati, sunt in deteriori, & miserabiliore statu, quàm fuerint ante quam emundarentur.

12

ANNOTATIONES AD LITERAM.

FVERUNT verò Pseudo-propheta, & reliqua vsque ad illud: & perditio eorum non dormitat. Hoc loco reddenda est ratio significationis, qua in paraphrasi accipiuntur aliqua ex his verbis. Et in pri-

13

mis pro *introducunt* exposuimus, inducent clam, & sub prae-textu pietatis, quia in Graeco habetur verbum *καπεριος εοοσιυ*, quod significat, clam, & sub specie aliqua, vt tegumento insinuare, & introducere: & ita ad Galatas 2. nostrer Interpres vertit: *Sed propter subintroductos falsos fratres*. Vbi pro *subintroductos* habetur nomen ab hoc verbo deductum, quod significat non quomocumque introductos, sed clanculum, & furtim, & ad insidiandum. Quare statim Paulus, eos appellat falsos fratres, quia sub specie fidei Discipulorum Christi insidiarentur Christianae libertati: & vt magis id explicet, subdit, *Qui subintroierunt explorare libertatem nostram*, nam explorare, vt ibidem aduertit Chrysostomus, est verbum bellicum, & dicitur de ijs, qui hostium castra clam ingrediuntur, vt cognitis eorum rebus facilem aditum sibi parent ad expugnandum eos. Et hoc optime conuenit haereticis, quorum notas aliquas hoc loco depingit Petrus: nam haereticorum mos est sua falsa dogmata non aperte, sed clam, & sub specie quadam Religionis, & pietatis introducere. Et deinde pro *sectas perditionis*, exposuimus, sectas perniciosas, hoc est afferentes perniciem, & perditionem, quia genitiuus nominis abstracti, quando adiungitur substantiuo, saepe sumitur pro concreto adiectiuo in terminatione, & casu respondente eidem substantiuo. Vt Ruth 3. *Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas*

Galat. 2.

14

Explorare nomen bellicum.

Ruth. 3.

urbis mea, mulierem te esse virtutum: hoc est, virtute praeditam. Et Psalmo. 20. *Frauenisti eum Domine in benedictionibus dulcedinis*, hoc est, benedictionibus dulcibus. Et Itaiæ. 26. *Vrbs fortitudinis nostra Sion*: hoc est, vrbs nostra fortis. Et quamuis iuxta phrasim hanc dicendum esset, sectas perditionis sumi pro sectas perditas, quo potius significatur ipsas sectas esse perditas, quam afferre alij perditionem, tamen cum pro *perditionis* possit poni *perniciet*, aut *exitij*, facile poterit dici per *sectas perditionis* intelligi sectas perniciosas, aut exitiales. Et vt magis explicemus vsum nominum abstractorum receptum in Scriptura potest addi, nomina abstracta poni pro concretis, quae interdum actiue, & interdum passiuè sint exponenda iuxta exigentiam sententiae orationis, siue huiusmodi concreta possint immediate assignari in vtraque terminatione, tam actiua, quam passiuua, siue in altera tantum: nam pro concreto actiue exponendo ponitur abstractum. I. ad Corinthios 1. *Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio*, hoc est, docens nos, & iustificans, sanctificans, & redimens: quamuis immediatum concretum sapientiae sit sapiens, & iustitiae, iustum, & haec duo concreta potius habeant significationem passiuam, quam actiuam, & pro concreto passiuè exponendo sumitur saepe in Psalmis: vt cum Deus dicitur spes nostra, patientia nostra, expectatio nos-

15

Psalm. 20.

Itai. 23.

16

Nomina abstracta in hac sententia ponuntur pro concretis.

1. Corin. 1.

tra

17

tra, hoc est, quem speramus, quem sustinemus, quem expectamus. Quamuis etiam immediata concreta horum abstractorum sint participia actiuae significationis, scilicet sperans, patiens, & expectans. Quare eodem modo dicemus, abstractum perditionis quamuis videatur habere pro concreto immediato perditum sumi pro concreto exponendo actiue, cuiusmodi est perditas, ita vt *sectas perditionis*, ponatur pro sectas perditas, hoc est, afferentes perditionem, & perniciem.

Et non obstat debere hoc loco fieri prius reductionem huius abstracti ad casum, & terminationem substantiuum, cui adiungitur, quae tamen in exemplis adductis non fit, quia cum concretum debeat necessario sumi aut actiue, aut passiuè, si abstractum ponitur pro concreto siue debeat fieri mutatio casus, siue non debeat fieri, necesse est dicere poni pro concreto, exponendo altero ex his duobus modis. Et praeterea possunt adduci exempla, in quibus abstracta posita in genitiuo sumuntur pro concretis adiectiuis alterius casus, scilicet eius quem postulant substantiua, quibus adiunguntur, & exponendis actiue, vt Psalmo 17. *Circumdederunt me dolores mortis, siue vt habetur in Hebraeo, Funes, aut laquei*. Vbi nomen abstractum mortis, quod est in genitiuo, ponitur pro adiectiuo in recto, vt concordet cum substantiuo, dolores, aut funes, & habente significationem actiuam, ita vt dolores, aut fu-

Psalm. 17.

Genitiuus substantiuum ponitur pro adiectiuo.

19

nes mortis ponatur pro mortiferi, hoc est, trahentes ad mortem. Et eodem sensu exponendum est, quod dicitur versu sequenti, dolores inferni, siue funes gehennae circumdederunt me, praecupauerunt me laquei mortis. Et eodem modo Diuus Paulus ad Romanos 7. de Lege veteri dixit: *Nunc autem soluti sumus à lege mortis*, hoc est, mortifera, scilicet occasionaliter, quia lex per occasionem adducebat mortem. Et capite 8. de gratia, & fomite inquit: *Lex enim spiritus vita in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis*, hoc est, lex spiritus viuificantis mihi data per Christum liberauit me à iure, & dominio concupiscentiae, quae quasi esset quaedam lex dominio, & potestate inducit ad peccatum, & mortem, ita vt quamquam sentiam in me motus concupiscentiae, ijs tamen non obediam. Et rursus de Lege veteri inquit, secunda ad Corinthios 3. *Quod si ministratio mortis: & paulo inferius: Nam si ministratio damnabilis*, hoc est, lex quae per occasionem adducebat mortem, & damnationem.

Roma. 7.

Et cap. 8.

20

2. Cor. 3.

Quomodo vero de ijs, qui sectas has erant introducturi dicit statim Petrus negaturos esse Christum, cum tamen si per eos intelligat haereticos, non videatur posse hoc dici, cum haeretici gloriantur se suscipere Christum, & eius doctrinam, & Euangelium: & multo minus si intelligat Doctores, qui retenta fide erant futuri causa,

21

vt fideles minus puritatem, & innocentiam Euangelicam amplecterentur, facile explicari potest, si dixerimus, sentum Diui Petri non esse eos reiecturos esse; & abominaturos Christum, sicut faciunt Iudæi, & alij infideles, qui nullo modo volunt eum confiteri, sed cum deberent in omnibus verbis, & factis parere Christo, sicut serui empti Domino, & emptori, non esse ita facturos: aut etiam hæreticos quamuis ore videantur confiteri Christum, tamen re vera eam negare, dum aut negant ea, quæ ad eius diuinitatem, vel humanitatem pertinent, aut eius legi, & doctrinæ contradicunt, aut contra eius Ecclesiam insurgunt: & demum non qualem eum veritas ostendit, sed qualem ipsi sibi fingunt, Christum prædicant, & suscipiunt.

22

Et vltimo est hoc loco aduertendum, Erasmus, vbi noster Interpres vertit: *Et multi sequentur eorum luxurias*, notare in communibus Græcis Codicibus, pro *Luxurias* haberi nomen ἀπολείαις, quod perditiones, & exitia significat, & ita est ab ipso interprete explicatum in illis verbis: *Introducent sectam perditionis*, vbi in Græco habetur idem nomen. Addit tamen ad interpretis defensionem ipsum legisse ἀσέλγειαις, vel ἀσωτείας, ex quibus prius nomen lasciuiam vehementem, & posterius luxum, & intemperantiam significat. Et in vtroque reprehendit eum Iacobus Stunica in suis Annotationibus contra eundem E-

rasmum in defensionem translationis noui Testamenti, vbi contendit Græca exemplaria, quæ emendata censentur, non habere primum illud nomen, quod diximus significare perditionem, neque ex alijs duobus alterutrum indifferenter, sed solum prius. Et adducit pro se tantum vnum Codicem Græcum, quem Rhodiensem appellat.

Verum immeritò propter hoc reprehendit hic Autor Erasmus: quia licet sicut ipse dicit habeatur non solum in Codice, quem citat, sed etiam in Complutensi, & Regio, tamen ferè in omnibus alijs Codicibus, inter quos referendi sunt omnes excusi à Roberto Stephano, qui ab omnibus censentur valdè correcti, imò & in scholijs Græcis habetur sicut Erasmus dicit. Et ita eum in hoc sequuntur Adamus Gagneus, Caietanus, & reliqui expositores recentiores.

Et potest cum hac lectione conciliari etiam noster interpretis, quoniam ipse rectè potuit ita vertere sequendo sensum, qui procul dubio est, futuros esse multos imitantes intemperantiam, & luxuriam horum falsorum Doctorum. Quæ etiam optimè Græcè appellatur nomine significante perditionem: tum, quia paulò superius significata est per sectas perditionis, hoc est, afferentes pernitiem: tum etiam, quia hac ratione magis possunt deterreri alij ab eorum imitatione, cum omnes naturaliter abhorreant ab eo quod sibi per-

23

Erasmus.

24

Gagnei.
Caieta.

nitiem

25

nitiem esse allaturum intelligunt.

Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, & reliqua vsque ad illud: Iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos.

HO C loco exponenda sunt aliqua, quæ magis videntur pertinere ad sensum. Et in primis aduertendum est, Petrum vti tribus exemplis: primo desumpto, ex punitione Angelorum, qui peccauerant; secundo ex diluuiò in totum mundum immisso, in principio suæ creationis; tertio ex destructione Sodomiticæ Regionis, vt ostendat hos falsos Doctores, de quibus loquitur, non esse euasuros pœnas commeritas. Solet autem hoc explicari duobus modis. Nam in primis aliqui dicunt, Petrum vti argumento desumpto ex collatione, quam vocant à maiori ad minus, hoc modo: Si Angelis peccantibus non pepercit, neque originali mundo, quem diluuiò submersit, neque ciuitatibus Pentapoleos, quas igne, & sulphure absumpsit, multo minus his illusoribus, & sectarum autoribus parceret.

Alij verò contendunt, Petrum non vti hoc genere collationis, aut alia argumentatione, quæ ex antecedenti supposito colligat intentam conclusionem, sed simplici quadam, & absoluta ostensione

26

27
veritatis facta his exemplis, ex quibus non sit vterius deducenda aliqua conclusio, sed perficiatur tota probatio; ita vt quia Petrus dixerat, hos falsos Doctores daturos esse pœnas diuino decreto in eos definitas, id non confirmet propositione horum exemplorum, quasi diceret, *Sicut etiam Deus Angelis peccantibus non pepercit, &c.* Et postea finita probatione, quæ tota consistat in his exemplis, proferat sententiam illam vtilem: nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare puniendos. Quæ neque sit noua probatio, neque pars præcedentis probationis, tanquam eius conclusio, sed habeat modum Epiphonematis, quo tanquam sententia quadam ornetur, & compleatur: nam epiphonema non ad probationem, sed ad ornatum solet adhiberi. Vnde à Quintiliano libro 8. capite 5. definitur, *Rei narrata, vel probata summa acclamatio*, vt apud Virgilium lib. 1. Aeneid.

Tanta molis erat Romanam condere gentem!

Et vterque modus exponendi orationem hanc refertur in scholijs Græcis, & eligitur posterior propter rationes, quas statim proponam. Sed mihi magis placet prior, tum quia est magis consentaneus verbis, quibus Petrus vtitur, nam in primis particula conditionalis, *si*, quæ apponitur primo exemplo, & est subintelligenda in reliquis, iuxta consuetudinem Scripturæ,

28


Epiphonema
quid sit

Quintil.

Virgil.

Y 4

qua



29

Oleaster.

Gagneius.
Caieta.
Erasmus.
Higin.Pap.

30

qua solet particula, siue affirmans, siue negans, siue conditionalis, apposita principio alicuius orationis, aut sententiae, subintelligi in diuersis partibus eius, vt multis exemplis confirmat Oleaster in principio commentariorum in Pentateucum Canon. 10. denotat totam hanc orationem esse suspensam, & aliquid esse ulterius ex ea inferendum. Et deinde illa verba: *Magis autem eos, qui post carnem, &c.* hoc aperte indicant, quoniam exprimunt comparationem quandam. Tum etiam, quia ferè omnes Expositores Diui Thomae, & expressè Adamus Gagneius, Caietanus, & Erasmus ita exponunt hæc verba. Et demum, quia Higinus Papa Epistola secunda, quæ est ad Athenienses in hoc sensu adducit hoc testimonium, & expressè apponit alteram partem comparationis: nam referens ipsum ab illis verbis: *Si enim Deus Angelis peccantibus, &c.* post illud: *Ciuitates Sodomorum & Gomorrhaorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens, inquit: Quid putatis iniquis, & impijs perseverantibus in nequitia eorum erit? & statim subiungit, Iustum verò Loth oppressum, &c.*

Et si obijcias cum Scholijs Græcis, deesse in textu posterius membrum huius comparationis: scilicet multo minus parceret his impostoribus, atque adeò orationem hanc sic expositam continere sententiam imperfectam, & suspensam. Respondetur in primis, posse subin-

telligi, sicut sæpè in Scriptura multà debent subintelligi, quæ ad perfectionem sententiæ sunt necessaria, vt obseruauit Oleaster loco citato, can. 8.

Et si quæras, vbi sit illud membrum subintelligendum? Respondetur, in fine omnium exemplorum, post illa verba: *Qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant*, quia omnia illa exempla præsupponuntur loco antecedentis ad inferendum hoc posterius membrum comparationis tanquam conclusionem: quamuis Higinus statim post exempla punitionis impiorum, & ante exempla liberationis piorum illud membrum subintellexerit, vt constat ex testimonio relato: & forsitan ita id fecit, quia suo proposito, quod erat ostendere puniendos esse malos, sufficiebant priora exempla. Petrus verò omnia coniunxit, tum propter veritatem historiæ, tum etiã, quia ex coniunctione punitionis malorum, & liberationis bonorum apertius ostenditur, Deum tunc impios non casu, sed propter eorum scelera puniuisse.

Et non obstat, esse concedendum Petrum interposuisse ea, quæ pertinent ad liberationem bonorum, antequam sit subintelligendum alterum comparationis membrum, ex quo tota oratio magis suspensa, & difficilis redditur; quoniam frequentissimum est, Scripturam vti hyperbatis, quibus ordo orationis immutatur, & ea, quæ essent in priori loco ponenda, constituuntur in poste-

31

Oleaster.

32

riori,

33

Martinez.

Adamus.

34

Lyran.

riori, vt multis exemplis ostendit Martinez libro primo Hypotyp. capite 1. Et deinde etiam potest responderi, non esse subintelligendum posterius membrum huius comparationis, sed fuisse expresse positum ab Apostolo illis verbis: *Novit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò, &c.* vt Adamus, & Gagneius exponunt, & nos insinuauimus in explicatione literæ. Et quamuis hæc verba generalem contineant sententiam intelligendam de prouidentia, qua Deus erga omnes homines utitur, dum neque pios deserit in afflictionibus, neque impios sinit impunes abire, tamen ab hac generali sententia descendit Apostolus ad suum particulare institutum, quod est ostendere puniendos esse eos falsos Doctores, de quibus agit: & idcò inquit: *Magis autem eos, qui post carnem, &c.* quasi diceret: cum certum sit Deum impios in diem iudicij reseruare cruciandos, id maximè certum esse debet de ijs impijs, *Qui post carnem, &c.* Vbi particula, *Magis*, non habet vim comparatiui, sed superlatiui, & ita in Græco habetur *μάλιστα*. Et vt totum hoc argumentum ex hac collatione desumptum habeat vim non oportet explicare qua ratione peccata horum falsorum Doctorum sint grauiora, quàm peccata Angelorum, & reliquorum, de quibus in exemplis fit mentio, in quo frustra laborauit Lyranus, quia non fit comparatio quoad grauitatem peccatorum, sed

quoad alias conditiones eorum qui peccauerant, rati ne quorum facilius poterat credi eos non esse ita puniendos à Deo, cuiusmodi sunt in Angelis præstantia naturæ, & in originali mundo fuisse tunc à Deo conditum, & in ciuitatibus illis earum numerus, atque adeò incolarum multitudo, & ipsius regionis fertilitas, & opulentia.

Deinde vt de significationibus vocabulorum aliquid dicamus aduertendum est illud, *De die in diem*, phrasi Hebraica poni pro quotidie, aut singulis diebus, vt 1. Paralipomen. 16. *Canitate Domino omnis terra, annuntiate ex die in diem salutare eius.* Et lib. 2. ca. 24. vbi nos legimus: *Sicque faciebant per singulos dies*, in Hebræo habetur, *de die in diem*. & eodem modo habetur cap. 30. vbi nos legimus, *Laudantes Dominum per singulos dies*: & capi. 31. vbi nos legimus: *Et quidquid per singulos dies conducebant.*

Sed illud mihi hoc loco videtur difficile, quo sensu Apostolus Noë appellet octauum, cum inquit: *Sed octauum Noë iustitia præconem custodiuit.* Et ratio difficultatis est, octauum tam num ru n, quàm ordinem denotare, ita vt octauus dici solùm possit is, quem septem præcesserunt, vt numerus, & ordo constet: at Noë non præcesserunt septem, neque in munere prædicandi Dei iustitiam, cum ipse fuerit decimus ab Adam, què certum est prædicasse suis filijs, & posteris iustitiæ Dei; neq, quoad liberationem ex aquis diluuij sibi à Deo

35

De die in diem est idè quod quoti die.

1. Paral. 16.

2. Capit. 24.

36

Capite. 30.

Capite. 31.

Cur Noë vocetur octauus præconem iustitiæ.

37

concessa; quia licet respectu huius liberationis constet numerus, cum fuerit concessa ipsi cum vxore, & tribus filijs, & eorum vxoribus, non constat ordo; quia nulla est ratio, vt dicamus ipsum postremo loco fuisse liberatum, & in hoc textu non potest dici eum appellari octauum, nisi aut tanquam praconem iustitiae, aut tanquam seruatum a Deo; quia nihil aliud exprimitur in litera, in quo dicatur octauus respectu aliorum: ergo nullo modo potest explicari ratio secundum quam Noe hoc loco appelletur octauus.

Erasm. Adamus. Caietanus. Cathari. Montan. Pereira.

38

Ad hoc Erasmus in paraphrasibus, Lyra, Adamus Gagneius, Caietanus, Catharinus, & Montanus in commentarijs ad haec verba, & Benedictus Pereyra libro 9. Commentariorum in Genesim, numero 33. respondent, Noe hoc loco appellari octauum non vt praconem iustitiae diuinae, neque inter eos, qui aut suo tempore, aut antea fuerunt eiusdem iustitiae pracones, sed vt a Deo liberatum per arcam ex aquis diluuij, & inter eos qui pereandem arcam fuerunt ab eisdem aquis liberati. nam praeter eum fuerunt septem alij, scilicet vxorius, tres filij, & tres vxores eorum (vt constat Genesim 7.) & ita ipse fuit octauus. Iuxta quam expositionem dicendum erit, nomen, octauum, non adiungi nomini, praconem, sed nomini, Noe, & literam esse hoc modo ordinandam: octauum Noe, appositiuè, iustitiae, praconem, aut qui fuit iustitiae

praeconem, custodiuit, scilicet Deus. Verum hac solutione non omnino euacuatur proposita difficultas: quia licet iuxta eam constet numerus requisitus ad octauum, non constat ordo. Neque satis est id quod insinuat Montanus, scilicet Apostolum allusisse ad id, quod dixerat in priori Epistola, capit. 3. *In quibus pauci idem octo animae saluae factae sunt*, atque adeo expressisse eundem numerum, & ulterius constituisse ordinem, non quidem re ipsa, sed respectu suae narrationis, quia neque in sua narratione praecesserant septem tantum, vt eis nunc adderet octauum.

Montanus.

1. Petri 3.

Genebrar.

40

Et hac ratione potest etiam reijci altera solutio Genebrardi in Chronologia, vbi inquit Noe appellari octauum iustitiae praconem, quia ipse cum vxore primum, & deinde post susceptos liberos, cum tribus filijs, & totidem nuribus praedicauit. Quod etiam insinuant aliqui ex Expositoribus citatis, cum tribuunt munus praedicandi vxori, filijs, & nuribus, quae ratione ipsum Noe in arcae fabricatione suis operis adiuuauerunt.

Quare ego dicerem in primis, Noe appellari octauum iustitiae praconem, quoniam hoc ipsa litera videtur exigere, vt patet ex difficultate prioris solutionis, iuxta quam dictum est illud octauum Noe, adiungi immediate verbo custodiuit, praetermissis intermedijs.

Et secundo adderem, appellari octauum respectu eorum, qui ante ipsum exercuerunt

Noe fuit octauus praeco iustitiae.

idem

39

41

idem munus praedicandi diuinam iustitiam, vt ita constet non solum numerus, sed etiam ordo ad octauum requisitus. Et tertio, vt rem hanc magis explicarem, dicerem numerationem hanc non esse inchoandam ab Adamo, sed ab Enos eius nepote per Seth, & ita constare & numerum, & ordinem: quoniam Noe ab Enos fuit ordine octauus (vt patet Genesim 5.) Vt autem reddam rationem, propter quam numeratio haec sit inchoanda ab Enos, ita vt ipse dicatur primus iustitiae Dei praedicator, aduertendum est, Noe appellari hoc loco ab Apostolo praconem iustitiae Dei duplici de causa, scilicet quia hominibus sui temporis praedicauit iustitiam Dei, hoc est, iustitiam, qua Deus grauissimo supplicio erat puniturus eorum flagitia, nisi ab eis discederent; & quia eisdem praedicauit iustitiam Dei, hoc est, illud ius, quod Deus habet, vt ab hominibus colatur, & diligatur plus quam omnes creaturam. Haec autem duo primus peculiari ratione dicitur praedicasse Enos: nam de eo dicitur Genesim quarto: *Iste cepit inuocare nomen Domini*. Vbi notandum est verbum, *Cepit*, quoniam in eo significatur ipsum fuisse primum in munere inuocandi nomen Domini. Quod non ideo dicitur, quia Adam, & Abel, imò & Cain, & alij ante ipsum non id fecerint, cum ex sacra Scriptura constet eos antea obtulisse Deo sacrificia, sed quia ipse solemnio-

Gene. 5.

42

Primus praedicator iustitiae Dei fuit Enos.

rem, & magis celebrem Deum cultum instituit contra homines suae aetatis, siue quia) vt aliqui colligunt ex loco citato, vbi iuxta aliam lectionem habetur, *Tunc coepit esse profanari nomen Domini, aut profanatum est*, coeperunt relicto vero Deo, Idola, & fictitios Deos colere; siue quia contemptis rebus diuinis totos se tradebant excogitationi artium mechanicarum, & rerum, quae ad huius caducae vitae usum pertinebant, & in vitia, & peccata dilabebantur. Quare simul coepit praedicare & cultum Deo debitum, qui per inuocationem nominis Dei significatur, & poenas, quas Deus sumpturus erat de ijs, qui ipso relicto, aut creaturis diuinis honores exhibebant, aut immoderate se vitijs, & luxui tradebant.

Et ad huius rei maiorem explicationem notanda sunt duo, quae Genebrardus refert in Chronologia anno mundi ducentesimo trigesimo quinto, & trecentesimo vigesimo quinto. Primum est, Enos scripsisse de Religione, & modo inuocandi Deum, & de disciplinis, quoniam filijs Seth tribuitur duarum columnarum constructio, in quibus liberales artes, & praesertim doctrina de Deo, & promissio de semine eidem Christo Domino Adae facta, scriptae, aut celatae continebantur. Alterum est, eius diebus Oceanus exundationem tertiam mundi partem occupasse, in vindictam flagitiorum, quae tunc ab hominibus

43

Idolatria cepit tempore Enos.

44

Genebrar.

Enos primus scripsit de Religione.

Tempore Enos fuit inundata terra pars orbis.

com-

45

committebantur, quasi fuerit præludium diluuij vniuersalis.

Circa exemplum desumptum ex euersione illarum ciuitatum possent tria disputari. Primum est, quot ciuitates fuerint euersæ, & cur Petrus tantum meminerit duarum. Secundum, an tota regio fuerit in cinerem redacta, & qua ratione hoc fuerit factum. Tertium est, an omnes homines illarum ciuitatum tam adulti, quam paruuli, & infantes perierint corporaliter, & an omnes adulti perierint, etiam spiritualiter, incurrendo in æternam damnationem; quæ omnia pertinent ad grauitatem supplicij explicandam. Sed de his videri possunt Expositores in caput 19. Genesim; & peculiariter Benedictus Pererius ibidem disputat. 6.

46

Restat in hac parte reddere rationem expositionis, quam tradidimus de illis verbis: *sectas non metunt inducere blasphemantes*. Et ratio difficultatis est: quoniam per *sectas* in Græco habetur nomen *doctas*, quod quamuis indifferens sit ad significandum *sectas*, siue opiniones, & glorias, siue maiestates, tamen hoc loco videtur sumendum in posteriori significatione: tum, quia sensus orationis id postulat, nam præcesserat, *Dominationemque contemnunt*, vbi significatur, fieri sermonem de contemptu eorum, qui aliquo gradu potestatis, & dignitatis præminent: tum etiam, quia verbum, *introducunt*, quod videtur pos-

47
tulare, vt nomen illud accipiat in priori significatione, neque habetur in Græco, neque in multis Codicibus Latinis. Et ita in principio capitis, vbi habetur verbum hoc, & noster Interpres vertit: *sectas introducunt perditionis*, pro *sectas* in Græco habetur aliud nomen, scilicet, *doctas*: & demum quia in Epistola Iudæ; vbi fit sermo de eiusdem peccatis, & habetur hoc idem nomen, noster interpres pro eo vertit, *Maiestatem*, sic enim ibi habetur: *Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant*. Quare scholia Græca, & illi, qui ex nostris Græcam linguam videntur callere, cuiusmodi sunt Erasmus, Adamus, & Gagninus sumunt nomen illud in posteriori significatione, & intelligunt per ipsum eos qui in Republica gloria, & maiestate præcellunt, quales sunt Magistratus, iuxta phrasim in principio capitis explicatam, qua abstractum sumitur pro concreto, & participium *blasphemantes* dicunt poni pro infinito *blasphemare*, secundum proprietatem linguæ Græcæ, vt sit sensus: magistratus non metunt blasphemare.

Epist. Iudæ.

Erasmus.
Adamus.
Gagninus.

48

Sed nihilominus rectius legitur *sectas*, quoniam noster interpres ita vertit. Et præterea, quia verbum *introducere* est retinendum, non solum, quia habetur in aliquibus Græcis Codicibus, sed etiam quia in Valgata editione iussu, & auctoritate Pontificis ex-


cussa

19

cussa positum est, & cum eo non potest conuenire posterior illius nominis significatio. Et hac lectione rerentia satis germanus est sensus, quem nos assignauimus.

In quo aduertendum est decipi Caietanum, & Catharinum, qui pronome *blasphemantes*, coniungunt cum nomine, *sectas*, quoniam in Græco non

20
est in casu accusandi, sed in recto. Si tamen detrahatur verbum introducere, optimè explicatur nostra lectio à Montano hoc sensu: *sectas*, hoc est principia per se nota, & ab omnibus accepta, de obedientia præstanda maioribus contemnunt blasphemare, aut contemnunt, aut blasphemant.



CON-



CONTROVERSA I.

Vtrum ex illis verbis : Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, etiam colligatur, Angelos qui peccauerunt fuisse natura sua capaces venia, & Deum eis dedisse ante damnationem tempus, quo potuerint per paenitentiam ad ipsum converti, & obtinere sui peccati veniam?

1

Ro explicatione tituli aduertendū est primò, verbum *veniam* sumi pro eo, quod Apostolus dixit, parcere Angelis peccantibus: quare cum parcere peccanti, sit remittere ei peccatum, etiam venia in titulo significabit remissionē peccati. Verum cum hæc remissio possit intelligi, aut quoad culpā, & pœnam simul, aut solūm quoad pœnam: quia Deus non solūm potest peccati remittere simul culpam, & pœnam, sed etiam per potentiam suam absolutam potest non remissa culpa remittere pœnam, venia nunc sumitur pro priorī remissione, quæ simul extendatur & ad culpam, & ad pœnam ei respondentem: quia secūdū legem Dei ordinariam, quam Apostolus videtur hoc loco supponere non remittit Deus pœ-

2

nam peccati nisi remittendo culpam.

3

Secundò aduertendum est, duplicem posse distingui in creatura peccante potentiam ad obtinendum hanc remissionem peccati. Vnam remotam, & incompletam, quæ potest appellari capacitas naturalis, aut potentia obedientialis, & non est aliud quàm ipsa entitas creaturæ, quæ peccauit, quatenus capax est habendi à Deo prædictam remissionem, & præstandi ea, quæ ex parte sua requiruntur secundum diuinam ordinationem ad ipsam: & quamuis hæc capacitas quantum ad ipsam remissionem præcisè sumptam explicanda sit per modum potentia passiuæ, tamen quantum ad actus vitales, qui ex parte peccatoris requiruntur ad eam, explicanda est per modum principij actiui, respectu talium actuum, vt iam alibi dixi. Secunda

4

Potentia proxima & remota ad paenitentiam quid sit?

poten-

5

potentia est proxima, & sufficiens in suo ordine, quæ præsupponit prædictam capacitatem, & insuper includit omnia quæ sunt necessaria ad præstandum ea, quæ secundum Dei ordinationem requiruntur ex parte peccatoris ad obtinendum remissionem peccatorum, cuiusmodi sunt auxilia gratiæ. Et quia potest prior potentia separari à posteriori, vt de facto existant multi contigisse in Angelis, & potuisset contingere in hominibus, si Deus decreuisset eorum viam terminari statim atque peccassent; ideo vtramque expressimus in titulo: priorem quidem per esse capaces natura sua veniæ, posteriorem verò per ea, quæ necessaria sunt ad habendum actum pœnitentiæ requisitum ad obtinendum prædictam veniam; quia sub hoc actu comprehendimus quidquid secundum Dei legem præstandum est ex parte peccatoris ad eam.

6

Tertiò aduertendum est, priorem potentiam posse conuenire peccatori etiam postquam damnatus est: quia cum consistat in entitate, & natura propria ipsius non amittitur per damnationem: & ita si peccator secundum suam naturam habet illam capacitatem etiam retinet eam postquam damnatus est; posteriorem verò non conuenire ipsi post damnationem, quia cum damnatio secundum legem Dei ordinariam sit ad æternam pœnam, excludit potentiam proximam ad præstandum omnia, quæ requiruntur ad obtinendum ve-

7

niam peccatorum, & ad euadendum ipsam pœnam.

Quare in titulo supponimus vt certum secundum fidem, Angelos malos post suam damnationem mansisse ita obstinatos in malo, vt non potuerint per pœnitentiam ab eo resurgere, & obtinere veniam suorum peccatorum, vt cum D. Th. 1. p. q. 64. ar. 2. solet ostendi contra Origenē: & inquirimus, Vtrum Angelis antequam damnarentur datum fuerit à Deo tempus sufficiens cum omnibus requisitis ad habendum actum pœnitentiæ, per quem obtinerent peccatorum veniam? & ideo consultò respectu tantum huius potentia addimus in titulo illa verba: *Ante damnationem.*

Angelos post damnationem non habuisse potentiam proximam ad paenitentiam, est de fide.

Integer sensus tituli.

8

Et his sequitur integrum sensum tituli esse, Vtrum ex verbis propositis Apostoli colligatur, Angelos qui peccauerunt non solūm habuisse secundum suam naturam capacitatem, siue potentiam remotam, & incompletam ad obtinendam remissionem peccatorum, sed etiam per gratiam Dei habuisse potentiam proximam? Et quamuis in hoc titulo expressè solūm inquiramus, an id colligatur ex verbis Apostoli; tamen vt simul rem ipsam explicemus, etiā disputabimus, an re ipsa contigerit, scilicet Angelos qui peccauerunt, postquam lapsi sunt in peccatum, & antequam damnarentur habuisse cum capacitate remota, & incompleta tempus sufficiens, & auxilia gratiæ sufficientia ad habendum actum contritionis, qui esset perfecta, & vltima dispositio ad obtinendam

dam

9

dam remissionem peccati, & ad recuperandum gratiam amissam per peccatum siue id colligatur, siue non colligatur ex verbis Apostoli.

Prima sententia.

IN HAC quaestione quatuor possunt distingui sententiae. Prima est. Colligi ex verbis Apostoli Demones ante damnationem, & post lapsum in peccatum habuisse non solum naturae capacitatem, sed etiam tempus sufficiens, & auxilia gratiae sufficientia ad habendum actum contritionis, per quem disponentur perfecte ad obtinendum remissionem peccatorum, & ad recuperandum gratiam amissam. Pro hac sententia ego nullum reperio Autorem: quia neque Theologi scholastici cum disputant de obstinatione Angelorum in malo post peccatum meminerunt huius testimonij, neque Expositores huius Epistolae cum deveniunt ad explicationem horum verborum examinant, an ex eis colligatur aliquid circa quaestionem hanc?

Probat. primo.

Sed probatur haec sententia, quoniam Apostolus his verbis utitur hoc argumento: Angelis qui peccauerant Deus non pepercit: ergo neque parcat his falsis Doctoribus: sed in hoc argumento, siue explicetur per modum collationis à maiori ad minus, siue per modum simplicis, exemplis, iuxta ea, quae in annotationibus ad litteram dicta sunt, supponitur Angelos post peccatum, & ante damnationem ad poenam habuisse eandem aptitudinem

tam remotam, quam proximam ad obtinendum remissionem peccati, quam habent homines in eodem statu: ergo ex his verbis Apostoli colligitur Angelos, qui peccauerant habuisse non solum capacitatem, sed etiam potentiam proximam ad obtinendum remissionem peccati, quoad culpam. Consequentia patet, quia homines in illo statu habent tam capacitatem, quam potentiam proximam ad eandem remissionem. Et minor probatur, quia in omni comparatione, siue simplici, qualis est illa quae fit in usu exemplorum, siue à maiori ad minus, supponitur convenientia inter extrema in conditione requisita per modum fundamenti ad participandum id, in quo fit comparatio: ut quia secundum legem Dei ordinariam ad participandum premium beatitudinis requiruntur in adultis merita, si ad probandum Deum non esse daturum hominibus hoc premium sine meritis ipsorum, utaris hoc argumento; Deus Angelis non habentibus merita non dedit hoc premium: ergo neque dabit hominibus: debes supponere in Angelis, & hominibus in statu consequendi hoc premium eandem aptitudinem ad habendum merita: sed in argumento quo utitur Apostolus fit comparatio inter Angelos peccatores, & homines in remissione poenae respondentem peccato quoad culpam, & ad hanc remissionem requiritur tanquam fundamentum saltem secundum legem Dei ordinariam remissio peccati quoad culpam: ergo praesupponitur Angelos, & homines in illo statu ha-

11

12

bere

13

bere eandem, & aequalem aptitudinem ad obtinendum remissionem peccati, quoad culpam.

Et non potest responderi, Apostolum, non uti hac comparatione, quoad remissionem poenae, sed quoad remissionem culpae: quia hoc dato, aut erit admitendum intentum, aut erit concedendum argumentum Apostoli nullam habere vim, cum possit ei responderi, ideo Deum non pepercisse Angelis, hoc est non remisisse culpam, quia non erant capaces huius veniae.

2. Probat.

Secundo probatur ex ipso contextu, quia in primis cum verbum pepercit, non intelligatur de remissione culpae (ut nunc ostendimus) sed de remissione poenae videtur Apostolus significare hoc verbo Deum potuisse remittere Angelis poenam respondentem suo peccato, quoniam aliàs frustra Apostolus loqueretur sub conditione, dicens: *Si enim Deus Angelis non pepercit, &c.* Et frustra adduceret in exemplum hanc punitionem Angelorum, quam Deus non potuisset remittere. Et ulterius, quia hoc debet intelligi de remissione poenae factae secundum legem Dei ordinariam, quae est, ut remissio poenae praesupponat remissionem culpae: sequitur etiam colligi ex his verbis potuisse Deum remittere Angelis peccatum, quoad culpam; & deinde ex hoc sequitur aperte eisdem Angelos habuisse capacitatem, ut sibi remitteretur culpa, imò & potentiam proximam, quoniam ad remissionem culpae faciendam secundum legem Dei ordina-

14

riam, praesupponitur huiusmodi potentia.

Dices; quamvis ex verbis Apostoli colligatur Deum potuisse remittere Angelis poenam respondentem suo peccato, tamen non colligi debere, hoc intelligi de remissione facta secundum legem Dei ordinariam. Sed contra, quia Apostolus loquitur supposita lege Dei ordinaria, circa modum, quo facienda esset remissio poenarum, quae pro peccatis debentur, imò in argumento proposito, quasi virtualiter videtur inferre Deum servaturum esse hanc legem cum illis falsis Doctoribus, ex eo quod servavit eam cum Angelis.

Confir. 1.

Confirmatur primo, quia haec phrasim: Deus Angelis peccantibus non pepercit, videtur significare, iuxta consuetudinem Scripturae, Deum non solum potuisse parcere eis, sed etiam habuisse animum paratum ad parcendum, modo ipsi per veram poenitentiam converterentur ad Deum. in quo necessario includitur Angelos habuisse non solum capacitatem, sed etiam potentiam proximam ad convertendum se in Deum per poenitentiam. Et phrasim illam habere, in Scriptura hanc significationem probatur, quia reperitur dicta de hominibus, ut in primis hoc loco, nam quamvis haec verba non habeantur in contextu expressae dicta de hominibus, tamen virtute, & implicitè habentur, quia in consequenti argumenti, quo diximus uti Apostolum, debent apponi sicut in antecedenti: ut si hoc modo conficiatur argumentum: Angelis peccanti-

15

16

Z

bus

17

bus non pepercit Deus: ergo ne que his falsis Doctoribus peccatibus parceret: nisi enim apponatur eadem conditio in consequenti, & in antecedenti, non erit validum argumentum. Et præterea expresse Iob. 9. de se ipso ita inquit: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.* Et tamen hæc verba dicta de hominibus necessario debent accipi in sensu, quem explicuimus, non enim significant eum, qui peccat, statim atque peccat incurrere actu damnationem, & poenam, sed suo peccato reddere se dignum damnatione, & poena, & incursum esse eam in fine viæ, nisi antea per poenitentiam sese in Deum conuerterit. In quo includitur, eum, qui peccat habere non solum capacitatem ad huiusmodi poenitentiam, sed etiam tempus viæ, & auxilia requisita, & Deum habere animum paratum ad parcendum ei, si per hanc poenitentiam fuerit ad ipsum conuersus.

Iob. 9.

18

Confirmatur secundò quoniã Apostolus post illa verba sic ait: *Et originali mudo non pepercit, &c.* Et postea. *Et ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens, &c.* Vbi utitur duobus alijs exemplis, vno desumpto ex submersione mundi originalis, & altero ex euerfione illarum ciuitatum: sed homines, qui in his duobus casibus fuerunt puniti, non statim atque peccauerunt passi sunt poenam, sed longo tempore Deus eos expectauit, & varijs modis incitauit ad poenitentiam, vt constat ex testimonijs Scripturæ, in quibus referuntur,

Confr. 2.

19 tur, & ex præconio Noë, cuius hic fit mentio: ergo idem dicendum est de primo exemplo, desumpto ex Angelis, qui peccauerunt.

Secunda sententia

ES T aliorum, qui dicunt tria. Primum est Angelos, qui peccauerunt habuisse post commissum peccatum capacitatem poenitentiae, per quam conuerterentur in Deum, & obtinerent remissionem culpæ, & poenæ. Secundum est, eisdem ante damnationem datam fuisse durationem viæ sufficientem ad habendum huiusmodi poenitentiam. Tertium est, data etiam fuisse eis à Deo dum fuerunt in hac via auxilia gratiæ sufficientia, vt re ipsa se conuerterent in ipsum per hanc poenitentiam. Et si quæras, in quo differat hæc sententia à præcedenti? Respondetur quoad substantiam non differre; sed solum quoad fundamentum: quoniam in præcedenti sententia non solum conceduntur hæc tria, sed etiam asseritur ea omnia colligi ex his Apostoli verbis: at verò autores huius sententiæ, quamuis id non negent, non tamen asserunt, neque meminerunt huius testimonij. Hanc sententiam ita explicatam sequuntur aliqui ex Scholasticis: non tamen quoad omnia, quæ in ea dicuntur defendunt eam in eisdem locis, sed quantum ad primum: sequuntur eam Scotus in 2. distinctione. 7. quæstione. 1. Gabriel, & Maior. quæstione. 1. & quoad secundum Sco. in 2. distinctione

19

20

Scotus.
Gabriel.

5. quæ-

21

Maior.

5. quæstione. 1. §. de secundo articulo, & quæstione. 2. §. de tertio articulo, versic. in via ergo. Gabriel. quæstione vnica, articulo. 3. dub. 2. in fine, & Maior quæstione. 2. §. finem huic distinctioni imponentes. Et quantum ad tertium Scotus distinct. 6. quæstione. 2. §. ad argumenta principalia versic. Et cum dicis, quod primum fuit irremediabile, Gabr. quæstione vnica, articulo 2. conclusionem. 1. & Maior distinct. 5. quæstione 2. §. dubitatur, an Angeli peccantes tempore viæ poterant poenitere. Et quantum ad hæc omnia sequitur hanc sententiam Cathari. lib. de Angelorum bonorum gloria, & lapsu malorum, in fine, conclusionem. 6.

Cathar.

22

Probat. 1.
sententia 2.

Probat hanc sententiam primò, quoad primam eius propositionem: quoniam Angelus postquam peccauit mansit liber simpliciter ad habendum actum displicentiæ de peccato suo: ergo habuit capacitatem poenitentiae, per quam disponderetur ad remissionem sui peccati: & ulterius: ergo habuit capacitatem remissionis eiusdem peccati factæ secundum legem Dei ordinariam. Consequentia patet, quia capacitas poenitentiae disponentis ad remissionem peccati, non est aliud quam capacitas voluntatis, vt moueatur à Deo per auxilium gratiæ ad eliciendum huiusmodi actum, & hæc capacitas consistit in libertate voluntatis ad detestandum id, quod antea placuerat, non considerata absolute, sed vt potest moueri, & eleuari à Deo per auxilium gratiæ. Et antecedens pro-

23 batur: quia voluntas Angeli quatenus præsupponebatur ad actum peccati tanquam principium eius habebat secundum suam naturam respectu eiusdem peccati vtramque libertatem, scilicet contradictionis, & contrarietatis, quia erat intrinsecè libera, & indifferens ad eliciendum, & non eliciendum illum actum, & ad eliciendum eundem actum, & oppositum, circa idem obiectum, scilicet actum prosecutionis, & detestationis: ergo etiam postquam peccauit mansit cum vtraque indifferentia, & ex consequenti potuit non solum cessare ab actu peccati, sed etiam habere actum detestationis eiusdem peccati. Patet hæc consequentia, quoniam actus voluntatis, aut effectus alicuius causæ, non mutat naturalem modum operandi ipsius: quare si voluntas Angeli, vt principium actus mali habet ex natura sua operari cum illa duplici indifferentia, etiam post elicitum hunc actum operabitur eam eadem indifferentia.

Ad hoc argumentum solet responderi negando antecedens. Et ad probationem concessio antecedenti negatur consequentia. Et ad eius probationem dici solet esse falsum, quod in ea supponitur, scilicet vt voluntas Angeli in hoc casu non potuerit nolle, aut detestare id, quod prius liberè voluit, debuisse mutari eius naturalem modum operandi, quia potius hoc prouenit ex natura ipsius voluntatis Angelicæ, quæ hoc habet proprium, vt postquam

23

24

Z 2

actu

25

actu completè libero, scilicet quoad exercitium, & quoad specificationem fertur in aliquod obiectum, non possit aut illud nolle, aut velle suum oppositum.

Et si quæras rationem, propter quam hic modus operandi sit connaturalis, & proprius voluntati Angelicæ?

Quare Angelus sit inmutabilis in actu voluntatis?

26

Ad hoc solent assignari plures rationes, ex quibus referam quatuor, quæ sunt magis celebres. Prima desumitur ex Diuo Thoma in 2. distinction. 7. quæstione. 1. articulo. 1. & de veritate, quæstione. 24. articulo. 10. & est huiusmodi. Cum voluntas fertur in aliquod obiectum, aut id provenit ex passione, vel aliquo extrinseco mouente, & inclinante ipsam voluntatem, aut ex ignorantia, & errore, aut ex intrinseca vi electionis. Si feratur duobus prioribus modis, potest nolle quod prius voluit, quia potest cessare passio, & quodcumque mouens extrinseco, & ignorantia, aut error. Si tamen feratur tertio modo, non potest nolle illud obiectum, quod voluit, quia nulla facta mutatione in rationibus, aut motiuis ad volendum non potest fieri mutatio in volitione: sed voluntas Angelicæ in casu nostro non fertur in obiectum ex passione, quæ cum solum sit in appetitu sensitivo non habet locum in Angelo; neque ex errore, aut ignorantia: tum quia supponimus Angelum operari cum iudicio intellectus completo, & perfecto: tum etiam, quia cum omnis error, & ignorantia pri-

uatiua sit pœna non potest reperiri in Angelo ante omne peccatum, & ita superest, ut feratur ex vi propriæ electionis: ergo non potest nolle id, quod ita vult, aut velle eius oppositum.

Secunda ratio desumitur ex Henrico quodlibet. 8. quæstione. 11. qui supponit voluntatem, quo perfectior est, tanto maiori impetu ferri in obiectum, & magis immergere se, & quasi infigere in ipso obiecto, ita ut etiam, tanto difficilius possit ab eo resilire, & quasi extrahi: quod explicat exemplo clavi, qui quanto maiori vi motiua infigitur in osse, aut alia re dura tanto firmiter infigitur, ita ut neque eadem vi, neque alia maiori possit extrahi. Et hoc supposito, sic argumentatur. Voluntas Angelicæ est magis perfecta quam nostra, quia non est potentia formæ vnitæ, nec vnibilis corpori, & voluntas nostra saltem dum est in corpore corruptibili, & operatur secundum modum proportionatum tali corpori, non ita se immergit in obiecto voluto, ut non possit ab eo separari: ergo voluntas Angelicæ fertur cum tanto impetu in suum obiectum, ut inseparabiliter se immergat in eo, & non possit ab eo resilire.

Tertia ratio est quorundam Thomistarum recentiorum, qui dicunt voluntatē Angelicam sicut in perfectione, ita etiam in immutabilitate habere medium locum inter voluntatem humanam, & diuinam, & ideo sicut voluntas hu-

mana

27

Henri.

28

29

mana, quæ est in infimo gradu perfectionis habet libertatem cum mutabilitate, non solum quatenus præsupponitur suo actui, tamquam eius principium, sed etiam postquam actu operatur, & voluntas diuina, quæ est in supremo gradu, habet libertatem sine vlla prorsus mutabilitate; ita etiam voluntatem Angelicam, quæ est in medio gradu, habere libertatem cum tali immutabilitate, ut quamuis quatenus præsupponitur suis actibus sit mutabilis ad utramque partem per reductionem de potētia in actum, in quo deficit ab immutabilitate diuinæ voluntatis, tamen postquam elicit aliquem actum libertate cōpleta, scilicet quoad exercitium, & quoad specificationem non potest ab eo mutari, in quo superat immutabilitatem voluntatis humanæ.

30

D. Thom.

Quarta ratio desumitur ex Diuo Thoma. 1. parte, quæstione 64. articulo 2. quæ talis est. Intellectus Angelicæ, & hominis, quibus eorum voluntates subordinantur, differunt inter se: quia intellectus hominis non solum est indifferens ad utramque partem ante apprehensionem, & iudicium, sed etiam post, & potest iudicare modò vnum oppositorum esse conueniens, & modò alterum recedendo à priori iudicio; at verò intellectus Angelicæ, quamuis ante apprehensionem, & iudicium sit indifferens ad utramque partem, circa conuenientiam obiecti: tamen post apprehensionem, & iudicium non est ita indifferens, sed potius est im-

mobilis ab eo, quod semel iudicauit esse conueniens, ita ut postea non possit iudicare, idem non esse conueniens, aut suum oppositum esse conueniens: ergo similiter inter voluntates Angelicæ, & hominis est proportionaliter idem discrimen, ita ut voluntas hominis non solum ante electionem, sed etiam post eam sit indifferens ad utramque partem, & possit per volitionem adherere modò vni ex oppositis, & modò alteri, recedendo ab eo cui prius adhaeserat: at verò voluntas Angelicæ quamuis ante electionem sit indifferens ad utramque partem, tamen post huiusmodi electionem non maneat indifferens, sed immobiliter adhaereat ei parti, quam elegit, & non possit alteram velle. Consequentia huius rationis probatur, quia vis appetitiua in omnibus proportionatur virtuti cognoscitiuæ, à qua propositionem obiecti mouetur. Et hoc probatur, tum quia mobile debet esse commensuratum suo maiori: tum etiam quia propter hanc rationem appetitus sensitivus est boni particularis, sicut sensus, à quo mouetur, est apprehensivus singularium, & voluntas est boni vniuersalis, sicut intellectus, cui subordinatur, est apprehensivus vniuersalium: & antecedēs etiam probatur: quia cum intellectus iudicat de rebus sine discursu, tunc immobiliter adheret suo iudicio, & non potest iudicare modò vnum oppositorum, ut conueniens, aut verum, & modò alterum, recedendo à priori iudicio.

31

32

Z 3

dicio,

33

dicio, cuius signum est intellectum nostrum immobilem esse à iudicio circa prima principia, quod semel habuit, quia non vititur discursu ad eorum cognitionem: quare cum intellectus humanus ad iudicium, quo mouet voluntatem, vitatur discursu manebit etiam post iudicium hoc indifferens ad utramque partem, è contrà verò cum intellectus Angelicus sine discursu iudicet de omnibus rebus, sicut noster de primis principijs, adhærebit suo iudicio immobiliter.

34

Hanc rationem Diui Thomæ eius expositores interpretantur cum duplici limitatione: prima est, vt intelligatur de electione plenè libera, hoc est tam quoad exercitium, quàm quoad specificationem, quoniam Angelus ab electione bona, quam iuxta sententiam Diui Thomæ habuit in primo instanti: quia solùm fuit libera quoad exercitium, & non quoad specificationem, potuit mutari. Secunda est, vt intelligatur de electione, quam præcedit iudicium plenum quoad omnes circumstantias: quia si Angelus ex imperfecta rei cognitione moueatur ad eligendum aliquid, vt cum eligit tentare hominem, quia sperat se ex eius lapsu reportaturum vtilitatem aliquam, benè potest mutare electionem. Et ita dicunt Dæmonem, qui prius curauerat Christi mortem, & miserat in cor Iudæ, vt traderet ipsum, postea fuisse conatum impedire eius mortem per vxorem Pilati, quia nondum plenè iudi-

cauerat an ex morte Christi plus vtilitatis quàm dâni esset habiturus.

Sed hanc solutionem auctores citati pro hac sententia, & alij citandi pro sequenti reijciunt, & existimant carere omni fundamento id, quod in ea supponitur, scilicet hanc esse naturam voluntatis in Angelo, vt postquam plena libertate elegit aliquod obiectum non possit recedere à tali electione: & vt id ostendant videntur multis argumentis ad impugnandum omnes has rationes, ex quibus contra singulos singula tantùm proponemus.

Et in primis contra primam, sic argumentor. Cum voluntas Angeli ex vi suæ electionis incipit velle aliquod obiectum habet ex natura sua, & ex modo operandi esse principium cum indifferentia ad utramque partem respectu incoceptionis talis volitionis, & in continuatione eiusdem volitionis retinet eandem naturam, & eundem modum operandi, & idem obiectum, quia propter actum nulla est in aliquo horum facta immutatio: ergo etiam respectu continuationis eiusdem volitionis habet esse principium cum eadem indifferentia, atque adeò sicut ratione huius indifferentiæ potuit voluntas incipere, & non incipere velle illud obiectum, ita ratione eiusdem indifferentiæ poterit continuare eandem volitionem, & ab ea desistere.

Confirmatur, quia D. Tho. D. Thom.

35

36

Probatur
voluntatem
Angeli nō
esse immu-
tabilem.

37

I. 2. quæst. 8. articulo 1. docet, etiam in voluntate hominis esse peccatum ex electione, quod appellat peccatum ex malitia, & distinguit ipsum à peccato ex ignorantia, & à peccato ex passione: quia primum principium eius non est passio appetitus sensitiui, neque ignorantia, aut error intellectus, sed vis libertatis, quam habet voluntas creata ad eligendum peruersè, & inordinatè vnum obiectum, quod est minus bonum, relicto alio, quod est maius bonum: & tamen quando voluntas humana peccat ex malitia non est immutabilis ab obiecto, quod ita peccando elegit, neque iuxta sententiam D. Thomæ, neque iuxta veritatem: ergo idem dicendum est de voluntate Angeli peccante ex electione.

38

Dices.

Respon.

Dices, in peccato hominis nunquam ita excludi ignorantiam, vt non reperiat aliquam, saltem ea, qua omnis peccans dicitur ignorans. Sed contrà, quia hoc genus ignorantiae etiam fuit in Angelo peccante, & nulla est ratio, propter quam sit concedenda in homine, quæ non conuincat debere etiam concedi in Angelo. Imò (vt nunc suppono) ex materia de Angelis iuxta oppositam sententiam in intellectu Angeli peccantis præcessit inconsideratio modi, quem in appetendo seruare debebat. Ex quo etiam potest desumi nouum argumentum ad probandum voluntatem Angeli peccantis quantum erat ex natura sua posse mutari ab obiecto, quod ele-

git, quia potest esse mutatio in rationibus, aut motibus ad eligendum, cum possit esse in eius intellectu consideratio illius modi.

Deinde argumentor contra secundam rationem. Quia quauis voluntas, quò perfectior est, eò sit constantior in suis electionibus, si tamen post electionem retinet eandem naturam, & eundem modum operandi, & idem obiectum, etiam retinebit eandem indifferentiam ad volendum, & non volendum, quam habebat ante electionem: & ex consequenti poterit pro sua libertate recedere ab illa electione, & eligere oppositum. Et exemplum affixionis clauis in re aliqua dura non est ad propositum, quia post huiusmodi affixionem, quamuis in affigente sint æquales vires ad extrahendum clauum, tamen ex parte ipsius clauis non est æqualis aptitudo, vt extrahatur, quia ratione suæ gravitatis, qua concurrebat ad affixionem, non poterit adiuuare ad extractionem. Et deinde ex parte rei duræ, in qua facta est affixio erit maior resistentia propter concursum suarum partium ad mutuam vnionem, & ex consequenti ad retentionem clauis.

Præterea contra tertiam rationem est argumentum. Quia voluntas Angeli est incapax illius immutabilitatis, aut ipsa immutabilitas est impossibilis, supposita natura voluntatis Angelicæ. Quod sic probatur: Voluntas Angeli postquam

39

40

41

libere elegit aliquod obiectum manet æquè libera per modum principij respectu talis electionis; sicut antequam elegerit, & alioqui ipsa est intrinsecè, & secundum suam naturam mutabilis de potentia ad actum: ergo non potest simul habere hanc immutabilitatem, ut non possit recedere ab electione illius obiecti, aut solum cessando ab ea, aut etiam eligendo oppositum. Antecedens quoad priorem partem patet, quia, ut dictum est in argumentis factis contra præcedentes rationes, post electionem non est facta aliqua mutatio, neque in natura voluntatis, neque in actu intellectus, qui requiritur ad eius operationem, neque in obiecto, aut in modo proponendi ipsum: ergo sicut hæc omnia, ut præsupponebantur ad inchoationem electionis relinquebant voluntatem liberam simpliciter ad eligendum, & non eligendum, ita etiam ut præsupponuntur ad continuationem electionis relinquent eandem voluntatem eodem modo liberam ad permanendum, & non permanendum in illa electione. Et quoad posteriorem partem etiam patet, quia voluntas Angelica cum sit creata, & finita ordinatur ad suam operationem, sicut potentia ad suum actum, atque adeò incipit velle, & operari cum mutatione, & reductione de potentia in actum, quod est intrinsecè, & secundum suam naturam esse mutabilem de potentia in actum:

42

sed post electionem completè liberam retinet eandem naturam: ergo & eandem mutabilitatem. Et consequentia probatur, quia voluntatem esse ita immutabilem ab aliqua electione, ut nullo modo possit ab ea recedere tantum potest habere duas radices, scilicet aut voluntatem esse determinatam ad unum, & non indifferentem respectu talis electionis, aut non esse capacem mutationis de potentia in actum. Et explicatur hoc exemplo voluntatis divinæ, de qua dicimus, ideò non posse recedere à volitione libera alicuius obiecti, neque per solam cessationem ab ea, neque per volitionem oppositi obiecti, quia non est mutabilis de potentia in actum, aut è conuerso.

Et demum contra ultimam rationem argumentor, quia idè modus iudicandi tam speculatiuè, quam practicè præsupponitur in intellectu Angeli ad inchoationem electionis, & ad continuationem; sed respectu inchoationis non determinat voluntatem, ita ut non possit indifferenter eligere, & non eligere: ergo neque respectu continuationis determinat eandem voluntatem, ita ut non possit indifferenter continuare, & non continuare electionem. Et confirmatur primò, quia (ut diximus in argumento facto contra primam rationem) iuxta oppositam sententiam in intellectu Angeli peccantis fuit inconsideratio modi seruandi in appetendo: ergo posita considera-

tione

43

44

45

tione opposita posset Angelus mutare iudicium, & ex consequenti posset mutare electionem.

Dices.

Dices, Angelum non potuisse habere considerationem practicam illius modi, sed solum speculatiuam, & ideò non potuisse mutare iudicium practicum, quod requirebatur ad mutandam electionem, sed solum speculatiuum.

Respon.

Sed hoc sine fundamento dicitur: quia consideratio illa, ut antecedeat iudicium dictans volendum esse obiectum cum illo modo, non erat practica, nisi solum ex parte obiecti materialis, quia habebat pro obiecto illum modum, quo obiectum erat appetendum, & ex hac parte quomodocunque haberetur illa consideratio esset practica, quia haberet eundem modum pro obiecto.

46

Confirmatur secundò, quia determinatio iudicij, ut distinguitur ab imperio non determinat voluntatem ad appetendum, nisi secundum quantitatem bonitatis obiecti, & ideò posita determinatione iudicij circa prosecutionem alicuius obiecti manet voluntas libera ad prosequendum, & non prosequendum, nisi talis prosecutio proponatur, ut summum bonum: sed in nostro casu electio obiecti non fuit proposita per intellectum voluntati Angeli, ut summum bonum, siue quoad inchoationem, siue quoad continuationem: ergo non obstante quacunque determinatione iudicij intellectus circa talem electionem mansit voluntas simpliciter indetermina-

ta, & indifferens circa eam tam quoad inchoationem, quam quoad continuationem.

Secundò probatur hæc sententia principaliter, quoad secundam propositionem, scilicet Angelis peccantibus datam fuisse ante damnationem durationem viæ sufficientem ad habendum actum poenitentiae. Ad quod suppono ex sententia magis recepta etiã in schola D. Thom. distinguendas esse tres moras, siue durationes reales, quibus totum negotium Angelorum, siue bonorum, siue malorum pro ut comprehendit initium intrinsecum viæ, siue operationum liberarum, quod fuit initium sui esse, & totam viam usque ad terminum eius extrinsecum, qui fuit initium præmij in bonis, & damnationis in malis, & hunc terminum viæ fuerit peractum, & absolutum, siue huiusmodi moræ appellentur instantia temporis discreti, ut vult Diuus Thomas, siue æui, ut vult Scotus. In prima mora omnes Angeli habuerunt, iuxta sententiam Diui Thomæ, operationem liberam, quoad exercitium, & non quoad specificationem, quæ in omnibus tam bonis, quam malis fuit non solum bona moraliter, sed etiam supernaturalis, & dispositio ad primam gratiam, & ut informata per eam meritoria vitæ æternæ. In secunda omnes exercuerunt operationem plenè liberam, scilicet quoad specificationem, & quoad exercitium, quæ in malis fuit mala, & peccatum, & in bonis bona, & meritoria. Et

47

2. principaliter probatur hæc secunda sententia.

D. Thom.

48

Scotus. Tres moræ, seu instantia Angelorum.

49

in tertia omnes fuerunt in termino extrinseci viae, ita ut pro illa duratione fuerit verum dicere de omnibus non esse in via, & hic terminus malis fuit principium intrinsecum poenae aeternae, & bonis beatitudinis aeternae.

Et hoc supposito probatur, durationem secundum quam mali Angeli peccaverunt, & erant in via; & nondum in termino, fuisse sufficientem, ut ipsi Angeli mutato consilio haberent actum poenitentiae de suo peccato: quoniam illa duratio per correspondentiam ad nostrum tempus fuit temporalis, & diuisibilis, & non instantanea, & indiuisibilis: ergo fuit sufficiens, ut in ea Angeli mali post commissum peccatum haberent actum poenitentiae de eodem peccato. Consequentia patet, quoniam in duratione, quae habet correspondentiam ad diuersa instantia temporis nostri, potest Angelus comparatione horum diuersorum instantium habere plures, & appositos actus: sed illa secunda duratio habuit correspondentiam ad distincta instantia, quae fuerunt in tempore illo, cui ipsa correspondebat, quia in tempore illo, sicut in quocunque alio, fuerunt plura, & infinita instantia: ergo Angelus malus potuit in illa eadem duratione per correspondentiam ad vnum instans temporis nostri committere peccatum, & per correspondentiam ad aliud instans interrompere actum peccati, & habere alium actum oppositum, scilicet poenitentiam

50

de eodem peccato. Et antecedens probatur, quia illa secunda duratio incoepit per correspondentiam ad nostrum tempus per primum sui esse, atque adeo in instanti intrinseci, sicut ipse actus peccati, qui cum sit indiuisibilis necessario incipit more rerum indiuisibilium, scilicet per primum sui esse, & tertia duratio etiam incoepit per correspondentiam ad nostrum tempus per primum sui esse, sicut praemium in bonis, quod est visio beatifica, & poena in malis; atque adeo habuit in tempore nostro primum instans intrinsecum: ergo illa secunda duratio habuit correspondentiam ad tempus, quod fuit inter haec duo instantia, atque proinde fuit temporalis, & extensa per correspondentiam ad illud tempus. Patet haec consequentia, quia re vera inter illa duo instantia fuit tempus aliquod: quia non possunt dari duo instantia immediata in tempore nostro, & illud tempus non potuit pertinere ad tertiam durationem; quia tertia duratio per correspondentiam ad nostrum tempus habuit pro principio intrinseci secundum instans, quod fuit terminus extrinsecus illius temporis: ergo pertinuit ad secundam durationem; quia inter illas duas durationes etiam per correspondentiam ad nostrum tempus non datur medium, quod non pertineat ad alteram earum.

Tertio probatur haec sententia, quoad tertiam propositionem, scilicet Angelis peccantibus

51

52

3. Principa-
liter probatur.

data

53

data fuisse in illa secunda duratione, atque proinde ante damnationem auxilia gratiae sufficientia ad habendum actum poenitentiae; quia Angeli pro tota illa duratione fuerunt in via: ergo etiam habuerunt conditiones viatorum; sed vna ex conditionibus viatorum est habere, aut posse habere, nisi per ipsos steterit, auxilia sufficientia ad operandum, sicut oportet ad consequendum terminum viae, scilicet praemium vitae aeternae, aut continuando opera bona, & meritoria, aut resurgendo a peccato per poenitentiam: ergo Angeli mali habuerunt pro tota illa duratione huiusmodi auxilia.

Confir.

54

Confirmatur, quoniam Angeli boni potuerunt pro tota illa duratione cadere in peccatum: ergo etiam mali pro eadem duratione potuerunt resurgere a peccato. Patet consequentia, quia sicut boni usque ad tertiam durationem non fuerunt omnino confirmati in gratia, ita etiam mali usque ad tertiam durationem suam non fuerunt omnino obstinati in malo, cum par debeat esse conditio bonorum quantum ad potentiam cadendi, & malorum quantum ad potentiam resurgendi pro duratione viae.

Vltimo probatur haec sententia, quoad omnes eius propositiones, nonnullis testimonijs Scripturae, & Sanctorum, ex quibus aut omnes propositiones in ea contentae, aut aliqua ex eis colliguntur: nam in primis Apocalypsi. 12. habetur. *Et factum est praelium mag-*

Apocal. 12.

num in caelo, Michael, & Angeli eius praeliabantur cum Dracone, & Draco pugnat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Et proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, &c. Vbi describitur praelium gestum in principio mundi inter Angelos bonos, quorum dux fuit Michael, & malos, quorum dux fuit Lucifer, quod non fuit positum in vi, aut armis, sed contentiosa quadam disceptione, qua vnaquaeque pars alteram in suam sententiam pertrahere conabatur. Ex quo satis aperte colligitur, omnes tres propositiones, in quibus haec sententia consistit: nam in primis ex conatu bonorum Angelorum ad permouendum malos in poenitentiam colligitur eos existimasse non fuisse tunc impossibile malis Angelis poenitere de suo peccato, aut propter naturalem inflexibilitatem voluntatis suae ab eo, quod semel eligit, aut propter defectum diuinae gratiae.

Et praeterea ex multitudine disceptionum, & locutionum, quas necesse fuit in eo praelio vtroque haberi colligitur ipsum praelium non fuisse instantaneum, sed durasse per aliquod tempus, atque adeo totum hoc tempus fuisse datum malis Angelis, ut de suo peccato poeniterent si vellet. Et praeterea Ezechielis 28. de Lucifero, sub persona Regis Tyri, ita dicitur: *In medio lapidum ignitorum ambulasti; perfectus in vijs tuis a die*

55

56

Ezechiel.

condi-

57

conditionis tuae, donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate, & eieci te de monte Dei, & perdidisti te, o Cherub, protegens, de medio lapidum ignitorum. Ex quibus verbis ferè eadem propositiones colliguntur: nam in primis cum dicitur: *In medio lapidum ignitorum ambulasti*, propter verbum *ambulasti*, significatur durationem viæ Angelorum non fuisse vnus tantum instantis, sed alicuius temporis; quia motus ambulationis non potest in instanti perfici.

Dices.

Dices, illa verba intelligi de mora, siue duratione prima, qua Angelus nondum peccauerat; quoniam sequitur, *donec inuenta est iniquitas in te*, & ita ex eis solum probari illam primam moram non fuisse instantaneam, sed temporalem per correspondentiam ad nostrum tempus.

Respon.

Sed hoc facile impugnari potest ex verbis sequentibus; quia statim sequitur: *In multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate, & eieci te de monte Dei, & perdidisti te, o Cherub, protegens, de medio lapidum ignitorum*. Quibus verbis significatur, hunc Angelum commisisse multa, & grauissima peccata, & propterea fuisse postea à Deo eiectum de medio lapidum ignitorum, ex quo apertè constat ipsum commisisse hac peccata dum versaretur in medio lapidum ignitorum. Quare etiam verba præcedentia, in quibus

dicitur Angelum ambulasse in medio horum lapidum, erunt intelligenda de mora, qua peccauit.

Et non obstant illa verba: *Donec inuenta est iniquitas in te*: quia non sunt adiungenda his verbis, sed illis: *Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuae*. Et ita integer sensus horum verborum, iuxta Hieronym. expositionem erit: Tu Cherub ambulasti, hoc est versaberis in medio lapidum ignitorum, id est sanctorum Angelorum, & fuisti perfectus, hoc est sanctus, & immaculatus in operibus tuis: donec propria voluntate peccasti, tamen quia repletus es iniquitate, ideò eieci te de medio lapidum ignitorum. Et adducit Hieronym. in exemplum illud Genes. 3. *Eiecit Adam, & constituit eum contra Paradisum deliciarum*. Quare ex hoc testimonio non obscure colliguntur tres propositiones contentæ in hac sententia: nam in primis moram, qua Angelus peccauit non fuisse instantaneam, sed temporalem colligitur non solum ex verbo *ambulasti*, sed etiam ex multitudine peccatorum, quæ his posterioribus verbis significatur ipsum commisisse. Et deinde ipsum postquam commisit primum peccatum potuisse quantum erat ex natura sua mutare sententiam, & habuisse sufficientia auxilia gratiæ ad poenitendum de peccato commisso constat, quoniam aliàs non fuisset vltèrius relictus in statu viæ, & in medio lapidum ignitorum. Ex Sanctis etiam possunt pro hac sententia adduci Ci-

Cyrillus.

ryllus

59

Hieronym.

60
Genes. 3.

61

ryllus catechesi secunda illuminatorum, vbi exhortas homines ad poenitentiam spe consequendi à Deo veniam, sic ait: *Dicimus sanè nos ex parte quadam, de illius erga homines benignitate, sed nescimus quanta ille & Angelis condonauerit. Indulget enim, & illis: quandoquidem ipse tantum vnus est, qui peccare non possit, qui purgat peccata nostra Iesus*. Quibus verbis apertè significatur, Deum aut re ipsa condonasse ali- quibus ex malis Angelis peccata, aut saltem fuisse paratum condonare ea. Basil. in caput 14. vbi exponens illa verba: *Quemadmodum vestimentum sanguine permixtum non est mundum, sic neque tu eris mundus, &c.* comparat principem Babylonis Diabolo, sic ait: *Quis tandem poenitentia locus relinquit debuit isti tyranno, ut neque Diabolo, qui protoplastum hominem interemit, & per illum mortem inuexit posteritati? Quibus verbis videtur significare Deum dedisse Dæmoni locum poenitentiae, quoad vsque fuit primis parentibus occasio peccandi: & Hieronymus tomo. 6. in illud ad Ephesios, 1. *Et omnia subiecit sub pedibus eius*. Vbi sic ait: *Potest itaque responderi, quod absque peccato nullus sit, & sydera ipsa non sint munda coram Deo, omnisque creatura pauca creatoris aduentum. Unde & Crux saluatoris non solum ea, quæ in terra, sed etiam ea, quæ in caelis erant purgasse perhibetur*. Et in illud capit. 4. *Qui descendit ipse est, qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia,**

Basil. in. 14. Iai.

Hierony. Ephes.

62

63

ita inquit: *Neque enim scire possumus quomodo & Angelis, & his, qui in inferno erant, sanguis Christi profuerit, & tamen quin profuerit, nescire non possumus*.

Tertia sententia

EST ALTORVM, qui etiam nulla facta mentione huius testimonij conueniunt cum præcedenti sententia in duabus prioribus propositionibus, & dissentiunt in tertia, scilicet Angelis, qui peccauerant data fuisse à Deo auxilia sufficientia, quibus in Deum conuerterent per poenitentiam. Hanc sententiam ex antiquis Scholasticis sequuntur Richardus in 2. distinctione. 7. articulo. 2. questione. 1. Bonauent. articulo. 1. questione. 1. Durand. questione. 2. Gregorius questione. 1. articulo. 2. Marfil. in 2. questione. 5. articulo. 3. Et ex recentioribus Molina. 1. parte. questione. 6. articulo. 6. Gregorius de Valentia. 1. parte. questione. 15. puncto. 2. Et negandam esse illam propositionem solet probari in primis: quia Sancti communiter eam negant, vt specialiter Damascen. libro. 2. capit. 4. vbi sic ait: *Illud etiam sanè non alienum fuerit, quod hominibus mors est, hoc Angelis lapsum existisse. Post lapsum enim præclusa iam est illis omnis resipiscendi facultas, quemadmodum, & hominibus, postquam ex hac vita migrarunt*.

Secundò solet probari ex varijs rationibus congruentiæ, quæ Sancti assignant, vt Deus

Richardus.

64
Bonauent.
Durand.
Gregorius.
Marfil.
Molina.

Valentia.

Damascen.

no-

62

noluerit Angelus post vnum peccatum dare auxilia gratiæ, quibus possent ab eo resurgere, & accipere salutem amissam, quamuis hominibus quamtumuis plurima, & grauissima peccata commiserint, dum sunt in hac vita nunquam huiusmodi auxilia denegat. Prima est Damasceni libro citato capite 3. vbi de Angelo ita inquit. *Pœnitentia porro ea ratione minime capax est, quia corpore vacat. Nam quod homo è visiorum cœno emergere, atque ad meliorem frugem se conuertere queat, id ob corporis imbecillitatem est consecutus.* Quam rationem cõmentator Damasc. Clichtouçus ita exponit, vt dicat eius vimitam esse in hoc, quod Angelus, quia immaterialis est maiorem virtutem, & efficaciam haber ad resistendum malo, quàm homo, qui propter carnis infirmitatem facilius potest à peccato vinci. Et in hoc sensu conueniunt in hac ratione Gregor. libro 4. moral. capite 9. & Calsianus collatione. 4. capite 13. & 14. & Isidorus libro de summo bono. capite 12. numero. 10. & 11.

Et huic potest addi secunda ratio, quæ potius est eius explicatio, scilicet Angelum propter suam immaterialitatem præditum esse maiori vi ad cognoscendum, quid agendum sit, & ad exequendum id, quod semel elegerit, quàm hominem: & hunc sensum insinuat Calsianus in fine capitis 13. citati. Et ad eandem rationem potest reduci tertia, scilicet Angelum, quia est immaterialis esse liberum à suggestione facta ab alio

per aliquid sibi intrinsicum, à qua tamen homo, quia est corporeus non est liber. Et hanc rationem etiam assignat Gregorius loco citato, vbi post præcedentem, sic ait: *Est adhuc aliud, quo & perditus homo reparari debuit, & superbiens spiritus reparari non possit. Quia nimirum Angelus sua malitia cecidit, hominem verò aliena prostravit.* Et eandem assignat Anselmus libro. 2. cur Deus homo, cap. 21. Quæ ratio necessariò est intelligenda de suggestione facta per aliquid intrinsicum, quia omninò ab extrinseco etiam potest eam pati creatura purè spiritualis, & de facto omnes Angelos, qui ceciderunt inferiores su premo fuisse eam ab ipso passos concedunt omnes Theologi in 2. distinctione. 6. & specialiter Diuus Thomas. 1. parte. q. 63. articulo. 8.

Ultima ratio est, non fuisse totam naturam Angelicam perditam peccato, nec propter peccata singulorum: quia non peccauerunt omnes in particulari, nec propter peccatum vnus, à quo reliqui peccatū contraherent, quia nõ descendebant omnes ab vno, vt ita possent ab eo peccatum contrahere: è contra verò humanam naturam totam fuisse perditam peccato vnus hominis, scilicet Adami, quia sicut omnes homines ab eo descendunt, ita omnes ab eo contrahunt peccatū. Et hæc fuit sufficiens ratio congruentiæ, vt Deus voluerit reparare homines lapsos in peccatum, & non statuerit idem de Angelis lapsis, quia magis congruum est

64

Ansel.

65

D. Thom.

Damascen.

Gregor.
Calsianus.

Isidor.

Calsianus.

repa-

66

August.

reparare totam aliquam naturam obnoxiam peccato, & innumeris miserijs, & ærumnis, quæ reparare particularia supposita alicuius naturæ, ex qua multa alia erant à peccato libera. Hac ratione vtitur Augustin. tom. 3. in enchiridio. ad Laurentium, cap. 29.

Ultima sententia

EST aliquorum Thomistarum, qui asserunt Angelos, qui peccauerunt nullam habuisse potentiam, neque per modum capacitatis, aut potentiæ remotæ, & incomplete, aut per modum potentiæ proximæ, & complete, atque sufficientis ad habendum actum pœnitentiæ, per quem in Deum conuerterentur, & obtinerent ab ipso remissionem sui peccati. Et ita negant tres propositiones admittas in præcedentibus sententijs. Verum quia ex negatione primæ sequitur euidenter destructio reliquarum: quia si Angeli non fuerunt quantum erat ex natura sua capaces pœnitentiæ, frustra eis darentur duratio viæ, & auxilia gratiæ ad habendum huiusmodi actum, ideò solū meminerunt primæ propositionis, & statuerunt alteram ei oppositã, scilicet Angelos, qui peccauerunt fuisse ex natura sua incapaces pœnitentiæ.

Hanc sententiã sequuntur Capreol. in 2. dist. 7. quæst. 1. artic. 1. in probationibus. 2. cõclusionis. & art. 3. in solutionibus ad argumenta Scoti, Gregorij, & Aureoli cõtra easdem probationes, Caiet. 1. p. q. 64. art. 2. & Ferrar. 4. contra Gent. c. 95. Et probatur

Capreol.

Scotus.
Gregor.
Aureol.
Caietan.
Ferrar.

68

Damascen.

hæc sententia priuò testimonijs Sanctorum: nam in primis Damascenus, lib. 2. fidei. c. 3. iuxta translationem, cuius verba retulimus pro præcedenti sententia, dicit Angelum esse incapacem pœnitentiæ, & iuxta aliam translationem esse in adeptium pœnitentiæ & c. 4. vt ibidem retulimus, dicit esse idem in Angelis lapsum, quod in hominibus mors: quare sicut homines post mortem non sunt capaces pœnitentiæ; ita neque Angeli post lapsum. Et Gregorius libr. 3. 4. moral. cap. 5. sic ait. *Cor antiqui hostis vt lapis indurabitur: quia nulla vnquam conuersionis pœnitentia mollietur:* quæ verba videtur esse intelligenda de Diabolo, etiam ante damnationem, & secundum suam naturam. Et in secunda ratione congruentiæ, ex ipso relata pro præcedenti sententia dicit, superbientem spiritum non potuisse reparari. Et Augustin. libr. de vera, & falsa pœnitentia, cap. 5. prope finem de Diabolo loquens, ita inquit: *Ipse enim si posset sperare, & culpam in se sentire, quod non inuenit in se, presumeret in Dei bonitate.* Et Isidorus lib. de summo bono. cap. 12. num. 9. sic ait. *Diabolus ideò non petit veniam, quia non compungitur ad pœnitentiam.* Quæ ratio vt sic sufficiens videtur denotare eum secundum suam naturam non esse capacem pœnitentiæ.

Secundò probatur, quoniam voluntas Angeli est secundum suam naturam immutabilis ab eo, quod plena libertate semel eligit: ergo etiam est secundum suam naturam incapax pœnitentiæ

Augustin.

Isidor.

de

71

de peccato, quod committit. Consequentia patet, quia cum Angelus peccat operatur cū plena libertate, scilicet, quoad exercitiū, & quoad specificationem, & pœnitere de peccato est mutari ab eo, quod peccando eligitur. Et antecedens à Thomistis citatis solet probari innumeris argumentis, ex quibus potissima continentur in quatuor rationibus pro hac doctrina assignatis in primo argumento, factio in fauorē secundæ sententiæ. Et ideo nunc solum proponuntur testimonia Sanctorum, quibus solet probari, inter quæ in primis referuntur hæc verba ex Gregor. lib. 34. moral. & ex Isidoro lib. de summo bono, cap. 12. *Angelus irrenocabiliter statuit, quod vult.* Quæ tamen verba ego apud neutrum eorum reperio. Et deinde adducitur testimonium Anselmi, qui dialogo de libero arbitrio, cap. 14. explicans, quare ratione reperiatur libertas arbitrii in Angelis respectu rectitudinis, diuidit hanc libertatem in habentem rectitudinem, quæ seruet, & in carentē ea, & rursus diuidit utramque secundum separabilitatem, & inseparabilitatem à rectitudine, & ab eius carentia. Et inquit, in Angelis non fuisse libertatem tenentem separabiliter rectitudinem, nisi vsque ad confirmationē bonorum, & casum malorum, & addit bonos fuisse confirmatos in rectitudine, quam habebant statim post ruinam malorum. Negat verò fuisse in Angelis libertatem carentem separabiliter rectitudine, quoniam boni nunquam caruerunt ea, & mali sta-

Gregor.
Isidor.

72

Ansel.

tim atque propter peccatum amiserunt rectitudinem caruerunt ea inseparabiliter. Quod est dicere, tam bonos, quam malos Angelos mansisse inflexibiles ab eo bono, & malo, quod completa libertate elegerunt. Et demum adducuntur ad hoc probandum testimonia proposita in præcedenti argumento, quatenus in eis significatur hæc eadē inflexibilitas Angelorum.

Tertiò probatur hæc sententia: quia si voluntas Angeli postquam peccauit mansit quantum erat ex natura sua flexibilis ad bonum, & capax pœnitentiæ, sequitur Deum dedisse ei durationem viæ, & auxilia gratiæ sufficientia, vt posset per veram pœnitentiam conuerti in Deum, & disponi ad obtinendum remissionem sui peccati. Probatur sequela, quia suavis Dei dispositio postulat, vt in rerum gubernatione, etiam in ordine ad supernaturalia accommodet se naturis rerum: si ergo voluntas Angeli postquam peccauit mansit quantum erat ex natura sua simpliciter mutabilis à peccato per pœnitentiam, sicut voluntas primi hominis, licet non tam facile, sequitur Deum gubernasse Angelum post suum peccatum in ordine ad finem supernaturalem, accommodatē ad hanc eius naturam, atque adeò dedisse ei durationem viæ, & auxilia gratiæ sufficientia ad habendum actum pœnitentiæ. Consequens tamen videtur falsum, tum quia iuxta communem sententiam Theologorum, quam in primo argumento retulimus esse de-

73

3. Probat
hæc senten-
tia.

74

fuit

75

fuit Angelis lapsus in peccatum, quod hominibus est mors: ergo sicut hominibus post mortem non datur duratio viæ, & auxilia ad habendum actum pœnitentiæ, ita neque Angelis post lapsum in peccatum: tum etiam quoniam incredibile videtur, ex tanta multitudine Angelorum, qui peccauerunt, & post peccatum sunt præuenti auxilijs gratiæ ad habendum actum pœnitentiæ nullum habuisse huius actum, & obrinuisse veniam sui peccati. & tamen videtur necessariò esse hoc dicendum de omnibus; quia oppositum à Theologis communiter damnatur, vt contrarium fidei propter hoc Petri testimonium, in quo de Angelis, qui peccauerunt, dicitur sine exceptione Deum eis non pepercisse. Et illud Iudæ in sua Epistola: *Angelos autem, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudiciū magni Dei, vinculis æternis sub caligine reseruauit.*

76
Epist. Iudæ.

Confirmatur, quoniam primo homini post peccatum, quia quantum erat ex natura sua mansit capax pœnitentiæ, dedit durationem viæ, & auxilia sufficientia ad habendum pœnitentiam: ergo si Angeli post peccatum habuerunt ex natura sua eandem capacitatem, etiam dedit eis Deus durationem viæ, & auxilia, vt possent pœnitere. Patet consequentia, quia si Deus in gubernatione creaturarum in ordine ad finem supernaturalem accommodat se naturis rerum, non est dicendum ipsum eum his duabus creaturis, in qui-

bus erat idem fundamentum pœnitentiæ, scilicet eadem flexibilitas à malo in bonum seruasse tam distinctum modum gubernationis, & prouidentia, vt vnā admiserit ad pœnitentiā, & alteram omninò ab ea excluderet.

Dices, non fuisse idem fundamentum pœnitentiæ in homine, & Angelo post lapsum, scilicet eandem flexibilitatem à malo in bonum, quia homo quantum est ex modo eligendi sibi connaturali est facillimè mutabilis ab eo, quod semel eligit, at verò Angelus ex modo eligendi sibi connaturali habet esse difficillimè mutabilem ab eo, quod plena libertate eligit, quia non ducitur ad eligendum passionem, aut infirmitate aliqua, vel ignorantia, sicut homo, sed est sibi connaturale eligere ex vi propriæ libertatis, & cum perfecta cognitione. Et ad hoc magis explicandum potuerunt adduci rationes congruentiæ relatae ex Sanctis pro præcedenti sententia, vt Deus voluerit reparare hominem, & non Angelum, quoniam ex omnibus ostenditur, fuisse maius fundamentum congruentiæ ex parte hominis, quam ex parte Angeli.

Sed contrà, quia ex his omnibus solum conuincitur fuisse ex parte fundamenti in homine, & Angelo inæqualitatē sufficientem, vt Deus Angelo breviorē daret durationem viæ ad suam reparationem, quam homini, non tamen vt nullam omninò daret. Item, hæc omnia non habent vim respectu

77

78

Aa primi

79

primi hominis, quia propter perfectionem sui status habebat perfectissimum modum eligendi, & neque peccavit ex infirmitate, neque ex ignorantia, neque ex suggestione Dæmonis facta per aliquid sibi intrinsicum, ut postea latius explicabitur.

Prima Conclusio.

Testimonio D. Petri non colligitur, Angelos habuisse capacitatem ad poenitendum.

EX hoc testimonio Petri non colligitur Angelos, qui peccaverunt habuisse quantum erat ex natura sua capacitatem poenitentiae, neque supposita hac capacitare dedisse eis durationem viae, & auxilia sufficientia ad habendum actum poenitentiae; neque etiam colligitur Angelos caruisse hac capacitare, aut quamvis haberint eam, Deum noluisse dare eis durationem viae, & auxilia ad poenitendum, sed statim atque peccaverunt damnasse eos absolute, & projecisse in Tartarum. Hæc conclusio tota videtur confirmari ex communi consensu Expositorum huius testimonij; quia nullus eorum colligit aliquid horum ex ipso. Et deinde probatur quoad priorem partem, quia si aliquid eorum, quæ in ipsa continentur colligeretur ex hoc testimonio, maximè id esset propter argumenta facta in probationem primæ sententiae; & tamen illa non convincere ostenditur in eorum solutione. Et quoad posteriorem partem etiam probatur, quia in primis Angelos non fuisse capaces poenitentiae nullo modo significatur in hoc testimonio, quia

80

non fit sermo de hac capacitare, sed de eo quod de facto accidit. Et deinde Deum non expectasse eos ad poenitentiam, atque adeo non dedisse eis durationem viae, & auxilia ad poenitendum, solum videtur probari, quia dicitur de Angelis peccantibus, & non de perleuerantibus in peccato Deum eis non pepercisse, sed rudentibus inferni tradidisse, atque adeo significatur Angelos statim atque peccaverunt non expectata conditione aliqua, scilicet, an perleuerarent in peccato, vel potius poeniterent de eo incurrisse non solum damnationem, & poenam æternam, sed etiam executionem eiusdem poenæ: & tamè ex hoc non probatur, quia nomen *Peccantibus* potest intelligi de peccantibus finaliter, hoc est cum perleuerantia in peccato usque in finem vitæ. Et illa verba, *Non pepercistis, sed rudentibus inferni tradidistis, &c.* possunt intelligi de damnatione facta non absolute, sed habito respectu ad id quod ratione peccati merebantur, & sub hac conditione, nisi poeniterent de eo. Et ad hoc magis explicandum potest deseruire prima confirmatio secundi argumenti facti in probationem primæ sententiae.

81

Secunda Conclusio.

ANGELI postquam peccaverunt habuerunt quantum erat ex natura sua capacitatem poenitendi de peccato, quod commiserant. Probatur primò, quia est valde con-

Angeli post peccatum habuerunt capacitatem poenitendi quantum erat ex natura sua.

82

formis

83

formis modo loquendi Sanctorum. Quod in primis ostendo, quia Sancti, quorum testimonia retuli in probatione tertiae sententiae, cum inquirunt cur Deus statuerit reparare hominem lapsum, & admittere eum ad poenitentiam, & non decreverit idem circa Angelum lapsum, assignant varias rationes congruitæ, desumptas ex modo, quo uterque peccavit, ut eis ostendant Angelum fuisse magis indignum venia, quamvis neuter fuerit ea dignus. Et tamen si Sancti existimassent, Angelum fuisse ex natura sua incapacem poenitentiae, aut non fuisse capacem sicut hominem, potuissent facilius, & sufficientius respondere Angelum fuisse incapacem reparationis, quia eius immutabilitas à peccato talis erat, ut neque posset habere displicentiam de peccato, quod commiserat, neque desistere ab actuali electione mala, & ita non minus erat incapax veniæ, quam is qui actu peccat pro instanti quo peccat.

84

Ad hoc aliqui ex ijs, qui sequuntur hanc sententiam, dicunt, solum convenire Angelo hanc immutabilitatem si relinquatur suæ naturæ, quia per Dei omnipotentiam posset emoliri, & habere poenitentiam de suo peccato, quod intelligendum est de potentia Dei concurrente non cum auxilijs non auferentibus voluntati suam naturalem modum operandi, qui in nostra voluntate consistit in indifferentia, & libertate ad utramque partem, & in Angelica in immutabilitate ab eo, quod com-

pleta libertate elegit, sed cum auxilijs mutantibus naturalem modum operandi voluntatis, ita ut & nostra determinetur ad unum, & Angelica desistat ab electione mala, & exeat in oppositam electionem, vel per modum displicentiæ de præcedenti electione mala, vel per modum bonæ prosecutionis alterius obiecti.

Verum quamvis hoc admittatur, sicut debet admitti, quia Deus potest immutare naturalem modum operandi secundarum causarum, non solum ita ut operetur alijs modis, quam sunt naturæ operari ex proprijs naturis, sed etiam ita ut exeat in operationes repugnantes suis inclinationibus naturalibus. Tamen adhuc non potest assignari inter naturam Angelicam, & humanam apertum, & sufficientissimum discrimen quantum attinet ad præsentem quæstionem, quoniam ad reparationem humanæ naturæ satis erat eam admitti ad Dei gratiam sub hac conditione, ut haberet actus, quos Deus ab ea ad hoc exigeret, & dari ei auxilijs gratiæ, quæ ad habendum huiusmodi actus requiruntur, & non erat necesse fieri aliquod miraculum immutando naturalem modum operandi suæ voluntatis; at verò ad reparationem naturæ Angelicæ non sufficiebant illa duo, sed ulterius erat necesse fieri hoc miraculum. Et ut Deus non voluerit reparare naturam Angelicam sicut humanam sufficientissima ratio erat requiri hoc miraculum ad eius reparationem.

85

86

A a 2

Con-

87

Confirmatur, quia ut Angelus dicatur simpliciter incapax reparationis, satis est quod ad eius reparationem, neque sufficientiant eius vires naturales, neque vires gratiæ, sed requiratur miraculum, quo immutetur naturalis modus operandi suæ voluntatis. Secundò probatur hæc conclusio, quia capacitas, siue potentia incompleta, & remota ad poenitendum de peccato consistit in naturali libertate voluntatis ad habendum displicentiam de ipso peccato, ut explicui in principio huius controversiæ. Sed Angelus postquam peccavit habet naturalem libertatem ad habendam displicentiam de suo peccato, ut ostensum est in probatione secundæ sententiæ; ubi etiam sunt impugnati omnes modi defendendi oppositum: ergo etiam habet hanc capacitatem poenitendi de suo peccato.

Tertia Conclusio.

DEVS ab æterno ita ordinavit Angelos in beatitudinem supernaturalem, ut solū decreverit dare eis auxilia, quibus ante lapsum possent eam mereri, non tamen quibus post lapsum possent resurgere à peccato, & promereri eandem beatitudinem. Et ita in executione statim atque Angelus peccavit reliquit eum destitutum omni auxilio requisito ad habendum actum poenitentiae, quo se disponeret ad obtinendum peccati veniam.

Hæc Conclusio probatur, primò, quia videtur recepta

communi consensu omnium Theologorum, qui cum Damasceno, lib. 2. fidei capit. 4. fatentur esse idem in Angelis lapsum, quod in hominibus est mors, quia de hominibus certum est, statim atque in peccato mortali mortui sunt, privari omnibus auxilijs necessarijs ad resurgendum à peccato per veram poenitentiam.

Et deinde probatur quatuor rationibus congruentiæ, quas in fauorem tertiæ sententiæ adducimus ex Sanctis ad explicandum cur Deus noluerit reparare Angelum lapsum sicut voluit reparare hominem, quia omnibus ostenditur fuisse etiam congruum Deum ab æterno ita se habuisse in ordinatione Angelorum, & hominum in supernaturalem beatitudinem, ut Angelos voluerit solū ordinare in eam per auxilia, & media proportionata, non tamen reparare si laborerent: at verò homines voluerit non solū ordinare illo modo, sed etiam reparare post lapsum, & ideò cognito peccato Angelorum noluerit dare eis redemptorem, neque sine redemptore auxilia sufficientia ad suam reparationem: sicut cognito peccato hominum voluerit dare eis redemptorem, & per eum auxilia, & media sufficientia ad resurgendum à peccato.

Vt autem intelligatur quomodo illis rationibus ostendatur fuisse hoc congruum, advertendum est ex Diuo Thoma 1. 2. quæstione 73. articulo 6. causas peccati, quæ movent voluntatem ad peccandum præter natura-

89

Damascen.

90

D. Thom.

naturalem

91

turalem modum operandi ipsius voluntatis, qui est ut moveatur liberè ex se ipsa secundum iudicium rationis diminuere gravitatem peccati, & ideò violentiam, ignorantiam, & passionem quando antecedunt peccatum, ut eius causæ reddere ipsum minus grave, & esse occasiones, ut sit magis congruum condonare huiusmodi peccatum, quàm aliud, quod sine huiusmodi causis, & peccatum Angeli non habere eas, bene sequitur ostendi etiam fuisse congruum Deum egisse de remedio humani lapsus, & non de remedio Angelici.

Dices, primam rationem sumi ex infirmitate, & passione; secundam ex defectu cognitionis; tertiam ex suggestione facta per aliquid intrinsecum peccati, & nullam ex his causis habuisse locum in peccato primi hominis propter perfectionem status innocentiae, iuxta sententiam magis receptam, & magis consonam Scripturæ, & modo loquendi Sanctorum; & tamen nunc fieri comparationem inter peccatum Angelorum, & peccatum primi hominis, quia huic præbuit Deus remedium.

Sed contra: quia saltem homo quantum erat ex natura sua erat subiectus his causis moventibus ad peccandum, & de facto non fuisse subiectum proveniebat ex perfectione superaddita suæ naturæ ex libera voluntate Dei. At verò Angelus ex sua natura habebat non subiecti huiusmodi causis, imò & repugnare sibi esse eis subiectum, saltem quantum ad aliqua. Item quantumcunque primus homo

esset liber passionibus, & poleret vi cognoscitiva, non adæquaret in his perfectionem Angeli. Et demum ultima ratio, quæ sumitur ex damni extensione, scilicet quia tota aliqua natura maneret perdita per peccatum, habet locum in primo homine, & non in Angelo,

Ultima Conclusio.

VIA, quam Deus præfixit Angelis ad consequendum beatitudinem supernaturalem, solū habuit in malis durationem sufficientem ad peccati perpetrationem: ita ut cum primum fuerit verum dicere Angelum peccasse, fuerit etiam verum dicere ipsum esse extra viam hanc, atque proinde hæc via non fuit temporalis, sed instantanea etiam per correspondentiam ad nostrum tempus.

Ad huius conclusionis explicationem, & probationem advertendum est: Viam quantum attinet ad præsentem disputationem sumi pro ea duratione, quæ antecedit ipsam constitutionem, in termino ad quem, non quidem pro ut comprehendit durationem creationis, quæ in Angelis etiam pertinuit ad viam, si quidem in ea potuerunt habere, & de facto habuerunt operationem liberam, imò & iuxta communiorum sententiam, supernaturalem, & meritoriam, sed prout excludit hanc durationem, & succedit rei, atque antecedit

93

Via Angelorum solū fuit duratio sufficientes ad peccati perpetrationem, & fuit instantanea.

94

Declaratur via Angelorum.

95

dit constitutionem in termino viae.

Et hæc via ita sumpta, potest adhuc sumi duobus modis. Primò sumitur quasi physicè pro ipsa duratione considerata physicè, hoc est secundum suam entitatem, & secundum proprietates, quæ ipsi ex natura rei conveniunt, ut verbi gratia, esse instantaneam, vel temporalem, & esse breuem, aut longam. Secundò sumitur quasi moraliter pro eadem duratione considerata quoad conditiones, & rationes morales ipsi convenientes, ex libera ordinatione Dei, ut verbi gratia, esse deputatam ad hoc, ut in ea Angelus tendat suis actibus, & operationibus ad acquirendum beatitudinem supernaturalem, aut damnationem æternam, quoniam beatitudo, & damnatio sunt duo termini, ad quos hac via pro diuersitate gressuum, hoc est, operationum pergitur. Et in hac Conclusionem sumitur via hoc posteriori modo, ita ut sensus eius sit, eam durationem, quæ data est Angelis post suam creationem ad pergendum suis meritis in beatitudinem supernaturalem, vel suis demeritis, & peccatis in æternam damnationem, si consideretur secundum hanc rationem moralem, hoc est, quatenus ad hoc fuit data Angelis à Deo, non fuisse maiorem, quam sufficeret ad habendum actum meritorium plenè liberum, aut ad committendum peccatum, atque adeò secundum hanc rationem non fuisse per corres-

96

pondentiam ad nostrum tempus temporalem, sed instantaneam.

Et hoc supposito, probatur hæc Conclusio, quia sequitur euidenter ex præcedenti, quia si Deus Angelis statim atque peccauerunt denegavit auxilia omnia, quibus possent in prædicta duratione progredere in beatitudinem, aut resurgendo à peccato, aut benè operando: ergo etiam statim constituit eos extra statum viatorum, & ulterius: ergo etiam voluit, ut illa duratio siue physicè esset plus duratura, ante constitutionem actualem Angelis in ultimo termino, siue non esset plus duratura, non haberet amplius respectu eiusdem Angeli rationem viæ in sensu explicato. Hæc secunda consequentia patet: quia idem est Angelum pro aliqua duratione non esse in statu viatoris, & illam durationem respectu eiusdem Angeli non habere rationem viæ.

Et prima probatur, quia status viatoris est status pergentis inter terminum viæ, atque adeò habentis vires requisitas ad pergendum: ergo si Angeli statim atque peccauerunt fuerunt omninò destituti auxilijs, & viribus ad pergendum etiam fuerunt constituti extra statum viatorum.

Dices, non esse satis aliquem priuari auxilijs necessarijs ad poenitendum de suis peccatis, ut extrahatur ab statu viatoris, quia de hominibus, dum sunt in hac vita, atque adeò in statu viatorum, asserunt multi

97

Probatur. Angeli statim, ac peccauerunt fuerunt extra statum viæ.

98

Dices.

Theo.

99

Theologi posse peruenire suis peccatis ad talem statum, ut priuetur auxilijs requisitis ad poenitendum.

Sed contrà, quia in primis hæc sententia communiter reprobat ab omnibus, ut continens repugnantia, scilicet relinqui aliquem in statu viatoris, & priuari auxilijs requisitis ad pergendum per viam. Et deinde, qui sequuntur hanc sententiam dicunt, hominem non priuari vnquam, dum est in hac vita, auxilijs sufficientibus, quibus possit poenitere, & oppositum esset apertè contra fidem, sed auxilio quodam efficaci ad poenitendum, siue eius efficacia proueniat ex abundantia gratiæ, siue ex alia ratione. Ac verò Angeli statim atque peccauerunt fuerunt priuari omnibus auxilijs gratiæ non solum efficacibus ad poenitendum, sed etiam sufficientibus ad posse poenitere.

100

Angeli priuari fuerunt Fide, & Spe cum peccauerunt.

Imò simul etiam fuerunt denudati non solum sanctitate, & iustitia, quæ per quodlibet peccatum mortale amittitur, sed etiam habitibus Fidei, & Spei, quibus in sua conditione fuerant ornati, quia cum iam non possent aliquid sperare frustra relinqueretur eis Spes, & consequenter Fides, quæ fundamentum est rerum sperandarum. Et ita constat non esse eandem rationem de hominibus in illo casu, & de Angelis in nostro quantum ad hoc quod est dici esse extra statum viatorum.

(?)

Contra hanc sententiam arguitur.

101

SE D contra sententiam his conclusionibus explicatam potest obijci primò, esse contrariam Diuo Thomæ, quia iusta eam adæquata ratio, propter quam Dæmones non possunt per poenitentiam disponi ad obtinendum veniam sui peccati, est status eorum, cui ex ordinatione Dei est annexa priuatio auxiliorum, quæ ad habendum huiusmodi actum sunt necessaria. Et tamen Diuus Thomas prima parte, quæstione sexagesima quarta, articulo secundo, quamuis non neget hanc rationem, simul etiam assignat aliam, scilicet immutabilitatem voluntatis Angelicæ, ab eo, quod semel completa libertate eligit.

D. Thom.

102

Et ita in corpore illius Articuli docuit, liberum arbitrium Angelorum ex sua natura essetale, ut post electionem completè liberam non sit flexibile ad vtrumque oppositorum. Et postea in solutione secundi, reddens rationem, propter quam Dæmones non possint per Dei misericordiam redire ab statu malitiæ ad statum iustitiæ, ita inquit: *Misericordia Dei liberat à peccato poenitentibus.* Illi verò, qui poenitiæ capaces non sunt, immobilitèr malo adherent, & per diuinam misericordiam non liberantur. Vbi expressè dicit, Dæmones esse incapaces

Aa 4

poeni-

103

pœnitentię, & hoc esse rationem
ut per Dei misericordiam non
liberentur à peccato.

*Secundo arguitur contra
hanc sententiam.*

Secundò obijci potest, non
posse iuxta hanc sententiam
reddi sufficientem rationem obsti-
nationis Dæmonum in ma-
lo, quoniam hæc obstinatio
duo includit, scilicet non posse
habere actum bonum, &
non posse carere actu malo, &
ad neutrum horum sufficit pri-
uatio auxiliorum pertinentium
ad ordinem gratiæ, quia quam-
uis requirantur hæc auxilia ad
habendum actum pœnitentiæ,
qui sit dispositio ad gratiam,
& remissionem peccatorum,
non requiruntur ad habendum
actum bonum in genere
moris intra ordinem natura-
ræ, siue pertineat ad speciem
pœnitentiæ, siue ad aliam quam-
cunque speciem virtutis ac-
quisitæ: & multò minus requi-
runtur ad cessandum ab omni
actu malo, & ex consequenti
ad cauendum omninò actu ma-
lo.

Ad primum respondetur ne-
gando esse contrariam Diuo
Thomæ illam sententiam, quæ
his Conclusionibus continetur.
Et ad primum testimonium,
quo id probatur, respondetur,
Diuum Thomam assignare al-
liam rationem, non tanquam
sufficientem, sed tanquam con-
gruentem ad hoc, ut Deus de-
creuerit non dare Dæmoni au-

xilia, quibus eius voluntas pos-
set mutare per veram pœnitentiam.
Et hoc colligitur aperte
ex eo, quod Diuus Thomas non
solum assignat hanc rationem
respectu obstinationis in malo,
sed etiam respectu confirmationis
in bono, & tamen constat natura-
lem immutabilitatem voluntatis
Angelicæ, non esse sufficientem
rationem confirmationis in bono,
quam habent Beati. Quando
verò Diuus Thomas dicit, hanc
immutabilitatem naturalem esse
rationem obstinationis in malo,
per immutabilitatem non intelligit
impotentiam ad mutationem ele-
ctionis in vtrumque oppositorum,
sed difficultatem, quæ Angelo
conuincit propter perfectionem
iudicij, quo determinatur
ad eligendum.

Et ad secundum testimonium
dicendum est, Diuum Thomam
per incapacitatem pœnitentiæ
intelligere hanc difficultatem,
aut minorem congruentiam
fundatam in ea, ut Angelo
post peccatum darentur tēpus,
& auxilia ad pœnitendum.

Ad secundum respondetur
esse distinctas quæstiones:
Vtrum Angelus post peccatum
habeat capacitatem pœnitentiæ,
per quam disponatur ad obtinendam
remissionem sui peccati? Et an
sit ita obstinatus in malo, ut
neque possit habere actum bonum
moraliter, neque carere actu
malo? Et admissa parte affirmati-
ua in priori, posse defendi par-
tem affirmatiuam in posteriori,

105

106

Angelidicuntur immutabiles, & incapaces pœnitentiæ, propter magnam difficultatē quā in hoc habent.

sicut

107

sicut omnes concedunt homines
post mortem habere capacitatem
pœnitentiæ, & nihilominus
esse illo modo obstinatos in
malo. Quomodo autem hoc
genus obstinationis cohercat
cum capacitatem pœnitentiæ,
atque adeò cum libertate ad
vtrumque oppositorum, & ad
cessandum ab actu, explicandum
est alio loco.

*Ad argumenta prima
sententiæ.*

Ad primū.

108

Ex lege Dei non remittitur pœna sine culpa.

AD primum argumentum
primæ sententiæ responderetur,
concedendo maiorem, & negando
minorem. Et ad probationem
etiam est concedenda maior, &
distinguenda minor, quoad
secundam partem, scilicet ad
remissionem pœnæ requiri, tan-
quam fundamentum remissionem
culpæ, saltem secundum
legem Dei ordinariam: si enim
intelligatur de remissione
pœnæ, prout re ipsa est
facienda, & de lege ordinaria
circa eam, prout re ipsa est
constituta à Deo, vera est, quia
re ipsa, non est facienda
remissio pœnæ, nisi seruata
lege ordinaria, & hæc lex
prout à Deo re ipsa est
constituta disponit non esse
faciendā pœnæ remissionem
nisi supposita remissione
culpæ.

Si tamen intelligatur de
pœnæ remissione, & de lege
ordinaria circa eam, in sensu,
quo de ea loquitur Apostolus,
falsa est, quoniam Apostolus de

neutra loquitur in sensu
vero, & secundum id quod
ipsi rei est consentaneum, sed
ad sensum eorum hominum,
quorum mores corruptos, &
falsa iudicia arguebat, at
verò illi existimabant se
euasuros esse vindictam
suorum scelerum, quantumuis
in eis obdurati persisterent,
& nihil esse contra hoc
diuina lege statutum, quia
videbant Deum nondum
hanc vindictam de eis sumere,
atque proinde admitterent,
etiam Angelos malos, siue
essent, siue non essent
capaces veniæ suæ culpæ,
posse etiam secundum legem
Dei ordinariam euadere
punitionem. Et ideo neganda
est consequentia, quia
ut valeret, oporteret
minorem esse veram in
priori sensu.

Quare argumentum, quo
Apostolus vitur contra hos
hac ratione est explicandum:
Sit ita ut vos existimatis
quoscunque peccatores
quantumcunque obdurati
adhæreant suis peccatis
posse manere liberos à
punitione, & nihil esse
contra hoc diuina lege
statutum: at re ipsa, &
de facto vos non eritis
ab ea liberi, quia si Deus
Angelis, qui peccauerant,
& erant nobilioris naturæ,
quàm vos non pepercit,
hoc est, non condonauit
pœnam, neque vobis
parcet.

Ad secundum concedimus
Apostolum per verbum,
Pepercit, intelligere
remissionem pœnæ, atque
adeò supponere ut certum
ex propria sententia
Deum potuisse Angelis,

109

110

Ad secundum.

Aa 5

qui

III

qui peccauerant condonare pœnam secundum potentiam suam absolutam, & ex sententia eorum, quos reprehendit, & secundum legem Dei ordinariam, negamus tamen colligi ex his verbis ita intellectis Deum potuisse Angelis malis condonare pœnam seruata lege ordinaria, quæ est vt non fiat remissio pœnæ nisi præsupposita remissione culpæ, quia vt iam dixi Apostolus non supponit potuisse fieri hanc remissionem secundum legem Dei ordinariam, sumptam prout à Deo re vera est constituta, sed prout illi, cum quibus loquebatur, sentiebant fuisse constitutam. Quare etiam negandum est sequi id, quod vltius inferitur, scilicet Angelos habuisse capacitatem, & potentiam proximam ad obtinendum culpæ remissionem.

III 2

Ad primam confirm.

Ad primam confirmationem responderetur illam phrasim, *Deus Angelis peccantibus non peperit*, solum significare Deum non condonasse pœnam Angelis, qui peccauerant, non quia simpliciter peccauerant, sed quia adhæserant peccato vsque in finem viæ, siue id prouenerit ex libertate, qua Angelus postquam peccauit potuit, & noluit poenitere de peccato, siue ex immutabilitate suæ voluntatis post electionem, siue ex ordinatione Dei, qua factum est, vt Angelus statim atque peccauit fuerit constitutus extra viam. Et hoc solum conuincunt ambæ probationes.

Ad secundam confirmationem responderetur, Apostolum vti illis duobus exemplis ad probandum Deum non remittere pœnam perseuerantibus in peccato vsque in finem viæ, vndeunque id proueniat.

III 3

Ad secundam confir.

Ad argumenta secundæ sententiæ.

AD primum secundæ sententiæ non oportet responderé: quia est probatio, & fundamentum nostræ secundæ Conclusionis.

Ad primam.

Ad secundum, quatenus est contra nostram vltimam Conclusionem, admissio fundamenti de distinctione illarum trium morarum, & de vniuscuiusque inceptioe, & duratione per correspondentiam ad nostrum tempus, responderetur, vt diximus in explicatione citatæ Conclusionis, antecedens solum esse verum, si intelligatur de illa secunda mora, considerata physicè, & secundum suam entitatem, non tamen si consideretur moraliter, & in ratione viæ datæ ad pergendum proprijs meritis, & operationibus ad consecutionem termini. Et per hoc patet solutio ad totam eius probationem.

Ad secundum.

III 4

Et si obijcias, Angelum in tota duratione illius moræ non fuisse in termino; quia non fuit detrusus in infernum vsque ad tertiam moram, atque proinde fuisse in via, quia inter esse in via, & in termino in

subie-

III 5

subiecto capaci non datur medium.

Quid sufficit ad hoc vt aliquis sit extra viam.

Responderetur, in illa duratione non fuisse in termino, quo ad executionem pœnæ, sed tamen quoad vltimam damnationem, & quoad obstinationem fuisse in termino statim atque peccauit: quamuis nondum esset finita illa mora per correspondentiam ad nostrum tempus, & hoc esse satis, vt statim fuerit extra viam in sensu explicato, hoc est, extra statum viatoris. Sicut si Deus statuisset non reparare hominem post peccatum, & statim priuare eum omnibus auxilijs, & donis supernaturalibus, quibus posset tendere in beatitudinem, diceretur talis homo statim atque peccaret esse extra statum viatoris, & extra viam in eodem sensu, quamuis non mitteretur in infernum vsque in fine vitæ corporalis.

III 6

Et si quæras, quando per correspondentiam ad nostrum tempus coeperit Angelus esse extra viam in sensu explicato?

Responderetur, cum primum fuit verum dicere ipsum consummasse peccatum, quod fortè non incoepit, per correspondentiam ad nostrum tempus per primum sui esse, sed per vltimum non esse, ita vt in instanti, quo Angelus peccauit fuit verum dicere: nunc Angelus non consummauit peccatum, ita vt sit verum dicere de præterito peccauit, peccat est extra viam, sed immediate post hoc.

Et si vltius quæras: Cur Deus statuerit moram via Angelorum entitatiuè, & physicè esse temporalem, si Angelus in ea non erat in statu viatoris?

III 7

Responderetur, quia statuerat, vt esse in termino quoad executionem inciperet per correspondentiam ad nostrum tempus per primum sui esse, & inter quælibet duo instantia nostri temporis debet mediare tempus.

Ad tertium responderetur distinguendo antecedens: si enim intelligatur de via physicè considerata, verum est: si tamen intelligatur de via moraliter considerata, falsum est, vt explicatum est in solutione præcedentis argumenti. Et idè neganda est consequentia, quia vt valeret oporteret antecedens esse verum in posteriori sensu.

Ad tertium.

III 8

Ad confirmationem responderetur, negando antecedens, quia sicut diximus in solutione argumenti præcedentis, Angelos malos, in illa secunda mora statim atque per correspondentiam ad nostrum tempus fuit verum dicere consummasse suum peccatum, fuisse obstinatos in malo; ita de bonis in eadem mora dicendum est statim atque per correspondentiam ad nostrum tempus fuit verum dicere consummasse actum meritorium completè liberum, fuisse confirmatos in bono.

Ad confirm.

Ad vltimum quantum ad primū testimonium responderetur primò cum Francisco de Ribera ibi nu-

Ad vltimum.

mero

119

mero vigesimo sexto, qui id colligit ex Gregorio homilia 34. in Euangelia, & ex Aretha in Commentario ad idem testimonium, praelium quod ibi describitur non fuisse factum initio mundi cum Diabolus, & Angeli eius à cælo eiectione sunt, sed pertinere ad tempora vicina fini mundi, quando Diabolo, & Angelis eius fauentibus per Antichristum, & eius ministros in Sanctos, Michaël cum Angelis suis pugnabit aduersus Diabolum adiuuans eisdem Sanctos orationibus, exhortationibus, & omni opera, ut fortiter resistent tentationibus, & insidijs Diaboli.

Secundò respondetur.

120

Secundò respondetur, quamuis praelium illud gestum fuerit initio mundi, non posse ex eo colligi tres propositiones illius sententiæ: nam in primis contentione illa non significatur conatus Angelorum, siue bonorum, siue malorum, ad pertrahendum alios in suam sententiam, sed diuersitas studiorum, & affectuum, quibus mali in superbiam efferebantur, & à Deo recedebant, boni verò humilitate, & obedientia se totos Deo subiciebant. Et deinde ad hoc genus contentionis non fuit necessaria tanta multitudo disceptationum, & locutionum, ut propterea oportuerit secundam moram fuisse temporalem per correspondentiam ad nostrum tempus, & quamuis tanta fuerit harum disceptationum multitudo, ut ad eam fuerit hoc necessarium, non sequitur viam Angelorum post peccatum in ratione viæ, aut mo-

raliter consideratam, fuisse ita temporalem, sed solum secundum suam entitatem, & durationem physicam.

Et quantum ad secundum testimonium responderetur primò, à multis Expositoribus intelligi ad literam de Principe Tyri, & in sensu spirituali de Lucifero, & idè non esse necessarium omnia, quæ in eo dicuntur accommodare cum proprietate, & rigore Luciferi.

Secundò respondetur, non esse insufficientem solutionem ibi assignatam: saltem quantum ad verbum, *Ambulasti*, quia etiam Scholastici, qui illud testimonium exponunt de Luciferi, dicunt, illa verba esse intelligenda de prima mora, & ita de ea solum colligunt inde fuisse temporalem, per correspondentiam ad nostrum tempus, & non obstat sequentia verba intelligi de secunda mora, quia non est eadem ratio de omnibus.

Tertiò respondetur, etiam si omnia illa verba, aut solum sequentia intelligantur de secunda mora, non posse inde colligi propositiones oppositæ sententiæ: nam in primis verbum *Ambulasti* ponitur metaphoricè ad significandum viam, non autem modum eius, scilicet durationem temporalem, & deinde id quod dicitur de multitudine peccatorum, solum conuincit Luciferum commisisse plura peccata, aut vnum habens malitias diuersarum specierum, ad quod sufficiebat mora instantanea. Et tandem ex eo, quod dicitur

ibi

121

Ad secundum testimonium.

Secundò respondetur.

122

Tertiò respondetur.

123

dicitur ibi insinuari, scilicet Luciferum, etiam postquam peccauit mansisse in medio lapidum ignitorum, tantum potest colligi illam secundam moram fuisse temporalem secundum physicam considerationem.

Cyrill.

Et quantum ad testimonia Sanctorum, responderetur, Diuum Cyrillum per *Indulgere peccata*, non intelligere solum remittere peccata iam commissa, sed præseruare à committendis, & de Christo cum sit Deus potuisse dici præseruasse Angelos à peccatis siue meruerit eis gratiam, siue non. Et Basilius cum dicit non fuisse datum locum poenitiæ Diabolo, qui protoplastum interemit, non negat fuisse antea ei denegatam facultatem poenitendi, sed meminit specialiter illius occasionis propter comparisonem cum principe Tyri, quoad crudelitatem, & consequenter quoad exclusionem à poenitiæ. Et Diuus Hieronymus per *Purgare Angelos, & prodesse eis*, non intelligit remittere eis peccata, sed purgare ab ignorantia negatiua circa multa pertinentia ad mysteria gratiæ: de quibus Christi incarnatione, & aduentu fuerunt instructi.

Hieron.

Ad argumenta tertiæ sententiæ.

AD fundamentum tertiæ sententiæ patet solutio ex nostra tertiâ conclusione, cui fauent.

Ad argumenta vltimæ sententiæ.

125

Ad primū.

Damas.

AD primum argumentum vltimæ sententiæ responderetur, Damascenum per esse Angelum incapacem aut inadeptium poenitiæ intelligere esse priuatum auxilijs, & gratia ad poenitendum, aut esse ex natura sua ad id difficilem; dixisse verò peccatū fuisse Angelis idè quod hominibus est mors, quia sicut homo post mortē priuatur his auxilijs, ita Angeli fuerunt eis priuati statim atque peccauerunt. Reliqua verò testimonia Sanctorum apertè intelliguntur de Angelis post peccatum, & de impossibilitate reparationis, & poenitiæ proueniente ex denegatione auxiliorum fundata in naturali proprietate ipsorum Angelorum.

126

Ad secundum.

Ad secundum responderetur negando antecedens, & ad testimonia Sanctorum, quibus probatur, patet solutio ex ijs, quæ ad præcedentia diximus.

Ad vltimum responderetur negando sequelā, & ad probationē dicendum est Deum se accommodare naturis rerum, cum Angelo tantum dedit durationem viæ sufficientem ad consummandum meritum completè liberum, aut post peccatum, & post peccatum noluit ei dare auxilium ad resurgendum, tum propter naturalem difficultatem, quam habet ad mutandum electionem completè liberam: tum etiam, quia propter præstantiā suæ virtutis intellectuæ, & appetitiuæ poterant facillimè perficere omnia quæ ad cōsecutionē termini

Ad tertium.

requi-

127

requirebantur, & ideò non oportuit eis dare longiorem viæ durationem. Et ex his patet solutio ad confirmationem. Qui-

bus. addi possunt ea quæ diximus pro tertia Conclusionem, ut magis constet discrimen inter Angelum, & hominem.

128

LAVS DEO.



SALMANTICÆ.

Ex officina Didaci à Cussio.

Anno M. DC. X.

Errata primæ partis.

Pagina. 5. colūna. 1. linea. 16. & lege, est. pag. 12. col. 2. lin. 6. degefferit. l. digesse-
rit. pag. 19. col. 1. lin. 34. veritatē meditatibit. l. veritatem meditabitur. pag. 25.
col. 2. lin. 29. homines. l. hominē. pag. 50. col. 2. li. 20. vertēdos. l. evertēdos. pag.
60. col. 1. li. 40. currisse. l. cōcurrisse. pag. 62. col. 1. li. 1. didisci. l. didici. pag. 82. col. 1. 23.
entitate. l. entitati. pag. 88. col. 2. lin. 25. diffusam. l. diffusum. pag. 134. col. 1. lin. 17. gau-
dij. l. gaudijs. pag. 156. col. 2. lin. 24. deseruit. l. deseruit. pag. 170. col. 1. lin. 15. gratiam
l. gratia. pag. 188. col. 2. lin. 5. prudentia. l. prouidentia. pag. 195. col. 1. lin. 52. conferva-
rentur. l. conseruaretur. pag. 220. col. 2. lin. 8. Tyrij. l. Tyri. pag. 226. col. 1. lin. 9. quia. l.
qui. lin. 39. dari. l. dari. pag. 239. col. 1. lin. 29. quodquid. l. quidquod. pag. 241. col. 1.
l. 41. tribueri. l. tribuere.


Errata secundæ partis.

Pagina. 339. colūna. 1. linea. 6. Bofor. lege. Beor. pag. 348. col. 1. lin. 23. Genesim.
Benenedictus. l. Genests. Benedictus. pag. 353. col. 2. lin. 22. Et. l. Et ex. pag. 252.
col. 1. lin. 24. meminunt. l. meminerūt. pag. 357. col. 2. lin. 27. à qua. l. à qua per. lin.
32. ratione. l. rationem. pag. 363. col. 2. lin. 17. colligitur. l. colliguntur. pag. 365. col. 2.
lin. 16. quibus. l. quibus se. pag. 366. col. 1. lin. 1. Angelus. l. Angelis. pag. 374. col. 2. lin.
10. progredere. l. progredi. pag. 375. col. 2. li. 7. iusta. l. iuxta. pag. 376. col. 1. lin. 30. omni-
nō. l. omni. col. 2. lin. 22. conuincit. l. conuenit.

*Con estas erratas está conforme a su original todo lo impresso desta pri-
mera, y segunda parte de las Controuersias del Maestro Curiel. En see
de lo qual lo firmé oy 13. de Dizembre, año 1610.*

El Corrector. &c.

*Manuel Correa
de Montenegro.*



INDEX LOCO-

RVM SACRAE

Scripturæ, quæ in hoc tomo,
vel obiter attinguntur, vel
penitus expli-
cantur.

*Quia tomus iste diuisus est in duos libros, ideo in locis
quæ pertinent ad secundū librū, ultra numerum
ponitur, libr. 2. quæ autem pertinent ad. 1. lib. so-
lum ponitur numerus.*

Ex Genesi.



APVT. 1. In prin-
cipio creauit Deus
Cælum & terram,
folio. 47. num. 5.
Cap. 2. in quocumq;
enim die comederis ex eo morte
moreris. fol. 149. n. 48.
Capi. 3. Eiecit Adam, & consti-
tuit cum contra Paradisum de-
liciarum. li. 2. fol. 364. num. 60.
Ibid. ipsa conteret caput tuum. fol.
71. nu. 2.
Nunc ergo ne forte mittat manum
suam. fol. 209. n. 21.

Cap. 9. Ad imaginem quidem Dei
factus est homo. fol. 148. nu. 33.
Cap. 10. Fuit autem principium
Regni eius Babylon. fo. 43. nu. 6.
Cap. 18. Scio enim, quid præceptu-
rus sit filijs suis. folio. 24. nume-
ro. 4.
Cap. 20. Forsitan non est timor Dei
in isto loco. fol. 44. n. 8.
Cap. 25. Annunciate Patri meo vni-
uersam gloriam meam. lib. 2. fol.
182. nu. 71.
Cap. 42. Nesciebant enim, quod in-
telligeret Ioseph fo. 30. n. 3.
Cap. 45. Ioseph filius tuus uiuit. fo.
3. n. 3.

Index locorum

Cap. 49. Ruben primogenitus meus
fol. 43. num. 6.

Ex Exodo.

CAP. 3. Ego sum, qui sum, li.
2. fol. 181. n. 66.

Cap. 4. Si nō crediderint tibi,
neque audierint sermonem signi
prioris credent verbo signi se-
quentis, folio. 210. n. 27.

Capit. 23. Primitias frugum terre
tue deferes in domum Dei tui
fol. 43. n. 6.

Cap. 30. Quando tuleris summam
filiorum Israel, folio. 43. nume-
ro. 6.

Ibidem. Sume tibi aromata, prima
myrrha, &c.

Cap. 34. Caue ne vnquam cum ha-
bitatoribus terre illius, quæ sint
tibi in ruinam, folio. 118. nume-
ro. 58.

Cap. 40. Operuit nubes taberna-
culum testimonij, lib. 2. fol. 195.
num. 117.

Ex Numeris.

CAP. 2. Tolle summam vni-
uersæ congregationis filio-
rum Israel, fol. 43. n. 6.

Ca. 23. Assumptaque parabola sua
dixit, fol. 4. col. 1.

Ex Deuteronomio.

CAP. 4. Congrega ad me po-
pulum, vt audiat sermones
meos, fol. 44. n. 8.

Custodi te igitur solícite animas ve-
stras, fol. 209. n. 23.

Cap. 7. Ipse consumer nationes has
in conspectu tuo paulatim, folio.
209. num. 35.

Cap. 21. Iste est primus liberorum
eius, fol. 42. n. 6.

Cap. 28. Et eris perditus in prouer-
bium, fol. 9. num. 9.

Ex Iosue.

CAPIT. 12. Sion Rex A-
morrhaorum, folio. 3. nu-
mero. 3.

Ex libro Iudicum.

CAP. 13. Quid vis, vt facias
puer, fol. 23. n. 4.

Ibid. Ab omnibus, quæ locu-
tus sum abstineat.

Ex Ruth.

CAP. 3. Scit enim omnis popu-
lus, qui habitat intra portas
urbis meæ mulieris esse
virtutis, lib. 2. fol. 340. n. 14.

Ex Primo Regum.

CAP. 10. Cum ingressus fueris
urbem habebis obuium, li.
2. fol. 80. nu. 4.

Cap. 16. Ne respicias vultum eius,
lib. 2. fol. 68. n. 14.

Capit. 25. Salutabitur cum ex no-
mine meo pacifice, lib. 2. fol. 164
num. 43.

Ex Secundo Regum.

CAP. 7. Omne, quod est in cor-
de tuo vade fac, folio. 66.
num. 15.

Cap. 18. Est ne pax puero Absalon,
li. 2. fol. 164. n. 45.

Ex Tertio Regum.

CAP. 3. Dedit tibi cor sapiens.
fol. 14. n. 6.

Cap. 4. Salomon locutus est,
tria millia parabolarum, fol. 59.
cap 1.

Cap.

Sacræ Scripturæ.

Capit. 8. Si Cælum, & Cæli Cælo-
rum te capere non possunt, fol.
116. num. 23.

Ibid. Non poterant sacerdotes intra-
re, & ministrare, lib. 2. fol. 185.
num. 119.

Cap. 9. Eritque Israel in prouer-
bium, fol. 6. n. 9.

Cap. 10. Et constituit te Regem, vt
faceres iudicium, & iustitiam,
fol. 23. n. 4.

Cap. 11. Profecto inclinavit corda
vestra, fol. 218. num. 57.

Ex Quarto Regum.

CAP. 3. Cum caneret psaltes fa-
cta est super eum manus
Domini, li. 2. fol. 9. nume-
ro. 17.

Ibid. Nunc autem adducite mihi spal-
tem, li. 2. fo 68. nu. 16.

Cap. 4. Precipe, aut dispone domui
tue, quia morieris, & non viues,
fol. 254. n. 45.

Ibid. Reuelauit Eliseo Propheta, fo.
283. n. 162.

Ex Paralipomenon, lib. 1.

CAP. 16. Cantate Domino om-
nis terra, annuntiate de die
in diem salutare, &c., lib. 2. fol.
345. num. 36.

Cap. 18. Saluauitque Domino Da-
uid, fol. 23. num. 4.

Ex Lib. 2. Paralipomenon.

CAP. 7. Domum hanc, quam
sanctificauit, fol. 9. nu. 9.

Cap. 24. Sicque faciebant per sin-
gulos dies, li. 2. fol. 345. numero.
36.

Capit. 30. In Iuda vero factu est

manus Domini, lib. 2. fol. 9. nu.
18.

Ibidem, Laudantes Dominum per
singulos dies. folio 345. nume-
ro 36.

Capit. 31. Et quidquid per singu-
los dies conducebant, lib. 2. fol.
345. num. 36.

Capit. 32. Attamen in legatione
principum Babylonis folio. 30.
numero. 3.

Ex Iudith.

CAP. 15. Tu gloria Hierusalem
li. 2. fol. 182. n. 71.

Ex Iob.

CAPIT. 3. In ipsa benedicimus
Deum, folio. 146. num. 33.

Cap. 12. Memoria vestra compara-
bitur cineri, fol. 3. n. 3.

Cap. 13. Omnia hæc vidit oculus
meus, li. 2. fol. 8. nu. 11.

Cap. 16. Verbo si amicime, fol. 30.
num. 3.

Cap. 17. Posuit me, quasi prouer-
bium vulgi, folio. 3. num. 3.

Cap. 19. Expoliam me gloria mea
li. 2. fol. 182. n. 71.

Cap. 30. Comparatus sum luto, fol.
3. numero. 3.

Ex Psalmis.

PSal. 17. Circumderunt me do-
lores mortis, lib. 2. folio. 341.
num. 18.

PSal. 20. Præuenisti eum in bene-
dictionibus dulcedinis, lib. 2. fol.
340. num. 15.

PSalmi. 23. Rex gloriæ, libro se-
cundo, folio 183. numero: 74.
& libro secundo, fol. 196. num.
121.

index locorum

Pfal. 24. *Diriget mansuetos in iudicio* fol. 23. n. 4.
 Psal. 27. *Ad te Domine clamabo,* fol. 3. nu. 3.
 Psal. 29. *Vt cantem tibi gloria mea* li. 2. fol. 181. n. 70.
 Psal. 36. *Educit quasi lumen iustitiam tuam,* folio 24. numero. 4.
 Psalm. 43. *Posuisti nos in similitudinem gentibus,* folio nono num. 9.
 Psalm. 48. *Homo cum in honore esset,* fol. 3. nu. 3.
 Ibi. *Inclinabo in parabolam aurem meam* fol. 10.
 Psalm. 62. *Posuisti vestimentum meum cilicium,* folio. 9. numero. 9.
 Psalm. 77. *Aperiam in parabolis os meum,* fol. 4.
 Ibi. *Loquar propositiones ab initio* fol. 4. num. 10.
 Psalm. 98. *Iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti,* fol. 24. numero. 4.
 Psalm. 105. *Beati, qui custodiunt iudicium,* folio. 24. numero. 4.
 Psalm. 110. *Sanctum, & terribile nomen eius, initium sapientiae,* fol. 45. num. 9.
 Psal. 138. *Quo a facie tua fugiam?* fol. 75. num. 34.
 Psalm. 147. *Qui annunciat verbum suum Iacob iustitias, & iudicia sua,* fol. 24. nu. 4.

Ex Prouerbijis.

CAP. 3. *Disciplinam Domini fili ne abijcias.* folio. 18. numero. 3.
 Ibidem, *Conuertimini ad correctionem meam.* folio 19. numero. 4.
 Cap. 4. *Tene disciplinam ne dimit-*

tas. fol. 18. num. 3.
 Capit. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum,* folio. 18. numero. 3.
 Ibid. *Iusti sunt omnes sermones mei.* fol. 23. nu. 4.
 Ibid. *Intelligite paruuli astutiam,* fol. 23. n. 1.
 Capit. 11. *Vbi non est gubernator populus corrumpit,* folio. 29. numero. 2.
 Capit. 12. *Consilia impiorum fraudulenta,* folio : 29. numero secundo.
 Cap. 17. *Non dicit stultus verba composita,* folio. 14. numero sexto.
 Cap. 20. *Cogitationes consilij roborantur,* fol. 29. num. 2.
 Cap. 22. *Stultitia colligata est in corde pueri.* fol. 18. n. 3.
 Cap. 23. *Noli subtrahere a puero disciplinam.* fol. 18. num. 3.
 Ibidem, *Et erit sicut dormiens in medio maris,* folio. 28. numero. 2.
 Capit. 24. *Quia cum dispositione inicitur bellum,* folio. 29. numero 2.
 Capit. 25. *Haec quoque parabola Salomonis,* fol. 11. num. 1.
 Ibid. *Haec quoque parabola Salomonis, quas transtulerunt,* fol. 59. num. 2.
 Capit. 92. *Indutus est Dominus fortitudinem,* folio. 147. numero 40.

Ex Ecclesiaste.

CAP. 7. *Melior est orationis, aut negotij finis, quam principium.* fol. 42. num. 6.
 Ibid. *Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum,* fol. 148. n. 41. & fol. 157. n. 80.

Ex

Sacr & Scriptura.

Ex Sapientia.

CAP. 4. *Raptus est ne malitia,* folio. 48. numero nono, & libro secundo. folio. 232. numero. 55. & libro secundo. fol. 235. num. 65.
 Cap. 5. *Hi sunt quos habuimus aliquando.* fol. 9. num. 9.
 Capit. 9. *Tu elegisti me Regem populo tuo,* folio. 58. columna secunda.
 Capit. 11. *Quorum non solum lesura poterat illos exterminare,* fol. 140. num. 9.
 Capit. 12. *Misisti ante uxores exercitus tui,* folio, 140. numero. 9.

Ex Ecclesiastico.

CAP. 15. *Deus reliquit hominem in manu consilij sui,* lib. 2. fol. 251. num. 172.
 Cap. 39. *Narrationem virorum, nominatorum.* folio quinto, numero quinto.
 Cap. 47. *In cantilenis, & prouerbijis* fol. 11. num. 9.

Ex Esaia.

CAP. 1. *Visio Esaie,* libro. 2. folio. sexto numero quinto, & libro secundo, folio 81. numero. 6.
 Cap. 5. *Propterea captiuus ductus est populus meus,* numero 2. folio 17.
 Ibid. *Expectauit, ut faceret iudicium.* fol. 24. num. 4.
 Capit. 26. *Urbs fortitudinis nostra & Sion,* libro secundo folio 340. numero. 15.
 Capit. 28. *Et erudiet illum in iudicio.* fol. 23. num. 4.

Cap. 38. *Morieris tu, & non viues,* fol. 214. num. 4.
 Capit. 43. *Pater tuus primus peccauit.* fol. 30. num. 3.
 Cap. 48. *Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent,* folio. 209. numero. 23.

Ex Hieremia.

CAP. 2. *Frustra percussit filios vestros.* fol. 18. num. 3. & fo. 22. num. 3.
 Ibidem, *Et factum est Verbum Domini ad me dicens, vade, & clama in auribus Hierusalem,* lib. 2. fol. 81. num. 6.
 Cap. 8. *Loquar aduersus gentem, & aduersus regnum,* folio. 234. numero. 41.
 Cap. 11. *Factum est Verbum Domini ad me dicens, quid tu vides Hieremia, & dixi virgam vigilantem ego video,* lib. 2. fo. 80. num. 5.
 Cap. 22. *Facite iudicium, & iustitiam,* fol. 23. num. 4.
 Capit. 23. *Suscitabo David semen iustum.* fol. 24. num. 4.
 Ibid. *Calum & terram ego impleo,* fol. 116. num. 27.
 Ibidem. *Visionem cordis sui loquantur,* folio decimo quarto num. 37.
 Ibid. *Propheta, apud quem est somnium,* libro secundo, folio. 84. num. 60.
 Cap. 26. *In veritate misit me Dominus ad vos,* folio 14. numero 37.
 Cap. 31. *Dabo leges meas in cordibus eorum.* libro secundo. fol. 184. num. 80.
 Ex Ezechiele.
 CAP. 1. *Vidi visionem,* li. 2. fo. 6. num. 5.

Index locorum

Ibidem, Facta est super eum ibi manus Domini, folio nono, numero. 17.
 Cap. 3. Non enim ad populum profundi sermonis, & ignota lingua tu mitteris, folio. 209. numero. 20.
 Capit. 4. Nequaquam Domine, nunquam inquinatum, & im mundum ingressum est in os meum, libro secundo, folio. 8. num. 12.
 Capit. 16. Ecce omnis, qui dicit proverbium, folio quinto, numero sexto.
 Sicut mater, ita, & filia eius, folio. 8. num. 9.
 Capi. 17. Fili hominis propone anigma, fol. 4.
 Cap. 18. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis, fol. 4. colu. 1.
 Ibid. Quid est, quod inter vos parabola ista vertitur in proverbium fol. 5. num. 6.
 Capit. 21. Pone faciem tuam ad Hierusalem, lib. secundo, fol. 81. num. 6.
 Capit. 28. In medio lapidum ignitorum ambulasti, lib. 2. fol. 363. num. 6.
 Cap. 39. Occulta proverbiorum inquirat, fol. 6. num. 6.

Ex Daniele.

CAP. 4. Tunc Daniel, cuius nomen Balthasar cepit intra se ipsam tacitus cogitare, quasi vna hora, libro secundo, folio 69. numero. 21.
 Cap. 12. Et ego audiui, & non intellexi, fol. 12. num. 27.

Ex Osea.

CAP. 7. Reversi sunt, ut essent absq; iugo, li. 2. fo. 182. n. 69

Cap. 10. Seminate vobis in iustitia, fo. 23. nu. 4.
 Cap. 12. Locutus super Prophetas, libro secundo, folio secundo, numero. 8.

Ex Amos.

CAP. 6. Bibentes vinum in phialis, fol. 43. num. 6.
 Cap. 7. Quid tu vides Amos? & dixit, Trulam cementarij, li. 2. fol. 80. num. 5.
 Ibidem, Quid vides gradere, fuge in terram Iuda, libro secundo, folio 81. num. 6.

Ex Abdia.

V I S I O Abdia, lib. 2. fol. 6. numero quinto.

Ex Iona.

CAP. 3. Adhuc quadraginta dies & Ninive subvertetur, fol. 254. num. 45.

Ex Nahum.

L I B E R visionis, libro secundo, fol. 6. num. 5.

Ex Abacu.

CAPIT. 2. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, folio quarto, col. 2. & fol. 30. num. 3.

Ex S. Matthæo.

CAP. 1. Cum nollet eam traducere, fol. 9. nu. 9.
 Capit. 3. Hic est filius meus dilectus, libro secundo, fol. 124. numero. 18.

Cap.

Sacra Scriptura.

Capit. 6. Primum querere Regnum Dei, lib. 2. fol. 183. num. 73.
 Ibid. Nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut, &c. li. 2. fol. 195. num. 117.
 Capit. 9. Magister, sequar te quocumque ieris, folio 228. numero 22.
 Cap. 10. Qui perscueraverit vsque in finem saluus erit, lib. 2. folio. 232. num. 54.
 Cap. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, folio. 25. num. 1.
 Cap. 12. Peruenit in vos Regnum Dei, libro secundo, folio. 183. numero 73.
 Capit. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram, libro secundo, fol. 162. num. 34.
 Capit. 18. Assimilatum est Regnum Cælorum homini Regi, fol. 11. num. 10.

Ex S. Marco.

CAP. 3. Et imposuit Simoni nomen Petrus, li. 2. fol. 162. num. 34.

Ex S. Luca.

CAP. 1. Locutus est per os sanctorum, libro secundo, folio 13. num. 31.
 Cap. 10. Pax huic domui, lib. 2. fol. 164. num. 48.
 Cap. 11. Peruenit in vos Regnum Dei, lib. 2. fol. 183. num. 73.
 Cap. 12. Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, folio 34. numero 3.
 Cap. 13. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis, folio. 7. numero. 8.
 Cap. 14. Tunc aperuit illis sensum,

ut intelligerent scripturas, lib. 2. fol. 178. num. 53.

Cap. 15. Dico vobis, quod ita erit gaudium in Cælo, fol. 8. num. 9.
 Cap. 17. Ecce enim Regnum intra vos est, lib. 2. fol. 182. num. 72.

Ex S. Ioanne.

CUM Patre & cum Filio eius lib. 2. fol. 179. num. 58.

Cap. 1. Tu es Simon Ioana vocaberis Cephas, qui interpretatur Petrus, libro. 2. folio. 162. numero. 34.

Cap. 1. Mundus eum non cognouit fol. 71. num. 20.
 Dedit eis potestatem filios Dei fieri, li. 2. fol. 146. n. 106.

Cap. 3. Omnis, qui natus est ex Deo peccatum non facit, fol. 151. numero 54.

Cum apparuerit similes ei erimus, lib. 2. fol. 207. num. 167.

Charissimi nunc filij Dei sumus, ibi. fol. 208. num. 171.

Capit. 4. Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan, fol. 222. num. 76.

Ibid. Aqua, quam ego dabo ei fiet, &c. libro. 2. folio. 184. numero 78.

Cap. 5. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi, fol. 222. num. 74.

Ibid. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere, libro secundo folio 179. numero 53.

Cap. 10. Qui non intrat per ostium, fol. 5. num. 6.

Ibid. Oves meæ vocem meam audiunt, libro secundo fol. 224. numero. 22.

Index locorum

Cap. 10. Oves mea, Voces meas au-
diunt fol. 259. lib. 2.
Cap. 11. Expedi nobis, ut vnus ho-
mo moriatur pro populo, lib. 2. fo.
10. num. 2.
Capit. 12. multi principes credi-
derunt in eo, folio. 35. nume-
ro 3.
Capit. 14. Hac locutus sum vobis
apud vos manens, lib. 2. fol. 199
num. 133.
Capit. 15. Non iam vos dico seruos,
lib. 2. fol. 3. nu. 23.
Capit. 16. Hac locutus sum vobis
in prouerbis, fol. 61.
Ibid. Ecce nunc palam loqueris.
Cap. 17. Manifestaui nomen tuum
hominibus, libro, 2. fol. 259. nu-
mero 162.
Cap. 19. Non scindamus eam, sed
fortiamur, folio. 10. numero
22.
Ca. 20. Ascendo ad Patrem meum
& Patrem vestrum, Deum meum,
& Deum vestrum, lib. 2. fol. 124
num. 19.

Actorum,

CAP. 3. Moyses, quidem dixit
quoniam Prophetam susci-
tabit Dominus Deus vester,
lib. 2. fo. 178. num. 55.
Cap. 8. Poenitentiam itaque age a
nequitia tua hac, folio. 222. nu-
mero. 73.
Capit. 17. Non longe est ab vno-
quoque nostrum, folio. 75. nu-
mero 34. & folio. 80. nume-
ro 53.
Capit. 18. Idem dicebat Iudaeis
consulentibus ipsum testificans
Regnum Dei, libro. 2. folio. 78.
num. 54.

Ad Romanos.

CAPIT. 2. Ignoras quo-
niam benignitas Dei ad
poenitentiam te adducit,
fol. 222. n. 64.
Cap. 3. Nunc autem sine lege in-
iustitia Dei manifestata est, li-
bro secundo, folio 178. nume-
ro 54.
Ibidem, Omnes peccauerunt &
egent gloria Dei, libro secundo,
fol. 182. num. 69
Capit. 4. Credidit Abraham Deo,
libro secundo, folio 33. nume-
ro 51.
Cap. 6. Gratia Dei vita aeterna, lib.
secundo, fol. 184. nu. 78.
Capit. 7. Sentio aliam legem in
membris meis, folio 186 nume-
ro 28.
Ibidem, Nunc autem soluti sumus
a lege mortis.
Capit. 8. Quos praesciuit & prae-
stinavit conformes fieri, libro se-
cundo, folio. 258. numero. 159.
Capit. 8. si filii, & haeredes, libro
secundo, folio 122. numero 10-
& duodecimo.
Ibidem, Accepistis spiritum ado-
ptionis filiorum, folio. 37, nume-
ro 3.
Ibidem, Ut sit ipse primogenitus,
libro secundo, folio. 123. nume-
ro 11.
Ibidem, Lex enim spiritus vita
in Christo Iesu liberavit me, li-
bro secundo, folio 341. nume-
ro. 20.
Cap. Et ut ostenderet diuitias glo-
riae suae, lib. 2. fol. 222. numer. 15.
Ibi. Cum nodum natis fuissent, & c. li.
2. fo. 224. nu. 24. & f. 255. n. 187.
Ibid. Ut secundum electionem pro-
positum Dei maneret, lib. 2. fol.
234. num. 22.

Cap.

Sacra Scriptura.

Cap. 11. Non repulit Deus plebem
suam. fo. 241. nu. 92.

Ad Galatas.

CAP. 2. Sed propter introdu-
ctos falsos fratres, lib. 2.
fol. 340. num. 13.
Cap. 3. Similiter Abraham credi-
dit Deo, libro secundo. folio. 33.
num. 51.
Cap. 5. Qui sunt Christi, & c. lib. 2.
fol. 181. num. 88.

Ad Colossenses.

PRIMO, Qui eripuit nos, de pote-
state tenebrarum, folio 183.
num. 73.

Ad Timotheum.

FIRMUM fundamentum Dei
stat, lib. 2. fol. 224. num. 22.

Ad Corinthios primam.

PRIMO primam, Qui factus est
nobis sapientia a Deo, libro. 2.
fol. 340. num. 16.
Primam. 4. Quis enim te discernit,
li. 2. fol. 234. num. 20.
Primam. 9. Ne forte cum alijs pra-
dicauero, folio. 222. numero
74.
Primam. 13. Charitatem autem non
habuero, nihil sum. lib. 2. fol.
182. num. 60.
Primam. 14. Nolite fieri pueri sensi-
bus. fol. 25. n. 5.
Primam. 15. Gratia Dei, sum id,
quod sum, libro. 2. folio. 181. nu-
mero. 66.

Secundam ad Cor.

Secundam. 1. Gloria nostra haec est,

& cetera. libro secundo. fol. 182
num. 70.

Secundam. 3. Quod si ministra-
tio mortis, lib. 2. folio. 341. nu-
mero. 20.

Secundam. 6. Aut quae societas luci
ad tenebras. libro secundo. folio.
779. num. 58.

Secundam. 11. Respondi enim vos
vni viro, fol. 37. num. 3.

Ad Ephesios.

CAP. 1. Sancti qui sunt Ephesi
libro. 2. folio. 181. nume-
ro. 77.

Ibid. Qui praedestinavit nos in ado-
ptione in filiorum. libro secundo,
fol. 235 num. 66.

Capit. 4. Deponite vos secundum
pristinam conuersationem vete-
rem hominem, folio 143. nu-
mero. 22.

Cap. 5. Quia membra sumus corpo-
ris eius, libro secundo. folio. 169.
num. 18.

Ad Colossenses.

CAP. 3. Nolite mentiri inuicem,
fol. 143. num. 23.

Ad Hebraeos.

PRIMO, Qui cum sit splendor glo-
riae, li. 2. fol. 182. num. 71.

Capit. 7. Talis enim decebat, ut
nobis esset Pontifex, folio. 26.
num. 3.

Cap. 11. Dei fide obtulit Abraham
Isaac cum tentaretur, lib. 2. fol.
33. num. 51.

Ibid. Fide Noe responso accepto de
ijs, quae adhuc non videbantur,
libro secundo folio. tertio, nu-
mero. 51.

Cap.

Index locorum

Capit. 12. *Fili mi noli negligere disciplinam Domini, fol. 18. numero. 3.*

Ibid. *Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei, libro secundo, fo. 184. num. 80.*

Ex Iacobi Epistola.

CAP. 2. *Abraham Pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, lib. 2. fol. 33. num. 51.*

Ex Petri Epistolis.

DE *qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt, lib. 2. fol. 578. n. 54.*

Secundæ Petri *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faciatis, folio. 237. numero. 53.*

Primæ Petri, 1. *renati non ex semine corruptibili, li. 2. f. 183. n. 75.*

Ibid. *In quem nunc non videntes, quique creditis, lib. 2. fol. 212. num. 187.*

Primæ 1. *Satagite, ut per bona opera, &c. folio. 288. numero. 3.*

Secundæ Petri, 1. *Pro Multifariam, multisque modis, libro secundo, fol. 13. n. 31.*

Secundæ Petri. *Et habemus firmiter Propheticum sermonem, lib. 2. folio. 16. num. 46.*

[Ex Iohannis Epistolis.

PRIMÆ. 1. *Quod fuit ab initio quod audimus, lib. 2. fol. 171. numero 26.*

CAP. 2. *Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum. fol. 80. numero. 2.*

Primæ. 3. *Omnis, qui natus est ex Deo peccatum non habet, lib. 2. fol. 183. num. 78.*

Ex Apocalipsi

CAP. 12. *Et factum est prælium magnum in celo, lib. 2. fol. 363. num. 54.*

F I N I S.

S A L M A N T I C A E.

**Excudebat Didacus à
Cusio.**

Anno. M. DC. XI.



INDEX GENERALIS
Rerum notabilium, quæ in
hoc opere conti-
nentur.

A.

Abstracta.



N aliqua sententia
ponuntur pro concre-
tis. lib. 2. fol. 340. nu-
mero 16.

Adam.

Vide verbum perfectio.

Vide verbum homo.

Actus quo Adamus se disposuit
ad gratiam habuit pro obie-
cto incarnatione, quatenus or-
dinabatur ad consummatio-
nem gloriæ. folio. 169. nume-
ro. 120.

Adam in sua creatione simul
cum natura accepit esse caput
totius naturæ humanæ fo. 153
col. 1.

Simul constitutus est caput natu-
ræ humanæ ad perfectiones
tam morales naturales, quam
supernaturales, & non per par-
tes, ibidem.

Ante quodlibet instans signa-
tum post creationem potuit
peccare pro se, & pro sua pos-
teritate, ibidem col. 2.

Statim ac creatus est fuit in pa-
radiso collocatus. folio 154.
col. 1.

Ante peccatum corporis im-
mortalitatem habebat. fol. 159.
columna. 1.

Actus.

Unus actus imperatus potest pro-
uenire à duobus motibus for-
maliter distinctis fo. 41. colu-
na 1.

Ad eundem actum intellectus,
non concurrunt duo media
formaliter distincta. fol. 42.
col. 1.

Duplici modo potest esse certi-
tudo in actu intellectus lib. 2.
fo. 41 n. 84.

Actus imperans, ut imperans est
non habet ab extrinseco esse
formaliter ex motu voluntatis,
sed ab intrinseco ex pro-
pria natura, fol. 41.

A

Ado-

Index Generalis

Adolescentia.

Quid sit fol. 27. numero. 5.

A Enigma.

Quid sit, folio. 30.

Angelus.

Post damnationem, non habuit potentiam proximam ad poenitendum, & est de fide lib. 2. folio 351. nu. 7.

Quare sit immutabilis in actu voluntatis, libro 2. folio 356. numero. 25. probatur late, ibid.

Probatur voluntatem Angeli, non esse immutabilem, libro. 2. folio. 358. numero. 36.

Tres moræ seu instantiæ Angelorum, ibid. folio. 361. numero 48.

Ex testimonio 2. Petr. non colligitur Angelum habuisse capacitatem ad poenitendum, ibidem. folio. 370. numero. 79.

Angeli post peccatum habuerunt capacitatem poenitendi quantum erat ex parte sua, ibi. folio 370. nu. 82.

Non statuit Deus dare auxilia Angelis post peccatum ad poenitendum, ibi. folio. 372. num. 88.

Via Angelorum solum fuit duratio sufficiens ad peccati perpetrationem, & fuit instantanea, ibidem, folio 337. numero 98.

Declaratur via Angelorum, ibi. num. 94.

Angeli statim ac peccauerunt fuerunt extra statum viæ.

A Eternitas.

Tres gradus æternitatis, libro secundo. folio. 201. numero. 143.

Anima.

Regit corpus principatu despotico, Ratio vero appetitum sensitivum principatu politico, fol. 187. nu. 31.

Appetitus.

Appetitus sensitivus licet ex natura sua habeat, obedire rationi, nihilominus habet proprios motus, folio 187. numero. 30.

Quomodo possit habere motum proprium rationi contrarium, ibidem, numero. 31.

Tres causæ subiectionis appetitus sensitivi ad rationem, folio 188. nu. 35.

Potest Deus per providentiam extrinsecam subijcere appetitum sensitivum rationi. ibi. num. 36.

De facto fuit in Adam hæc subiectionis per aliquid inhærens, fol. 189. nu. 38.

Non tamen fuit hæc subiectionis per donum inhærens essentiæ animæ, ibidem, numero 40.

Nulla reductio existens in voluntate est causa huius subiectionis, folio. 191. numero 46.

causa

Index Generalis.

Causa huius subiectionis est donum quoddam habituale continens duos habitus, vnum in appetitu irascibili, alium in concupiscibili, fol. 192. numero 49.

Gratia fuit radix huius doni, folio, 195. numero, 62.

Modus, quo in Christo erat appetitus sensitivus, folio. 197. numero. 70.

Argumentum.

Argumentum libri proverborum est pronuntiata quædam vniuersalia ad instruendos mores, folio primo, numero primo.

Astucia.

Duplex est bona, & mala, fol. 27. numero. 4.

Quid sit, ibidem.

Autor.

Libri Proverbiorum autor fuit Salomon, folio, 11. numero. 1.

Scriptor hunc librum, vel dictavit folio, 12. num. 3.

Auctor secundæ epistolæ beati Petri fuit Apostolus Petrus libro, 7. folio, 155. numero. 6.

Auctoritas.

Auctoritas libri Proverbiorum

est canonica folio. 15.

Auxilium.

Argumentum efficax ad tollendum auxilia efficacia, imo, & prædeterminationes diuinas, folio, 226. numero, 12. & deinceps.

Vide circa hoc articulum, quartum, septimæ controuersiæ, infine primi libri,

Effectus formalis auxiliij efficaci est subiectum esse potens proxime in actu primo libro secundo, folio, 272. numero. 215.

Secundum fidem non datur auxilium, quod determinet voluntatem intrinsece ad agendum, & non relinquat illam in differente, lib. 2. fo. 262. n. 175.

Ex parte hominis potest poni aliquid vt detur ei concursus actualis, non autem vt detur ei auxilium antecedens, lib. 2. fol. 168.

Defectus alicuius requisiti ex parte principij reddit impossibile exercitum, libro, 2. folio, 189.

Defectus concursus generalis non reddit opus impossibile simpliciter, sed secundum, quid, ibidem.

Auxilium efficax physicum antecedens difficile intelligitur, libro secundo, folio, 160.

Quomodo distinguatur auxilium efficax à sufficienti, libro secundo folio, 233. numero 60.

Inconuenientia, quæ sequuntur ex eo, quod dicamus non dari auxilium efficax ex, se li-

Index Generalis.

bro secundo, folio 234. numero 61. per errorem, numero. 20.

Deus dat auxilium requisitum per modum principij ad exercitium actus, libro, secundo, folio, 253. numero. 138.

Graue argumentum contra auxilia efficacia, libro, 2. fol. 253. num. 139.

Falsa est distinctio auxilij insufficientis ad posse, & sufficientis, ad operari, libro secundo, folio. 254. numero. 142.

Respectu aliquorum hominum datur aliquod specialius genus providentiæ, ibidem, fol. 255. num. 146.

Efficaciora auxilia dantur electis post lapsum, quam darentur antea libro, secundo, folio, 257. numero. 153.

Explicatur Concilium Tridentinum sessione, 6. capite. 5. & cano. 4. circa indeterminationem voluntatis, posito quocunque auxilio.

Aliquæ solutiones contra hanc explicationem impugnantur, lib. 2. fol.

Non manet indifferens voluntas, si auxilium præueniens determinet ad vnum lib. 2. numero. 210.

Habitus relinquit potentiam, liberam, secus auxilium efficax, libro 2. folio. 290. numero. 223.

Impugnatur indifferentiæ iudicij, ad libertatem voluntatis tuendam, lib. 2. folio, 290. numero. 229.

Repugnat idem principium esse intrinsece determinatum, ad vnum opus, & esse indifferens respectu eiusdem, ibid. numero, 232.

Quando non est in potestate operantis tollere, vel ponere principium illud efficaciter determinans, necessario operatur, ibid. folio, 293. numero, 234.

Suppositio determinans principium operatum, ad vnam partem reddit impossibilem simpliciter alteram ibid. num. 235.

Indifferentia iudicij solum dat libertatem radicalem, non formalem, lib. 2. folio. 294. numero. 238.

Qui determinat voluntatem determinat iudicium intellectus ibidem num. 240.

Implicat, effectum esse determinatum ad hoc ut sit, & causam esse indifferentem, libro secundo, folio, 249. numero. 259.

B.

Brevitas.

Brevitas in dicendo ex Demetrio Phalerio est maxime apta ad retinendum gravitatem, & habet vim ad permouendum affectus fol. i. num. 2.

Brevitate sermonis vtuntur, viri dignitate præstantes, cum pro potestate sua aliquid in alios præcipiunt, ibid.

Econ-

Index Generalis.

Econtra miseri multa verba fundunt, ibidem.

Sicut bellæ corpus in orbem circumagentes contrahuntur, ut vehementius pugnent: ita oratio in orbem redacta ob brevitatem vehemens est ibidem.

Lacedæmones, & septem Græciæ sapientes excellere in breuitate dicendi, ibidem.

Vide verbo, prolixitas in dicendo.

C.

Canonicus.

Quid sit librum esse canonicum folio. 47.

Ecclesia non diffiniuit simul qui essent omnes libri canonici, sed successione temporis, fol. 53. colum. 2.

Sententia Hæreticorum librum sapientiæ non esse canonicum, fol. 48.

Castigatio.

Castigatio, & eruditio idem. fol. 19. num. 4.

Causa.

Quomodo causa operetur immediate virtutis, folio, 84. num. 72.

Causæ totales diuersi ordinis,

concurrunt immediate inmediate suppositi ad eundem effectum, folio, 94. numero. 111.

Quare non producant causæ secundæ effectum, prout est ens per participationem, fol. 96. num. 119.

Quomodo colligatur causam esse coniunctam ipsi supposito, eo quod operetur inmediate virtutis, folio, 97. numero. 124. vsque ad 142.

Causa operans modo sibi conaturali debet esse immediata supposito, folio, 103. numero. 146.

Causa efficiens pro diuersitate subiectorum dat diuersos effectus formales causa vero formalis semper dat eundem libro secundo, folio. 272. numero. 213.

Cephas.

Cephas significat magnum, & durum lapidem, libro secundo, folio, 162. num. 37.

Cephas, & Petrus idem significant, libro, 2. folio, 162. numero, 34.

Charitas.

Quid sit charitatem posse in infinitum, augeat libro secundo, folio 204. num. 155.

Inchoata non differt à perfecta quoad essentiam, sed solum

Index Generalis

quoad statum, folio, 38. columna secunda.

Christus.

Est supra omnes orbés cælestes, folio, 29. num. 27.

Quomodo in illo fuit appetitus sensitivus, folio 197. numero. 70.

Deside est Christum esse vere filium Dei naturalem, libro secundo, folio, 105. numero. 6.

Prædicata, quæ attribuuntur naturæ diuinæ, vt est in supposito Verbi tribuuntur Christo, ibidem.

In Christo hic homo supponit pro persona Verbi, ibidem, numero, 8.

Aliud est dicere Christum esse filium Dei, & hoc est de fide, aliud in quantum homo est filius Dei, & de hoc est quæstio, libro secundo, folio, 106. numero. 10.

Alia prædicata dicuntur de Christo secundum vnâ naturam, alia secundum aliam, ibidem num. 12.

Christus in quantum homo potest vere dici filius Dei, ibid. folio, 110. num. 8.

Hæc propositio Christus ab humanitate habet personam reduplicatiuè est falsa, specificatiuè vera, libro 2. fol. 118. num. 39.

An Christus in quantum homo sit persona creata ibidem numero. 40.

A qua filiatione dicatur Christus filius, ibidem numero.

Ab omnibus formis quæ sunt in humanitate, Christi, suscipit proprias denominationes, libro, 2. folio, 115. numero. 28.

Ratio per se infiniti valoris Christi, est dignitas personæ, conditio vero, humanitas, ibidem.

Hæc propositio, Christus in quantum homo est, Deus est falsa reduplicatiuè, specificatiuè vero vera ibidem, numero. 29.

Christus secundum humanitatem est creatura, est vera reduplicatiuè, ibidem, folio. 116. numero. 32.

Quomodo intelligatur quando Christus dixit, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, libro secundo, folio, 149. num. 117.

Christus dupliciter habet esse filium Dei à filiatione æterna libro secundo, folio. 150. numero, 121.

Hæc proposito, Christus in quantum homo est Deus, si sumatur specificatiuè est vera per gratiam vnionis, ibidem, numero, 122.

Christus in quantum homo dicitur filius Dei naturalis, non secundum modum habendi filiationem, libro, 2. folio, 152. numero. 1.

Per gratiam habitualement non habet Christus ius ad bona Dei, libro secundo, fol. 152. numero, 129.

Quomodo Christus fuerit promissus in nostram reparationem, libro, 2. folio. 213. numero. 190.

Quomodo eius incarnatio possit

Index Generalis.

dici promissio Dei ibidem numero 189

Quare dicatur primogenitus omnis creaturæ. folio, 146. numero. 105.

Cognitio.

Potest dari cognitio abstractiua rei existentis, libro, 2. folio. 52. num. 126.

Incertitudo ex parte obiecti materialis optime potest esse cum certitudine, & infallibilitate diuinæ cognitionis, fol. 222. numero. 32.

Comparatio.

Comparatio, seu similitudo vnus rei ad alteram est triplex, prima exprimendo eam verbis, etiam apposita similitudinis nota, folio. 7. numero. 9.

Secunda virtute includendo comparisonem, & etiam verbis in quantum oratio postulat, in ordine ad finem ibidem.

Tertia proponendo aliquam rem gestam in exemplum. ibidem.

Omnes hos tres modos comprehendit parabola Salomonis. ibid.

Comparatio remanet obscura nisi extrema cognoscantur, folio, 10. columna. 2.

Confusio.

Confusio linguarum propter duas causas scilicet ad vtilitatem, & punitionem hominum à Deo facta est folio, 215. numero, 46. & 47.

Consensus.

Consensus noster potest esse in determinatus, & determinatus à Deo, libro, 2. folio, 302. num. 274.

Consortium.

Duplex consortium inter nos, & naturam diuinam, lib. 2. folio, 171. num. 28.

Sola gratia dat nobis esse consortes diuinæ naturæ, libro, secundo, folio. 175. numero. 43.

Contactus.

Semper fit media aliqua quantitate, aut molis aut virtutis, fol. 123. numero, 14.

Contractio

Contractio, & depressio appetitus vnde proueniat, folio, 31.

Contradictoria.

Contradictoria, quæ formatur apposita negatione in principio, est bona consequentia, & vera propositio, fol. 286. numero. 174.

Index Generalis.

Corpus.

Nullum corpus erat extra orbes coelestes ante ascensionem Christi, folio, 129. numero, 27.

Creatura.

Creatura ut instrumentum Dei, potest attingere effectum distantem, folio, 102. numero, 142.

D.

Deus.

Præsentia Dei in rebus.

EST in omnibus rebus per essentiam præsentiam, & potentiam, folio. 67. numero. 1.

Est de fide esse in omnibus rebus secundum substantiam, fol. 68. numero, 1.

Colligitur ex illo, spiritus Domini replevit orbem terrarum, ibidem. num. 4.

Et ex illo, & hoc, quod continet omnia, folio, 71. numero. 18.

Ratio D. Thomæ ferè evidens ad hoc probandum, folio, 79. numero, 50.

Vtrum valeat hæc consequentia, Deus operatur per suam

virtutem immediate: ergo per suam substantiam est præsens, folio. 66. num. 78.

Dupliciter consideratur præsentia Dei, & in exercitio, & in actu primo, folio. 81. numero, 57 & 59.

Ratio D. Thomæ ad probandum, hanc præsentiam in vno sensu est à priori in alio à posteriori, ibidem num. 60. vsque ad 66.

Distinctio inter Deum, & agens corporeum in præsentia ad agendum, fol. 84. num. 69.

Quia Deus agit in omnes res secundum omnes partes ideo intime, & penetratiue est in omnibus illis, fol. 97. numero. 122.

Modus essendi, qui appellatur præsentia in ordine ad locum est formaliter in Deo, fol. 104. numero. 151.

Ratio D. Thomæ ad hoc probandum est Theologica, fol. 106. numero, 159.

Et prout innititur rationi naturali est probabilis, ibidem, numero, 160.

Deus est in omnibus rebus duratione causalitate, & loco, fol. 110. numero, 2.

Id quo Deus est præsens in omnibus rebus est quidam modus essendi ipsius Dei, id est est infinitas in ordine ad locum, fol. 118. num. 34.

Tres proprietates præsentie diuinæ in rebus, folio, 120. numero, 44.

Duplici modo potest esse in rebus mediate, & per accidens, & immediate, & per se folio, 122. num. 1.

Deus non est in loco imagina-

Index Generalis.

rio, sicut in loco reali, folio, 127. numero, 20.

Deus per suam substantiam replet spatium totum etiam imaginarium, ibidem, numero 21.

Quid sit Deum replere spatium, folio, 129. num. 30.

Replere Deum omnia spatia, est esse in se ipso in omnibus spatijs, fol. 130. num. 33.

Quare non replet chimeram, cum repleat spatium, quod est nihil folio, 132. numero, 40.

Distinctio.

Quomodo possit poni distinctio in Deo, lib. 2. fol. 167. numero. 9.

Cognitio Dei.

Nulla cognitio incerta, & fallibilis Deo conuenire potest, fol. 213. numero, 36.

Concurfus Dei.

Concurrit Deus ad omnè opus immediatione suppositi, folio 89. numero. 92.

Cum hoc stat concursus causarum secundarum, folio, 91. per errorem, 83. numero, 98.

Dupliciter Deus concurrit ad effectus causarum secundarum, ibidem, num. 100.

Quia Deus est per essentiam ens & creaturæ per participationem, ideo necessario concurrit ad omnem effectum folio, 92, numero. 104.

Deus, & causa secunda sunt cause partiales partialitate causæ, non partialitate effectus, folio, 93. numero, 106.

Quomodo hoc verum sit ibidem, num. 108.

Deus potest creare aliquid in spatio imaginatio, folio. 130. num. 33.

Esse creatum est proprius effectus Dei, folio. 95. num. 114. vsque ad 119.

Deus non potest operari in subiectum distans, folio, 103. numero, 147.

Infinitas Dei.

Quatuor modi infinitatis ponuntur in Deo, folio. 118. numero. 135.

In Deo est infinitas in ordine ad locum, folio. 119. numero, 38.

Et immensitas, num. 39.

Vnio Dei cum creaturis.

Non se vnit Deus creaturis media infinitate positiua, folio, 113. num. 17.

Nec sola negatione distantie, folio, 114. num. 20.

Nec media actione transeunte, numero. 21.

Demonstratio.

Apriori, & à posteriori potest esse duplex, folio, 81. numero. 60

Denominatio.

Denominationes extrinsecæ aliq

Index Generalis.

physicè , aliâ morales , folio 271. num. 115.

Determinatio.

Determinatio , & necessitas ex suppositione potest reperiri cum indifferentia simpliciter , folio 280. num. 151.

Determinatio obiectiua effectus provenit ex determinatione obiectiua voluntatis , folio 282, nu. 158.

Determinatio ad vnum, quæ est in potentia est in ordine ad opus , libro secundo , folio 289. numero 220.

Determinate.

Dupliciter accipitur , folio 256. numero 55.

De die in diem.

De die in diem , quid significet , libro secundo , folio 345. numero 35.

Disciplina.

Significat apud Latinos perceptionem doctrinarum , aut artium quas discipuli à magistro discunt , folio 18. numero 3.

Appellatur etiam institutio ipsorum discipulorum , ibidem. In sacra scriptura sumitur pro ca-

stigatione, ibid. Disciplina dicitur castigatio ex fine , fol. 19. num. 4. Colligitur ex nomine Hebræo, ibidem.

Donum.

Donum inherens essentia animæ non potest disponere, aut actuare subiectum à se distinctum , folio 190. num. 41.

Tribus modis potest dici aliquid donum naturale, folio 192. numero 52.

E.

Effectus.

In quo sit mutatio quando effectus prædeterminatus ponitur in exercitio , folio 271. numero 114.

Electio.

Tres actus divini distinguntur respectu electionis ad gloriam libro secundo, folio. 249. numero. 260.

Quare dicantur hi actus infallibiliter implendi, libro, 2 folio, 300. num. 261.

Electio infert infallibiliter executionem, ibidem, num. 262.

Quomodo electio antecedenter ad executionem sit efficax, ibidem num 264.

Sententia E. Thom. circa infallibilitatem electionis divinæ libro, 2. fol. 301. num. 267.

Diffi.

Index Generalis.

Difficile est intelligere electionem absolutam sine prævisione cooperationis , libro. 2. fol. 160.

Electio absoluta ad gloriam magnam habet difficultatem , libro 2. folio 167.

Quatuor effectus divinæ electionis , libro secundo , folio 244. num. 103.

Potuit Deus libere eligere diversos modos electionis , libro secundo , folio 249. numero 124.

Ens.

Ens per essentiam plenitudo essendi pelagus omnium perfectionum significant infinitatem diverso modo , libro secundo , folio 188. numero. 65.

Ens reale.

Quomodo potest esse aliquid reale per modum essentia , & non prout in actu nec prout in potentia , folio 225. numero. 231.

Enos.

Primus prædicator iustitiæ Dei libro secundo folio 347. numero 43.

Idolatria cepit tempore Enos, ibi. num: 43.

Primus scripsit de religione, ibi. num. 44.

Eius tempore fuit inundata terra pars orbis, ibidem.

Epiphonemâ.

Epiphonema ; quid sit , libro secundo , folio 343. numero 28.

Epistola.

Author Epistolæ secundæ Petri fuit Petrus , libro 2: folio 155. nu. 6.

De tempore & loco , quo fuit hæc Epistola scripta , ibidem, fol. 158. numero. 19.

Eruditio.

Eruditio & castigatio idem, fol. 19. num. 4.

Eruditio doctrinæ pro institutione severa , folio 20. numero 3.

Erubescencia.

Erubescencia ; & verecundia in quo differant , folio 137. columna 1.

Evidentia.

Potest dari evidentia rei , & non per causam , aut per effectum libro secundo , folio 62. numero 168.

Est duplex ibidem , folio. 63. numero. 171.

Eucharistia.

Eucharistia vocatur promissio

Dei

Index Generalis.

Dei, libro secundo, folio 168. num. 14.
Quomodo coniungamur Christo per Eucharistiam, libro secundo, folio 212. numero. 185.
Quomodo vocetur secundum Damascen. participatio Dei, ibidem, num. 186.

Existencia.

Existencia Dei, non est nostro modo concipiendi sua essentia, libro 2. folio 188. numero 66.

Extensio.

Proportio inter extensionem materialem, & virtuaalem, folio 129. numero 29.

Explorare.

Explorare nomen bellicum, libro secundo, folio 340. numero. 14.

F.

Futurum.

Dupliciter dicitur effectus futurus, folio 204. numero 2. & folio 280. num. 152:
In eo possunt distingui duæ rationes, ibid. num. 4.

Sententia negans cognosci futura conditionata. folio 205. num. 7,
Sententia affirmans, numero. 8. & 24.
Testimonia sacre Scripturæ afferentia dari cognitionem futurorum conditionatorum, folio 207. nume. 2:
Pro opposita sententia, fol. 209. num. 21.
Testimonia Sanctorum pro affirmatiua sententia, folio, 224.
Pro negatiua, folio 230. numero. 27.
Ex Diuo Thoma qui cognoscit effectum contingentem tantum in sua causa, non habet de eo, nisi coniecturalem cognitionem, folio 232. numero 35.
Si futura conditionata sunt scibilia potest dari scientia de illis, folio 243. num. 1.
Quod esse habeat futurum, ut futurum, folio 252. numero. 40.
Possibile, futurum, certum, distinguuntur inter se, fo. 253. numero. 43.
Aliquando dicitur in sacra Scriptura simpliciter aliquid futurum, quod non eueniet, ibid. num. 44.
Futurum eo quod futurum necessario est, futurum dupliciter potest intelligi, fol. 259. num. 65.
Non futurum duobus modis sumitur, negatiue, & positiue, fol. 264. num. 86.
Aliqua futura conditionata quæ non sunt futura, sunt à Deo prædefinita; folio, 269. numero. 108.

Index Generalis

Futura conditionata sunt infinita Syncategorematicæ, folio. 273. nu. 122.
Futura secundum se important commensurationem ad vnam partem tantum, fol. 278. numero. 144.
Hæc commensuratio, non fundatur in actuali existentia quæ habet, siue in tempore, siue in æternitate, ibid.
Talis commensuratio non comparatur ad futurum, nec ad aliquid aliud, ut accidens ei superaditum, sed est ipsa entitas futuri, folio 279. num. 145.
Hæc entitas realis futurationis solum est pro vt ens reale distinguitur ab ente rationis, ibid. num. 146.
Dupliciter dicitur aliquid esse futurum, folio. 280. numero. 152.
Ante actum volitionis diuinæ eadem est ratio de futuris absolutis, & de conditionatis quo ad cognitionem, fol. 282. num. 160.
Futura conditionata cognoscuntur à Deo per simplicem intuitum terminatum ad eorum entitatem obiectiuam, folio 284. num. 168.
Eligenda est sententia asserens Deum cognoscere futura conditionata, folio. 287. numero, 1.
Cum hac sententia facile responderetur multis difficultatibus, fol. 288. num. 2.
Quomodo cum hac sententia possunt admitti prædictiones, folio, 289. numero. 6.

Quando à Deo aliqua futura, ut absolute certa prædicuntur, de certitudine secundum ordinationem causarum secundarum debet intelligi, folio 216. numero. 48. & 49:

Fides.

Fides & euidentiã vnius rei, non sibi compatiuntur, libro secundo, folio. 41. numero. 81.
Quæ obscuritas rei sufficiat ad fidem, libro 2. folio 64. numero 184.

Filius.

In filio dantur duæ formæ, lib. 2. folio. 120. numero. 1.

Filiatio.

Filiatio adoptiua præsupponit extraneitatem, & ideo non potest Christo conuenire, libro. 2. folio, 148. numero 113.

Forte.

Cum tribuitur Deo non dicitur dubitationem, folio. 121. numero. 69.

G.

Index Generalis.

Genitius.

Genitius substantiui ponitur pro adiectiuo, libro 2. folio 341. num. 18.

Gracia.

Prima gracia est effectus predestinationis, & meritorum Christi, libro 1. folio 163. numero. 41.

Per gratiam dari consortium physicum diuinæ naturæ, lib. 2. fe. 215. nume. 198.

Gracia habitualis non est formalis participatio diuini esse quatenus est ens per essentiam, libro 2. folio. 188. numero. 94.

Gracia est radix vitæ æternæ, quia est principium meritorum, libro 2. folio. 197. numero 127.

Non colligitur ex scriptura gratiam esse ex propria natura, & ab intrinseco inuariabilem, & indefectibilem, libro secundo, folio 198. numero 129.

Licet hoc possit admitti, ibidem, folio, 199. numero, 135.

Quamuis gracia sit aliqua participatio diuinæ immutabilitatis, non tamen est per essentiam, libro 2. folio, 201. numero. 142.

Gracia noui testamenti in quo excedat gratiam veteris testamenti, libro 2. folio 213. nu-

mero. 192.

Quare nomine gratiæ, primum usus est Petrus in secunda Epistola, libro 2. folio 164. numero 45.

Per gratiam efficitur filij Dei, libro secundo, folio 174. numero. 40.

Sola gracia dat esse consortes diuinæ naturæ, lib. 2. fol. 175. numero 43.

Gracia habitualis solum dat filiationem adoptiuam, libro secundo, folio. 151. numero. 127.

Gracia pertinet ad gradum intellectualem, folio 208. numero, 171.

Gloria.

Dicitur quod in vnaquaque re ipsam magnificat, folio 194. numero. 116.

Gubernacula.

Sumuntur pro arte, & consilio quibus prudens actiones suas moderatur, folio. 28. numero. 2.

H.

Hæres.

Quomodo intelligatur nos esse coheredes Christi, libro 2. fol. 145. numero. 102.

Homo

Index Generalis.

Homo.

Dicitur factus ad imaginem Dei secundum naturam, & ad similitudinem secundum gratiam, folio. 145. numero. 29.

Quid sit Deum fecisse hominem rectum fol. 148. numero 41, & folio 157 num. 80.

Facile poterat vitare peccata in statu iustitiæ originalis, folio 162. num. 100.

Quid est hominem per peccatum non amisisse aliquid ex naturalibus, folio 164. numero. 108.

Acceptit in instanti suæ creationis perfectionem moris fol. 164. & 165.

Disposuit se ad gratiam quam recepit in instanti creationis, folio, 169. numero, 10.

Gracia data primo homini fuit effectus meritorum Christi, fol. 170. num. 14.

Secundâ perfectio, quæ data est primo homini consistebatur in habitibus infusis supernaturalibus, folio, 171. numero. 6.

In statu innocentie non erat nasciturus cum perfecta prudentia, folio, 175. numero 20.

Homo creatus est inextremabilis, seu incorruptibilis, quoad corpus, & quoad mores, folio, 163. numero 104.

Cur ex mille hominibus vix vnus reperiat qui officium suum adimpleat folio 58. columna 1.

In eius creatione seruata fuit proportio inter essentiam animæ, & eius potentias, quantum ad perfectionem, & dispositionem moralem, fol. 155. col. 1.

I.

Indifferensia.

Respectu peccati est intrinseca homini libero, 2. libro, folio 261. numero, 121.

Idolatria.

Cæpit tempore Enos, lib. 2. fo. 347. num. 44.

Immutabilitas.

Tripliciter accipitur, libro secundo, folio, 200. numero, 137.

Non potest communicari creaturis ab intrinseco, & ab extrinseco, ibidem, numero. 139.

Imago.

Imago, & similitudo, non differunt in hoc, quod imago referatur ad naturam, similitudo verò ad gratiam fol. 145. col 2.

Imago addit supra similitudinē, fol. 146. num. 34.

Incarnatio.

Incarnatio vocatur promissio Dei lib. 2. fol. 169. num. 20.

Infalli-

Index Generalis.

Infallibilitas.

Infallibilitas effectus potest provenire ex collectione diuersarum causarum indifferētium, fol. 237. nu. 56.

Infinitum.

Potest dari species repræsentans infinitum, quo ad an est, lib. 2. fol. 52. nu. 125.

Inexterminabilis.

Quid significet. folio. 162. n. 99. & fol. 165. n. 112.

Inicium.

Quibus modis sumatur in sacra Scriptura. fol. 42. nu. 6.

Innocentia.

Est duplex ex Basilio. fol. 25. nu. 2. & 3.

Instrumentum.

Instrumenta materialia probabilius est eleuari solum per assistentiam. lib. 2. fol. 76. num. 49. per errorem. 46.

Integritas.

Integritas naturæ quid sit. folio 136. num. 1.

Intellectus.

Cum non conuincitur ab obiecto est indeterminatus quo ad actum, & quo ad specificatio-

nem. libro. 2. folio, 45. numero. 99.

Conuincitur moraliter ad assentiendum huic propositioni, Roma est. lib. 2. folio 47. nu. 105. Potest eleuari per solam assistentiam Dei. lib. 3. folio. 79. per errorem. 76.

Intellectualitas.

In Deo habet rationem naturæ, lib. 2. fol. 209. nu. 175. & cum hac veritate resoluuntur plures quæstiones ibi. fol. 21. numero 180.

Intelligere.

Est cognoscere discurrendo, & diiudicando. fol. 20. cap. 1.

Interpretatio.

Quid sit, folio. 30. columna. 1.

Intentio.

Intentio, & electio diuina in quo differant. libro 2. folio. 296. numero 245.

Iudicium.

Quibus modis sumatur in sacra Scriptura. fo. 42. nu. 6,

Iustitia.

Sicut se habet iustitia vindicatiua ad demerita, ita remuneratiua ad merita, lib. 2. fol. 197. num. 250.

Ratio quare iustitia punitiua præsupponat etiam in intentione

culpam

Index Generalis.

culpa, remuneratiua vero non præsupponat in intentione merita lib. 2. fol. 248. num. 294.

Lex.

Vnde sumatur diuersitas nouæ & veteris legis lib. 2. fol. 3. nu. 11.

Libertas.

Opponitur necessitati, lib. 2. fo. 259. num. 164.

Quatuor gradus libertatis, lib. 2. fol. 260. nu. 166.

Libertas indifferentiæ requiritur de fide ad liberum arbitrium, lib. 2. fol. 261. num. 169.

Lumen.

Lumen Prophetarum datur per modum auxiliij; lumen vero fidei per modum habitus, lib. 2. fol. 44. nu. 95.

Gradus luminis prophetæ sunt nobis ignoti, lib. 2. fol. 85. num. 22. Vide verbo Propheta.

Lumen,

In quo differant lumen, & habitus virtutum, lib. 2. fol. 291. numero. 226.

M.

Materia.

Materia libri Prouerb. est pronuntiata quædam pertinentia ad instruendos mores. folio. 1. num. primo.

Medium.

Quæ sint media necessaria ad

salutem libe. 2. fol. 232. num. 23.

Miser.

Miseri semper faciunt sermonem longum, & multa faciunt verba, fol. 1. num. 2.

Moyfes.

Fuit excellentissimus omnium Prophetarum, lib. 2. fol. 104. numero. 37.

Motus.

Mouens, & motum sunt simul quomodo intelligatur, fol. 88. numero. 88.

Mors.

Dicitur utilis iusto quatenus per eam extrahitur à periculis peccandi, quæ sunt in hac vita, folio 12. num. 33.

N.

Natura.

Prima & essentialis ratio naturæ diuinæ, quid significet. lib. 2. fol. 166. num. 8.

Quid sit participatio diuinæ naturæ, lib. 2. fol. 166. num. 5.

Quare natura diuina possit communicari secundum eandem rationem formalem analogicam, non vero alia natura creata, lib. 2. fol. 216. num. 103.

Quomodo esse per essentiam præsupponit naturam diuinam. ibi dem, fol. 217. num. 106.

B *Necessitas.*

Index generalis.

<i>Necessitas.</i>	<i>Particula.</i>
Duplex necessitas, lib. 2. fol. 259. num. 164. Quatuor gradus necessitatis. lib. 2. fol. 260.	In quantum, secundum quid, prout, & similes sumuntur duplicatiue, & specificatiue, fol. 107. num. 16. Quid significant hæ particulae, folio. 116. num. 34.
<i>Noc.</i>	<i>Participatio.</i>
Cur vocetur octauus præco iustitiæ, lib. 2. fol. 345. num. 36.	Quid sit formalis participatio diuinæ naturæ, lib. 2. fol. 166. nu. 5. Ad formalem participationem requiritur formalis conuenientia. fol. 193. num. 113.
O.	<i>Pater.</i>
<i>Officium.</i>	Si pater assumeret humanitatem diceretur primogenitus in multis fratribus, & nos diceremur cohæredes eius, lib. 2. fol. 151. numero. 126.
Officium suum adimplet quis cum prosequitur ea quæ præcipitur, & vitatur ea, quæ prohibentur, fol. 23. co. 2.	<i>Prelatus.</i>
<i>Obiectum.</i>	Quanti momenti sit, quod diligit iustitiam, fol. 65. num. 2.
Solum ratione qua terminat specificat potentiam, lib. 2. pag. 37. num. 68. Ad cognoscendum quidditatiue potentiam solum requiritur cognitio obiecti vt obiectum est, lib. 2. fol. 38. nu. 70.	<i>Parabola.</i>
<i>Ordinatio.</i>	In titulo Prouerborum significat pronuntiata quadam vniuersalia, quibus tanquam decretis statuat fugienda, aut sequenda in ordine ad mores, fol. 1. num. 1. Nomen Hebræum pro quo transfertur parabola significat dominari, & assimilari, fol. 3. num. 3. Significat etiam sententiam obscuram reconditum aliquem sensum habentem, fol. 3. num. 4. & fol. 4. Parabola & Prouerbum sumuntur pro eodem, fol. 5. num. 6.
P.	
<i>Paruus.</i>	
Sumitur pro imperito & stulto, fol. 26. num. 1. Et pro innocente à culpa, ibi. col. 2.	

Index Generalis.

<i>In quo differat ab interpretatio- ne & ænigmatè, fol. 50. col. 2.</i>	<i>Potentia.</i>
Ex nomine parabola colligitur materia libri Prouerborum, fol. 6. num. 7. & 8. Quare nomen Hebræum, Masal, veritat noster Interpret. Parabola, fol. 6. num. 8. Parabola est nomen Græcum, quod similitudinem aut comparationem vnius rei ad alteram significat, fol. 7. num. 8. Parabola Salomonis comprehendunt tres modos comparationis, fol. 7. num. 9. Vide verbo, Comparatio. In Parabolis tradidit Salomon doctrinam morale, quia hæc breuitas est magis apta ad permouendum animos, & facile percipitur ab omnibus, & quia sic loquuntur sapientes, fol. 11. num. 10. Parabola proprietatis, fol. 1. col. 2. Parabola finis est docere, fol. 8. col. 2.	Potentia proxima, & remota ad prænitendum quid sit, lib. 2. fol. 350. num. 4. Inuoluit repugnantiam, eandem potentiam esse simul intrinsecè indifferentem & determinatam ad vnam partem, lib. 2. fo. 271. num. 212.
<i>Paramia.</i>	<i>Prædefinitio.</i>
Est nomen Græcum, significat idem quod Parabola, fol. 5. nu. 6. Est dictum nouitate aliqua, vel figura, insigne, & vulgi sermone tritum, & differt à sententia, quia illa solum importat breuem orationem ad mores pertinentem, fol. 6. num. 8.	Libera solum addit in Deo relationem rationis, fol. 269. numero. 106. Ex parte Dei fundamentum huius relationis rationis in ijs actibus liberis est eminentia diuinæ voluntatis, fol. 270. num. 112. Prædefinitio diuina dupliciter potest præsupponi, folio. 28. numero. 158.
<i>Peccator.</i>	<i>Prædestinatio.</i>
Tunc peccator in culpa indu-ratur, quando diuinis auxilijs, & inspirationibus præuentus non vult conuerti, fol. 219. num. 63.	Datur in nobis causa aliquorum effectuum prædestinationis, lib. 2. fol. 265. num. 185. Ad prædestinationem requiritur voluntas efficax supernaturalis, lib. 2. fol. 219. num. 4. Electio diuina est efficax & absoluta sine respectu ad aliquid, vt ad causam, vel rationem moriuam vel conditionem, sine qua non, lib. 2. fol. 221. num. 9. Sententia Augustini de prædestinatione, lib. 2. fol. 236. num. 72. Non datur causa nec conditio ex parte hominis ad totum effectum prædestinationis, lib. 2. folio. 264. num. 184. Datur in nobis causa aliquorum effectuum prædestinationis, ibi fol. 265. num. 185.

Index Generalis.

Perfectio.

In tribus consistit dispositio ad perfectionem moralem. fol. 137. num. 6.

Ante peccatum habuit Adam primam perfectionem in ordine ad finem naturalem, & supernaturalem, fol. 141. num. 16.

In quo consistat hæc perfectio. ibi.

In momento creationis accepit Adam illam primam perfectionem, fol. 143. num. 26.

Et accepit secundam perfectionem, fol. 154. num. 67.

Et tertiam perfectionem. fol. 156. num. 74.

Non importat naturam, sed modum naturæ. lib. 2. folio. 202. num. 38.

Petrus.

Petrus & Cephas idem significat, lib. 2. fol. 162. num. 34.

Nomen Petrus mystice conuenit Simoni. ibi. num. 35.

Quare Petrus utatur nomine suo antiquo Simon, & non hoc faciat Paulus. ibi. fol. 163. num. 38.

Præsentia.

Præsentia peccati Adam præcessit ordine rationis executionem creationis hominis, non vero voluntatem creationis, fol. 235. num. 45.

Quomodo præsentia Dei potest esse infallibilis sine scientia conditionata, & sine prædeterminatione voluntatis humane. folio. 238. num. 57.

Præscire, & cognoscere in

Sacra scriptura, quid significet, lib. 2. fol. 24. num. 91.

Præsentia.

Præsentie locali non conuenit extensio & diuisibilitas, folio. 109. num. 169.

Non requirit partes in re, quæ est præsens, fol. 121. num. 48.

Vide Dei præsentia.

Et vide verbo, Futurum.

Principium.

Quibus modis sumatur in Sacra scriptura. fol. 42. num. 6.

Prolixitas.

Prolixitas sermonis figuratur per duas Litas Iouis filias claudas, & rugosas. fol. 2. num. 2.

Prolixi sunt senes in dicendo ob virium imbecillitatem, ibi.

Vehementia orationis longitudine seu prolixitate diluuntur. ibi.

Promissa.

Probabilius est per promissa intellexisse Diuum Petrum episto. 2. aliquid nobis inhærens iustificans formaliter lib. 2. fol. 174. num. 39.

Prophecia.

Vnde sumatur eius diuersitas, lib. 2. fol. 3. nu. 1. per errorem. 12.

Habet pro obiecto diuinam reuelationem, lib. 2. fol. 12. nu. 30.

Est gratia gratis data. ibi. fol. 16. num. 45.

Intra latitudinē prophetie possunt dari distincti gradus specie. lib. 2. fol. 97. num. 11.

Prophe-

Index generalis.

Prophecia in communi importat ex parte obiecti solum rationem genericam. ibi. fol. 99. nu. 19.

Quis gradus prophetie sit perfectior. ibi. fol. 100. num. 23.

Illa est perfectior quæ minus pælet a sensibus. ibi. fol. 101. num. 27.

Diuersitas graduum prophetie faciendæ est secundum diuersitatem graduum luminis. ibi. fol. 83. num. 17.

Tres sunt gradus prophetie. ibi. fol. 92. num. 21.

Isti tres gradus solum differunt numero. ibi. fol. 96. num. 7.

Prophecia.

Tria necessario debet cognoscere propheta. lib. 2. fol. 5. numero. 18.

De fide est, prophetas intellexisse quæ loquebantur. ibi. fo. 6. numero. 5.

Quomodo dicatur propheta habuisse ecstasim. ibi. fol. 8. n. 14.

Aliquis profert verba prophetie instinctu Spiritu sancti, & non est propheta. lib. 2. fol. 9. numero. 18.

Verus propheta aliquando non percipit omnia mysteria prophetie. ibi. fol. 11. num. 24.

Solum dicitur verus propheta quantum ad mysteria, quæ cognoscit. ibi. num. 26.

Requiritur ut cognoscat esse certum, & infallibile id quod reuelatur. lib. 2. fol. 12. num. 29.

Cognoscit Deum esse authorem talis reuelationis. ibi. fol. 14. num. 36.

Habet euidentiã reuelantis, & rei reuelatæ. ibi. fol. 41. nu. 84.

Certitudo prophetæ, quoad res creatas est manifestatio rei in

se. lib. 2. fol. 47. num. 108

Euidentiã quam habet de rebus futuris non est manifestatio eorū in se ipsis, vel in causa, vel in effectu. ibi. fol. 49. num. 13.

Euidentiã supernaturalium quoad an est fit per manifestationem eorum. ibi. fol. 50. num. 18.

Dupliciter manifestari potest res, quoad an est. ibi. fol. 119.

Cognoscit euidenter Deum reuelasse ex effectu. ibi. fo. 53. nu. 31

Quomodo hoc cognoscat, fol. 55. num. 138.

Regulariter non dat Deus illi aliam euidentiã rei, quam eam quæ prouenit ex euidentiã egressus reuelationis ab ipso, lib. 2. fo. 59. num. 155.

Euidentiã prophetie comparatur secum aliquam obscuritatem, fol. 60. num. 158.

Quomodo assensus prophete potest esse meritorius, lib. 2. fol. 61. num. 162.

Facultas quæ datur prophete ad intelligendum est vis quædam intimè vnita intellectui, ibi. fol. 64. num. 1.

Est supernaturalis. ibi. fol. 66. numero. 7.

Datur ad modum motionis seu actionis transeuntis, ibi. num. 10.

Est qualitas inhærens, licet contrarium sit probabile, lib. 2. fol. 76. num. 47.

Propositio.

Veritas propositionis conditionalis consistit in bonitate consequentiæ ex Diuo Thoma, fol. 233. num. 38.

Propositiones contradictoriæ de futuro secundū aliquos, nec vere, nec falsæ sunt, fo. 255. num. 50.

Index Generalis.

Significatio potest illis conuenire immutabilitate, & veritas mutabiliter, fol. 26. num. 74.

Antecedenter ad determinationem diuine voluntatis propositiones de futuro secundum aliquos nihil significant, fol. 263. numero. 82.

Propositio, que non refertur medio conceptu ad significandum aliquid non significat formaliter aliquid. ibi.

Propositiones de futuro contingenti sunt perpetue veritatis, & necessariae ex suppositione, cum quo stat esse contingentes simpliciter, fol. 279. num. 118.

Providentia.

Quacumque providentia supposita erga homines manent liberi ad operandum, & non operandum, lib. 2. fol. 255. num. 164.

R.

Relatio.

Relatio vnionis in Deo est rationis, in creaturis realis, fol. 111. numero. 5.

Fundamenta huius relationis. ibi. num. 7.

Vide verbum, Præd. finitio.

Replere.

Sumitur duobus modis, fol. 72. num. 23.

Representatio.

Representatio duplex, lib. 2. fol. 166. num. 5.

S.

Sacra Scriptura.

Author principalis Sacrae Scripturae fuit Spiritus sanctus. fol. 59. colum. 1.

Verba Sacrae scripturae sunt accipienda in proprio sensu intelligitur solum, prout opponitur metaphorico. fol. 220. num. 64.

Tituli Sacrae scripturae precipue qui habentur in vulgata editione sunt canonici, fol. 14. num. 4.

Salomon.

Fuit author libri Prouerbiorum fol. 11. num. 1.

Apposuit suum nomen in libro Prouerbiorum, quia vi sententiarum breuius est Regum & sapientia. fol. 14. num. 6.

Salus.

Salus animarum, in quo consistat. folio. 159. colum. 2.

Sapientia.

Est cognitio perfecta rerum, que natura sua sunt honore digna, fol. 16. num. 2.

Sumitur pro sententia de rebus diuinis. ibi. num. 1.

Pro certa & perfecta cognitione rerum humanarum & diuinarum, fol. 17.

Pro peritia cuiuscumque artis. ibi.

In Sacra scriptura pro peritia artis, qua homini efficiuntur, tam in intellectu, quam in voluntate. ibi.

Defectus huius sapientiae dicitur causa vastationis Iudaeorum. ibi.

Sapientia pro scientia. fol. 43. numero. 7.

Sapientia

Index Generalis.

Sapientiae liber.

Est canonicus, folio. 49. columna. 2.

Author eius fuit Philo antiquior vnus ex Septuaginta interpretibus, fol. 60. col. 2.

Titulus, materia, & descriptio huius, lib. fol. 64.

Sanctitas.

Sanctitas, & iustitia, a quibus homo Sanctus, & iustus dicitur gratiam gratum facientem includit, fol. 152.

Scientia media.

Non colligitur efficaciter ex facta scriptura dari scientiam mediam in Deo respectu futurorum conditionatorum, & satisficit omnibus autoritatibus contrariis, fol. 211. & deinceps.

Nec etiam colligitur non dari talem scientiam, folio. 214. numero. 42.

Neutra sententia colligitur efficaciter ex Sanctis, fol. 234. numero. 44.

Argumenta probantia dari scientiam horum conditionatorum, fol. 244. num. 6.

Non probatur efficaci ratione dari, aut non dari talem scientiam, fol. 251. nu. 33.

Quatuor modi declarandi quo modo Deus cognoscat hanc futura conditionata, fol. 274. nume. 88.

Scientia media consequitur ad scientiam simplicis intelligentie immediate, fol. 281. num. 156.

Quae harum sententiarum sit eligenda, fol. 287.

Eligendam esse partem affirmatiuam, ibi.

Cum ea respondetur maximis difficultatibus Sacrae Scripturae, ibidem.

Similitudo.

Similitudo est duplex, fol. 146. numero. 34.

Situs.

In quo consistat formaliter, fol. 121. num. 43.

Differunt inter se, esse in loco & habere situm, fol. 122. num. 51.

Spatium.

Vt dicatur reperiri non requiritur esse aliquid reale, sed solum non repugnantia, fol. 132. nu. 39.

In quo consistit haec non repugnantia, ibi. num. 42.

Species.

Tres gradus specierum intelligibilium, lib. 2. fol. 86. nu. 26.

Sol.

Sol omnes effectus semper producit medio calore, lib. 2. fol. 272. num. 214.

T.

Timor

Quid sit in communi, fol. 32. nu. 1. Duplex eius actus, ibi.

Humanus, & diuinus, folio. 34. colum. 2.

Seruilis, & filialis, folio. 35. colum. 1.

Index generalis.

Seruilis cur ita datur, ibid. colum. 2.

filialis, & castus idem, folio. 36. col. 1. & fol. 37. col. 1.

Seruilis, & filialis differunt specie, ibi.

Duplex actus timoris filialis ibid.

Obiectum formale timoris filialis, & obiectum formale seruilis, fol. 37. col. 1.

Timor filialis diuiditur in initialem, & perfectum quid sint, & in quo, & a quibus differant, fol. 37. 38. nu. 4.

Timor initialis dicit filialem, & seruilem aliquomodo, fol. 40. nu. 5.

Timor qui est initium sapientiae alij dicunt esse seruilem, fol. 44. nu. 8. & 45. num. 9.

Alij filialem, ibi. col. 2.

Alij cultum, & reuerentiam Dei, ibid.

Alij omnem timorem, fol. 43. colum. 1.

Timor humanus non potest esse initium sapientiae Dei in nobis, fol. 34.

Non omnis timor damni est humanus, refellitur sententia contrarium tenens, fol. 35.

Timor initialis est, quo quis ita timet culpam quatenus est offensa Dei ut etiam timeat pœnam, fol. 37. num. 4.

Timor initialis secundum suam essentiam non differt a filiali, sed solum a seruili, fol. 38.

Cur timor seruilis non diuidatur in initialem, & perfectum, ibidem.

Timor initialis non respicit culpam, & pœnam simul per eundem actum, fol. 39.

Timor seruilis præparat locum charitati, fol. 44.

Trinitas.

Quomodo possit dari medium ad cognoscendam Trinitatē, lib. 2. fol. 35. nu. 59.

Non potest dari ad cognitionem euidentem illius medium, lib. 2. fol. 36. num. 64.

V.

Verum.

Omne verum quantum est de se potest terminare simplicem intuitum, fol. 284. num. 168.

Versio.

Noster interpres solet retinere genus illius linguæ, ex qua vertit textum, fol. 71. n. 18.

Aliquando genus non respondet prolationi, sed conceptioni, ibi. num. 19.

Verba.

Verba sapientium quid significant, fol. 30.

Via.

Quid sufficit ad hoc ut aliquis sit extra viam, lib. 1. folio. 379. numero. 115.

Vnio.

In vnione duorum corporum tria reperiuntur, folio. 110. numero. 4.

Vnio cum Christo per Eucharistiam non est perfecta, nisi extendatur ad dandum nobis gratiam, lib. 2. fol. 112. nu. 185.

Ad vnio-

Index Generalis.

Ad vnionem hypostaticam nõ sequitur filiatio sed effectus respectu totius Trinitatis, lib. 2. fol. 146 num. 107.

Virtus.

Virtutes, quæ ex parte subiecti important imperfectionem sunt in duplici differentia, fol. 173. numero. 12.

Aliquando repugnat esse virtus in subiecto, aliquando solum repugnat eius actus, fol. 173. numero. 13.

Virtutes morales non possunt connaturaliter sedare totaliter appetitum, fol. 194. num. 57.

Virtus dupliciter sumitur, fol. 147. col. 2.

Vocatio.

Vocatio, & electio quid significant, lib. 2. fol. 243. num. 98.

Discrimen vocationis ex Augustino non est in entitate physica, sed in subordinatione ad voluntatē diuinam, lib. 2. fol. 255. num. 147.

Voluntas.

Vnus actus voluntatis non po-

teit elici a quibus motibus proximis formaliter distinctis, fol. 39. col. m. 2.

Voluntas permittendi peccatū non fuit posterior voluntate incarnationis in quo etiam rationis, fol. 239. num. 64.

In voluntate est triplex indeterminatio, lib. 2. folio. 29. numero. 45.

Voluntas Dei.

Deum velle homines adulos saluari quomodo intelligatur, lib. 2. fol. 250. num. 126.

De fide est Deum voluisse dare Gloriam, & auxilia necessaria in communi hominibus, ibid. numero. 228.

Deus voluit dare auxilia sufficientia omnibus hominibus in particulari etiam intrinseca per modum principij, lib. 2. folio. 152. numero. 134.

Volitio.

Volitio dandi Gloriam includit intentionem finis, & electionem mediorum, lib. 2. fol. 221. numero. 12.

F I N I S.

